PRIERIAS, Silvestro (O.P.)
Summae syluestrinae : quae summa summarum merito nuncupatur : pars prima / ab Reuerendo Patres Syluestro Prierate... ex Sacra Praedicatorum Familia... edita... -- Lugduni : Apud Haeredes Jacobi Iuntae, 1551
[11], 376+ h., []6, A-Z8, 2A-2Z8, 3A8+ ; 4º
Texto a dos col.
1. Derecho canónico 2. Zuzenbide kanonikoa 3. Derecho civil 4. Zuzenbide zibila I. Título

R-7157

# SVMMA [illegible]

## ID EST,

# QVARVMLIBET SVMMARVM MORALIVM SVMMA:

Per Reuerendum Sacræ paginæ profeſſorem, fratrem SYLVESTRVM de Prierio, ordinis Prædicatorum, congregationis Lombardiæ.

### ARGVMENTVM.

Sylueſtrinam Sũmam ceu paruulam omniũ frugiferarum arborum ſyluam: quippe quæ omnium moralium ſummarũ opiniones atq; ſñias complectatur: præcipuè verò Piſanæ in primis, ac Antoninę, & Supplemẽti, demũ verò etiam Angelicæ atq; Roſellæ: compugnantium nominibus citatis, & veritate propalata: pro confeſſorum cùm otio, tum ſolatiô nuper editam, in lucem dedi. Qua ex re à Deo gloriam, à bonis gratiam, ab æmulis ſolita præmia præſtolabor.

### DE ABBATE.

1 *In Abbatem, niſi expreſſe profeſſus eligitur nemo: ſed nec nouitius quemlibet in epiſcopum eligi queat. Adhæc & Sacerdos, & anno. xxv. eſſe debet. Et nũ in diſpoſitione cap. cum in cunctis, de elect. contineatur.*

2 *Abbas abs quo, & vnde eligatur, Cui item monaſterio aut eccleſiæ, & an diuerſis pſici queat.*

3 *Abbas electus abs quo & qua ratione confirmari, & benedici debeat.*

4 *Abbas quib. dieb. benedictionẽ accipiat. et ea accepta, quid cõſequutus dicatur. Pro benedictione aũt Epiſcopus aliquid exigere canonice neq; t.*

5 *Abbas populo benedicere, certos ordines c[illegible]re, monachos a peccatis & cenſuris abſoluere, cum monachis de irregularitate & votis diſpenſare, facultatem ſeorſim in cella vna ſolis diuertendi concedere, monachos cura capituli conſiliũ corrigere, & ob propriam iniuriam manifeſtā[illegible] viam in eoſdem animaduertere poteſt. Et hæc qualiter accipienda ſint.*

6 *Abbas monachum de peccatis Epiſcopo, eiuſue pœnitentiarijs confiteri non prohibet: monachos non expellit: collationis cuiuſpiam prioratus onus nouum non imponit: clericos in eccleſiis, in quas patronatus ius habet, ſine capituli ſui conſenſu non præſentat: non liberatur, & exceptioni citra Papæ permiſſum non renunciat, non temere conuenit, aut conuenitur: ſed nec monacho alicuius rei plenam, & abſolutam diſpoſitionẽ priuatæ vtilitatis cauſa concedit: quanquam peculij vſum aliqua ratione concedere poſſit.*

7 *Abbas vltra monachos quatenus obligari, vel id minime queat. Et idem populum habens, aut capellas populum habentes, ſynodum adire obſtringitur. At ſtatuto ſuo, ſicuti nec ex contractu cum monacho ſuo non obligatur.*

8 *Epiſcopo monachum alicui eccleſiæ præficere volente, ſi reluctatur Abbas, vtri monachus neceſſitatem parendi habeat.*

9 *Abbas calices, corporalia, & veſtes an benedicat. Et an tranſitum in aliam religionem concedat. Et num eiectos ac fugitiuos reducere teneatur. Bona item eiecti num ad ipſum pertineant. Et an ſibi confeſſorem eligere, aut ipſe in Epiſcopum eligi: item num aduerſus epiſcopũ inſtituẽdi ad animarum curam ius præſcribere, & poſtremò in quibus diſpenſare poſſit, remiſſiue.*

1 ABBAS † debet primò eſſe profeſſus expreſsè: nouitius aũt eligi non poteſt in Abbatem, etſi in epiſcopũ, extra, de ele. c. nullus. lib. 6. Et ſecundò debet eſſe ſacerdos. extra, de æta. & quali. c. j. ¶Et tertiò xxv. annorum incœptorum. extra, de elect. cum in cunctis. vbi hoc tempus cuilibet dignitati acquirendæ ſtatuitur: licet ſpecialiter mentio de Abbate nõ fiat: ſed quòd ſub

. quarto.
ndus eſt, & ... monaſteriũ tan... monachorũ ... ipſi pertinẽt ad epũ dioeceſanum. x... q.ij. hoc tantũ in glo. quia ad epm pertinet cura omnis dioeceſis. ix. q. iij. c. ij. & hoc niſi ſint exẽpti vel priuilegiati: vt in c. cũ pſonæ. de priuil. li. vj. Et de his j. ti. Exẽptus. Et quintò de eodẽ monaſterio aſſumptus, niſi qñ idoneã pſonã nõ haberet: quo caſu eligi poſſit de alio. xviij. q. ij. quã ſit. ¶ Et ſextò pfectus tantũ vni monaſterio vel eccleſiæ, habentibus curã animarũ: nec põt præfici diuerſis, niſi vnum monaſterium, vel eccleſia dependeat ex alia, vel inuicẽm ſint annexa. extra, de relig. domi. c. fi. de prębẽ. cũ ſingula. li. vj.

3 † PRIMO verò quęritur, Abbas qualiter, & à quo electus debeat confirmari, & benedici? Et dico, ꝙ ſi eſt exẽptus, confirmari dẽt p Papã, vel Legatũ de latere, ſi quis eſt ſup illa prouincia: vt in c. ſi Abbatẽ. de elect. lib. vj. in fi. ẽt ſi prouinciam, & non legationem exiuiſſet, ſecũdũ gl. ibi: ſed ſi nõ eſt exẽptus, per epm dioeceſanũ confirmãdus eſt: vt no. Pan. in c. cum monaſteriũ. extra. de ele. imò ẽt ſi Abbas, vel alius pręlatus ſit exẽptus, ſecũdum eum in c. j. de ſuppl. negli. prælat. vt referunt aliqui: quod tamen falſum eſt ſimpliciter, vel ſaltẽ quo ad prælatos exẽptos habẽtes alios pręlatos immediatos poſt Papã: vt ſunt Priores, & miniſtri prouinciales mendicantium: ſed de hoc infra cõfirmatio. §. iij. Benedici verò debet per epm dioeceſanũ, ſecundũ Ant. de But. ſi ſit non exẽptus, licet referat Hoſt. ꝙ plerũque benedicãtur à patribus Abbatib. qđ quo iure fiat, nõ videt.

4 † ET benedici debet ſolum diebus, quibus ordines minores cõferri poſſunt ſecundum cõmunẽ opi. doctorũ: vt not. Pan. in c. cũ ſis. de conſec. eccle. vel altar. Et p benedictionẽ intelligitur ei dari cura monaſterij: vt Sum. Ang. aſſcribit Innocentio. Sed Inn. ſecundũ Bal. in c. j. de ſupp. neg. prel. loquitur de benedictione, quæ habet uim confirmationis: quam ſcilicet confirmatio nulla præceſſit: ſed vbi hæc diſtinguuntur, per confirmationẽ cõferuntur ei ea, quæ ſunt iuriſdictionis: vt not. Pa. in c. v. de off. ordi. poſt Hoſt. non autẽ ea, quę ſunt ordinis: cuiuſmodi ſunt benedicere, conferre ordines, & huiuſmodi, p benedictionẽ verò plenitudo officij: vt exercere poſſit ea, quæ ordinis ſunt: quod ſecundentes. de ita. mon... tudo ꝙ benedicatur. Quod ſi eps tertiò humili deuotione requiſitus eum bene... re recuſauerit: tũc & ſuos benedicere monachos, & alia, quæ ad eius officiũ ptinẽt, poterit exercere: vt in d. c. j. imò ſecundum Ant. de But. ſi ſemel requiſitus hoc negauerit. Si verò pro tali benedictione aliquid exigat eps, ſimonia eſt: vt in c. ſicut. de ſimo. el iij.

5 † SECVNDO verò queritur, quid poſſit Abbas? Et dico, ꝙ põt primò ſolenniter populo benedicere in eccleſijs ad eũ pleno iure ptinentibus poſt miſſarum, veſperorum & matutinorũ officia; nõ aũt alibi publicè: & per vias: niſi ex priuilegio ſpeciali. vt in c. abbates. de priuil. li. vj. vbi gl. in uerbo pleno iure, habet, id eſt ſpiritualibus & tẽporalib. ¶Secundò põt aliquos ordines conferre eo modo, quo īfrà Ordo. iij. §. ij. ¶Et tertio põt ſuos monachos abſoluere ab omnibus peccatis & cenſuris: niſi alteri ſpecialiter reſeruẽtur à iure: vt patebit infrà Abſolutio j. §. iij. nõ obſtãte ꝙ Panor. in c. monachi. extrà, de ſent. excom. teneat eum non poſſe abſoluere ab omni excõmunicatione, ſed ſolùm ab ea, quę eſt pro iniectione manuũ in clericum: ſicut ẽt poteſt excommunicationis ſententiam in alios ferre: etiam ſi non ſit benedictus, modò ſit confirmatus. extra de ſimo. ſicut tuis. & c. cũ eccleſiarũ. de offi. or. iũcta gl. ¶Et quarto põt diſpẽſare cũ monachis ſuper irregularitate ꝯcta p acceptionem ordinum in excommunicatione: ſi facti memoriam vel iuris peritiam non habebant, & factum non fuit graue & notabile: & hoc ſiue irregularitatẽ cõtraxerint ante, ſiue poſt religionis ingreſſum, ſecundũ cõmunẽ opi. Do. in c. cum illorum. de ſent. excom. & idẽ de ſuſpẽſione, & interdicto: vt j. irregularitas. §. ij. in fi. in alijs autẽ irregularitatibus de cõ... iure non põt: vt in d. c. cum illorũ. no. ... & Panor. ¶Et quintò põt diſpenſare cũ monachis in votis factis ante religionis ingreſſum, ſecundũ gl. in c. noluit. xxxiij. q. iij. in factis autẽ in religione irritare, & annullare poteſt: vt infra votũ. iij. §. iij. ¶Sextò poteſt dare licẽtiã monacho ſtandi ſeparatim in cella vna, ex iuſta cauſa: & intra ſepta monaſterij, nõ extra. xx. q. iiij. c. vlt. ¶Et ſeptimò põt corrigere ſuos monachos, capituli ſui conſilio non requiſito, ſecundum Pan. in c. Ioannes, de regul. ¶Et octauò poteſt punire iniuriam

iniuriam notoriam in ſe factam, ſicut & cui libet prælatus ordinarius, d... quo diffus Pan. in c. cum veniſſent. de iu...

6 † T E R T I O quæritur, quid non poſſit in ſpectantibus ad illum? Et dico quòd non po teſt. ¶Primò ſecundũ Alber. & vt in Sum. Cõ feſ. lib. iij. tit. xxxiij. prohibere monacho cõ feſſionẽ cũ epiſcopo, vel pœnitẽtiarijs eius: niſi ex priuilegio exemptionis, vel conſtitu tionibus approbatis à Papa cõtrariũ appa reat: ut infrà Confeſſor. ij. §. vj. ¶Et ſecundò nõ põt expellere monachos ſuos, ut not. Pa nor. in c. cum ad monaſteriũ. de ſtat. mon. & per c. fi. de reg. quod mandat Abbatẽ, & om nem prælatũ regularẽ requirere fugitiuos, ut ĩ. Apoſtaſia. Sed intellige, ꝙ expellere nõ poteſt ipſe Abbas uel prælatus: quod tamẽ poteſt facere regula, uel conſtitutio priuata, probata per papam, uel etiam ius cõmune: aut ipſe prælatus his iuribus regulatus: un de in d. c. cùm ad monaſteriũ, monachus de præhenſus in uitio proprietatis mandatur expelli. Dicit tamen ſanct. Thom. in xij. quo libeto, quòd expelli nõ debet quandiu vult corrigi: ſed ſolùm ꝑꝑ contumaciã, qđ intel ligo, niſi incorrigibilitas ꝑſumatur de facto ꝑꝑ cõditiones uiri: uel de iure, ꝑꝑ regulam ita mandantẽ: ſed eſt ſequeſtrandus in carce re, uel alio modo. ¶Tertiò, non põt in colla tione alicuius prioratus imponere nouum onus: ut in cle. quia regulares. de ſup. neg. prælat. ¶Et quartò, non poteſt clericos præ ſentare in eccleſijs, in quibus habet ius pa tronatus ſine capituli ſui cõſenſu: ut in c. co gnoſcitur. de his quæ fiunt à prælat. niſi ex approbbata conſuetudine, uel priuilegio aliud habeatur. ut ibi. ¶Et quintũ, non põt li berari, & exẽptioni renũciare ſine licẽtia Pa pæ. extra, de arbi. cũ tẽpore. iuncta gl. ¶Et ſex tò, non põt ſecundũ Monal. ſine conſenſu ca pituli, ſicut nec capitulũ ſine conſenſu eius, aliquẽ conuenire, aut ab aliquo cõueniri in iudicio: quia unus ſine alio res aut ꝑſonas ſibi ſubiectas alienare nõ põt. xij. q. ij. ſine ex ceptione. & extra, de dona. paſtoralis. qđ uerum eſt ſaltẽ in arduis, & ubi bona ſunt di ſtincta: in alijs aũt uide Pan. in c. edoceri. de reſcri. ¶Et ſeptimò nõ põt concedere mona cho aliquid, ut de eo ad libitũ diſponat: uel ꝙ ei ad ſuperioris beneplacitũ nõ auferatur: etiam ſi interueniat licentia Papæ: ut not. Pan. in c. cùm ad monaſterium, de ſta. mon. nec poteſt religioſus ſtrictè, id eſt, profeſſus tria uota probatę religionis habere peculiũ, id eſt, propri... mona chi. poteſt tamẽ ... genera ... latus relig. ... peculi uel ... uiuſcũq; rei: uel ad... traccionẽ ꝑ uti litatẽ ... naſterij, uel ſua neceſſitate: ut in c. inſinuã. ... c. qui clerici uel uo. & ſecũdũ Inn. ibi. poteſt concedere monacho certos redi tus, unde uiuat. & ſecundũ Io. And. in regul. non eſt obligatoriũ. de regu. iur. lib. vj. ualet ſtatutum monaſterij, ut pro indumentis, & alijs neceſſarijs certum quid recipiat quiſ que monachorum.

7 † Q V A R T O queritur, ad quid obligatur ultra monachos, ſed nõ obligatur? Et dico primò illũ obligari ad curã ſubiectarũ ſibi animarũ: ut in c. fi. de regu. & monaſterij ac rerum eius: quia reſpectu horũ datur ſibi in ſua confirmatione iuriſdictio: ut no. Doct. in c. j. de ſupplẽ. negl. prẽl. & Pan. in c. quãto. de off. ord. & magna circa hoc & circa illud negligentia, eſt peccatum graue: ut infra Ne gligentia. per totum. ¶Et ſecundò, tenetur ſynodum adire ſi habet populum, vel capel las populũ habentes, etiã ſi ipſe ſit exẽptus, dummodo exẽptio ad populũ, uel capellas non extendatur, non aũt alias. de maio. & obed. ſuper his. ¶Et tertiò, non ligatur ſuo ſtatuto etiã facto cum contractu. ſecundum Pan. in d. c. cum ad monaſterium. & ſi iuraſ ſet ſeruare, tamẽ ſecundũ Io. And. in regula prædicta, non eſt obligatorium, tenet reuo catio: licet ſit ꝑ ius. unde patet ꝙ ſi ipſe cũ conuentu priorẽ officialem aliũ cõſtituerit, tamen põt reuocare: quia Abbas monacho ſuo obligari in aliquo nõ põt: ſicut nec do minus ſeruo. C. de tranſ. l. interpoſitas. in fi.

8 † C I R C A prædicta remanẽt dubia mul ta. ¶Primum, Vtrum ſi epiſcopus uelit mo nachum inſtitui prælatũ in aliqua eccleſia, & Abbas nolit, obedire debeat monachus epiſcopo uel Abbati. Et dico, ꝙ Abbati. 16. q. j. cũ pro utilitate. & diſt. 58. c. j. ſed ſi eccle ſia exigit, cogi debet Abbas per ſuperiorẽ, ut uelit: ut colligitur ex d. c. iuncta gl.

9 † S E C V N D V M eſt, utrum Abbas bene dicere poſſit calices, corporalia, & ueſtes. ui de ĩ. Benedictio. ¶Tertium eſt, utrum licẽtia re poſſit ad aliam religionem, ĩ. Religio. iiij. §. iij. ¶Quartum eſt, utrum teneatur reduce re eiectos, & fugitiuos. ĩ. Apoſtaſia. §. 6. Quintum eſt, utrum ad illũ pertineant boni monachi eiecti. ĩ. Religio. iiij. §. x. ¶Sextum eſt, utrum poſſit ſibi eligere confeſſorem. ĩ. Confeſſor. j. §. ix. ¶Septimũ eſt, utrum eliga

poſſit ... Octauur eſt uti ... episcopum ... inſtituen ... arum in ... eccleſia.j.Ben. ... §.j.¶Nonū, in quibus poſſit diſpenſare.j.Diſpēſatio.§.xij.j.¶Multa quoque ad iſtum titulum pertinentia habes j.tit.Prælatus.& tit.Monachus.& tit.Religioſus, qui ſcilicet uenit ſub appellatione monachi:quia ut no.Panor.in c.ex parte.de poſtulando. quando emanat conſtitutio reſpectu religionis, licet de monachis loquatur, extenditur tamen ad omnes religioſos: niſi diuerſitatis ratio inter eos & monachos poſſit aſſignari.

## DE ABBATISSA.

1 *Abbatiſſa iuriſdictionis incapax ſpiritualis, nec ordinis clauē, nec iuriſdictionis habet, quanquàm clauis vſus nonnullus in ſubditas ipſi concedatur: vnde ordinariam iuriſdictionem habere non dicitur, ſed quaſi ex commiſſione quadam ad ſubditarum integritatē & caſtimoniam tutandam.*

2 *Delbora, quæ Iſrael iudicauit, in quibus illi præfuiſſe dicta eſt.*

3 *Abbatiſſa collationis beneficiorū actiuè capax, num ius conferendi & inſtituendi habeat. Et an quæ ex clauium poteſtate dependent, ipſi competere poſſint.*

4 *Abbatiſſa quanam ratione eligatur: & electa abs quo, ac qualiter confirmari & benedici debeat. Et quid confirmatio conferat, Prioriſſa autem non benedicitur.*

5 *Abbatiſſa iam confirmata, beneficia conferre, et clericus in eccleſiis ad monaſt. pertinentibus inſtituere poteſt, & quatenus accipiendum.*

6 *Abbatiſſa monachas & clericos ſuæ ditioni obnoxios a beneficio, non autem officio ſuſpendere, aut interdicere poteſt: & quanquam excommunicare, aut ab excommunicatione abſolue re minime poſſit, presbyteris tamē ſuis, vt moniales excōmunicent delinquentes, & eas contra abſoluant, præcipere poteſt.*

7 *Abbatiſſa clericos ſeculares ſub ſe habere pōt.*

8 *Abbatiſſa, nec quæuis mulier alia, quæ ab ordinis vel clauium poteſtate dependent, minime exercere poteſt. Et quæ ſint illa.*

9 *Abbatiſſa prædicandi muneris, aut publice docendi Euangelium in miſſa dominicoque ſacrificio legendi, in ſpiritualibus iudicandi, ordinem ſuſcipiendi, & cæterorum quæ ſexui fœmineo negata ſunt, nequaquam particeps eſt. Quæ autem poſſit, ibidem perſtringitur.*

10 *Abbatiſſa moniales non velat, nemini, niſi comitata, ſaltem vetula monacha, loqui debet: & niſi alem ad collocutoriū, niſi ipſa, aut alia ... proficiſci permittere vetatur. Pro ... ac fidelitate ſuſcipienda quomodo & quando clauſtrum egredi poſſit. Et an ſibi confeſſorem eligere poſſit.*

1 ABBATISSA,† vt plenius inſpectantibus ad illam innoteſcat, ſciendum eſt, ꝙ S.Tho.iiij.diſt.xix.q.j.art.j.q.iij. ad quartum ſic dicit, loquens de abbatiſſa, Mulier, ſecūdum Apoſtolum, eſt in ſtatu ſubiectionis, & ideo ſpiritualem iuriſdictionē habere non poteſt: quia etiam ſecundum Philoſ.in viij.Ethic. Corruptio inurbanitatis eſt, quando ad mulierem dominium peruenit. Vnde nec ordinis nec iuriſdictionis clauem habet: committitur autē ei aliquis clauium vſus ſicut habere correctionem in ſubditas mulieres, propter periculum quod poſſet imminere ex cohabitatione virorū. Et rurſus diſt.xxv.q.ij.art.j.q.j. ad ſecūdum, dicit: Abbatiſſæ non habent prælationem ordinariam, ſed quaſi ex commiſſione propter periculum cohabitationis virorum.

2 †DELBORA autem quę iudicauit Iſrael. Iud. iiij. pręfuit in temporalibus, non in ſacerdotalibus, ſicut & nunc mulieres poſſent dominari. hęc ex S.Thom.

3 †SCIENDVM eſt etiam, ꝙ Pan. in c. dilecta, de maio.& obe.ex gl.duo elicit. Primum, ꝙ abbatiſſa eſt capax actiuè collationis beneficiorum, & conſequenter habere poteſt ius conferendi & inſtituendi: cum iſta ſint, inquit, iuriſdictionis ſpiritualis, & non ordinis. quod tamen dictum intellige ex commiſſione, non ex ordinaria prelatione, iuxta dictū S.Doct. Secundum, ꝙ depēdētia ex clauium poteſtate in mulierem non cadunt: etiam aliàs habentem ſpiritualem iuriſdictionem. hęc Pan. qui de claue ordinis loquitur, cuius ſcilicet ordinis mulier nō eſt capax.

4 †PRIMO igitur quęritur de abbatiſſa, qualiter eligi, & electa à quo & qualiter cōfirmari debeat & benedici? Dico ꝙ eligi debet eo modo quo dicitur infrà. Electio. iij. §. vj. & vij. Confirmari autem debet ab eo à quo abbas exemptus, ſi eſt exempta: & non exemptus, ſi non exempta: quia quantum ad hoc non eſt ratio diſpar aliquo iure cauta: item quia confirmatio dat iuriſdictionem, vt dictum eſt ſ.ti.priore.§.j.quam exemptis dare non poteſt ordinarius, ſicut nec auferre. Et debet benedici: quod ſi fieri nō procuret intra annum à ſua confirmatione com-

ne computandum, ceſſante cauſa rati[illegible] ubi li, cecidit à ſuo iure, ubi eſt cõſuetudo [illegible] benedicatur: ut in clem. attendentes. de ſtatu mona. poteſt tñ ſecundum glo. ibi quolibet die benedici: & in hoc diſtinguitur eius benedictio ab ea quæ eſt abbatis, & in multis alijs quæ ibi notantur: & in c. j. de ſupple. ne. præ. Prioriſſa uerò non benedicitur. ſecundum gl. de elect. c. indemnitatibus. lib. 6.

5 SECVNDO † queritur, quid poſſit? Et dico, ꝙ poteſt primò ſtatim poſt ſuam confirmationem de conſenſu capituli ſui eccleſias & beneficia conferre, & inſtituere clericos in eccleſijs ad ſuum monaſterium pertinētibus, ſicut alij cõfirmati, ut in c. noſcitur, de his quæ fiunt à præla. & cõcordant Hoſt. & Pan. in c. dilect. de maio. & obed. quod tñ limitat de inſtitutione dante poſſeſſionē & titulū: non aūt de authorizabili, dante. ſ. poteſtatē exercendi curam animarum, ligandi atq; ſoluendi: quia nemo dat qđ nõ habet.

6 ET † ſecūdò poteſt ſuſpēdere monachas & clericos ſuę iuriſdictioni ſubiectos à beneficio: ut in d. c. dilecta. iuncta gl. quod etiam ſentit gl. Ray. non autem poteſt ſuſpendere ab officio, uel interdicere, ſecundum Hoſt. quia hoc quaſi clauium eſt, & ſub nomine cenſuræ continetur. qđ gl. in d. c. dilecta. dicit poſſe dici. Inno. tñ ſenſit, ꝙ hęc poſſit, ſi conſuetudo extat. & idē ſenſit gl. in d. c. dilecta. qđ etiā probatur: quia Papa mādauit obſeruari ſuſpenſionem à beneficio & officio quā fecerat illa abbatiſſa, de qua in d. c. Sed Pan. ſic facere uidetur cõcordiam. quia hęc poteſt largè. ſ. ſubtrahendo præbēdas, & pręcipiendo ne celebrent, donec ſatisfecerint: non aūt ſtrictè & propriè. i. ea ſuſpēſione & interdictione, quę irregularitatem inducat contrarium facientibus: quia excommunicatio, ſuſpēſio, & interdictū continētur ſub appellatione cenſurę, ut in c. quærenti. de uerb. ſig. uñ cui interdicitur unū ratione incapacitatis, reliquum videtur interdici: cùm omnia dependeāt ab ordine. hæc Pan. ¶ Et tertiò, licet excommunicare, aut ab excõmunicatione abſoluere non poſſit: ut in d. c. dilecta. tñ ſm Rod. ut recitat Aſten. li. 6. titu. 26. poteſt ſuis presbyteris pręcipere ut excõmunicent, & abſoluant moniales delinquentes: & illi obedire tenentur: ſi tamen hoc habeant presbyteri ex conceſſione ſpeciali aut generali epiſcopi, uel Papę, ſi ſunt exemptę, uel ex antiqua & approbata conſuetudine.

7 ET † quartò poteſt ſub ſe habere clericos ſec[illegible] intellige de iure ſpeciali: ut [illegible] et capellas ad ſe pleno iure pertinentes ex priuilegio uel præſcriptione; quia tunc earum clerici ſubijciuntur illi.

8 TERTIO † quæritur, quid non poſſit in ſpectantibus ad illā? Et dico ꝙ non poſſit primò ipſa, uel alia mulier quicquā depēdēs ab ordinis uel clauiū poteſtate: unde nõ põt aquam uel ſubditas benedicere, nec audire cõfeſſiones, nec pœnitētias imponere ſalutares: aut aliquē actū ſacramentalem exercere. ut in c. noua. de pen. & re. Sed intellige, ꝙ non poſſit ſubditas benedicere ſolēniter ex officio publice: ſecus priuatè ut priuata perſona, q̄ū mater filiam benedicit.

9 ET † ſecundò non poteſt prædicare, aut publicè docere, aut Euangelium legere, ſcilicet in miſſa, ſm gl. in d. c. noua, aut ſuꝑ ſpiritualibus iudicare, uel ordinē ſuſcipere, & huiuſmodi, q̄ ſexui ſemineo ꝓhibētur: ut dicitur in ti. Fęmina. Poteſt tñ in matutinis Euāgeliū legere, ſm gl. ibi. unde & diaconiſſa appellatur. 27. queſt. j. diaconiſſam. & ſubditas ſuas monere & hortari.

10 ET † tertiò non poteſt uelare moniales 20. q. ij. ſtatuimus. ¶ Et quartò non debet loqui cū aliquo niſi aſſociata, ſaltē per uetulā monacham. 18. q. ij. diffinimus. & c. 5. in 10. ſimiliter nec mittere debet monialē ad locutorium, niſi cum ea uadat, aut aliam mittat, ſecundum Arch. quia par & maior eſt ratio in ſubditis, quibus debet eſſe præſtantior. Quomodo aūt & quādo pro homagio poſſit egredi clauſuram, uide ĵ. Religio. 7. §. 16. & quomodo non poſſit ſibi eligere confeſſorem, ĵ. Confeſſor. j. §. 8.

## DE ABORSV.

1 *Aborſum procurans & homicida eſt, & mortaliter peccat. Et qua pœna plectendus ſit, ſiue animatus factus fuerit, ſiue nequaquam. Et nū ſpectandum ſit nobilis, ſit ne, an ignobilis, qui procurauit. Et de irregularitate, quæ huiuſmodi homicidium conſequitur.*

2 *Aborſus num quando procurari poſſit, & tum ſi de fœtus animatione dubitetur, num procurans homicida cenſendus ſit.*

1 ABORSVM † & ſterilitatis uenena procurans, homicida eſt, & mortaliter peccat. 32. q. ij. aliquādo. & c. ſeq. Et ſi fœtus erat animatus, debet capite puniri: qa uerus homicida. Si uerò erat īanimatus: ſi nobilis eſt, ſceleris auctor, parte bonorū omiſſa relegat̃: ſi ignobilis, dānat̃ in metallū.

 ff. de

ff.de pœ.l.ſi ali quid.§. ... ad irregularitatem quæ homicid... quitur, intellige ſi erat animatus anima ... tionali, ſecundū S.Th.in iiij.diſt.xxxj. ... quantum uerò ad peccatum hoc eſt ... tale, etiam ſi erat animatus ſola anima ſenſibili aut uegetatiua: imò etiã ſi ante cōceptionem fiant, & omne aliud generationis impeditiuū, ſi hac intētione fiat: quia eſt contra bonum prolis generandæ.

2 † QVANDO verò procurari poſſit aborſus ad ſeruãdam prægnantē, vide j. Medicus.§.iiij.particula ij. Vtrū verò cēſeri debeat homicida, ſi dubitatur de fœtus animatione. dico ꝙ in foro contētioſo, ubi agitur ad pęnã, interpretatio fieri dēt in partē mitiorē.l. interpretatione. ff. de pęn. ſed in foro animæ vbi agitur ad placandū Deū & emēdationē, dēt ſe quis reputare homicidã: quia maximè in talibus eſt via tutior eligēda, vt in c.iuuenis.de ſpon.& bonarū mētiū eſt ibi culpam timere ubi culpa non eſt.c.ad eius.in fi.v.diſt.vide j. Homicidiū,j.in prin.

## DE ABROGATIONE LEGVM.

1 *Legum abrogationē triplici de cauſa licitè fieri. Et ſubinde, legem humanam eatenus immutari poſſe, quatenus ex eius immutatione cōmuni vtilitati prouideri poteſt: quanquam ne id quidem temere, aut de facili fieri debeat.*

2 *Leges quænam hodie, & item canones, num ligent remiſſiue.*

1 ABROGATIO † legum tribus modis vel cauſis licitè perficitur. Primò, ꝑp cōſuetudinem contrariã.xxxj.diſt. ante trienniū.Inſtit.de teſtam.§.ij. Secūdò, ꝑp diſparē tēporum ſucceſſionē.34. diſt.fraternitatis.vbi dicit tex.ꝙ defectus noſtri tēporis: quibus non ſolū materia, ſed corpora ipſa defecerūt, diſtrictionis illius nō patitur manere cenſurã. Tertiò, ꝑp emergentia mala: vt in §.uerū.lxiij. diſt.in fi. vbi eſt exemplū de æneo ſerpēte, quē Moyſes bona intētione fecit, Ezechias bona intentione deſtruxit. S. Th.autem xij.q.xxvij. art. j. & ij. dicit, ꝙ lex humana intantum rectè mutatur, quantū per eius mutationē cōmuni vtilitati ꝓuidetur. Quod tñ de facili fieri non

2 dēt: vt j. Lex.§. xv. † QVAE aūt leges uel canones hodie non ligent, vide infrà. Lex. §. x. xj. & xiij.

## DE ABSENTE.

1 *Abſens abſentia procurata, etiã reipublicæ cauſa, num priuilegijs gaudeat, & ibidem de clericis venantibus ampliores dignitates Cardinales affectantibus. Et de ambaſiatoribus diutius qu... expediat in legatione perſiſtentibus.*

1 ABSENS ſi data opera & affectate ſit abſens, etiam cauſa reip. nunquid gaudeat priuilegijs quæ habent abſentes cauſa reip. Dico ꝙ nō, vt in l.& qui data.ff. ex quibus cau. ma. Vtrū verò qui in officio modici ualoris eſt abſens cauſa reipub. præſumatur abſens affectatè & data opera? Et dico ꝙ ſic.arg. tex. ſingularis: in l.ſpadonē, §.fi.ff.de excuſ. tuto. Et facit cōtra clericos abſentes, qui vt ampliores obtineãt dignitates, cū Cardinalibus morãtur, & contra ambaſiatores, qui ſtant pluſquam expediat doloſè vel ſua uoluntate: qui etiam tenētur expenſas reſtituere mittēti, vt in d.l.& q data.

## DE ABSOLVTIONE PRIMO ab excommunicatione iuris.

1 *Abſolutio ab excōicatione quotuplex ſit. & an ... o & clericis inferioribus: item excommunicato, & laico poſſit committi. Et quid ſi quis ab huiuſmodi abſolutus fuerit.*

2 *Superior quilibet, licet non ſacerdos, poteſtatem excōicandi habens, abſoluendi quoq; poteſtatē habet. Et id qualiter intelligendum.*

3 *Abſolutio ab excōicatione minori, per quos fieri poſſit. Et quis proprius ſacerdos cēſendus ſit. Ab excōicatione autem maiore, regulariter abſoluere pōt, qui & ligare. & huius limitationes ac fallentiæ nouem.*

4 *Abſolutione ab excommunicatione maiori a iure lata cōmuni, vel ſpeciali, cuinam competat.*

5 *Simplex ſacerdos cur ab excōicatione abſoluere non poſſit, ex ſententia Thomæ.*

6 *Fratres minores & prædicatores præſentati in forma clem. dudum. de ſepul. ſi quempiam abſoluant ab aliqua excōicatione iuris, epo de iure non reſeruata, ſed ex ipſius duntaxat voluntate, an ſint excommunicati.*

7 *Abſolutio ab excōicatione ſtatutorum prouincialium, conciliorum, aut ſynodalium, aut etiam ab legatis, dum ſint in legatione inducta, ad quem pertineat, & abs quo fieri poſſit.*

8 *Abſoluere ab excōicatione in mortis articulo quinam & in quibus poſſint. Et quid mortis articulus dicatur. Item qui tum abſolutus etiã a ſimplici ſacerdote, (qui tunc a quouis peccato quãlibet enormi abſoluere poteſt) ſi tãdem euadat, num eum ad quem huiuſmodi abſolutio pertinebat adire debeat. Et ſi intereat, nū hæres eius adire teneatur, & qualiter huiuſmodi abſolutio vocetur.*

9 *Laicus, qui in mortis articulo ab excommunicatione quandoque abſoluere poteſt, an etiam ſacroſanctam*

*croſanctam Euchariſtiam miniſtrare poſſit. Et num id vel diacono ſaltem liceat. Et quid de extrema vnctione.*

10 *Simplex ſacerdos num quemuis transfretaturũ ab excommunicatione abſoluere poſſit. Et quid in obſeſſo & prægnante. Et ibidem, quid in his caſibus ſimplex ſacerdos obſeruare debeat, conſultiſſima cautio.*

11 *Contrahens iuris excõmunicationem in vna diœceſi, vbi domiciliũ habet, num ſi in aliam diœceſin commigret, illic ab epõ aut curato abſolui queat. Et quid ſi proprius epũs in aliena agat diœceſi, num illic ſubditos abſoluere poſſit. & quid in legato, vel quouis alio ordinario.*

12 *Epiſcopus ſi cui abſolutionẽ ab omni excõicatione, committet, num cõmiſſarius poſſit eum excõmunicatum abſoluere ab eo, cuius abſolutionẽ cõmittẽs nõ demandaſſet in ſpecie, ſi reſciuiſſet.*

13 *Abſoluens de facto ab excõicatione, ad quam abſoluentis poteſtas non ſe porrigit, num eo cognito, quòd non potuerit, debeat ſic abſolutum certiorẽ reddere, & vt rurſus abſolutionem aliunde impetret conſulere & monere. Et ſi abſolutio ex falſa cauſa facta ſit, num teneat.*

14 *In mortis articulo num cuiuſuis voti a ſimplici ſacerdote diſpenſatio fieri poſſit remiſſiuè.*

1 ABSOLVTIO † primò cõmuniter ab excõicatione iuris, vt plenius innoteſcat, ſciendum eſt ſm Verucc. & Monal. in tit. Excõmunicatio. ꝙ ipſa eſt duplex: prima ſcilicet pertinens ad forum pœnitentiale: quæ à ſacerdotibus ſolum poteſt impendi: vt in c. canonica. de ſent. excom. quæ etiam, licet taceant prædicti, diſtinguitur in ſolennem, & non ſolennem, vn ĩ. Abſolutio iij. §. j. & ſequen. & ſecunda pertinẽs merè ad forum contentioſum, quę diacono & clericis inferioribus committi poteſt: & de qua intelligitur glo. in c. paſtoralis. de offic. ord. quę vult ut etiam laico poſſit committi. quod Hug. dicit verum ex derogatione Papæ duntaxat, qui vt dicit, eam cõmittere poteſt etiam excõicato: quia eſt potius iuriſdictionis quàm ordinis, ſed tamen abſolutus à talibus, neceſſariò denuò abſoluitur à ſacerdote abſolutione prima, ratione peccati mortalis propter quod fuit excõicatus.

2 VNDE † vt recitat Arch. Vicẽ. c. lxxxj. Pe. de Peru. & Io. dicũt, ꝙ quilibet ſuperior etiã non ſacerdos habens poteſtatem excommunicandi, habet etiam & abſoluendi, quantũ ad reſtituendũ hominũ cõmunioni, & habilitandum ad legitimos actus: ſed quantum ad tollẽdam culpam criminis aut contumaciæ requiritur abſolutio ſacerdotis. Et rationem aſſignat Innoc. in c. quanto, de conſuetu. & c. fi. de exceſſ. præla. quia hoc pertinet ad poteſtatem clauium, quæ ſolis ſacerdotibus datæ ſunt. 20. diſt. §. j. 90. diſt. illud autẽ. & de pœnit. & remiſſ. noua.

3 † ABSOLVTIO autem ab excommunicatione minori, ſciendũ eſt, ꝙ à tribus dũtaxat fieri põt. ſ. à papa, ut manifeſtum eſt: & à proprio epõ, uel à proprio ſacerdote, aut licentiam ab eis habente: ut in c. nuper. de ſen. excom. Et dico proprium ſacerdotem eum qui abſoluere poteſt à peccatis, ſm Arch. Ab Archiepiſcopo autem extra ſuam diœceſim ſm Dir. lib. iij. tit. iiij. fieri non poteſt: ut patet in d. c. nuper. ſed intellige, niſi dum uiſitat, ut in c. perpetuo, de cenſib. lib. vj. Non poteſt etiam ſm S. Tho. Hoſt. & alios, fieri à ſacerdote non proprio: tum quia ſi negatur archiepiſcopo, ergo à fortiori ſacerdoti: tum etiam quia c. nuper. concedens eam ſacerdoti proprio, uidetur de non proprio negare. Nec obſtat ſi conditor canonis iſtam abſolutionem ſibi non reſeruauit: quia per hoc eam non cõceſſit aliis omnibus, ſed quibuſdam. Non obſtat etiam ſi excommunicatio minor ſeparat à ſacramentorum perceptione, & conſequenter ab ipſa abſolutione: quia ſeparat à ſacramentis aliis à pœnitẽtia, & à pœnitentia in ordine ad peccata, à quibus ea ſtante quis abſolui non poteſt, ut dicetur: non autem à pœnitentia in ordine ad excommunicationẽ. quamuis etiam dici poſſit, ꝙ non oportet abſolutionem ab excõmunicatione eſſe ſacerdotalẽ, ſed iuridicã. Vnde S. Thom. dicit in iiij. ꝙ excõicatio pertinet ad forum cõtẽtioſum: unde propria auctoritate excõicare poſſunt ſolum epi & ſuperiores prælati habentes iuriſdictionem.

¶ Abſolutio verò ab excõicatione maiori à quo fieri poſſit: ſciendum eſt ꝙ regulariter abſoluere poteſt qui & ligare: & ſm aliquos econtrario. 24. q. j. ſi Petrus. & 21. diſt. inferior, ff. de re iud. l. qui condemnare. & ff. de reg. iur. l. nemo. lá j. de pœn. diſt. j. uerbum. Fallit hęc regula in ix. caſibus. ¶ Primus eſt in delegato Papæ, qui ſentẽtię ſuę inobediẽtem excommunicare poteſt: ſed poſt annũ à ſua diffinitiua ſententia abſoluere nõ põt: ut in c. querenti. de offic. dele. iuncta gl. & dicto Inn. ¶ Secundus eſt in eo, qui poſtquam excommunicauit, incidit ipſe in excommunicationem maiorem: quia tunc nec excommunicare poſſet, nec abſoluere. 24. q. j. audiuimus.

diuimus.ſecus ſi incidit in maiorē:quia ſ poſ ſet:vt in c.duobus.de ſent.excom. & de cleri.excom.ſi celebrat. ¶ Tertius eſt in incendiario, quem ordinarius excōmunicare poteſt:ſed poſt denunciationem abſoluere non poteſt ſed Papa ſolus:ut in c.tua.de ſent. ex com. Quartus eſt in ſententia lata ab inferiore,ſed per Papam ex certa ſcientia confirmata: quod de ſentētia ab homine intelligitur ſecundum Io. And.in c.ex frequentibus, de inſt. Ratio, quia omnia, quibus auctoritatē impertimus, noſtra facimus.c.ſi apoſtolicæ, de præben.lib.6. C.de uete.iu.enu.l.j.§.omnia.Secus autē ſi confirmat ſine certa ſcientia aut cauſæ cognitione: uel ſi ſententia eſſet per ſtatutum quantumcunq; confirmatum: quia tunc abſoluere poterit inferior: niſi Papa ſibi uel alteri reſeruaſſet, ſicut de his quæ ſunt à cōmuni iure dicetur.¶ Quintus eſt in illo qui excommunicauit, nec tamen eſt ſacerdos: quia licet abſoluere poſſit abſolutione iudiciali ſiue fori contentioſi, non tamen abſolutione ſacramentali ſiue fori pœnitentialis: ſed indicere debet abſoluto ut ſe præſentet ſacerdoti, qui ratione clauis illum abſoluat, quantum ad ſolēnem reconciliationem eccleſiæ:quia ſi abſolutio ab excommunicatione minori ſacerdotem requirit,ut in c.nuper.de ſen.excom. multo magis hoc requirit abſolutio à maiori. ſed de hoc plenius §. ſeq. ¶ Sextus eſt in eo cui Papa mandat, ut aliquem excommunicet ſine aliqua cognitione cauſę:quia cùm talis ſit merus executor, abſoluere non poterit, arg.in c.ſuper quæſtionum. & c.fi. de offic. dele.ſecus autem ſi cognitionem cauſę mādaſſet,quia tunc poſſet abſoluere.arg.in c.verbū.de pœ.diſt.j.& c. inferior.xxj.di.Hoc no. Io.An.& Arch.in d.c.cùm inferior, & Hoſt. & Ber.in c.cùm inferior.de maiori.& obed. Et hi ſex caſus ſunt in excōcatione. ¶ Septimus eſt in clericis exhibētibus hæreticis eccleſiaſtica ſacramenta, & eos ſepelientibus: quos ordinarius officio priuare pōt:ſed abſque ſedis apoſtolicæ indulto ſpeciali reſtituere nō poteſt, vt in c.excōmunicamus.de hære. ¶ Octauus eſt in ſuſpenſis per conciliū à beneficijs conferendis pro eo,ꝙ ea ſciēter contulerunt indignis poſt ſecundam monitionem, quia hanc ſententiam nullus relaxare poteſt,excepto papa. vel vno ex quatuor patriarchis principalibus: vt in c. graue. de præb. ¶ Nonus eſt in degradato,quem ordinarius degradare poteſt, ſed reſtituere non poteſt, ſed ſolus papa.de ele. non re.ex tuæ. in gl. Circa hoc tamē eſt diſtinguēdum,vt ĩ. Degradatio.Quantū aūt ad li. ecōuerſo fallit in diœceſano,qui abſoluit exemptum,vt ĩ.Abſolutio.v. §.iij.quem tamen non ligat, quia exemptio non nocet exempto:niſi forte in fauorem eximentis, cum fiat gratia vtriuſque.

4 †ABSOLVTIO ab excommunicatione maiori lata à iure communi vel ſpeciali, vt pateat cui conuenit iure ordinario,ſciendū eſt,ꝙ papæ cōuenit in omni caſu, vt manifeſtum eſt: & in aliquibus cōuenit ei ſoli, vt dicetur ĩ.tit.Excommunicatio.vij.per totum. Epiſcopo autem quo ad excommunicationes non quidem hominis, ſed iuris cōmunis,tam maiores,quàm minores cōpetit in omni caſu,in quo ſibi vel alteri conditor canonis nō reſeruauit:vt in c.nuper.de ſent. excom. & in aliquibus caſibus competit ei & nulli inferiori,vt dicetur ĩ.ti.Excōicatio. viij.in prin. Et ſimiliter competit capitulo, ſeu illi ad quem pertinet epiſcopalis iuriſdictio ſede uacante.de maio. & obed.c.unico, lib.vj.& ſimiliter prælatis exemptis quo ad ſubditos eorum conuenit in oī caſu, in quo ſibi cōditor canonis nō reſeruauit:& ſimiliter non exēptis præſidentibus eccleſiæ collegiatæ:vt eſt Abbas,Archipresbyter,& huiuſmodi,in caſib.nō reſeruatis ſuperioribus, id eſt,papæ, vel epo: & probantur hæc omnia per c.nuper. Itē quia huiuſmodi poſſet excommunicare: vt patet in c.cùm eccleſiarū. de offic.ordinarij.& cōſequenter abſoluere. ¶Et ſimiliter conuenit inferioribus prælatis, quibus hoc confert cōſuetudo:ut in Sūma Con.lib.iij.tit.xxxiij.Sacerdoti autē curato ſimplici etiam competit, ſecundùm Inno.in d.c.nuper.dicentem ꝙ tam à maiori quàm à minori abſoluere poteſt, ꝓprius epiſcopus,uel proprius ſacerdos,licet diſſentiat glo.in c.ſi epiſcopus. de pœ. & remiſ.in vj.Et hoc inquit Inno. niſi in caſibus,in quibus conditor canonis ſibi uel alteri reſeruauit. Sed tu adde quo ad ſacerdotem, niſi eps ſibi reſeruauerit. Conſentit ibi Hoſt. & eſt quaſi tex.expreſſus.Cōſentiunt & Theologi: ut in Dir. lib.iij.tit.iiij. Inter quos eſt S.Bon.iiij.diſt.xviij.quæſt.ult.& S.Tho. eadem diſt.ij.art.v.q.j.Conſentiunt etiam aliqui Summiſtæ,ut Monal.titu.Excommunicatio.& Sūma Conf.li.iij.tit.xxxiij.& Io.de Saxonia.tit.Abſolutio.& Sū.Ang.tit. Abſolutio.j.Conſentit & ratio, ſic tñ intelligēdo

quòd

ꝙ non abſoluit propria auctoritate ut epiſcopus, ſed ex commiſſione:ut patet per S. Thom.iiij.diſt.xviij.q.ij.art.ij.q.j.quam cõmiſſionem intelligo factam per ſummũ põtificem eo ipſo ꝙ abſolutionem ſibi uel alteri non reſeruat.Arguitur autem ſic. Nam quicquid religioſis de iure competit, etiam ſimplici ſacerdoti curato cõpetit: quia religioſi quibus de iure cõmuni nullus eſt maioris auctoritatis.ſ.poteſtatis, ſecundũ formam cle.dudum.de ſepul.nõ habent auctoritatẽ maiorẽ ea quæ curatis conuenit de iure,vt patet in eadem cle. Sed abſoluere ab excommunicatione, vbi papæ vel epiſcopo abſolutio non eſt reſeruata de iure, ſiue in caſu aliquo,cõuenit religioſis de iure:vt patet per exceptionem factam in clem.j.de priuil.vbi religioſis mandatur,ut nullum abſoluant ab excommunicatione: niſi in caſibus iure expreſſis.Primum, quicquid nulla lege prohibetur,conceſſum eſt. ff. ex quib. cauſ. ma.l.nec non.uide ibi glo. Sed abſolutio ab excommunicatione ſacerdoti ſimplici ubi nulla eſt reſeruatio ſuperioribus, nullo iure prohibetur. Propterea hoc uidetur haberi ex d.c.nuper. in quo ſimul quæritur,an ſacerdos poſſit excommunicatum abſoluere,uel requiratur auctoritas epiſcopi:& reſpõſio inter ipſos non diſtinguit,ſed potius inter eos coniungit.in hoc quod dicit Papam,dum ſibi nõ retinuit,relaxaſſe alijs in plurali,id eſt, epiſcopo,ſacerdoti. & ſimiliter dum in d.c. dicitur,ꝙ abſoluere poterit hic uel ille. Nec ualet dicere ꝙloquitur de minori:licet illud ſit uerum:quia dictam relaxationem omnes Doctores exponunt etiam de maiori.

5 †AB ISTA tamen ſententia diſſentit Summa Roſel.& Supplementum Piſanellæ malè intellectæ,quæ ſcilicet dicit,ꝙ ſimplex ſacerdos ab excommunicatione abſoluere non poteſt:quod tanquam uir doctus Sanct. Thomas ideò dixit,quia hoc non poteſt,niſi ex commiſſione: quæ tamen eſt facta ipſo iure.Nec obſtat quod dicit,huiuſmodi abſolutionẽ eſſe unum ex quatuor caſibus epiſcopo de iure reſeruatis:quia hoc non intelligitur de omni excõmunicatione, ſed de ea cuius abſolutio epiſcopo à iure eſt commiſſa.cuiuſmodi ſunt tres,de quibus ĩ.qđ patet quia epiſcopo de iure nõ reſeruatur, niſi qđ ius ei tanquam proprium tribuit:quod non facit de abſolutione ab omni excommunicatione,ſed à quibuſdam tãtũ. Ab iſta ẽt ſententia diſſentit Pan.fundans ſe in gl. in c.ij. de pœn.& remiſſ. [illegible] hoc non concludit ſufficienter ratione uel auctoritate. Poſſet etiam contra iſtam ſententiam argui: quia curatus excõicare non poteſt, & conſequenter nec ſoluere:ſed dico ad hoc dupliciter.Primò, ꝙ ei eſt iure permiſſum in aliquibus caſibus excõicare: ut dicit S.Tho.in iiij.diſt.18.q.ij.arti.ij.q.j. Et ſecundò, ꝙ ſicut non poteſt excommunicare propria auctoritate,ſed ex cõmiſſione: quia,ut ibi dicitur, non habet iuriſdictionem in ſoro contentioſo, ad quod pertinet excommunicatio:ita etiam non abſoluit ex propria auctoritate, ſed ex commiſſione alterius ei facta. eo ipſo,ꝙ non eſt ei abſolutio interdicta. vt elicitur ex capit.nuper.

6 EX QVIBVS † etiã ſuppoſito, ꝙ diœceſanus fratribus Prædicatoribus & Minoribus preſentatis,in forma cle. dudũ. de ſepul. non poſſit reſeruare caſus ad libitum:ut probabo ĩ.tit.Confeſ.ij.§.5.elicio.ꝙ ſi dicti fratres ſic præſentati, uel ex gratia habentes ꝙ ſic intelligantur præſentati,abſoluent ab aliqua excommunicatione iuris non reſeruata epiſcopo de iure,ſed ſolum reſeruata epiſcopo ex uoluntate ipſius epiſcopi, non eſſent excõicati: quia ab ea de iure poterant abſoluere, & eps eã ſibi nõ potuit reſeruare,vnde iuridica fuit talis abſolutio.ĩ. Confeſ.ij.§.5.

7 ABSOLVTIO † ab excommunicatione ſtatutorum prouincialium, conciliorum,aut ſynodalium, aut quam faciunt Legati in ſuis legationibus, ut pateat ad quem pertineat, ſciendũ eſt ꝙ ſiue talis ſententia ſit lata ex perſona concilij, ſiue metropolitani in concilio prouinciali,ſm Arch.di.17. c.j.non ſolum archiepiſcopus,ſed etiam quilibet epiſcopus abſoluere poterit ſubditum ſuum,cùm talis ſententia ſit canonis ſiue iuris.de ſent.excom.nuper.& generaliter de tali ſententia, ſm Gul.ut recitat Dir. eſt idem quod de excõicatione lata à iure. & uerum eſt ſicut etiam vult Pan. in c. graue,de preben.loquens de epiſcopo.& Io. de Ligna.arguit à fortiori,ꝙ ſi epiſcopus abſoluere põt à ſententia canonis generaliter lata,non reſeruata potius abſoluere poterit a ſententia lata per conſtitutionem ſynodalem ſpecialẽ.Et Pan.vbi ſ.ad epiſcopũ tenet iſtam abſolutionẽ pertinere,etiã ſi ſuus ſubditus contraxerit ſententiã in diœceſi aliena: puta ſi Florẽtinus contrahat eã Senis ex ſtatuto ſynodi Senẽſis, & hoc etiam ſi ſtatutum eſſet confirmatum per Papam, ſecundũ Io.And. in c.

in c.ex frequen... ibi Pan. rōnē: quia ex quo conditores ſtatuti nec ſibi, nec alijs reſeruauerunt, vidētur alij conceſſiſſe. Guil.autem vult non ſolum epiſcopum hoc poſſe, ſed etiam ſimplicem ſacerdotem, à quo tamen excipit religioſos,quibus eſt prohibitum à talibus ſententijs prouincialibus,aut ſynodalibus abſoluere:ut in clem.religioſi.de priuileg. Et ſic tene,vt in priore §. dictum eſt.ſed tamen de hoc vide etiam tit. ſeq.§.i.dubio iiij.

8 † ABSOLVTIO ab excōicatione in mortis arti.vt ſciatur cui competit, ſciendū eſt ꝙ quidam ſunt qui abſolui poſſunt citra Papam ſolum in mortis arti. & hi ſm Arch. ſunt falſarij literarū papę,inſequentes hoſtiliter Cardinales, iniurioſè vel temere epiſcopum bannientes, religioſi vel clerici ſeculares inducentes ad uotū eligendi ſepulturā.& alij,de quibus agitur ꝟ.Excōicatio viij.§. ij. in fi.& in curiæ proceſſu.Mortis aūt articulus dr̄ non ſolū periculū mortis ex infirmitate,ſed etiā quodlibet periculū vicinum morti,ſm Inn. puta ſi quis timet hoſtē, vel prædonem,vel crudelitatē potentis, vel ſi nauigaturus ſit per loca periculoſa, aut per inſidioſa tranſiturus: & idem Hoſt. addens etiā idem eſſe, ſi quis obſideatur in loco vbi tela iaciuntur: ſed intelligo iſta de periculo probabili.quod iudicio boni viri determinabit. In hoc ergo arti.abſoluere poteſt excōicatū à qualibet excōicatione tam iuris, q̄ hominis quilibet ſimplex ſacerdos, ſm S. Tho.in iiij.diſt.xviij.& diſt.xx.& Inn.Arch.de pœn. diſt. j. quem pœnitet,& de ſen. excom. non dubium.& c.eo.tit. lib. vj. & de ſepul. parochiano. ſed hoc caſu iniunget ei ꝙ impedimento ceſſante ſe præſentet ei à quo fuerat abſoluendus, mandatū eius ſuper hoc humiliter accepturus.de ſent.excom.ea noſcitur. Et ſi non fuerit quis in tali artic. abſolutus, ſed tñ in eo contritionis ſigna apparuerint, abſolui poterit poſt mortē ab eo q abſoluere poterat viuum & ſanū,& ab eo hmōdi abſolutio eſt requrenda.extrà,de ſen.exc.à nobis.el ij. Nec obſtat,ꝙ talis aliquando haberi non poteſt: quia requiſitus abſolutionē alteri mandabit. Et valet talis abſolutio ſm Verucc.ut ſepeliatur in loco ſacro: vel ſepultus non exhumatur,& pro eo oretur & celebretur.Eodē mō & à fortiori in tali articulo pōt ſimplex ſacerdos à quocunque peccato quātumcunq; enormi abſoluere ſm S. Tho. iiij.vbi ſ.& Inn.in c.nuper.de ſen.excom.Et ſi talis abſolutus euadat,non eſt neceſſe ꝙ ſe præſentet ei qui aliàs poterat abſoluere: niſi habeat annexā cenſurā,pro qua ſola inuenitur cautū ut quis ſe præſentet:vt in c.cos.de ſent.excom.lib.vi.& intellige, ꝙ in tali caſu abſoluere pōt ſimplex ſacerdos ēt non proprius:modò nō ſit impeditus in ordinis executione.de quo ꝟ.Confeſſ.iij. §. vj. ¶Imò in dicto caſu non ſolū ſimplex ſacerdos, ſed ēt laicus abſoluet ab excōicatione, ſm Pan. in d.c.à nobis.de hoc ſunt duæ gl. no.in d. c. à nobis.& in c.paſtoralis.de offi.ordi.quas ipſe non approbat quantum ad abſolutionem à peccatis, ſed ſolùm ab excōicatione, dicens:Iura quæ videntur eſſe contraria,intellige de abſolutione à peccatis,non ab excōicatione.Et hoc dictum glo.dicit eſſe magni effectus: quia hæres non cōpellitur amplius pro abſolutione adire Papam,vel eū, à quo defunctus viuus erat abſoluendus: Et hanc abſolutionem ipſe cum gl.uocant remiſſionem potius q̄ abſolutionem. Et idem tenet Arch. hanc abſol.vocans reconciliationem.

9 † SVNT autem hæc vera,vbi deeſt copia ſacerdotis. Nec tamen propter hoc pōt laicus in mortis articu. euchariſtiam exhibere, licet quidam hoc aſſerant: vt refert Innoc. quia Collecta.poſt Hoſt. firmare videtur, ꝙ nedum laico, ſed nec diacono licet iſtud ſacramentum attentare: de diacono tamen ꝟ. Diaconus. ¶Similiter nec tenetur, ꝙ poſſit laicus eo caſu exhibere extremam vnctionē licet quidā hoc dicant,quia cū iſta ſacramēta non ſunt neceſſitatis: nulla eſt neceſſitas, qua excuſentur iſta tractantes,niſi ſint ſacris initiati.

10 † NEC tamen credas ab omni excommunicatione & peccato, poſſe abſolui omnem transfretare volentem à ſimplici ſacerdote, ſm Tanc. & Ber. ſed ſolū ſi periculū mortis immineat.ſ.probabile: quo ſcilicet quis probabiliter credit vel dubitat naufragari, vel aliàs periclitari.¶Similiter nec quēlibet obſeſſum,ſecundū Hoſt.ſed ſolū impugnatū telis,& intellige iuſtè ſe defendentē.quia ſecūdū Dir. li.j.tit.xv. abſolui non poſſet ſe defendens iniuſtè tanquā rebellis:qui tamen ſi iuſtè pęniterer, & ſecurè exire non poſſet abſolui poſſet: modò nihil faciat ſibi imputabile.Similiter nec quamlibet pręgnantē, ſed eam quæ eſt in periculo,ſm arbitrium boni viri: quāuis probabiliter dici poſſit ſecundū Summiſtas aliquos, ꝙ quilibet poſſit abſolui,quando ſuperior haberi non poteſt:quia quantum-

quantumcunq; ſit aſſueta faciliter parere. pōt
tñ in vtero habere gemellos, aut maiorem
ſolito,& periclitari:qđ maximè vr̃ verũ ſi in
iungeretur,ꝙ ſuperato periculo ſe præſenta
ret ei qui aliàs poterat abſoluere. Si tñ in
omnibus prædictis cautus ſimplex ſacerdos:
quia ſm̃ Inn. non debet ſe de reſeruatis in-
tromittere,qñ haberi pōt copia ſuperioris.
Similiter nec poteſt abſoluere ab excõica-
tione,per curiæ proceſſum,& Sixtinam,quã
habes in fine huius operis latam, niſi cum
modificatione ibi poſita:aliter ipſe abſoluẽs
eſſet excommunicatus,excommunicatione
Papali,& multis pœnis addictus.

11 † CIRCA prædicta reſtant dubia multa.
¶ Primò enim quæritur,utrum is,qui excõi
cationẽ iuris contraxit in una diœceſi,habẽs
ibi domiciliũ,abſolui poſſit ab epiſcopo vel
curato diœceſis alterius, ſi ſe transferat ad il
lam? Et dico,ꝙ ſic,ſm̃ Veru.& Ric.in iiij.di.
xviij.ſi excõicatio eſt lata à iure,uel quocun
que ſtatuto, & non ſit per conditorem abſo
lutio reſeruata. ſecus autẽ ſi lata eſſet ab ho
mine,vel à conditore abſolutio reſeruata.&
idem ſentit Io.And.& Pan.in d.c.ex frequẽ-
tibus.quo ad epiſcopos. ¶ Secũdò an epiſco
pus exiſtens in aliena diœceſi,abſoluere poſ
ſit ſubditos ſuos? Et dico,ꝙ nõ in his qui re-
quirunt cauſæ cognitionẽ: quia neq; ſedere
poteſt pro tribunali.9.q.ij. epiſcopum.ſecus
ſi cauſæ notitiam non requirunt, quia iſta
pertinent ad iuriſdictionẽ voluntariam. Et
idem dico de legato ex latere extra termi-
nos ſuę legationis,poſtquã egreſſus eſt vrbẽ
donec reingrediatur eam, reſpectu hominũ
ſuæ legationis.arg.ff.de officio procon.& le
gat. l. ij.vbi dicitur, ꝙ proconſules, quibus
ſcilicet legati à latere ſimilantur, ſecundum
glo.de offi.leg.c.excõicatis. ſtatim poſtquã
vrbem egreſſi fuerint, habent iuriſdictionẽ
voluntariam.ſed non contentioſam.i.iudi-
cialem. Epiſcopi tamen expulſi iuriſdictio-
nem,intellige contentioſam,ſecundum glo.
exercere poſſent in aliena diœceſi, licentia
tamen petita,etſi non obtenta à diœceſano:
& ita etiam, ꝙ ſubditi non expulſores, nec
eorũ fautores ſeu cõſiliarij vltra duas dietas
à fine ſuæ diœceſ. non trahantur, vt in cle.
quamuis.de foro compe. & ſic poſſet abſol-
uere etiam quantum ad ea quę cauſæ cogni
tionem exquirunt. ¶ Sed pro notitia prædi-
ctorũ ampliori no.ꝙ gl.i c.nouit.de off.leg.
quęrit,vtrũ legatus vel alius ordinarius exi-
ſtens extra ſuum territoriũ poſſit excõicare
& abſoluere, & cauſas delegare, vel ſimilia?
Vbi Pan.dicit mentem glo.eſſe,ꝙ excõicare
aut abſoluere non poteſt,aut exequi, alia, q̃
requirunt cauſæ cognitionem,ſed poteſt cõ
ferre beneficia, & cauſas delegare, & facere
alia quæ ſunt iuriſdictionis voluntariæ. Sed
Inno.limitat, ꝙ poterit abſoluere ſi ſe nouit
in excommunicando erraſſe: quia iſta abſo-
lutio fit ſine cauſæ cognitione. Limitari ẽt
poteſt, quòd poterit abſoluere in foro ani-
mæ, quantum ad omnia in quibus non fit
præiudiciũ tertiò:quia talia proceſſum iudi-
ciarium non requirunt.Hoſtien.etiam limi-
tat,quòd excommunicare poterit ſubditum
in notorijs: quia iſtam cognitionem cauſæ
non requirunt: vt in c. euidentia. de accu.
quod tamen non intelligo quantum ad ex-
communicationem ſolemnem:quia talis fie
ri non poteſt niſi uſurpando iuriſdictionem
in eccleſia alterius diœceſani: quod in dicta
cle.quamuis.prohibetur.Si autem uellet cõ-
tentioſè procedere,non ualet proceſſus:quẽ
tamen Summa Conf.lib.iij.tit.xxxiij.quæſt.
liij.dicit ualere, ſi fiat de conſenſu diœceſa-
ni: ſed intellige accedente etiam partium
conſenſu,& non aliter:quia partes extra ter-
ritorium trahi nõ poterunt inuitę:ut l. fi. ff.
de iuriſd. om.iud.l.iij.ff.de off.præſi. no. gl.
in c.litigantes.de off.ord.̃. lib. 6. niſi in caſu
dictę cle.quamuis.

12 † TERTIO, vtrum ſi epiſcopus alicui
committat abſolutionem ab omni excõica-
tione, poſſit excõmunicatum abſoluere ab
eo, cuius abſolutionem non cõmiſiſſet
in ſpeciali ſi ſciuiſſet:vt fortè quia erat excõ
municatus propter damnũ illatum ipſi epiſ
copo, vel aliquid huiuſmodi? Et dico, ꝙ
non.extrà,de reg.iur.in generali.lib.vj.& de
pœ. & remiſſ.ſi epiſcopus. in vj. vide tit. ſe-
quen.§.j.& v.Clauſula.

13 QVARTO quæritur, vtrum ſi de facto
aliquẽ abſoluo ab excõicatione,à qua non
poſſum,& poſteà aduerto: debeam eum de
meo errore certificare ſi poſſum:& cõſulere,
ꝙ denuò impetret abſolutionẽ? Et dico, ꝙ
ſic,ſecũdùm Verue.& interim debeo me ha-
bere ad illum quaſi non abſoluiſſem: vt in
Sum.Confeſ.lib.iij.ti.xxxiij. q. iij. ¶ Quintò
quæritur,vtrum poſſit quis abſolui ex cauſa
falſa,ſiue vtrũ teneat abſolutio facta ex cau
ſa falſa? Et dico,quod non,ſecundum Inn.&
Hoſt.quia ſic iudex abſoluere nõ intẽdit:pu
ta ſi abſoluendus mẽtiatur ſe ſatisfeciſſe,aut
ſibi remiſſam iniuriam,vel huiuſmodi:aliàs
autem

autē abſolutio ſiue iuſta ſiue iniuſta tenet quo ad eccleſiā militantē. ar. extrà, de re. iur. c. omnis res. Itē quia iura promptiora ſunt ad abſoluendū quàm ad condemnandū. 50. diſt. pōderet. & c. cum ſunt, de reg. iur. lib. vj. & cum prædictis cōcordat Alberic. Pro quo nota, ꝙ Pan. in c. ex parte. de off. ord. dicit, ꝙ excommunicatio & abſolutio vires ab excōicatoris & abſolutoris intētione recipiūt, ad quod facit gl. in c. j. de teſt. cog. Et ideo vbi excōicator intendebat omnino excōicare, tenet excommunicatio licet iniuſta: & ſimiliter ſi intendebat omnino abſoluere, tenet abſolutio: etiā ſi expreſſa ſint non ſolùm iniuſta, ſed etiā falſa: vt in c. venerabilis. §. vbi. de ſent. excō. lib. vj. Et exemplū qñ ſunt iniuſta, eſt, vt ſi abſoluatur quis nolēs ſatisfacere de damno, ꝓ quo iuſtè fuit excōicatus.

14 VTRVM autem in mortis articulo fieri poſſit diſpenſatio omnis voti per ſimplicē ſacerdotem, ĩ. Votum. iiij. §. iij. partic. x. A quo etiam abſoluatur exemptus: infra, Abſolutio. v.

## RVRSVS DE ABSOLVTIONE ſecundò, ſcilicet quo ad excommunicationem ab homine vel à iudice.

1 *Abſolutio ſecundo modo conſiderata, quæ excōicationis ab homine illata eſt diſſolutio: abs quo impendi poſſit. Et an ſi epiſcopus eum abſoluat, quem parochialis ſacerdos, aut Archidiaconus vel conſuetudinis, aut quouis alio iure, quod in parochianum habet, excommunicauit, abſolutio teneat. Et ibidem, ꝙ epiſcopus totius diœceſis tū laicorum tum clericorū ordinarius eſt. Et quid de Prouinciali, ſi eum abſoluat, quem conuentualis Prior excommunicauit.*

2 *Epiſcopus ſi ad abſoluendum vices ſuas deleget, num is, cui demandatæ ſunt, excommunicatos à ſubditis ipſius epiſcopi abſoluere poſſit. Et quid ſi addatur delegationi clauſula,* Demandamus *vices noſtras, etiam in his, quæ ſpeciale requirunt mandatum.*

3 *Epiſcopus extra territorium à ſe vel inferioribus ſuis excommunicatos, num abſoluere poſſit. Et an criminis particeps cū excōicato, debeat ab eodem abſolutionem cum ipſo criminoſo accipere.*

4 *Sententia excommunicationis ab inferiore lata, ſi à Papa confirmata ſit, num proximus ſuperior ab ea abſoluere poſſit.*

5 *Confirmationem duplicem eſſe: nempe, aut ex certa ſciencia, aut in communi forma. Et quid vtraque eſt.*

6 *Excommunicatore mortuo, aut mentis non ſanæ, quis abſolutionem impēdere queat. Et ſubinde abſolutus ab epiſcopi excommunicati officiali, num vere abſolutus ſit.*

7 *Cauſa appellatonis aut querelæ ab excommunicationis ſententia ab inferiore diœceſano lata, ad Metropolitanum delata, qualiter agendum procedendumque ſit. Et quid ſi excommunicatus non appellarit, de ſuffraganeo tamen apud Metropolit. cōqueratur, vt ipſi ob iniuſtam excōicationem pœnam irroget: an audiri debeat. Et ibidem, quid ſi extra iudicium ſuffraganeus ad tutanda iura ſua, vel etiam in iudicio ex officio procedens, quempiam excommunicet.*

8 *Iudex ad actum abſolutionis interponendum, nū aduerſarium citare debeat. Et quid ſi contra fiat, num teneat abſolutio.*

9 *Archiepiſcopus num eos abſoluere, qui alligati ſunt, ex ſententia Canonis concilij prouincialis, poſſit. Et quid ſi religioſus ab hominis ſentētia, a qua non poteſt, quem abſoluat, num in aliquam cenſuram incidat. Et ibidem, quòd in mortis articulo ſimplex ſacerdos ab ea abſoluit.*

1 ABSOLVTIO † ſecundò, ſcilicet ab excōicatione hominis, vt innoteſcat à quo poſſit impendi, ſciēdū eſt qđ impēdi poteſt primò ab eo qui tulit eam: quia potens ligare poteſt etiam ſoluere: niſi in caſu, vt dictum eſt. Secūdo, ab eius ſucceſſore, vbi lator eſſet mortuus vel amotus, xj. q. iij. ſi epiſcopus. Tertiò, quando excōicator eſt ſuffraganeus, impendi poteſt ab archiepiſcopo non indifferenter, ſed ſi ad eum fuerit appellatum, & hoc vocatis partibus, & cognito de appellatione: vt ĩ c. Romana, de appel. lib. vj. & extrà eod. venerabilibus. Vel ſi hoc habet conſuetudo, aut excommunicator negligenter vel malitioſe differat abſolutionē vel in aliis caſibus, in quibus iudicare poteſt de ſubditis ſuffaganeorum, quos habes ĩ. ti. Archiepiſcopus. §. j. Et ſi abſoluit in caſu nō conceſſo, abſolutio nō valet, quia eſt à iudice non ſuo: vt in c. paſtoralis. de offic. ord. Quartò, generaliter à ſuperiore excōicatoris: ſi tamen habet omnem iuriſdictionē, & plenā poteſtatē ſuper excōmunicatum æquè vt ipſe excōicator: ſicut ſi ſacerdos parochialis, vel archidiaconus aut alius ſubditus epiſcopo, ex conſuetudine vel ab alio iure ſuum ſubditum excommunicauit: quanuis non deceat epiſcōpum irrequiſito ſacerdote illum abſoluere: hoc tamen poteſt, & ſi abſoluit, abſolutus eſt, ſecundum Inn. vt in c. cum ab eccleſiarū. de offi. or. etiā ſatisfactione non ꝑmiſſa: quia epiſcopus eſt ordinarius totius diœceſis

diœceſis,tam laicorum q̄ clericorum: vt in c.j.de offi.ord.etiam quia tales officiales di cũtur epiſcoporum vicarij. de offi.arch.c.j. lxxx.diſt. non debere. Quod verum intelligẽ,niſi habeat ex cõſuetudine,ꝙ ab ẽpo abſolui non poſſunt:quia tunc non poſſet:vt in c.dilecto.de offi.archid.Malè tamen faceret ẽps abſoluendo etiam quando poteſt, quia ſubditis ſuis iuriſdictionem ſuam non ſeruat. de exceſ. prœla. c. ij. & de offi. ord. quãto.Et hæc opinio Inn.eſt cõmunis opinio Doct. quamuis alicui contradicant, vt no.Pan.in d.c.cũ eccleſiarum. Si etiam Prouincialis ordinis mendicantium abſoluit, quem Prior conuentualis excõicauit,& idẽ eſt de quolibet vicario habente plenitudinem poteſtatis ſuper ſubditis priorũ conuẽtualium,vndecunq; habebat,ſcilicet à conſtitutionibus vel indulto Apoſtolico.Archiepiſcopus autem hoc non poteſt reſpectu ſubditorũ ſuffraganei,niſi in caſu dicto: q.a nõ habet plenitudinem poteſtatis ſuper eis, cùm ab eo non habeat ſuffraganeus ſuam auctoritatem.

2 †PRIMO verò quæritur, utrũ is cui ẽps committit uices ſuas, ualeat abſoluere ſupradictos excõicatos à ſubditis ẽpi? Et dico,ꝙ non, ſecundum Dir. lib.iij. & c.5.niſi hoc expreſsè concedat.ar. de pœn. & remiſ. ſi ẽps.lib.6.ubi dicitur,ꝙ quis non intelligitur in generali commiſſione cõmittere ea quę ueriſimiliter in ſpecie non fuiſſet commiſſurus,nec eſt ueriſimile,ꝙ in ſpecie commiſſet aliquid cum iniuria alterius: & conſequenter non intelligitur in genere commiſiſſe, ꝙ poſſet abſoluere excõicatos ab alijs, quod eſſet in eorum iniuriam. Itẽ de reg.iur.in generali.li.6. Item de procu.qui ad agendum.lib.6. Et hoc etiam ſi ẽps diceret, cõmittimus uobis uices noſtras etiam in his quę mandatum ſpeciale requirunt: quia in tali mandato non ueniunt maiora & grauiora quàm ſint in commiſſione expreſſa:ut in d.c. qui ad agendum. & in cle. nõ poteſt. de procu. Iſtud autem minus eſt quàm abſoluere ſimpliciter,quia fit cum inferioris iniuria.

3 †SECVNDO, utrum ẽps extra territorium ſuum abſoluere poſſit excõicatos à ſe uel inferioribus ſuis? Et dico,ut in tit.priori.§.6.dubio ij. & ſimiliter de legato: quia in hoc eſt idem iudicium de ſententia iuris & hominis, ſecundùm Doct. ibidem.¶Tertiò utrum participans in crimine criminoſo cum excõicato, abſoluendus ſit ab eodẽ cum illo? Et dico, ꝙ ſic, ſiue ille abſoluens ſit excommunicator,ſiue ſucceſſor,ſiue ſuperior eius:ut in c.nuper.de ſent.excom.

4 †QVARTO quæritur, utrum ſi ſententia excõicationis,quam tulit inferior,ſit cõfirmata per Papam,ſuperior poſſit abſoluere? Et diſtinguo ſecundum Pan.in c.ex frequentibus.de inſt.ꝙ aut eſt ſententia hominis, aut ſtatuti. & ſi hominis, aut eſt confirmata ex certa ſcientia: & ſic nullus inferior Papa abſoluere poteſt ſine eius mandato: niſi certum eſſet confirmationem per falſam ſuggeſtionem impetratam,extrà de confir.utili.c.ij. Aut eſt confirmata ſimpliciter, & ſine cauſę cognitione: & tunc abſoluere põt inferior,ut in d.c. ex frequentibus. Si uerò eſt ſententia ſtatuti, tunc confirmatio non aufert inferioribus abſoluendi poteſtatem,quia ſtatutum inferioris per Papam confirmatum, eſſe non debet maioris roboris uel momenti, quàm ipſius Papę ſtatutum:à cuius tamen ſententia abſoluere poſſunt ẽpi, ut in c.nuper. de ſent.excõ. ¶Sed pro his nota ſecundum Doct. in d. c. ex frequentibus,& in c.quia diuerſitatẽ. de conceſ.præben.& de confir.uti.per totum.

5 †QVOD confirmatio eſt duplex.prima ſcilicet ex certa ſcientia. & ſecunda in forma communi.Prima eſt,quando in ea inſeritur totus tenor rei confirmatę, uel quando Papa utitur iſtis uel ſimilibus uerbis.ſ.ex certa ſciẽtia,uel quando confirmat aliquid quod uidit:ut de confir.uti. ũenerabilis, ut tenet Inn. in c.j. de tranſact. Secunda verò eſt,quando Papa confirmat ſimpliciter aliter non inſtructus de negotio: & tunc uerba debent conditionaliter intelligi,quia Papa ignorare præſumitur quæ in facto conſiſtũt:ut in c.j.de conſti. lib.6. Nota etiam, ꝙ confirmatio prima,id eſt, ex certa ſcientia,ſecũndum gl.in d.c. quia.tria operatur. Primò quod talis res ſit maioris auctoritatis: ſecundò quod res minus ualida ſit ualida, ita ꝙ ualidet nullum uel inualidum. & habet uim innouationis: ut in c.j. de tranſ. & in c.quoties.de pac. Tertiò,ꝙ præter auctoritatem confirmantis nullus inferior de rẽ illa cognoſcere poſſit. Confirmatio autẽ ſecunda,ſ. in forma cõmuni parum aut nihil operatur, nec tollit cognitionem inferioris:nec creat aliquod nouũ ius, ut in iuribus præallegatis: impetratur autem, quia ſolent magis timeri ſpecialiter,quàm generaliter

raliter ſolum pro[illegible] [illegible]ſra, Confirmatio humana.

6 †QVINTO quęritur, utrum excommunicatore mortuo uel amoto, Capitulum uel ſucceſſor, aut is, ad quem eius pertinet iuriſdictio, abſoluere poſſit eos quos excōmunicator abſoluere potuiſſet? Et dico, ꝙ ſic: & etiam à ſententijs latis à iure: ut in ca. unico. de maio. & obe. in 6. & xj. q. iij. ſi ep̄s. Circa hoc tamen quintum dubiū inſurgūt dubia multa, de quibus infra in tit. c. per totū. In excōicatione etiam hominis uel eius abſolutione locum habent dicta in tit. priore: niſi de excōicatione iuris ſpecialiter dicta ſunt. ¶Sextò quæritur, utrum abſolutus ab officiali ep̄i excōicati ſit uerè abſolutus? Et diſtinguo: quia aut iſtum officialem ep̄s inſtituit poſtquam iam erat excōicatus, aut antè. Si primum, iſte nō eſt uerè abſolutus: quia ep̄s excōicatus maiori excommunicatione ab omni actu legitimo eſt ſuſpenſus, & conſequenter officialem inſtituere non potuit. Si uerò ſecundum, adhuc diſtinguo: quia aut cęperat uti officio antequam ep̄s excōmunicaretur, aut non. Si primum, planum eſt ꝙ ſit uerè abſolutus, niſi aliud obſiſtat, ſecundum Rich. in iiij. diſt. xviij. Si verò ſecundum, ſic ſecundum aliquos ſecus eſt: quia ex quo uti non cœperat officio, ſuperueniente excōicatione ep̄i expirat iuriſdictio: quod per hoc declarant, quia ſi ep̄s corporaliter moreretur, aut deponeretur, antequam officialis officio ſuo uti poſſet, iuriſdictio ſibi ab ep̄o commiſſa expiraret. extrà, de offi. deleg. licet. in gl. Sed iſta opinio Rich. non placet: dicitq; non eſſe ſimile qđ adducunt, quia mors poteſtatem aufert, & depoſitio executionem poteſtatis in perpetuum: non autem excōicatio, ſed eam ſuſpēdit uſq; ad tempus. Vnde uidetur dicendū, ꝙ procedere poſſit, & talis abſolutus ab eo, uerè abſolutus eſt. Et probari poſſunt, hæc extrà, de offi. uic. Rom. lib. 6. in tex. & in gl.

7 †SEPTIMO quæritur, quomodo faciendū ſit quādo cauſa per appellationem uel querelam uenit ad metropolitanum, ſubdito diœceſani appellante uel querulante? Et dico, ꝙ ſi defertur per appellationē, ſic diſtinguitur in ca. uenerabilibus. de ſen. excom. lib. 6. §. ſanè. & duobus ſequen. Si certum eſt iuſtam eſſe ſententiam excōicationis, ſuperior iudex excōicatum ad excōmunicatorem remittere debet, & non abſoluere, niſi periculum ſit in mora: uel niſi excommunicator requiſitus eū malitiosè nollet abſoluere. Si tamen abſoluit, tenet abſolutio, ſecundum glo. ibi, uer. debet. Si uerò conſtet ſententiam eſſe iniuſtam, ſine aliqua difficultate, mox debet abſolui, & nō remitti ad excōmunicatorem. Si autem dubitetur utrum iuſta ſit uel iniuſta, ſuperior eam poteſt iuxta formā eccleſiæ relaxare, niſi deferat excōicatori: quamquam honeſtius aget ſi deferat ei in hoc caſu. Hæc ibi. Si autem talis non appellauit, ſed ſuperiorē per ſimplicem querelam adiuit, dicendum eſt ſecundum gl. in c. per tuas. de ſent. excō. ꝙ ad inferiorem pro abſolutione remittendus eſt: quem ſi nolit abſoluere, illum abſoluet archiepiſcopus. de offi. ord. ad reprimēdam. tamen ſi periculum eſſet in mora, propter huiuſmodi remiſſionem. ipſum ſtatim archiepiſcopus abſoluet. de ſent. excom. ſacro. Si tamen ſententiam euidenter iniuſtā cognoſceret, declarare poteſt archiepiſcopus ſubditum ep̄i ab epiſcopo irrationabiliter fuiſſe ligatum: licet ad ipſum non appellauerit. de app. ſolicitudinē. Hæc ex glo. Nota tamen ꝙ in caſu quo non eſt appellatum, ſi excōicatus deponat querelam apud ſuperiorem de ſuffraganeo, vt imponatur ei pœna pro iniuſta excōicatione, & ſuo intereſſe. debet eum audire: non autem ſi quæratur de illo ut relaxetur ſententia, quam ille contra ſe pro alio promulgauit; qua tueri hanc cauſam non pertinet ad ſuffraganeū, ſed ad eum pro quo eſt ſententia. Attamen ſi ſuffraganeus extra iudiciū pro defenſione iurium ſuorum, uel etiam in iudicio ex ſuo procedens officio, ſcilicet inquirendo, uel ſimile quid agendo, aliquem excōmunicet, in hoc caſu conueniendus eſt ſuffraganeus coram archiepiſcopo uel eius officiali: quia ipſius intereſt defendere cām ſuam. Hæc in d. c. venerabilibus.

8 †OCTAVO quæritur, utrum iudex ad actum abſolutionis citare teneatur partem aduerſam? Et dicit Pan. in c. qua fronte. de app. ꝙ ſic, ſecundum Doct. cōmuniter, cum pars aduerſa prætēdere poſſit intereſſe: fortè enim fecit expenſas quas conſequi debet ante abſolutionem, uel huiuſmodi: tenet tamen abſolutio, ſi de facto fiat parte non uocata. Sed gl. in c. excōicato. xi. q. iij. uidetur limitare prædicta, quādo iudex excōicauit ad inſtantiam partis: ſecus ſi ex officio ſuo. Et hoc placet Pan. Io. autem And. arguit, ꝙ abſolutio non teneat, per text. in c. Romana. §.

ma.§.ſententias. de app.lib.6.ubi dicitur, ꝙ ſententia excōicationis uel interdicti nulla tenus eſt reuocanda parte non citata. Sed Pan. cōcordans dicit abſolutionem tenere parte non uocata, ſi fiat ab excōicatore,ſiue à ſuperiore cōcurrēte cum eo ad actum iuriſdictionis circa excōicatum. tex. eſt cū gl.in c.cùm ab eccleſiarum. de of.or.in d.c. uenerabilibus.§.ubi. ubi habetur regula generalis,ꝙ abſolutio facta à iudice ſuo quantuncunq; iniuſta tenet. Quando autem abſolutio fit à iudice,ad quem deuoluitur iuriſdictio ſolum uia appellationis, ut in archiepiſcopo, ſi ad eum nō eſt appellatū,nō ualet abſolutio,ſecus ſi recipiat appellationem ex probabili cauſa emiſſam. quia tūc tenet abſolutio ab eo facta parte uocata,licet ſit iniuſta:quia hoc caſu eſt iudex,quod etiam patet per d.§.ubi. qui propriè loquitur de iudice ad quem,ubi dicitur,ꝙ vbi ſuperiori cōpetit de excōicatione cognoſcere,abſolutio quam facit,tenet, licet forſitā ſit iniuſta:quoniam etſi contra ius litigatoris,non tamen contra ius conſtitutionis abſoluit. Si autem uult ſententiam excōicationis reuocare tanquam iniuſtam:uel denuntiare nullam: non poteſt niſi partibus uocatis. & ſi aliter facit, reuocatio uel annullatio non tenet. & hoc caſu intellige d. §.ſētētias.& Io.And.ibi.Et ratio eſt, quia hoc eſt quaſi diffinitiuè pronuntiare, & eſt actus iudicialis:nec ſibi competit poteſtas, niſi prius examinauerit cauſam. Hæc Pan. & eſt uerum quod dicit do. Abb. quia etiā ſi archiepiſcopus ſit iudex, non tamen poteſt ſententiam,à qua eſt appellatum,reuocare ſine citatione partis l.de unoquoq;, & ibi per Doct. ff. de re iu. Poteſt ergo ſolum abſoluere quia abſolutio eſt actus pœnitentialis: ſed reuocare ſententiam excōicationis parte non citata hic non poteſt. c. inter quatuor.& ibi Inn.de maio.& obe.

9 †NONO quæritur, utrum archiepiſcopus abſoluere poſſit ligatos ſententia canonis concilij prouincialis? Et dicit Aſtē. lib. 7.tit.xiij.de mente Hoſt.ꝙ non, ſine conſenſu ſuffraganeorum, ſi canon ſit factus in perſona concilij:ut ſi dicatur. Nos concilium, uel nos archiepiſcopus de cōſenſu ſuffraganeorū, & hoc niſi epiſcopi ſibi cōceſſerint, uel hoc ex priuilegio uel conſuetudine habeat.argu.de tempó.ord.ſi archiepiſcopus. & c.ſeq. Poteſt uerò per ſe abſoluere, ſi ſtatutum ſit factum ex perſona archiepiſcopi: ut ſi dicatur, Nos archiepiſcopus de conſilio fratrum noſtrorum, &c. quia conſilium nō importat neceſſitatem:ut in c.cùm olim.de arbit.iuncta gl. Arch. autem xvij.diſtinct.in Summa. in utroque caſu tenet quod abſoluere poteſt non ſolū archiepiſcopus ſuum ſubditum, ſed etiam quilibet ſuffraganeus: quia talis ſententia eſt canonis: ar. ex cap. nuper.de ſent. excom. & hoc tene. An autē religioſus abſoluens à ſententia hominis, à qua non poteſt,incidat in aliquā cenſuram, uide infrà. Excōicatio.7.excōicatione. 14. §. 8. Ab hac etiam abſoluere poteſt ſimplex ſacerdos ī mortis articulo, modo quo ſuprà Abſolutio.j.§.5.

## RVRSVS DE ASOLVTIONE tertio, ſcilicet quo ad modum eius.

1 *Abſolutio ſiue a maiori, ſiue a minori excommunicatione, num ſub conditione, quæ vere conditio eſt, fieri poſſit.*

2 *Abſolutionis ab excommunicatione maiori duplex modus. Et abſolutionē nudo & ſimplici verbo fieri poſſe: & eam ſacramentalem non eſſe, an verum ſit.*

3 *Abſolutio ab excommunicatione maiori quantū ad ſolennitatem & modum de bene eſſe pertinet, quot requirat. Et ibidem vnumquodque ſigillatim. Et primum quid abſoluēdus agere debeat. & ad quæ ante quam abſoluatur, teneatur.*

4 *Abſoluendus ab excom. abs quo, & qua ratione ac forma abſoluendus ſit. Et quid præcipere ac facere debeat abſoluens. & an ſi irrationabilia mandet, ab eo appellari poſſit. Et ſubinde abſol.formul.practic.*

5 *Abſolutio ab excommunicatione minori, quo ad modum, qui obſeruari debet, duo habere debet, nempe vnum reſpectu abſoluendi, alterū reſpectu abſoluentis. Et ibidem quæ ſint.*

6 *Abſoluens iuxta formulas hic traditas, num illicite excommunicato participare cenſeatur.*

7 *Papa ob hoc, quod excōmunicatum ſalutat, aut eum alioqui deoſculatur, num eum abſoluere intelligatur. Et quid in epiſcopo vel alio inferiore a Papa. Et ſub hæc, quòd in abſolutione ab excōmunicatione certa forma requiratur in abſolutione a ſuſpenſione non æque. Et ibidem diuerſitatis ratio.*

8 *Excommunicatus per Papæ cōſtitutionem, num abſolutus ex eo intelligendus ſit, quòd conſtitutio reuocata ſit, ac proinde abſolutione nō egeat. Et quid de excommunicato per inferioris Papa conſtitutionem.*

9 *Abſens*

9 *Abſens num abſolui ... ... catione queat. Et ibi quod per procuratorem, per literas, & ſine vtriſque.*

10 *Inuito num abſolutionis beneficium impedi poſſit. Et ibidem, excommunicationem pœnam eſſe, cuius natura non eſt, vt voluntaria ſit.*

11 *Alligatus pluribus ſententijs, aut vna ex diuerſis cauſis illata, abſoluendus, omnes huiuſmodi ſententias, aut cauſas num exprimere debeat. Et quid de peccatis, ob quæ irrogatæ & contractæ ſunt ſententiæ.*

12 *Alligatus a iudicibus pluribus, num ab his omnibus abſolui debeat. Et ſi quid ſi petat ab vno omnium tamen ſupremo.*

13 *Excõicatus ſe ad iuſtitiam offerens, num aduerſario appellãte, et intercedẽte ne abſoluatur, abſolui queat. Et ibi, quod tribus modis, cũ limitatione tamen ad tertium modum.*

14 *Dubius de excommunicatione, num abſolutionẽ petere debeat.*

15 *Excom. demortuus, qui pænitudinis & attritionis indicia exhibuit, qualiter ſit abſoluẽdus. Et quid ſi in cœmiterio ſepultus eſt.*

16 *Abſoluendo ab excommunicatione, num pœnitẽtia iniungenda: & qualis. Et quid ſi abſoluẽdus ob legitimum impedimentum, ad eum ſe conferre nequit, abs quo abſolutionem accipere debeat. Et quid ſit legitimum impedimentũ, & tunc abs quo abſolui debeat remiſſiue.*

1 A†BSOLVTIO iij. ab excõicatione quo ad modum ſeruandum, ut plenius innoteſcat: ſciendum eſt primò, ꝙ à nulla excõicatione maiori uel minori, poteſt quis ſub conditione abſolui: puta ſi ſatisfecerit, uel huiuſmodi: quia nec talis abſolutio tenet, nec taliter abſolutus, eſt ſimpliciter abſolutus, ſecũdum Veruec. de reg. iur. actus. lib. 6. Et ſecundũ Pan. in c. de quibus. de bap. intelligitur de conditione ſuſpẽdente actum. i. quæ eſt de futuro: ſiue quæ pẽdet in futurum. ſecus autẽ, ſi eſſet de præterito, quæ proprie non eſt conditio, cum actu non ſuſpendat: ut baptizo te, ſi non es baptizatus.

2 †SCIENDVM eſt ſecundò, pro abſolutione ab excommunicatione maiori, ꝙ modus eius eſt duplex: unus ſcilicet pertinens ad bene eſſe eius & ſolennitatem, de quo §. ſequ. alius pertinẽs ad eius neceſſitatem uel eſſentiam, ſine quo ſcilicet nihil fit, & quo ſeruato tenet. Et de hoc dico ꝙ nõ ſeruato modo ſolenni, etiam ſine cauſa rationabili, abſolutio ipſa nudo & ſimplici uerbo fieri poteſt: ut dicẽdo, abſoluo te ab excõicatione: aut relaxo eã, uel te rebenedico: aut aliquid æquiualens cum intentione abſoluendi. extrà. de regu. iur. omnis res. 50. diſt. pondere. Et hoc ſecundùm Ray. Gul. Ioan. & Archi. & omnes ferè Doctores. unde dicit Richar. in iiij. ſufficere quæcũq; uerba ſignificant remotionem excõicationis. & idem in ſentẽtia dicunt Ant. de But. & Pet. de Peruſio. & S. Th. qui in iiij. diſt. xviij. uult abſolutionem ab excõicatione non eſſe ſacramẽtalem, ſed magis conſequi iuriſdictionem: ideoq; uerba ipſa habere efficaciã ab intentione dicentis: ubi non refert quibus quis uerbis ſuam intentionem exprimat. Cõtrarium tamen uidetur. ſ. ꝙ abſolutio iſta non teneat modo ſolenni non ſeruato, qui à iure collectus eſt: quia forma reſcripti exacta diligentia ſeruanda eſt, ita ut nec ordo præpoſteretur. c. cum dilecta. de reſcri. & alijs in gl. ibi allegatis. Sed diſtinguẽs dico iſta procedere, quando abſolutio alicui ab homine cõmiſſa eſt, & ſub certa forma: quia tunc abſolutio non ualet forma non ſeruata: arg. c. fi. de præb. & c. prudentiam. de offi. deleg. Et ratio eſt, omiſſa forma data ab homine nulla competit iuriſdictio. ut notatur in iurib. præallegatis: & conſequenter nõ ualet actus deficiente poteſtate. Si uerò abſolutio ſit commiſſa alicui de iure uel ab homine, ſed ſimpliciter, & non ſub aliqua forma, ſufficit uti uerbo abſolutionis, uel relaxationis, aut rebenedictionis, & huiuſmodi: quia ſicut in excõicatione, ita & in abſolutione nulla eſt ſubſtãtialis & eſſentialis forma tradita à iure. ſ. certa & determinata: ut notatur in c. j. de ſent. exc. lib. 6. & in c. j. de iud. ad quod facit. ij. q. iij. c. j. ſed ſufficit per quæcunq; uerba proferre id qđ ſignificat uerbum excõicationis & abſolutionis. Et ita tenet Goſ. ut no. Pan. in c. fi. de reſt. ſpo. & Inn. in d. c. cùm dilecta. & ſic etiam intelligit dictũ Io. And. & Arch. in c. cõperimus. xxiiij. q. iij. & Inn. in c. cùm deſideres. de ſen. exc. dicentium ꝙ abſolutio ab excõicatione ſolo uerbo facta tenet: ſed peccat non ſeruans modum ſolennem, niſi omittat ex cauſa rationabili.

3 † SCIENDVM eſt tertiò, ꝙ abſolutio ab excõicatione maiori, quantum ad ſuam ſolennitatem & modum obſeruandum de bene eſſe ab ipſo abſoluente, ſecũdùm Hoſtien. in Sum. quatuor requirit. ¶Primũ eſt, quòd abſoluendus ante iuret parere mandatis eccleſiæ: ut in cap. ex tenore. de ſentent. excommu. & idẽ eſſet ſi iuraret parere man

datis

datis abſoluentis,ſecũdum Archi.quod qui dem Hug.limitat ſeruandum in criminibus horrendis,ut incẽdiarij, falſarij,& huiuſmodi,non autẽ in leuibus. & hoc placet Arch. Et ſecundùm Hoſti.hoc eſt de ſubſtantia abſolutionis: ſed tamen cõtrarium eſt uerum, & cõmuniter tenetur,de ſen. excomm.cùm deſideres. Vnde ſi omittatur, quod tamen fieri non debet, tenet abſolutio, ſecundum Goſ. Ber.& Gul. & prædictos. Et mulieres quidẽ indubitanter iurare debent. an autẽ & pueri relinquitur arbitrio epi, ut multis placet.¶Secundũ eſt, quòd antequam abſoluatur, ſi excõmunicatus eſt pro notoria offenſa, præſtat emendam ſufficientem iuxta proprias facultates,ut in c.porro.de ſenten. excom.& in c.parochianos.eo. tit. Pro contumacia verò & offenſa dubia ſufficit cautio iuratoria. de uerborum ſignificatione. ex parte. ſcilicet ubi nullæ petuntur expenſæ.Sed ubi petuntur expenſæ uel ſatisfactio damni, abſolui non debet,niſi prius ſatisfaciat ſi poteſt:& ſi non poteſt, abſolui debet ſub cautione idonea, id eſt,pignoratitia uel fideiuſſoria de ſatisfaciendo, ſi uenerit ad pinguiorem fortunam:ut in c.Odoardus.de ſolut. & in c.ex parte. de uerb. ſignific. el j. Quam ſi præſtare non poteſt, ſaltem præſtabit iuratoriam : abſolutio autem non negabitur.26. quæſt.6. ſi presbyter.Et ſecundum Guil.talis ad petitionem aduerſarij tenetur cedere bonis.quod intelligo uerum in foro contentioſo:ſed in foro pœnitentiæ ſufficit ſi reſtituat eo modo quo tenetur.de quo infra Reſtitutio.Tenet autem ſecundum eundẽ Guil.abſolutio,ſi hoc ſecundum non ſeruetur:ſed peccat abſolués. ad quod facit d. c.Odoardus.

4 TERTIVM eſt, ut abſoluatur per eũ qui poteſt,cum pſalmo,oratione dominica, & alia cõſueta,& uerberibus,& poſtea ſubiũgatur,abſoluo te,&c.ut in c.à nobis.de ſent. excomm.el ij.ubi tamen de uerberibus,quę Arch.& Summa Piſa.cõmemorant ,mentio non fit,niſi quatenus ſunt conſueta, & conſequenter eadẽ ratione ſeruanda qua & conſueta oratio. ¶Quartũ eſt ut abſoluens poſtmodum faciat abſoluto iuſta & rationabilia mandata:aliàs poſſet appellare.extra, de pact.c.fi.& de appel.ut debitus. Erũt aũt rationabilia,ſi excommunicatio à iure iniungatur, vt nunquam ueniat contra canonem illum:puta percuſſori clerici,ut nunquã percutiat clericum: incendiario ꝙ non incẽdat, & ſimilia:ut in d.c.ex tenore. & xxiiij. q. ij. peſſimam. Et intellige nunquam niſi in caſu licito & à iure conceſſo:quia beneficium iuris nemini auferendum eſt, in authent. de nupt.§.ſed hoc quod,& ff.de re iudic. l. iiij. Et ita percuſſori clerici iniungendũ eſt nunquam percutere, niſi ad defenſionẽ, uel de mandato prælati,cui etiam iniuria fieret ſi nõ poſſet mandare ſubdito captionem aut uerbera in caſu legitimo. Aliquando etiam requiritur cautio, ꝙ talia de cætero non pſumat:ut in c.graue.de ſen.excom.Si tamen ſententia apparet iniuſta,nullum mãdatum fiendum eſt: quia prædicta iura loquuntur ſolum in caſibus in quibus quis uerè commiſit delictũ,pp quod fuit excõmunicatus. Conſueuit autem iſta abſolutio ſic practicari:ut poſt ſatisfactionem & iuramentum incipiat abſoluens Pſalmum Miſerere,& ſimul uirgis & flagello percutiens ſcapulas nudas abſoluendi, niſi aliter ſuadeat pudor honeſtatis: finito Pſalmo ſubiungat, kyrie eleyſon.& Pater noſter.& uerſ.Saluũ fac.& orationem,Deus cui proprium,excepto,ꝙ non dicitur,quos delictorum. ſed loco huius dicitur,& hũc famulum tuum quẽ excommunicationis catena conſtringit &c. & deinde dicat, abſoluo te à uinculo excommunicationis quam incurriſti propter tale factum, & reſtituo te ſacramentis eccleſiæ, & communioni ac unitati fidelium,in nomine patris &c. uel dicat formam abſolutionis quã habes infra Abſolutio. 6. §. j. & ultimò faciat mandata.

5 SCIENDVM eſt quartò,ꝙ abſolutio ab excommunicatione minori,quantum ad modum quẽ ſeruare debet, abſoluens duo debet habere:primò unum ex parte abſoluẽdi:ut ſcilicet ſacerdoti proprio,id eſt, ei qui poteſt illum abſoluere à peccatis.ſecundum Arch. exponat cauſam,petens abſolutionẽ: ut in c.nuper.de ſent.excom. hoc tamen nõ neceſſarium. ſecundò aliud ex parte abſoluentis,ut abſolutè abſoluat:aliter abſolutio non ualeret,ut de maiori dictum eſt.Non requiritur autẽ iuratoria cautio:ut in d.c. nuper. & intellige de parendo mandatis, aut damno reſarciendo :nec requiruntur uerbera aut oratio,uel quæcunque ſolennitas prę ter ſimplicẽ confeſſionem : alioquin dictum c.nuper.non reſponderet tertio ibi quæſito: quæ tamẽ confeſſio non eſt abſolutè neceſſaria,ſed ſufficit rem innotuiſſe ſacerdoti:cũ etiam abſoluere poſsit inuitum,ut dicetur.

Non requiritur etiam ipſum ſacerdotem non eſſe ligatum excommunicatione minori. ſed ſic ligatus poteſt abſoluere: ut in c. duobus. eo. tit.

6 †CIRCA præmiſſa tamen conſurgunt dubia multa. ¶Primum eſt, utrum abſoluẽs ſecundum prædictum modum intelligatur excõicato participare illicitè in prædictis? Et dico, ꝙ nõ: ſed potius illicitè, quia in ſpectantibus ad animæ ſalutẽ, uel ut uulgò dicitur, in cõuertendo: & conſequenter nullã ſententiam excõicationis incurrit: ut in c. cũ uoluntate. eod. ti. & xj. q. iij. c. cũ excõicato. idem tenet Hoſt. in c. à nobis. el ij. de ſent. excom. etiam ſi is, qui abſoluitur, reſpondeat abſoluẽti, uł dicat Pſal. Miſerere. cũ eo.

7 †SECVNDVM, vtrũ papa excõicatũ intelligatur abſoluere per hoc, ꝙ eum ſalutat uel oſculatur, aut quocunque modo participat ei ſcienter? Et dico quòd non, ut in cap. ſi ſummus. de ſen. excom. in cle. & hoc intellige in dubio, ꝙ ſi conſtaret, ꝙ papa ex hoc eũ haberet ꝓ abſoluto, eſſet abſolutus: qa papa iuri poſitiuo nõ ſubditur: cùm ſit ſupra illud. de conceſ. ꝑben. propoſuit. & conſequenter non ſubijcitur formę iuris communis uolentis, quòd excõicatio & abſolutio uerbis exprimatur. ſed tamen niſi papa id expreſſerit, reputari non debet abſolutus, ſecũdum Inn. in c. cùm olim. de priuil. ¶Tertiũ, utrum epſ uel alius inferior papa excõicatum poſsit abſoluere dicto modo, ideſt, ei participando, nullo ſpeciali ſigno abſolutionis expreſſo, cũ intentione tamẽ abſoluẽdi? Et dico, quòd non, ſecundũ Inn. in d. c. cũ olim. ſed oportet uti uerbo aliquo denotante abſolutionem. & concordat gl. in d. c. cũ deſideres. & eſt cõis opinio Doct. in eo. c. & in eadẽ cle. ſi ſummus. & ratio eſt: quia ſubijcitur formæ iuris cõis: ut no. Pan. in d. c. cũ deſideres. unde cũ in abſolutione ab excõicatione aliqua forma requiratur, non obſtãte etiam ſatisfactione, requiritur abſolutio: etiã ut dicit in excõ. ad tps, puta quouſque quis ſatisfecerit: ſed tamẽ in abſolutione à ſuſpẽſione uel interdicto, ſecus eſt, ſecundũ Ioã. And. ut ſingulariter not. Pan. in c. fi. de matri. cõtra. contra inter. eccl. quia ſi iſta ferãtur ad tps, poſt illud nõ requiritur abſolutio: ſed ſufficit ſi de mẽte iudicis conſtet. Et ratio, inquit, diuerſitatis eſt: quia in iſtis nõ requiritur certa forma, ſicut in abſolutione ab excõicatione. hæc Pan. qui per formam certam non accipit determinatã: quia nulla eſt ſubſtantialis & neceſſaria, cum diuerſis uerbis fieri poſsit abſolutio, ut dictum eſt. ſed certa ibi eſt idem quod aliqua. Si tamẽ papa eſſet is, qui excõicauit ad tps, poſt illud nõ requiritur abſolutio, ſi de Pontificis uoluntate conſtiterit: quia nõ ſubijcitur dictæ formæ, ſed uoluntate poteſt abſoluere, ut dictum eſt. Sed in dubio credit Do. Ant. quòd abſolutio requiratur: quia alio nõ apparente, non uidetur papa uelle uti poteſtate abſoluta, ſed ordinaria. & ita ſecundum iuris ordinem impendi debet abſolutio.

8 †QVARTVM, utrum excõicatus per cõſtitutionẽ ſit abſolutus ex hoc ipſo quòd papa illam reuocauit, nõ indigens illa abſolutione? Et dico, quòd ſic, ſi reuocãdo dixit, quòd eam uult haberi pro non facta: quia ſecundum gl. in c. non debet. de conſangui. & affinit. & gl. in clemẽ. unica. de immu. eccleſ. ſuper uerbo, infectis: tanta eſt authoritas papæ, quòd tollere poteſt conſtitutionẽ etiã ratione præteriti effectus: ita quòd in tali caſu talis abſolutione nõ indigebit. & gl. in d. uer. infectis, dicit, quòd papa in his quæ ſunt iuris poſitiui habet poteſtatem reuocãdi ex tunc, ideſt ſic, quòd retro trahantur. quæ gl. ſecundũ Zaba. non inuenitur alibi. & ei cõcordat Pan. dicens ex hoc, quòd illegitimus per papam legitimari poteſt, ſic, quòd habeatur pro legitimo ex tunc, id eſt, retro trahatur ẽt quo ad honores ſeculares. Si aũt papa talem conſtitutionem reuocat ſimpliciter, non reuocatur effectus iam cauſatus: nec uidetur approbatus actus exercitus contra illam: unde excõicatus abſolutione indigebit. Non eſt aũt ſimile de prælatis inferioribus, quia illud qđ dictũ eſt, pòt Papa de plenitudine poteſtatis, ut innuit gl. ꝑdicta dicẽs: Vide quãta eſt authoritas Papæ, plenitudo aũt illa non eſt in alijs ꝑlatis qui aſſumpti ſunt in partem ſolicitudinis, unde ſi epiſcopus dicat excõicationem epiſcopalem ſe uelle habere pro nõ facta, excommunicatus per illam non eſſet abſolutus.

9 †QVINTVM, an abſens ab excõicatione poſsit abſolui? Et dico, quòd ſic per procuratorẽ: ſecundũ Io. And. in c. qui ad agendũ. de proc. li. 6. & Arch. in c. eos qui. de ſen. exc. li. 6. & Spe. tit. de procur. quod ſecũdũ Inno. in c. cum deſideres. de ſen. excomm. eſt uerũ, quando ſubeſt iuſta cã, quod non ſic intelligo quaſi deficiente iuſta cauſa, non teneat abſolutio, ſed quia ex aliqua parte uel ex utraque incidit peccatũ. Et ſimiliter

poteſt

pōt abſolui per literas, ſecundum Rich. in iiij.diſt.18.& eſt tex.in c.quanto.ij.q.5.Erit aūt abſolutus quando literas receperit, niſi aliter conſtet de mente abſoluētis.Et ſimiliter tenet abſolutio abſentis ſine procuratore & literis,quātū ꝑtinet ad forū animæ,ſicut conſueuerunt confirmatores electos abſoluere ante confirmationē,quia totū depēdet ex intentione abſoluentis,ut dictum eſt, & ſi non requiritur præſentia animi ſeu uoluntatis, ut ſtatim dicetur,multo minus requiritur præſentia corporis:& ſi abſolui poteſt mortuus, cuius anima eſt in purgatorio,multo magis uiuus. Vnde abſolutio generalis facta in c. religioſorum, extenditur ad abſentes,ſi id prælatus intēdat,ut debet, etiā ſi non faciant quod ille iniungit, quia etiā inuitus & contradicens poteſt abſolui, & multo magis uolens, quamuis negligēs.

10 SEXTVM,†utrum abſolui poſsit inuitus?Et dico de hoc fuiſſe Theologorū opiniones uarias in iiij.di.18.& Canoniſtarū in c.ab excōicato.de reſcri.& c.ſignificaſti. de eo qui dux.in uxor.& in c.j.de ſenten.excō. li.6.Vnde S.Th. ibi dicit hoc eſſe poſsibile, quod Rich.uerū dicit, quantū ad ſententiā hominis, non aūt iuris,quia illa eſt aliquo modo uolūtaria, dū quis uoluntariè incidit in canonem. Sed ratio S. Tho.concludit de utraq;, ſi loquamur de poſſe abſoluto:quia inquit,excōicatio eſt pœna, de cuius ratione non eſt, quod ſit uoluntaria, unde non depēdet à uolūtate puniti,ſed puniētis, qui ſcilicet ſicut eam ſua uolūtate infert homini, aut per ſtatutum annectit alicui facto, ita etiam & remouet. Si uerò loquamur de poſſe circunſtantionato,id eſt, irreprehenſibili,qđ ſcilicet idē eſt qđ debere, ſic non eſt hoc poſsibile,niſi ex cauſa rationabili, puta quia expedit ſaluti excōicati, qui ex hoc fit peior. uel cōmunicari, cui participandi excōicato neceſsitas incumbit. Quod not. Pan.in c.apoſtolicæ.de except.dicens,quod ubi ex abſolutione imminet utilitas eccleſiæ,uel ſi non abſoluitur reus, eccleſiæ ordinatio impeditur,tunc abſoluēdus eſt ēt inuitus,ut dicit ipſe,c.ueniens.el ij.de teſt. Et S. Tho. ſubiungit, quod etiam manente contumacia,poteſt quis excommunicationē iuſtè latam diſcretè relaxare,ſi uideat ſaluti illius expedire,& conſentit Alberi.

11 †SEPTIMVM, utrū ligatus pluribus ſentētijs,uel una ex diuerſis cauſis, teneatur oēs cauſas exprimere? Et dico ſecundū Pan. in c.cū pro cauſa.de ſen.exc.qđ ſi eſt ligatus pluribus ſententijs,non tenet abſolutio,cauſis omnibus non expreſsis, quia eſt ſurreptitia,& ſuperior abſoluere nō intēdebat, niſi pro cā expreſſa.arg.optimū in c.officij. de ſen.exc.& ī c.ex parte,de offi.ord. & hoc niſi petiuiſſet ac obtinuiſſet abſolutionem generalem ab omnibus, quia licet fieri non debeat niſi facta expreſsione ſpeciali,tamen facta tenet.quod ego uerū intelligo,niſi doloſè ſubticeret unam, loquendo in foro animæ,quia tunc ſecundum Ric. in iiij. diſ.18. abſolutio eſt inanis.de ſent.exc. cū pro cā.& c. officij.Hoc idē eſt in foro iudiciario,ſecūdum Pan. in d. c.cum pro cā. col. ij. ibi no. bene gl.27. in illis uerbis, dummodo exprimat ſeriē facti.Sed Fel.referendo S.T.in iiij. Sē.di.18.q.ij. ar.5. dicit hoc habere locum, qñ quis erat excōicatus pluribus excōicationibus ab eodem iudice, quia abſolutus ab una, intelligitur, inquit S.Th.abſolutus ab omnibus niſi contrariū exprimatur, ſecus ſi à diuerſis, & de hoc eſt gl. in c. ſunt plures. in uerbo,de omnibus,de pœn.diſt.iij. Si uerò excommunicatio fuit una, & cauſæ plures,aut una cauſa ſola per ſe ſufficit,& tunc tenet abſolutio, ſi illa cauſa exprimatur.argu.c.ſuper literis,de reſcr. ſi uerò plures cauſæ per ſe ſufficiunt, ut quia plures clericos percuſsit, uel pluries eūdem temporibus interploratis,oēs cauſas debet exprimere ſecūdum Piſanum, & una abſolutio ſufficit pro omnibus:aliter eſt ſurreptitia abſolutio. Et ſi exprimit unā cām tm̄,& deīde obtinet abſolutionē generalē, ualet: modo fraus non interueniat, maximè ſi cauſas tacitas exprimit in generali,dicēs ſe pluries talia feciſſe. Si uerò nulla cauſa per ſe ſufficit, ſed oēs ſimul,tūc ſecundū Pan.vbi ſ.non tenet abſolutio,niſi omnib.expreſſis. Cuius ratio eſſe poteſt ſi tamen dabilis eſt iſte caſus. quia vna expreſſa,vel omnibus præter vnā, non eſt expreſſa cauſa ſufficiens ſententiæ,& cōſequenter iudex nō iudicat iſtum ligatū, & conſequenter nec abſoluere intendit. Si tn̄ eo caſu intenderet abſoluere ad cautelā,eſt abſolutus, cū abſolutio ab abſoluētis voluntate depēdeat. Cū oībus tn̄ prædictis intellige quod ſi de abſoluentis voluntate conſtaret, tenet abſolutio etiam nulla expreſſa cauſa, ſi de ipſis excommunicationibus loquamur:ſecus de peccatis quibus contrahūtur,quæ omnia oportet ſpāliter eſſe expſſa.

12 OCTAVVM, vtrum ligatus à pluri-

bus iudicibus debeat à pluribus abſolui? Et dico, ꝙ ſic, & ſemper vitari debet, quouſque ſit ab omnibus abſolutus, vel ab vno, cui oẽs abſolutionẽ mandarẽt, ſecundũ no. per doc. in c. officij. de ſen. exc. aut ſecũdũ Rich. niſi abſoluat vnus omniũ ſuperior. Et intellige quod petens abſolutionem ab vno iudice pro vna cauſa, debet tamen alias exprimere: vt patet in d. c. officij.

13 NONVM, vtrum abſolui debeat excõicatus offerens ſe ad iuſtitiam appellante aduerſario ne abſoluatur? Et dico ꝙ abſolui poteſt in triplici caſu. Primò ſi excõicator recognoſcit errorẽ ſuæ excõicationis: quia illũ debet reuocare appellatione non obſtãte. de ſen. exc. ex ſacramento. Secundo, ſi de errore dubitat, & reus præſtat cautionẽ de parendo iuri, vt ibi: ſed caueat iudex ne fingat errorẽ in præiudicium partis. Tertiò, ſi nec agnoſcit errorẽ, nec dubitat de eo, & tamen reus petit abſolui: & de parendo iuri cautio idonea preſtatur, c. qua fronte. de ap. Fallit hoc quando excõicatus abſolutionẽ petit ad cautelã, dicẽs ſentẽtiã fuiſſe dubiã, aut falſam, aut nullã, q̃a ſi aduerſarius dicat eum pro manifeſta offenſa excõicatũ, & intra terminũ octo dierum probet: abſolui nõ poteſt reus, niſi prius ſufficientẽ pręſtet emẽdã. de ſen. excom. ſolet. li. vj. & facit c. Odoardus. de ſol. & quod ibi no. Si verò non probet, abſoluetur cũ iuratoria cautione. vt in d. c. ſolet. Si verò excõicatus impetret abſolutionẽ aduerſario ſciente, ſed nõ cõtradicẽte, neque aliquid petente, poſtea conqueri non valebit, quia remiſiſſe videtur. de ſen. & re iud. quamuis.

14 DECIMVM, vtrum dubitans de excõicatione, petere debeat abſolutionem? Et dico ꝙ ſic, ſi habet abſoluẽs commoditatẽ & nullũ ſibi inde pręiudiciũ generatur: q̃a in dubijs tutior pars eſt eligenda. de ſpon. iuuenis. Si uerò non habet illam commoditatem, aut ſibi inde præiudiciũ generatur ab aduerſario, aut à propria paſſione, quia ſcilicet aſſentiendo ſcrupulis fit ſcrupuloſior, & inquietior: tũc ſi dubitatio eſt leuis aut ſcrupuloſa, deponat eam ad conſilium boni uiri: quia abſolutionem petere non tenetur. arg. de ſenten. excom. c. inquiſitioni. Item quia dubius cõſulens peritos, laborat ignorantia inuincibili, quæ peccatũ excuſat, ſecundum Sanct. Thom. ij. diſt. xxij. & iiij. diſtinct. ix. & xij. q. 7. Sexto, quod maximè uerũ eſt in ſcrupuloſis, quia in re propria ſunt ſine iudicio de particulari eligibili, propter uehementiam paſſionis timoris. Si uerò eã deponere, aut non uult, aut non poteſt, uel etiam ſi dubitatio ſit probabilis habenti iudicium ſanum, debet abſolutionem petere ratione iam dicta, & arg. in eo. c. inquiſitioni. Idem per omnia dico in eo, qui dubitat de peccato.

15 VNDECIMVM, vtrum, & qualiter mortuus abſoluendus ſit, qui ſigna cõtritionis oſtẽdẽs euidẽtia, excõicatus deceſſit? Et dico, qđ abſoluendus eſt iuxta dicta ſupra. Abſolutio primo. §. v. & hoc modo, q̃a ſcilicet ſi eſt ſepultus in cœmiterio, non exhumabitur: ſi uerò alibi, exhumabitur, & corpus, uel ſepulchrum uerberabitur, cum Pſal. & oratione dominica, & alia cõſueta, ſicut circa uiuos fieri conſueuit. de ſenten. excõ. à nobis. el ij. Sed intellige, quod ſi extra cęmiterium ſepultus eſt, non uerberabitur ſepulchrum ſecundum, id eſt, ſacrum, ſed primum, id eſt, prophanum, quia prius debet abſolui quàm ſepeliri, cũ excõicati careant eccleſiaſtica ſepultura, ut Excõicatio. iij. §. ij. Ad quid autẽ circa hoc teneatur hæres, infra Hæres, iij. §. ix.

16 DVODECIMVM, vtrum in abſolutione ab excõicatione aliqua, & qualis pęnitentia iniungenda ſit? Et dico, quod in triplici caſu iniungitur. Primò, quando abſoluẽdus erat excõicatus ratione damni: quia peccat abſoluens, niſi prius ſatisfecerit, ſi poteſt, iuxta dicta ſupra, in hoc tit. §. ij. ſi tamen abſoluitur, abſolutus eſt, ſecundũ Ver uec. Secũdò, quando iniecerat manum uiolentam in clericum: pro qua re ſatisfactio pecuniaria ſolet imponi, quæ quidem applicabitur monaſterio, ſi percuſſus fuerit monachus, aut conuerſus: ar. xij. q. j. non dicatis. & de ſtatu monach. cum ad monaſteriũ. primo reſponſo, uel ipſi percuſſo, ſi fuerit clericus ſecularis, niſi in eccleſia contumeliam fuerit propulſatus, quia tunc eccleſia agere poterit pro iniuria. Inſtit. de iniu. §. ſi cõmuni ſeruo. & ſic etiam eccleſiæ ſatiſfiet. Conſentit Goſ. & Hoſt. Tertiò, quando abſoluendus à ſententia Canonis, uel hominis habet periculum mortis, uel aliud legitimum impedimentum recurrendi ad illum, à quo fuerat de iure abſoluendus, quia iniũgendum eſt ei, ut ceſſante periculo, uel impedimẽto, ſe præſentet illi, recepturus eius mandatum, & ſatisfacturus ut oportet: ſed intellige, niſi impedimẽtum ſit perpetuum,

ſecun-

ſm Inno.in c.quamuis.de ſen. excom. & niſi excõicatus ſit puer,id eſt,ÿ.14.annum:ut patet in eo .c. Quod ſi ſe non præſentet,quàm cito commodè poteſt, reincidit in eandem, ſicut &abſoluti à ſede Apoſtolica,vel eius legatis,quibus iniũgitur,ut ordinario,uel alij ſe præſentent pro penitentia, & ſatisfaciant iniuriatis,niſi hoc faciant,quàm citius commodè poterũt.de ſen.excõ.c.eos.li.6. Et ibi hoc extenditur ad quemcunque abſolutum cum onere ſe præſentandi, uel ſatisfaciendi alicui, ſiue ſententia fuerit iuris, ſiue hominis, de quo dic vt infra. Excommunicatio. viij. Quid autem ſit legitimum impedimentum,exemplificat Ioan. And.in c.religioſo. de ſent.excõ.lib.6. vt ſi quis eſt in mortis articulo,uel ęger aut debilis,vel habens inimicitias capitales,uel huiuſmodi, uide tit. ſeq. §.j.dubio.15.A quo etiã abſoluatur, habens tale impedimentum, habes quantum ad periculum mortis,ſupra Abſolutio primò.§.v. quantum verò ad alia impedimenta, epiſcopus eſt requirendus,ut no.Inno.:& ſequitur Pan.in c.de cætero.de ſenten.excom.:& ſi ad eum mittere non poteſt:ſecundum Inno.in c.j.de ſent. excom. ſacerdos proprius abſoluet. Et hæc locum habent, in excõicatione, tam iuris,quàm hominis,vt in d.c.eos.

RVRSVS DE ABSOLVTIONE ab excommunicatione quartò ſpecialius, ſcilicet percuſſorum clerici.

1 *Iniuriarum , vt tres ſunt formæ , ac ſpecies, ita tribus modis contingit quempiam ex clericorum percuſſione excommunicationem contrahere. Et quis in vnaquaque ſpecie abſoluat . Et ibidem , quid vnaquæque iniuriarum ſpecies pulcherrime exemplis plana ſit .*

2 *Exceſſus notorius,qua ratione enormis dicatur. Vbi in hoc regula traditur ex Panor.vna : alia ab Aſtenſi.*

3 *Incidentes in excommunicationem ob manuum violentam in clericum iniectionem , a ſolo Papa abſolutionem conſequuntur.Fallit modis xvij. de quibus hic ex ordine,vt perſonarum ſpecies xvij. ſunt , quæ ab hoc priuilegij beneficio, aut iuſta ratione aliqua eximuntur.*

4 *Clauſula ceſſante impedimento,qualiter accipiẽda ſit , & qualiter reſoluenda. Et impedimenti appellatione quid contineatur.*

5 *Excommunicatos ob iniuriarum clericis illationẽ, inferior epiſcopo , habens velut authoritatem epiſcopalem, pro leui , ac medioeri iniuria num ſicut epiſcopus,abſoluere poſſit.*

6 *Abſoluere qui poſſint,num abſolutionem alij demandare poſſint.*

7 *Abſolutus cum mandato ſe Apoſtolico præſentandi, ſi interim ſedes vacet,nũ poſſit differre, dum ſedi Apoſt.prouiſum fuerit.Et quid in alio excõicationis genere,num qui Papam adire nequit, ab Epiſcopo abſolui poſſit.*

8 *Officialis clericum feriens, an excõicationem incurrat.Abs quo abſoluatur. Et quis officialis nomine intelligendus ſit.*

9 *Delicioſi ; num ex eorum ſint numero qui perpetuo dicantur excuſari impedimento , vt huius gratia præſentandi ſe Apoſt. curiæ mandatum iniungi nequeat. Et qui de his,qui ſui iuris non ſunt.Et ſub hæc,quid de marito vxorem in fraudem feriente.Et an dicatur non ſui iuris.*

10 *Edictum de ſe curiæ præſentando , prohibitoriũ eſſe, & ad omnes porrigi , niſi ſpeciatim exempti ſint.Et an in ſimili de coniuge vir excipiatur , & libertus in ſimili de ſeruo . Item an ius priuilegiatum ad ſimile porrigatur.*

1 ABSOLVTIO † quartò ſpecialius, ſcilicet ab excommunicatione,in quã quis incidit ex clerici percuſſione,cuius abſolutio Papæ reſeruatur,vt in c. ſi quis ſuadente. xvij. q.iiij. nunc conſideranda eſt. Vt autem ſciatur quando à Papa,& quando ab epiſcopo, vel alio petenda ſit hæc abſolutio, conſiderandũ eſt primò, quod cum ſm Ioan.And. & Pan.in c. peruenit. de ſent.excom. tres ſint ſpecies iniuriæ , leuis ſcilicet , mediocris, & enormis, eps ab huiuſmodi excommunicatione,pro leui iniuria põt abſoluere omnes iure ſuo,authoritate d.c.peruenit.pro medioeri aũt abſoluere non põt.niſi priuilegiatos, de quibus ÿ. pro enormi verò regulariter non abſoluit, niſi in neceſſitate , vel vbi ſibi ſpecificè cõmittitur,hæc ex illis. Sed intellige de priuilegiatis ꝑ conditionem perſonę vel circunſtantiã facti alleuiatiuam , non aũt de priuilegiatis propter exceſſus exilitatem ſeu modicitatẽ ut ÿ. de leuiter percutiente dicetur.§.iij.Leuis iniuria ſm Aſten. exẽpli gratia eſt , ſi quis malo aĩo ſuper clerico manum ponat, aut accipiat eũ per veſtes,vel habenas,quod intelligi debet, ſi is, qui talia infert,eſt ſuperior, aut par,aut quaſi par, in mũdana reputatione:ſed q a in his generalis regula dari non poteſt, ideo dicit Pan.ubi ſupra,& in c.cum illorum.eo.ti. qđ leuis iniuria eſt iudicis,id eſt,abſoluentis arbitrio iudicanda , ex varijs circunſtantijs perſonarũ, locorũ & tẽporũ: quia ſi clerico publicè miniſtrãti, quis leuiter manus iniecerit,

cerit, non erit iniuria leuis, quæ aliàs fuiſſet leuis: & quædam eſt leuis illata puero, vel in dorſo, aut manu, vel baculo, aut in occulto: quæ nõ eſſet leuis illata ſeni, vel in facie, vel pugno, aut enſe, vel in publico. Enormis aũt exẽpli gratia, vt patet ex c. cũ illorũ, de ſen. excom. eſt, cùm venitur ad mutilationẽ mẽbri: qua ſcilicet membrum impeditur ab officio ſuo, & à fortiori ad truncationẽ, quæ eſt abſciſſio totalis, vel ad ſanguinis effuſionẽ: quod ſcilicet abundantiam ſonat. & hoc per notabile vulnus, & aliunde, quàm ex membro, vnde leuiter fluit: vel ſi in epiſcum, aut in propriũ abbatẽ manus iniecta ſit, adde vel in eius locũ tenentem ſecundum Io. And. & Pe. de Peru. Sed quia etiã in huiuſmodi eſt variatio, & ſine ſanguine poteſt eſſe enormis iniuria: vt in c. vnico. de conſe. eccle. li. 6. imò & mortalis, ideo ſecundum eundem Pan. hęc iniuria iudicis arbitrio pẽſanda eſt: quia, inquit, ex quo epõ, & abbati cõceditur certis caſibus abſolutio cognoſcere poſsũt, an eorũ ſit iuriſdict. arg. in c. ſuper literis. de reſcriptis. & in l. ſi quis ex aliena, ff. de iudi. ſed caueant, inquit, ſibi, ne leuem dicant, vbi eſt enormis. Idẽ etiã ſentit Piſa. ſcilicet ꝙ iudicis, vel boni viri ſit hęc iniuria arbitrio iudicanda, ex circunſtantijs locorũ, temporũ, & perſonarũ: vt Inſti. de iniur. §. atrox. Et idẽ ſentit Hoſt. in qualibet iniuria, allegans extrauagantẽ, perlectis. Et adde ſm Io. And. in c. cum illorũ. co. ti. ꝙ enormis iniuria eſt ſi percuſſio fit in theatro, vel foro, vel in conſpectu iudicis: multo fortius, ſi quis in cęmiterio, vel dormitorio vulneretur, ſeu aliàs verberetur. Et hæc omnia eliciuntur ex d. §. atrox. vbi dicitur: Atrox iniuria æſtimatur, vel ex facto: veluti, ſi quis ab aliquo vulneratus fuerit, vel fuſtibus cęſus. vel ex loco: veluti, ſi cui in theatro, vel foro, vel in cõſpectu ꝓtoris iniuria facta ſit, vel ex ꝑſona: veluti, ſi magiſtratus iniuriam paſſus ſit: vel ſenatori ab humili perſona iniuria facta ſit: aut ſi parenti patronoque fiat à liberis, vel libertis. nonnun quã etiã locus vulneris atrocem iniuriã facit: veluti, ſi in oculo quis percuſſus fuerit. Hæc ibi. ubi gl. in uerbo oculo, addit, vel in ore. Mediocris aũt dicitur, quę inter leuẽ, & enormem eſt mediã: de qua neceſſario cognoſcit is, q & de extremis: vnde ſm eundẽ iudicis arbitrio pẽſatur. Cui cõſẽtit Hoſt. dicẽs. ꝙ iudiciũ de leui, & enormi iniuria totũ arbitrio cõmittitur epiſcopi: & intellige etiam ſimplicis confeſſoris, quando habet abſoluendi auctoritatẽ à Papa vel epõ: quia tũc habet iuriſdictionem ex commiſſione. vnde Piſanus totum tribuit arbitrio boni viri, qui etiam poteſt eſſe non iudex: quod verum eſt in foro animæ, vel etiam iudice dubitante in foro cauſarũ. Aduertendũ eſt tñ, ꝙ cùm medium naturam ſapiat extremorum, & vtriuſque nomẽ ſubinduat, reſpectu alterius: ut patet v. Phy. ideo iniuria mediocris aliquando appellatur grauis, quia ſcilicet maior eſt leui: uñ ſm Monal. inter enormẽ & leuẽ eſt media, quæ grauis dicitur: aliquando verò dicitur leuis, ſcilicet reſpectu ipſius enormis, quæ dicitur grauis. ſicut & percutiẽs enormiter, dicitur percutere grauiter: vt in d. c. ſi verò. unde etiã ſm Hoſt. Rodo. & Mon. grauis iniuria dicitur, quãdo vulnus illatum requirit medicamen chirurgiæ, vel emplaſtri, & huiuſmodi, vbi grauis ſumitur pro enormi.

2 EX † his Pan. in d. c. cũ illorum. elicit regulã ſingularẽ, ſcilicet ꝙ exceſſus notorius dicitur enormis ratione notorietatis: quia percuſſus in platea, vel theatro, vel eccleſia dicitur atrociter iniuriatus: ideo inquit, epiſcopus, qui ſcilicet inferentẽ clerico iniuriã leuem, ſuo iure poteſt abſoluere: vt idem dicit in d. c. peruenit, nõ poteſt abſoluere à notoria: quia leuis dici non poteſt. hæc Pan. imò etiam videtur, ꝙ pro tali iniuria abſoluere non poſſit, etiã priuilegiatos, quos poteſt abſoluere ꝓ mediocri: quia iſta eſt enormis. Aſten. etiam regulam facit, ꝙ vbi ex tali iniectione manuũ ſcandalũ generatur, efficitur iniuria grauis, i. enormis, & idẽ ſecundum Hoſt. dicendum eſt quoties inferior & ſubditus in ſuperiorẽ manus iniecerit: ſed tamen in omnibus dictis & dicendis exemplis ſemper tene, ꝙ in omnibus oportet interuenire boni viri arbitramentum, propter varias circumſtantias.

3 SCIENDVM † eſt ſecundò, circa abſolutionem ab huiuſmodi excõicatione, ꝙ perſonæ quædam dicuntur priuilegiatæ: & ſunt nu. xvij. de quibus Pan. in d. c. cum illorum. ſic dicit: Nota ex textu regulam, ꝙ incidentes in excommunicatione pro violenta manuum iniectione in clericum à ſolo Papa abſolutionem conſequi poſſunt, quæ regula originaliter habetur in c. ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij. Fallit aũt in multis caſibus, quę iſtis verſiculis continentur. Regula, mors, ſexus, hoſtis, puer, officialis, Delicioſus, inops, æger, ſenexq; ſodalis, Ianitor, adſtrictus

ſtrictus, dubius, cauſæ leuis ictus. Debiles ab ſolui ſine ſummo merētur. Sūt ergo xvij. caſus, in quibus citra ſedē Apo. huiuſmodi abſolui poſſunt. ¶Primus eſt, ſi regularis verberet regularē: dummodo exceſſus non fuerit enormis q a abſoluitur à ſuo abbate, ut in c. monachi. de ſen. exc. & in c. cū illorū. eo. tit. Et ſm Pan. in d. c. cū illorū. & idē eſt de priore, vel ꝑpoſito, uel quomodocunq; nominetur, q eſt loco abbatis: quia ſcilicet monaſteriū nō habet abbatē, ſed priorē uel præpoſitū: unde textus utitur uerbo generali, dicēs, eorū prælatus. & ſm Sum. Confeſ. idē eſt de priore conuentuali ordinis prædicatorū, & guardiano ordinis minorū, & omni priore conuētuali non habēte ſuper ſe maiorem in eodē cōuentu. ſed intelligo de canonicè electo, qui ſolus in religione dicitur prælatus: ut innuit Archi. & de hoc ĩ. tit. Prælatus. extenditur etiam hoc ad magiſtrum, & fratres hoſpitalis ſancti Ioan. Ieroſolymitani: ut in c. canonica. de ſent. exc. qui ſubditos ſuos ab hac ſententia pōt abſoluere ſi ſit ſacerdos. Non aūt extēditur ſm Hoſt. ad priorem tēplariorum, de quibus ſcilicet ſimile uidebatur: quia, inquit, licet ius cōmune debeat extendi ꝑ idētitatē rationis, ſecus tñ eſt in iure priuilegiato. licet gl. teneat cōtrarium in d. c. cū illorū. Non extēditur etiam ſm Pan. ad priorem trium, uel quatuor, qui inſtituitur, & remouetur ad arbitrium ſuperiorum. Idē autem eſſet, ſi regularis percuteret ſecularē: ut in c. religioſo. eo. tit. li. 6. Et intellige ſm Pan. ſiue inciderint ante, ſiue poſt ingreſſum religionis. ¶Secūdus caſus eſt in mortis arti. 14. q. iiij. ſi quis. ex. de ſen. exc. non dubium. & de hoc dictū eſt ſupra. Abſol. 1. §. 5. ¶Tertius eſt in mulieribus: ut in c. mulieres. de ſen. exc. nō diſtinguēdo ſm Doc. quales ſint, fortes ſcilicet an debiles, uiduæ aut maritatæ. diuites aut pauperes, & huiuſmodi, neque qualiter percuſſerint, leuiter, medio criter, uel atrociter. Sed tñ dicit Veruec. ꝙ licet eps mulieres poſſet abſoluere, etiam ſi atrociter percuſſerint: expedit tñ, ut mittantur ad curiam, ſi ſunt fortes, & attrocitas magna: & nulli fiat præiudicium. Ex his aūt ſequitur, ꝙ ſunt priuilegiatæ nō ſolū quia aliquādo nō ſunt ſui iuris, ſed etiam quia ſunt mulieres, quibus vagari non expedit. Et qđ de mulieribus dicitur, maximè in monialibus locū habet: ut in c. de monialibus. eo. ti. quæ etiā dici poſſunt contineri primo caſu, cùm ſint regulares, ſiue religioſæ: quas etiā Pan. in d. c. de monialibus. notat ab ep̄o poſſe abſolui etiam pro enormi iniuria, ex quo Papa enormitatē ſibi nō reſeruauit, ſicut reſeruauit in monachis. Ratio eſt, ne moniales habeant cauſam ſe inuerecūdè miſcēdi cœtibus uirorum. Sed tñ notandum eſt circa mulieres, ſcilicet laicas, ꝙ ſecundum Veruec. ſi mulier eſſet incendiaria ſacri loci, uel falſatrix literarū Papæ mittēda eſſet ad curiam: quia nō inueniūtur iura parcere mulieribus in hac parte. & huius cauſa eſt, inquit fortè, quia huiuſmodi crimina non committuntur ex ſubito impetu: ut aliquando iniectio manuū: ſed ꝑ excogitatam malitiam. Sed tñ intellgo, ꝙ ſi impotens ſit adeundum: uel habeat aliud legitimū impedimentū: abſoluetur. iuxta notata ĩ. §. iij. dubio iiij. Notādum eſt etiam circa moniales, ꝙ eas abſoluere poteſt epiſcopus, etiam ſi ſint exemptæ, ſecundum glo. in d. c. de monialibus. vbi Pan. dicit, ꝙ hanc glo. ſequuntur communiter Doctores. quod uerum dico, niſi in priuilegio exemptionis aliter caueatur. Dicit etiā, ꝙ imminet dubium de ſororibus mendicantium: an eorum generalis, qui ſuper eas habet auctoritatem quaſi epiſcopalem, eas in hoc poſſit abſoluere? & uidetur ei, ꝙ non: quia cùm hoc ſit indultum epiſcopo ratione dignitatis. non licet inferioribus hoc attentare. ſed hoc etiam dico uerū, niſi aliter per priuilegia caueatur. ¶Quartus eſt, in habēte hoſtē. i. capitales inimicitias: ut in c. de cætero. & in c. ea noſcitur. de ſent. excom. etiam ſi eas haberet ex culpa ſua. l. nec timore. ff. quod met. cau. & extra, de ſpon. ueniēs. ſed de iſta excuſatione, an. ſ. iſte ſine periculo poſſit Romam adire, necne: ſtabitur arbitrio boni uiri. ff. de uer. obli. l. cōtinuus. §. cū ita. & de uoto. qđ ſuꝑ his. ¶Quintus eſt, in puero impubere. de ſent. excō. c. j. & c. quamuis. ſ. ſi ſit doli capax. i. circa ſeptenniū: quia aliter nō incideret, etiā ſi poſt pubertatē poſtulat ſe abſolui eo. tit. c. fi. Hoc autem Summa Angelica extendit ad iuuenes uniuerſaliter: ſiue ſint ſui iuris, ſiue nō, ſiue diuites, ſiue nō: quia eorū itineratio periculoſa eſt. Sed de hoc dic iuxta notāda in caſu 15. Et adde ſecūdùm P. de Pal. in iiij. Sententiarū, quod pueri, & mulieres probabiliter ignorātes iura poſitiua, ſciētes hunc eſſe clerium, ſed nō ſcientes nec ſcire debentes pœnā canonis, ſi quis ſuadente. nō peccāt quidem, quia neſciant canonē: nihilominus, quia faciūt contra legē naturæ, ſimul pœnā eius, & pęnā poſitiuæ le-

ue legis incurrunt. ¶ Sextus eſt, in officiali, q̃ arcendo turbam caſu, ſed non ſupple ſine ali quali culpa clericũ percuſſit: ut in c. ſi uerò. el' j. de ſent. excom. ſi tñ grauiter læſerit, non abſoluitur niſi per Papã, ut ibi. ¶ Septimus eſt in multùm potenti, & delicato, qui ad curiam accedere non poſſet: ut in c. mulieres. eo. tit. de quo textus dicit, ꝙ ſi Papam adire non poteſt, prius indicetur Papę negotium: & ſecundùm conſilium eius puniatur. & gl. dicit, qđ an ire poſſit, epiſcopus arbitrabitur: & ſi periculũ eſt in mora, abſoluet eum accepta cautione, ꝙ parebit Papæ conſilio uel reſponſo. ¶ Octauus eſt, in paupere: ut in c. ꝙ de his. eo. tit. & c. quamuis. ſed in d. c. ea noſcitur. Pan. de mente Io. And. hic notat habere locum in paupere non mendicante, ſed uiuente ex ſuo artificio, & etiam in ſolito mendicare, ſi eundo prouidere ex mendicitate non poteſt ſibi, & uxori. non autem in eo, qui poteſt ire. & mendicando ſibi prouidere, ſicut in loco ſuæ manſionis, ſed puto, ꝙ in his bonus uir arbitretur. ¶ Nonus eſt, in ægrotante. ut in d. c. quod de his. qđ Dir. intelligit, ſi ſit infirmus incurabiliter, uel periculoſè, uel morbo longo, licet tẽporali, & ex itinere timetur acceleratio mortis: imò ſecundùm Innoc. etiam ſi non immineat periculũ mortis: ut in podagra, uel febre quartana. ¶ Decimus eſt, in ſene, & ualetudinario, ut in d. c. ea noſcitur. & in d. c. quãuis. & ſm Io. de Saxo. quo ad generatione legalẽ, & poteſtatem adoptandi, dr̃ ſenex maior lx. annorũ. ff. de adop. l. ſi paterfam. ſed quo ad excuſationem munerũ perſonaliũ maior lxx. anno. C. qui ætate. l. fi. lib. 10. iuncta l. ij. §. fi. ff. de decur. & conſequenter ſecundum aliquos maior lxx. anno. excuſabitur ab itinere, etiã ſi ſit fortis: maximè, q̃a ab inde ſ. homo iam nõ eſt in ſenectute, ſed in ſenio, ſm gl. in proœmio 6. Vel dicitur ſenex in propoſito: quia ratione ętatis iudicio boni uiri, maximè epiſcopi, periculoſè tale iter aggrederetur. Et licet fortis videretur: tñ ſm Innoc. abſolueretur: quia periculoſum eſt ſenẽ proficiſci. Valetudinarius aũt dictus eſt à valetudine. quæ ſm gl. j. d. l. ſi paterfami. in hoc diſtat à morbo: quia valetudo perpetua eſt morbus temporalis. Et intellige, ꝙ cùm dupliciter dicatur ægritudo perpetua, id eſt, durans vſq; ad mortem ſcilicet vel quia eſt mortalis, etiã ſi repẽtè occidat: uel quia incurabilis tantùm, & nõ mortalis: ſecũdo modo ualetudo eſt perpetua. ¶ Vndecimus eſt, in ſodalibus. i. clericis uiuentibus in cõmuni, & ſub uno tecto dormientibus, & in eadẽ domo veſcẽtibus: ut in c. quoniã. de uita & honeſt. cleric. qđ exponitur, quando ſimul uiuũt in aliquo collegio: ſed tñ hic ſm Pan. excipitur atrox iniuria, ſicut & in monachis. ¶ Duodecimus eſt, ĩ ianitore, uel oſtiario, q̃ prætextu ſui officij clericũ non grauiter percuſſit: ut in d. c. ſi uerò. ſed iſte caſus, q̃ à Sũmiſtis & Pan. in dictis uerſibus diſtinguitur à caſu ſexto, de officiali, in hoc ab illo diſtinguitur: quia ibi percuſſio eſt caſualis: hic uerò intẽta, & animo iniuriãdi: ut dicit gl. ꝙ ex hoc notatur: quia textus dicit, malignatus. Ex quo etiam elicitur, ꝙ neceſſariò danda eſt iniuria media inter leuem & grauem, ſiue atrocem: quia ſi iſte percuſſiſſet grauiter, per epiſcopum abſolui non poſſet: ut patet in textu. ſi autem leuiter, iam nõ eſſet priuilegiatus, inquantum oſtiarius: cũ abſolutio ex leui iniuria ſit priuilegium omnibus cõmune: niſi officiali, cui iniuria de ſe leuis eſt grauis. ¶ Tertiusdecimus eſt in aſtricto, ſcilicet alterius poteſtati, qui non eſt ſui iuris: vt ſeruus non quidem famulus, ſed qui eſt ſeruilis cõditionis, vt Chriſtianus: cũ infidelis nõ ſit excõicationis capax: & ſimiliter filiusfamilias, ut in c. mulieres. & in c. relatũ. de ſent. excõ. ¶ Quartusdecimus eſt ĩ dubio, ſ. in eo, de quo eſt publica fama, ꝙ clericum percuſſerit: qui, vt dicitur in c. cùm deſideres, de ſen. excom. uitãdus eſt, niſi ad ar arbitriũ epiſcopi ſe purgauerit: uel niſi cautelam abſolutionis beneficiũ conſequatur, ſcilicet ab epiſcopo. ¶ Quintusdecimus eſt, in eo, cuius cauſæ ad nõ eundum ſunt iuſtę, ſcilicet qui habet impedimentũ canonum, ideſt legitimũ, ut in c. qđ de his. eo. tit. Quando uerò impedimentum ſit canonicum, vel legitimum: dico ꝙ dupliciter hoc intelligitur. Primò ut dicatur legitimũ, id eſt à lege expreſſum: ſecundum quem intellectum caſus iſte cum alijs in numerum non ponit: ſed omnes complectitur. Secũdò, vt dicatur legitimũ, id eſt legi conſonum uel à lege tolerandũ, quod tunc eſſe dico, quando arbitrio boni uiri, eſt æquale, uel maius aliquo expreſſo in lege: & ſic iſte caſus cõplectitur multos, & rationabiliter, quia eadem cauſa, habet eundẽ affectũ: ex ij. Phy. & ubi eſt eadẽ ratio, ibi idẽ ius, ut l. illud, ff. ad l. Aqui. & l. à Titio. ff. de uerb. obli. l. his ſolis. C. de renoc. don. Et ſic quidam dicũt dños magnę potẽtiæ, & delicatos eſſe priuilegiatos, non

ſolum

ſolum ratione teneritudinis, & delicioſitatis: ſed etiam quia ſuas terras plerunque deſerere non poſſunt; in quo tamen Papa eſſet conſulendus, niſi periculum eſſet in mora. Sic etiã Dir. dicit, ꝙ tertiana, vel quartana detentus, aut etiã podagra, vel huiuſmodi, ita ꝙ ire nõ poſſit, abſolui poterit ab epiſcopo: & ſic etiam aliquando de iuuenibus dici poteſt: ſed in omnibus huiuſmodi ſtabitur arbitrio boni viri. arg. de offi. dele. de cauſis. ¶ Sextusdecimus eſt, in eo q̄ leuiter ꝑcuſſit, id eſt leuẽ intulit iniuriã: vt in c. ꝑuenit. eo. tit. quẽ epiſcopus abſoluit iure ſuo, vt dictũ eſt: ſicut etiã & mulieres, ſenes, ac valetudinarios: vt dicit Pan. in c. peruenit. eo. tit. & tamen ſunt ꝑſonæ priuilegiatæ. Nec continet iſta decretalis diſpenſationem, vt dixerunt quidam, ſed ius cõe. ¶ Decimusſeptimus eſt in debili, ideſt, membris deſtituto, ita quòd apoſtolicam ſedem adire non poteſt. vt in c. ea noſcitur. eo. ti. vbi dicit Pan. quòd membris deſtituti dicuntur hic cæci, claudi, & alij multipharíam impediti membris. Sciẽdum eſt tertio, q̄d prædictorũ quidã habent impedimentũ ſe curiæ præſentandi perpetuum: vt mulieres inquantum mulieres, & ſenes, & ualetudinarij, & deſtituti mẽbris & aliquo modo delicioſi. quidam verò habẽt impedimentum temporale: vt exiſtentes in periculo mortis, & habentes inimicitas capitales, & ægri, & inopes, & pueri: vt patet in d. c. quãuis. quidã verò nullũ habent impedimẽtũ, quãtum eſt ex defectu, vel conditione ꝑſonali: vt oſtiarius, & officialis turbam coercens, & regulares, ac fratres S. Ioan. Ieroſolymitani, & clerici cõmuniter viuentes, & ſerui ac filijfamilias, & leuiter percutientes, & aliquando is cuius cauſæ iuſtæ ſunt. Omnes igitur iſti dicuntur perſonæ priuilegiatæ, id eſt, exceptæ ab illa regula, qua Papæ reſeruatur abſolutio percuſſoris clerici. Sed quidã ſunt priuilegiati ex cauſa ſe tenente ex parte priuilegiati: vt omnes præter leuiter percutientem, qui eſt priuilegiatus ratione modicitatis exceſſus. Omnes igitur homines Chriſtiani ſunt priuilegiati, vt abſolui poſſint citra ſedem apoſtolicam ab hac ſnĩa pro iniuria leui, ſecundum Doctores cõmuniter: & patet in c. ꝑuenit. eo. tit. Quidã verò etiã pro mediocri: vt omnes prædicti, ſecundum Io. And. & Panor. ſed excipiendus videtur leuiter percutiens: qui ſi fortiter percuſſerit inferens iniuriam mediocrem, non abſoluetur ab epiſcopo: quia ceſſat ratio ſui priuilegij: alioquin omnis Chriſtianus abſolui poſſet ab eo pro iniuria mediocri: cùm nullus ſit inferens iniuriam leuem, qui non poſſit inferre mediocrẽ. Niſi forte dicatur, ꝙ leuiter percutiens abſoluitur ab epiſcopo pro iniuria mediocri: modò percuſſio ſit leuis. Sed iſte intellectus non procedit: quia q̄d in verſu dicitur leuis ictus, in textu dicitur leuis iniuria: & conſequenter eſſe non poteſt iniuria mediocris, & percuſſio priuilegiata leuis. Quidam verò priuilegiati ſunt etiam pro enormi, ſiue graui & atroci: vt omnes habentes perpetuum impedimentum quod probatur extrà de ſen. excom. ꝑ c. mulieres. & per c. ea noſcitur. & per ca. quod de his, quæ loquuntur in diſtinctè. licet circa aliquos horũ ſint dubia, quæ patebunt. q̄d ẽt patet ratione: quia cùm tales nũquã poſſint adire pontificẽ: ſemꝑ carent poſſibilitate redeundi ad ouile. Et similiter omnes habentes impedimentum tẽporale, vt patẽt in d. c. q̄d de his. & c. quãuis. ſed iniungendũ eſt eis, vt ceſſante impedimẽto ſedi apoſtolicæ ſe præſentent: vt patet ibidẽ. Qui verò nullũ habent impendimẽtũ, abſolui non poſſunt, niſi ꝓ iniuria mediocri: quia in iſtis iura excipiunt iniuriam enormẽ, preterquã in monialibus, quæ tñ habẽt ꝑpetuũ impedimentũ dupliciter: & inquantũ mulieres, & inquantũ moniales: præterquã etiã in ſeruis, de quibus eſt dubiũ, q̄d patebit. Quidã ẽt ſunt priuilegiati, quantũ ad hoc ꝙ eis nõ imponatur ſub iuramẽto, vt ſedi apoſtolicæ ſe preſentent ceſſante legitimo impedimento, vt patet primò ĩ abſolutis ꝓ iniuria leui, quia tales epiſcopus abſoluit iure ſuo, id eſt, nõ vt tenẽs ꝑſonã alterius habẽtis dare mandata ſiue iure ſuo, ideſt, abſolutione ꝑfecta, & cõpleta ſine relatione ad aliũ, & ſecũdo in habẽtibus ꝑpetuũ impedimentũ, quia in talibus iſta iniunctio eſſet vana, & ridiculoſa. Dicit tñ glo. in c. ea noſcitur. ꝙ valetudinarij apoſtolicã ſedẽ uiſitabũt, ſi conualeſcãt. ſed hoc intelligo in dubio, an ualetudo ſit ualetudo, uel morbus: quia ſi certũ eſt, ꝙ ſit ualetudo: puta quia eſt diruptus enormiter, & incurabiliter abſoluetur abſolutè: nec ei imponitur preſentatio, unde ſi miraculoſè liberetur poſt abſolutionẽ non tenebitur. Quidã uerò quantum ad hoc carent priuilegio, ut omnes habentes impedimentum temporale, ut in d. c. quamuis: quod tamen c. excipit pueros, id eſt, impuberes, num quin eis ſit ĩponendũ, ꝙ ſe preſentẽt ceſſante impedimẽto: ſed quia excipiũtur à iuro ſe ꝑſent[illegible]di. ut in d. c.

in d.c.quãuis.quod intellige,quãdo nõ ſunt
in ætate iurandi.de quo ĩ. Iuramentum . ij.
§.iij.Vnde quãdo abſolui petũt,ſi ſunt pube
res, vel talis diſcretionis , ꝙ ſecundum arbi-
trium epiſcopi competat eis iurare, iurabũt
ſe præſentare ſublato impedimento : ſecun-
dum Sũ.Confeſſ.ij.& Arch.& Piſ.Et per hoc
tollitur repugnantia , quæ in Summa Piſa.
videtur in hoc titul.inter §.j. & vltim. quia
quando ibi dicitur in §.j. ꝙ omnibus impe-
ditis iniungendum eſt vt ſe præſentent , ex-
cepto puero,loquitur de iniunctione per iu-
ramentum , quando adhuc eſt puer : quod
patet ex iuribus ibi alleg.ſcilicet.c.de cętero.
& c. ea noſcitur . quę de iuramento faciunt
mentionẽ.Pan.tamẽ videtur ſentire , ꝙ talis
nunquam tenetur curiam adire habens in c.
pueris.eo.ti.in ſummario , & in no. regula ,
ꝙ beneficium ſemel indultũ minori,ex quo
cœpit habere locum,nõ extinguitur ꝑ ſuper
uenientiam maioris ætatis . quod quidẽ di-
ctũ procedit de beneficio abſolutionis: quia
ſcilicet talis abſolui poteſt ab epiſcopo, etiã
in ætate maiori qualibet,vel aliqua : nõ aũt
de beneficio iuramẽti,vel itineris. Qui uerò
nullum habent impedimentum ex defectu ,
vel conditione perſonali,ſecundum Sũ.Roſ.
non ſunt mittendi:quia hoc nullo iure caue
tur : ſecundum aliquos verò ſunt mittendi .
Mihi autem videtur dicendum , quòd ſi ra-
tio quare abſoluuntur ab epiſcopo ſit per-
petua,non ſunt mittendi: ſi verò eſt tẽpora-
lis , ſunt mittendi ea ceſſante : quia ſemper
ſtante cauſa ſtat effectus: & ea remota remo
uetur.vnde regulares,& dicti fratres S.Ioan-
nis,& clerici communiter viuentes nunquã
mittendi ſunt:quia nunquã debet eis dari oc
caſio vagandi,quæ eſt ratio abſolutionis: ſi-
militer nec oſtiarius,aut officialis, quia ab-
ſoluuntur ratione alicuius circunſtantiæ fa-
ctum alienantis, quæ ſunt,fuiſſe officialẽ in
porta,vel caſualiter,licet cum aliquali culpa
deliquiſſe:quæ ſemper & perpetuò alleuiãt.
Filij verò familias mittuntur : quia vt com-
muniter ceſſat ius patriæ poteſtatis, niſi per
accidens moriantur ante parẽtes.Et eadẽ eſt
ratio de iuuenibus. Nec tamen eadem eſt ra
tio de impubere,ſecundũ aliquos: quia ideo
abſoluitur ab epiſcopo , ꝙ peccatum fuerit
in tenella ętate commiſſum,quod perpetuũ
quoddam eſt.Seruus autem mittendus eſt ,ſi
redimere ſe poteſt,aut aliter licitè ſubtrahe-
re à ſeruitute:aut ſi veriſimilẽ eſt, ꝙ aliquan
do manumittetur:quia tũc ratio ſiue abſolu
tionis temporalitatem ſubinduit.aliter verò
non,quia habet perpetuum impedimẽtum :
& ſi non ex ſua perſona, tamen à ſui domini
uoluntate.

4 † QVANDO ergo dicit Hoſtien. vel
Sum. Piſa. quòd omnes prædicti , excepto
puero impubere , mittendi ſunt ad curiam
ceſſante impedimento : quia ille ablatiuus ,
conſequentiæ , reſolui nõ poteſt in cauſalẽ ,
reſoluitur in cõditionalẽ, vel tẽp oralẽ: vt ſit
ſenſus:qñ illud ceſſat,vel ſi illud ceſſat,qđ lo
cũ non habet in perpetuo. Et per impedimẽ
tũ intelligitur omne illud qđ eſt ratio abſo-
lutionis ab epiſcopo:quia illud acceſſum ad
curiam impedit,& ſi nõ ex impotẽtia viriũ ,
tamen ex iuſto fine,vel impotentia iuris.

5 † CIRCA prædicta dubia multa conſur
gunt.¶Primò enim quęritur,vtrum inferior
epiſcopo,habens quaſi epiſcopalem authori
tatẽ,poſſit abſoluere prædictos, ſicut epiſco
pus pro iniuria leui & mediocri ? Et dico ꝙ
non,ſcḋm communiorem opinionem , niſi in
caſu:quia capitulũ peruenit . hoc epiſcopo
committit,& non Archidiacono,vel Archi-
presbytero,aut alicui , qui ſit epiſcopo infe-
rior:dum dicit,fraternitati tuę: quia inferio
res epiſcopo,non fratres , ſed filios ſummus
Pontifex appellat:vt in c. quàm graui, de cri
mine falſi.vnde & Pan.in c.monachi.de ſen.
excom.dicit regulam eſſe , quòd ab excom-
municatione canonis , non abſoluit inferior
epiſcopo,niſi in caſibus à iure conceſſis . qđ
probatur in clemen.j.de priuil.& facit c.reli
gioſo. eo. tit.lib.vj.fallit tamen hoc primò,
in excommunicationibus nulli reſeruatis à
cõditore canonis:vt dictum eſt ſ̃. Abſolutio
primò, & ſecundò in habentibus authorita-
tem epiſcopalem à Papa , qui in foro pœni-
tentiæ abſoluere poſſunt omnes ſicut epi-
ſcopus:niſi ſententię eſſent ab homine,& ter-
tiò in prælatis quorumcunque religioſorũ ,
quo ad eis ſubditos,ſicut dictum eſt §. ij. ca-
ſu primo.In caſu tamen ſimplex ſacerdos ab
ſoluere poteſt , habẽtes impedimentum per
petuum,aut temporale,vel nullum, ſecundũ
gl.in c.de cæterò.de ſen.excõ.ſ.in ſumma ne
ceſſitate,i. in caſu mortis, de quo ſ̃.Abſolu-
tio.j.§.v. ſed in impedimento extra articulũ
mortis epiſcopus eſt requirendus:vt no.Inn.
& ſequitur Rayne.& Panor.in d.c.monachi.
qui ſi ad eum mittere non poteſt , abſoluet
proprius ſacerdos:ꝙ Ray.arguit ex c.nuper.
in fi.eo.tit. Et hoc locum habet in omni le-
gitimo impedimento , ſiue ſecundum Ray.
in om-

in omnibus ſupra enumeratis caſibus, & ẽt in excommunicatione tam iuris, quàm hominis: vt in c. eos. eo. tit. lib. vj. Similiter eos poteſt abſoluere ſacerdos ſimplex mandante epiſcopo.

6 †SECVNDO, vtrum illi, qui poſſunt ab huiuſmodi ſententia abſoluere, abſolutionem poſſint alteri committere? Et dico, ꝙ hanc committere poſſunt hi, quibus conuenit ex officio ordinariȩ poteſtatis, ſecundum glo. in c. eis quibus. de offi. ord. quȩ ſubiungit, ꝙ huiuſmodi ſunt legati ex officio legationis. extrà, de offi. leg. quod tráslationem. & hi, quibus committitur ex priuilegio perpetuo, ratione dignitatis: ſicut Archidiacono Bononienſi, quo ad excommunicatos in ſtudio Bononienſi cõmorantes, & ibi delinquentes: & epiſcopi in certis caſibus, vt dictũ eſt, & abbates. extrà, de ſen. excom. cum illorum. & epiſcopi, ac ſacerdotes in mortis articulo. 17. q. iiij. ſi quis. Et ideo omnes iſti uices ſuas committere poſſunt, cùm uiderint expedire. Et idem eſt de alijs excommunicationibus, ſcilicet quòd hi, qui abſoluere poſſunt iure ordinario, uel delegato à principe, poſſunt alijs uices ſuas committere, cum uiderint expedire. dummodo delegatus habeat iuriſdictionem. Si uerò ſit alicui commiſſum ex priuilegio ſpeciali, ꝙ poſſit tales abſoluere, committere non poteſt: quia certũ miniſterium ſibi committitur in hac parte, nõ autem iuriſdictio. extrà, de off. dele. quoniã. hæc glo. Vnde c. fin. de offi. dele. loquitur quando commiſſio fit ratione perſonæ, & non dignitatis. Eſt autem idem de quolibet religioſo prælato, quod de abbate iudicium: tum quia quod de illo dicitur, extenditur ad iſtum, ut ſ. dictum eſt. §. ij. caſu primo. tum quia hoc priuilegium conceditur ei ratione dignitatis, & non perſonæ. uide j. delegatus. §. 8.

7 †TERTIO, utrum abſolutus cum mãdato ſe præſentandi poſſit, ſi uacat Apoſtolica ſedes, differre, donec ꝓuiſum fuerit de paſtore? Et dico ſm Pan. in c. quod de his. de ſent. excom. ꝙ non: quia ſede uacante ſemꝑ eſt pœnitentiarius uices gerens ſummi Pontificis, cui ſe præſentare tenetur: aliter incidit in eãdẽ. ¶Quartò, utrũ ſit idẽ iudiciũ de quacũque alia ſñia lata, nõ propter dictã manuũ iniectionẽ: ut ſcilicet nõ potẽs adire Papã abſolui poſſit ab ẽpo? Et dico ſm Pan. in c. de cætero. eo. tit. ubi allegat Inn. ꝙ ſic. & addit, ꝙ hodiè clarè probatur hoc, in c. eos. eo. tit. lib. 6. & idem tenet gl. ibi, & Io. And. & cõmunis opinio. licet idem Pan. in c. quamuis, eo. tit. uideatur tenere cõtrariũ: ſed non ꝓcedit, qđ dicit, niſi de inferioribus ẽpo, qui hoc non poſſunt niſi ex ſpeciali priuilegio: ut ẽt de Abbate dicit in c. monachi. eo. tit. Licet etiam, teſte Archi. Ioan. And. in nouel. in c. quãuis. referat Inno. tenere, quòd non: ſicut Pan. malè refert eum tenere, quòd ſic: tamen tene ut ſuprà, licet in ueritate Inn. in c. quãuis. eo. ti. dicat contrariũ: quia ſi non ſit uera hæc opinio. Sequitur, ꝙ habens perpetuum impedimentũ, ſi uiueret centũ, uel cc. annis, nunquã poſſet abſolui, niſi in morte. quod pietati derogat Pontificiali. & facit etiã idẽtitas rationi hic, & ibi. & non ſolùm d. c. eos. quod clarè, & indubitatè hoc probat: ſed ẽt c. ea noſcitur. & c. quod de his. eo. tit. quæ loquuntur indiſtinctè. Et cũ hac opinione trãſit Feli. in d. c. quãuis. Hoc tamẽ fallit in caſibus, in quibus nullus abſoluere poteſt, niſi in mortis articulo, de quibus ſ. Abſolutio j. §. 5. quia in talibus nõ ſolùm inferior, ſed nec epiſcopus abſoluere poteſt.

8 †QVINTO quæritur circa dictum caſum de officiali: utrũ ille ſit excõicatus, uel nõ? Et pro hoc ſciendũ eſt, ꝙ officialis ibi dicitur iudex, uel apparitor alicuius poteſtatis, aut principis: ideſt is, qui reos ad iudiciũ cogit: & ſecundũ gl. in c. ſi uerò. de ſen. excõ. excuſatur ideo, quia caſu percuſſit: caſus aũt fortuitu præuideri nõ poſſunt. extrà, de homici. c. Io. & c. ul. nec ulla temeritas, aut uiolẽtia in eo poteſt notari: quia excuſatur ratione officij: aliàs non excuſaretur, quia debuit ꝓuidere an ex facto ſuo irrogari poſſet iniuria. Si tamẽ officialis laicus aliter, quàm arcẽdo turbã non à caſu, ſed à propoſito percuſſerit, & irrogauerit iniuriã de ſe leuẽ, per epiſ. abſolui nõ põt: quia ut no. Pan. in d. c. ſi uerò. el j. de ſent. excõ. & habetur quaſi clare ex eo tex. tũc iniuria grauis eſt, & non leuis, quia nõ ſolũ ꝑcutit, ſed uſurpatꝫ ſibi iuriſ. in clericũ. Sed tũc inſurgit dubiũ: quia iſte officialis nõ eſſet ꝑſona priuilegiata in j. caſu, quia nõ incidit: nec in ij. quia abſolui nõ ṗt, etiã ꝓ iniuria leui. qđ oẽs poſſunt: & tñ oẽs Sũmiſtæ, & Can. hunc priuilegiatis annumerãt. Dicit aũt Sum. Roſe. ꝙ iſta urgẽt: & diſtinguẽdo dicit, ꝙ officialis, id eſt, iudex, uel apparitor nõ eſt priuilegiatus: ſed officialis, id eſt, deputatus ad arcẽdũ turbã, eſt priuilegiatus, ideo abſolui poteſt æquè, uel magis oſtiario. Et hunc intellectum ſentit gl. in

c. ſi quis

c.ſi quis.xvij.q.iiij.Sed iſta ſolutio non procedit:quia adhuc ſtat argumētū,& tāto magis,quanto iſte officialis eſt vilior iudice, vel apparitore.& minus iuriſdictionis habēs.Et ideo melius dicitur ſecundum Piſ. ꝙ textus loquitur quando officialis caſu percutit,ſed cum aliquali culpa:puta quia nō omnē adhibuit diligētiam:quia tunc ei non imputatur, ſcilicet tātū vt aliàs,ſed excuſat officium: & quantum ad hoc eſt priuilegiatus. & iſta eſt mens Sanct.Thom.iiij.diſtin.xviij.q.ij. arti. v.Si autem percuſſit clericum ſeorſum à turba ex ꝓpoſito nullum habet priuilegiū: ſed omnis iniuria leuis eſt illi grauis. quod intelligo quando hoc facit prætextu officij, & quaſi iuriſdictionē vſurpans in clericū: ſecus autem ſi vt perſona priuata, & quaſi arcēdo clericum à re ſibi commiſſa,vt ianitor.

9 †SEXTO in caſu delicioſi, vtrum cenſendus ſit in numero habētium perpetuum impedimentum, & conſequenter non ſit ei præſentatio iniungēda:Et dico ꝙ ſic:quia delicioſitas cū nō redit impotentē, niſi ſit innata, vel effecta connaturalis ex longa conſuetudine, q̄ ſine periculo mutari nō poſſit: & cōſequēter habet ꝑpetuitatē.Nec obſt.gl. in c.mulieres,de ſen.excō.dicēs, ꝙ epiſc. illū abſoluet,recepta cautione, ꝙ parebit Papæ cōſilio,vel reſpōſo:quia hoc non dicit,quaſi Papæ reſeruetur iudiciū,an ſit mittēdus,necne: cùm hoc multo melius poſſit iudicare epiſcopus,cui eſt notior: ſed quia magnis ꝑſonis magnus prælatus conuenienter facit mandata: cùm illæ interdū modico labore poſſint Eccleſiæ prodeſſe multū.¶Septimò, vtrum in caſu eorum,qui non ſunt ſui iuris, concordēt omnes Canoniſtę,ꝙ omnes abſolui poſſint ab epiſcopo? Et dico quòd non, quo ad filiumfamilias,qui ſcilicet eſt priuilegiatus inquantum impuber,vel etiam iuuenis,& inquantum non eſt ſui iuris:quia Inn. & glo.in c.mulieres. de ſent. excom. dicunt hoc eſſe uerum ſolum de impubere:quia pubes licet ſit in patris poteſtate,tamen in hoc eſt ſui iuris,quòd poteſt ire quo vult. Quod dictum non procedit: quia iſte non eſſet priuilegiatus,inquantum non eſt ſui iuris: contra d. c.mulieres,ratio etiam dicti non eſt, vniuerſaliter vera:quia licet puber ſit ſui iuris,quantum ad ſpectātia perſonam ſuam,cuiuſmodi eſt religio & matrimoniū, ſecundū Sanc.Tho.22. q.lxxxviij. art.viij.ſecus quātum ad concernentia gubernationē domeſticam,vt ibi.vnde peregrinari nō pōt, ſine patris aſſenſu:quia cum omne lucrum eius cedat patri,ſaltem quo ad vſumfructum, præterquā in caſtrenſi,uel quaſi,de quo plenè in l.cum oportet.& in auth.excipitur. & auth. idē.C.de bo.quæ libe.& Inſtit. per quas perſo.nob.acqu.per totum. nihil facere poteſt, in quo exponat quicquā, vel in quo ſubtrahat ꝑſonā ſuā à lucrando patri ſ̄m conditionem ſuam. Contrariū igitur ſenſit Hoſt. Io. autē And.dicit primū dictū procedere,quādo filiusfam.exiſtens in patris poteſtate, tenet familiā de per ſe, puta vxorē ac liberos; ſecundum verò,quando eſt in familia paterna.Pan.autem in d.c.mulieres.dicit,non ſibi placere dictum Ioan. And. indiſtinctè. quia quando talis extra familiam patris eſt cùm non ſit ſui iuris, ei tenetur obedire, & exhibere commoda patriæ poteſtatis. Vnde putat idē iudiciū eē de eo, & ſeruo ex benigna iuris interpretatione. hæc Pan. & ſic tenēdū eſt,niſi iniuria ſit enormis. Vel dicēdū, & eſt quaſi idem, ꝙ abſolui poteſt ab epiſcopo, quando mitti non poteſt ad curiam ſine præiudicio,vel diſplicentia patris.quia ratio huius priuilegij eſt ius alienum, vt patet in d. c.mulieres.id eſt,ius paternum,cui ſubiacet. de ſeruo aūt,vt patet ex c.relatū,e. ti.iuncto d.c.mulieres.ſ̄m Sum.Ang.dicendum eſt, ꝙ abſolui poteſt pro leui,& mediocri iniuria: non autē pro atroci,niſi in duobus caſibus. Primò,ſi percuſſit in fraudem ſui domini,id eſt,vt ſe ab eius obſequio ſubtraheret iturus Romam.Secundò, ſi dominus nō fuit in culpa,& multum læditur ex abſentia ſerui:quia tunc pro enormi poteſt abſolui dummodo, vt dicit tex. non ſit tam grauis, & enormis exceſſus:vt propter vitādum ſcandalum, & exēplum tollendū,huiuſmodi ſerui ad ſeruū ſeruorū Dei ire debeāt abſoluēdi. Sūma aūt Roſella,& Supple. & Panor.in d.c. relatum. tenent.quòd pro enormi ſemper ſunt ad curiam mittendi.Sed prima opinio eſt verior, & arguo,quòd ſecunda ſtare nō poſſit.Nam capitulū, relatū. mandat ſeruos excōicatos propter iniectionem manuum mitti Romā, & deinde excipit duos caſus prædictos,ſcilicet fraudis,& iacturæ dominorum.Cum igitur in illo mādato ſit ſermo de iniuria enormi, quia pro leui, aut mediocri non debent mitti Romā per c.mulieres. ſequitur, quòd excepto ſequens mandatum, quod etiam textus apertè innuit; tum quia dicit, tam grauis. vt ly tam, ponderetur: tum quia rationem miſſionis non aſſignat, enormitatem.

tatem, ſed ſcandalū.¶Octauò, dubium eſt cō ſurgens ex priori, vtrū ſcilicet ſit idē iudiciū de marito, ſi ī fraudē percutiat uxoris? Et di co, quòd maritus videtur priuilegiatus, non inquantū vir, ſed inquantum cōiux, cum nō ſit ſui iuris omnino: ſicut & vxor eſt priuilegiata inquantū vxor. & inquātū mulier, alio quin poſt mortē mariti iniungeretur ei præſentatio: & ſimiliter libertus inquantū operas præſtare tenetur. Eſt ergo ſm eandem Sum. Ang. quæ opinioni innittitur Hoſt. idē iudicium in dicto caſu fraudis & iacturæ de filio familias & viro coniūge, & liberto: ſed contrarium tenet gl. in c. relatum. & ibi Pan. addens, ꝙ hoc tenetur communiter: quia ex contraria opin. nimis detraheretur c. ſi quis ſuadēte. Nec mulier eo caſu priuatur viro, ſi ne cā, ſed ſine culpa: vt lite nō cōt. c. quoniā.

10 ET † hoc tenendū eſt: quia hoc edictū, vt omnes huiuſmodi ad curā mittantur, eſt ꝓhibitoriū, ſcilicet ne quis citra Papā abſoluatur: arg. extrà eo. c. cum illorū, vbi hoc tenet glo. Tale aūt dictū extenditur ad omnes, niſi expreſsè excipiantur: quia lex indiſtincte loquēs, indiſtincte debet intelligi. l. de pretio. ff. de publi. & lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi. l. j. §. quod ait, ff. de alea. & qui omne dicit, nihil excludit. c. ſi Romanorū. xix. diſt. Et ſi dicatur, ꝙ excipitur vir in ſimili de coniuge, & libertus in ſimili de ſeruo: dico ꝙ in iſtis non eſt ratio tanta, vt per ſe confeſſum eſt, & præterea ius priuilegiatum non extenditur ad ſimile: vt dictū eſt ſ. Abſolutio. iiij. §. j. in fin.

## RVRSVS DE ABSOLVTIONE quinto adhuc ſpecialius, id eſt, percuſſorum clerici quando ſunt regulares.

1 *Regularis clericum percutiens, ob idque in excōicationem incidēs, abs quo abſolui poſſit. Et quid vbi prælatus huiuſmodi regul. ſacerdos non eſt, aut ſi ſit, aut excōicatus eſt, aut mortuus, aut alioquin impeditus eſt, ad quē tū recurrēdū.*

2 *Exemptio, num in fauorem exempti indulta eſſe dicatur: & an ipſi exemptus renunciare, ſine reſpectu fori pœnitudinis, ſiue contentioſi poſſit.*

3 *Epiſcopus num regularem clerici ſecularis percuſſorem, etiam exemptum, in defectum prælati, abſoluere poſſit.*

4 *Epiſcopus diœceſſanus, num moniales exemptas abſoluere poſſit. Et an abbatem in hunc canonem incidentem.*

5 *Regularis vnius clauſtri, ſi alterius clauſtri regularē percutiat, abs cuius clauſtri prælato abſolui debeat. Et quid ſi regularis regularem, aut regulares ipſi ſe extra clauſtrum percutiant.*

6 *Religioſus clericum ſecularem percutiens, ſuæ vel alterius diœceſis, num a prælato ſuo abſolutionem conſequi poſſit.*

7 *Nouitius, qui ante nouitiatum in hunc Canonē incidit, an poſſit a Prælato ſuo abſolutionem accipere. Et ſub hæc, ꝙ ſolus Papa pro enormi iniuria abſoluit: niſi in caſibus exceptis.*

1 ABSOLVTIO † quintò adhuc ſpecialius, quo ad percuſſores clericorū, qñ ſunt irregulares, continet dubia multa. ¶Primum eſt, vtrum regularis clerici ꝑcuſſor abſolui poſſit ab alio, q̃ à Papa, vel Legato, uel Epiſcopo? Et dico, ꝙ ſi percuſſerit regularē eiuſdē clauſtri, abſolui poteſt à ſuo Abbate: vt in c. monachi. de ſent. excommuni. quod quidem extenditur ad omnem religioſum, & ſuum prælatū, eo modo, quo titulo priore. §. ij. caſu primo, dictū eſt: niſi iniuria fuerit enormis: quo caſu abſoluitur ſolùm à Papa, vt in tit. priore. §. j. niſi ex ſpeciali priuilegio. ¶Secundum, ſi dictus prælatus non ſit ſacerdos, vel ſi ſit excōicatus, aut mortuus, vel aliter impeditus, vtrū reccurēdū ſit ſemper ad epiſcopū, & ille poſſit abſoluere regulare non habentē impedimentum adeundi curiam, neque leuiter percutientē, ſed mediocriter? Et dico, ꝙ ſic, ſm Hoſtienſem: vt in d. c. monachi. & in c. cum illorum. & in c. canonica. de ſent. excommu. qđ quidē, quo ad non exēptos, indubitatè verū eſt.

2 † QVANTVM ad exemptos verò, etiā quidem hoc verum putant. vt Feder. in conſilio ſuo 14. & Io. de Lig. in clem. ne in agro. de ſtatu reg. Et ratio vtriuſq; eſt, quia exemptio indulta eſt in fauorem exempti, ideoque illi renūciare poteſt, nedum reſpectu abſolutionis, ſed etiam in foro cōtentioſo, prorogando iuriſdictionem epiſcopi. Idem tenuit Veruec. & Dir. quam etiam opinionem ſecuta eſt Summa Piſ. & Arch. iij. parte, tit. 25. c. vlti. qui tamen fuit doctus & timoratus. Contrarium quo ad exēptos tenuit Io. And. in regula ſcienti. & Pan. in d. c. monachi. & plenius in c. ſignificaſti. de foro competenti. quia ſ. per exēptionē, inquit, exemptus efficitur non ſubditus epiſcopo, id eſt, non ſubiectus eius poteſtatis, ſed Papæ immediatè: vt in capitulo, ſi Papa, de priuileg. libro vj. vndē epiſcopus in illum non habet poteſtatem, niſi in caſibus ſibi expreſſe conceſſis: vt in capitulo, frater noſter. 16. quæſtione prima. vnde exemptus abſolui

ſolui non poteſt ab eo,nec eius iuriſdictionē
prorogare,quantū ad forū contētioſum: vt
in d.c.ſignificaſti. nec quantum ad pœniten
tialem:vt in c.omnis.de pœniten, & remiſſ.
Et ad rationem Fede. & Io. de Ligna. dicit
Ioannes And. in dicta regula, ꝙ exemptio
non cōcernit ſimpliciter fauorem exempti,
imò fauorem ſuperioris,qui eum exemit:vt
in capitu. ad apoſtolicam . de reg. & in l. ſi
quis in conſcribendo.C. de epiſc. & cleri. &
de hoc infra Exemptus.Mihi videtur, quod
de rigore iuris ſecunda opinio procedat, &
efficacius probetur per Pan.in d.c. ſignifica
ſti. multis rationibus . Sed de æquitate , de
qua dicetur in §.ſequen.procedit prima: q̄a
regulares principaliter eximuntur in ſuum
fauorem . vt quietius Deo ſeruiant : nec eſt
æquum,quòd per exemptionem fiant dete-
rioris conditionis , quàm non exempti . in
ſpectantibus ad quietem animi in Deo : ad
quā ordinatur omnis religio .

3 TERTIVM eſt, vtrū poſſit epiſcopus
in defectu prælati abſoluere regularem exē-
ptum,qui ſecularem clericum percuſſit leui
ter,vel habet impedimētum adeundi curiā :
quo ſcilicet caſu poſſet abſoluere clericum
ſecularem: vt c.religioſo.de ſenten. excom.
lib.vj.iuncta glo.Et dico,ꝙ illud cap.religio
ſo.dicit, quod ſic loquens de religioſo , vel
regulari in communi, qui percuſſit clericū
ſecularem,ne habeat materiam vagādi : vbi
Io.And.propter dictam rationem dicit hoc
eſſe verum etiam in exemptis:licet ip ſe ſibi
videatur contrarius,in clemen. pe. de ſentē.
excom.Pan. autem in dicto ca. ſignificaſti.
putat, ꝙ rigor iuris facit epiſcopū hoc non
poſſe,cùm ibi non dicatur,quod hoc faciat
circa exemptos auctoritate apoſtolica:ſicut
ſemper fieri ſolet,quando datur poteſtas cir
ca exemptos : vt in dicta clemen. penult. &
in clem.attendentes.de iſta regula, putat ta-
men eſſe æquum , ꝙ circa religioſos exem-
ptos hoc poſſit:quia capitulum loquitur ge
neraliter , & ratio conceſſionis pariter in
exemptis,& non exemptis procedit:non au
tem circa exemptos non religioſos,vel etiā
religioſos extra caſum illius capituli.Et ſic,
inquit, procedit opinio contraria : ſcilicet
Fede.& Ioan.de Lignano,& Ioan.And.non
erit ſibi contrarius.hec Panor. Ex his Sum-
ma Roſ. Abſolutio.iij.§. v. & Summa Ang.
Exemptus.§.vj. concludūt, quod epiſcopus
hoc non poteſt, & vterque ideò , quia capi-
tulum, religioſo . de auctoritate apoſtolica
non faciat mentionem.Vnde illud loquitur
ſecundum iſtos de nō exemptis , quos antea
non poterat abſoluere, propter cap. cum il-
lorum.de ſentent.excom.Ego autem ſic di-
ſtinguerem : quia in religioſis exemptis, &
priuilegiatis, ſic ꝙ ſua priuilegia vetant eos
petere abſolutionem ab aliquo, non eiuſdē
ordinis,epiſcopus hoc non poteſt . In exem
ptis autem,ſed non priuilegiatis.dicit domi
nus Anto.locum habere opinionem Federi
ci.quod videtur verū , ſaltem in caſu huius
ca.religioſo.Vnde Panor. videtur tenere, ꝙ
epiſcopus hoc poſſit de æquitate ſed non
de rigore iuris.quod eſt ſatis probabile:alio
quin exempti eſſent deterioris conditionis,
quo ad hoc,omnibus hominibus,q̄ ab epiſ-
copo abſolui poſſunt pro iniuria leui,vel ēt
pro mediocri, extante impedimento legiti-
mo : quod eſt contra intentionem eximen-
tis . Vnde Pan. doctè & eleganter dixit hoc
eſſe æquum:quia,vt patet per S.Tho. ſecun
da ſecundæ,q.120.ar.j.& ij. ad æquitatem ,
quæ Epicheia dicitur,pertinet agere in caſu
ſecundum legis intētionem,verbis omiſſis:
quanquam etiam dici poſſit, quod in hoc
caſu verba legis benè intellecta non ſunt cō
traria : quia quod dicitur mentionē fieri de
auctoritate apoſtolica,vbi poteſtas concedi
tur circa exemptos : verum eſt de poteſtate
odioſa,puta ad coercendū,de qua loquūtur
iura ad hoc ſupra allegata,vt patet intuenti:
de benigna autem,puta quę eſt ad fouendū,
nunquam aut non ſemper eſt verum. qđ pa
tet ꝑ dicenda §. ſequēti. Cōfirmatur iſta de
ciſio:q̄a ex iure videtur poſſe colligi regula
ꝙ quātū ad iſtā abſolutionē,nō differūt mo
nachi & moniales, niſi penes iniuriam enor
mē,& nō enormem:pro qua ſcilicet monia-
les ſolæ,& nō monachi abſoluūtur: vt patet
in capitulo,monachi.& in cap. de moniali-
bus. de ſent. excommu. Cum igitur diœce-
ſanus poſſit abſoluere moniales exemptas,
vt dicetur,ne vagētur, etiā pro iniuria enor
mi:pro mediocri quoque abſoluere poterit
monachos exemptos.Specialiter tamē Sum
ma Roſ. nō uidetur ſufficiēter determinare:
q̄a in §.iij.q̄ ꝑtinet ad primā eius editionē,
determinat ꝙ ep̄s poſſit abſoluere exēptos
percuſſores religioſos ſimpliciter, id eſt, nō
limitando ad aliquem caſum.alleg. Veruec.
& Dir.& in §.v.pertinēte ad nouas additio-
nes,dicit quod hoc non pōt in caſu, de quo
maximè videtur , quod epiſcopus hoc poſ-
ſit,ſcilicet ſi percuſſus ſit ſubditus eius,& ꝑ-
cuſſio

cuſſio leuis,vel ꝑcutiens impeditus.Sed no. ꝙ Pan. videtur intelligere hoc eſſe æquum et ſi percuſſus nõ ſit clericus ſecularis,ſed regularis,quod eſt probabile propter eandem rationẽ,licet hoc ab eo clarè non habeatur.

4 QVARTVM † eſt, vtrum eps diœceſanus poſſit abſoluere moniales exemptas? Et dic,ꝙ ſic, ſecũdũ gl.& Pan.& cõmuniter omnes Doctores in cap. de monialibus. de ſenten.excõmmu. & idem ſenſit Veruec. & Dir. quia illud capitulum loquitur de monialibus indiſtinctè. ideoq; extẽditur etiam ad exemptas. Et hoc verum erit etiam pro iniuria enormi, cum ſecundum omnes Docto. eius abſolutio in illo ca. cõcedatur. Et nota, qđ illud capitulũ de auctoritate apoſtolica nõ facit mentionẽ,quia loquitur benignè.Diſtinguẽdum eſt aũt, vt prius:qa verũ eſt de exẽptis nõ priuilegiatis,ſed non de priuilegiatis ſic vt de eis ſe intromittere nõ debeat aut poſſit eps in abſoluẽdo. Quintũ eſt, vtrũ abbas incidẽs in hũc canonem abſolui poſſit per epm? Et dico de hoc fuiſſe opiniones,vt no.Pano.in c.vniuerſitatis. de ſent.excom. vbi ipſe tenet quòd ſic, niſi iniuria ſit enormis. Sed intelligo in nõ exempto. de exẽpto verò dico idem eſſe iudiciũ, quod de monacho vel regulari, quãtum ad poſſe abſolui:qa caput nõ debet eſſe minus fauorabile membris,& appellatione monachorum venit Abbas in materia fauorabili, de ver.ſig.ca.fi. Et vltra hoc dico, qđ poteſt ſibi eligere cõfeſſorem, qui eum poſſit abſoluere,iuxta dicenda ĩ.ti.Confeſſo. j. §.vij.

5 SEXTVM † eſt, vtrũ regularis percutiẽs regularem alterius clauſtri, abſolui poſſit à ꝓprio,vel à percuſſi prelato? Et dico,ꝙ per vtrunq; debet abſolui, vt in c.cum illorum. de ſent.excom.Et licet ẽm Do.Ant.vterque Abbas vocetur ad ſoluendum, tñ verius eſt, quod dicit Pan. ibi cum Hoſt. & Ber. quod Abbas,vel prælatus percutiẽtis abſoluit. Abbas verò percuſſi aduocatur ad remittẽdum iniuriam,nõ ad abſoluẽdum. quia nõ eſt ratio quare vocetur ad abſolutionem nõ ſubditi ſibi. Et Abbas quidem percuſſoris ẽm Hoſt.recipit iuſm. Abbas verò percuſſi verbera infert, quæ loco erũt ſatiſfactionis: cũ nõ habeat monachus vnde ſatiſfaciat. & demũm Abb.percuſſoris abſoluit. Cõgruẽtius tñ fit, ſi vnus alteri totum cõmittat. extrà, de offi. ord.c. fi. hæc Hoſt. ¶Septimum eſt, vtrum regularis percutiẽs regularem,vel regulares ſe mutuò percutiẽtes extra clauſtrũ, abſolui poſſint per ſuum prælatũm? Et dico ẽm Hoſt.ꝙ nõ,ſed per epm: & ſi ſub diuerſis ſint epis,illi debent cõuenire,ſicut de Abbatib. dictũ eſt. Et mouetur per c.monachi.& per c.cũ illorum.de ſent.excom.vbi fit mentio de clauſtro: qa violatur iuriſdictio epi. Sed verius eſt,quod dicit Pan.in d.c. cum illorum.ſcilicet, quod eorum prælatus poterit eos abſoluere: quia c. cũ illorum.& c.canonica.eo.ti.loquũtur indiſtinctè,& de clauſtro nõ repetũt,de quo fit mẽtio in c.monachi.cũ dr, ſi ſe in clauſtro ꝑcuſſerint, &c.qđ dico ideò dici, non quia abſoluere non poſſit Abbas,ſi percuſſio fiat extrà, ſed quia in clauſtro crebrius fit,vel quia dicũtur eſſe in clauſtro, etiã ſi ſint in foro, eo modo, quo ſemper dæmones in inferno, & beati angeli in cœlo ſunt.

6 OCTAVVM †eſt,vtrũ religioſus percutiens clericum ſecularẽ diœceſis ſuæ, vel alterius,abſolui poſſit per ſuum prælatum? Et dico,ꝙ non:ſed abſoluetur à ſuo epiſcopo diœceſano eo caſu,quo abſoluere poſſet clericum ſuum, ſcilicet ſi percuſſio ſit leuis: vel percutiens impeditus,ne curiam adeat. Nec oportet duos epos cõuenire, etiam ſi diœceſes ſint diuerſæ: vt in c. religioſo. de ſent.excom.lib.6.Sed intellige, niſi religioſus ſit ſic exemptus, ꝙ etiam ratione delicti conueniri non poſſit, niſi ſub ſuo prælato: quia tunc abſoluetur à ſuo prælato,epo remittente iniuriam. Semper tamen exceptã intellige enormitatem exceſſus, & religioſum eſſe impeditũ eo ipſo,ꝙ eſt clauſtralis.

7 †NONVM eſt,vtrum nouitius,qui ante nouitiatum incidit in canonem iſtum, abſolui poſſit per ſuum prælatum?Et dico ſecundum Ray. ꝙ licet talis, & quilibet aliàs excom.recipi non debeat ad religionem,niſi prius abſoluatur: ſi tamen ingreditur, tenet ingreſſus, & profeſſio, ſecũdum Panor. in c. cum illorum. de ſentent. excom. ſicut nec matrimonium per excõicationem impeditur,vt in c.ſignificaſti. de eo, qui duxit in vxorẽ, & receptus poterit abſolui iuxta modum prædictum,ſecundum Hoſtien.ſed ipſo iure intelligatur ibi incluſa eſſe conditio,ſi perſeuerauerit. alioquin reducendus eſt in eandem ſentẽtiam ab eo,qui abſoluit: vt dicitur in Sum.Piſ.vel quia abſolutio cõditionatè non fit,eſt abſolutus: ſed religionem exiens reincidit in eandem,niſi ſe præſentet ei,qui aliàs potuiſſet abſoluere:vt in c.eos.de ſent. excom.li.6. Et hãc opinionẽ, ſcilicet

ſcilicet quod poſſit abſolui,ſequitur Innocen.in c.monachi. eo.tit. & Arch. in c.religioſo.eo.tit.lib.6. Cõtrarium tenuit Ioan. And.in c.cum illorum.eo.tit.& Gem.in dicto c.religioſo, ſcilicet, qđ abſolui non poſſit à prælato,niſi ſit expreſsè,vel tacitè profeſſus. quam opinionem ſequitur Sum. Angeli. ſubdens quod ſi abſoluatur & egrediatur, reincidit ipſo facto, niſi ſe præſentet. Sed prima opinio eſt rationabilior: q̃a iſta eſt perſona eccleſiaſtica,ſecundũ glo. in d.c. religioſo.& gaudet priuilegio. c.ſi quis ſuadente ſecundum tex.ibi.& conſequenter, vt videtur,etiam priuilegio contẽto in c. monachi.eo.titu.quia ratio illius eſt, ne monachi vagentur: quod in nouitio eſt in tantò periculoſius, quantò eſt infirmior,& minus expertus: nec eſt rationabile, vt reincidere poſſit, qui abſolui non potuit. In omnibus tamen prædictis ſemper intellige exceptionem enormis iniuriæ, niſi in monialibus,& vbi per priuilegia prouidetur: quia ea ſolus Papa abſoluit, aut eius legatus. vt in ca. ad eminentiam iuncto ca. cum illorum.de ſententia excommunicationis.

## RVRSVS DE ABSOLVTIONE ſexto, quantum ad formam verborum.

1 *Abſolutio a cenſuris & peccato in quotuplici ſoro ac iudicio impendatur.*

2 *In abſolutione verberari, ſex conſiderari & exquiri dubia ſolent, de quibus hic pulcherrime, & ordine fit diſſertatio.*

1 ABSOLVTIO† ſextò & à peccato & cenſuris fit in triplici iudicio, ſm Ray. ſcilicet in iudicio Dei per contritionẽ,in iudicio cœli,id eſt, curię cęleſtis, p approbationẽ,de pænitẽtia,diſtinctione j.nũquid Cain.& iudicio Petri ideſt,cõfeſſionis per abſolutionem,ſcilicet verbalem.ſi tamẽ peccator ſit prius abſolutus à Deo ſaltem ordine naturę.vnde manet Petri priuilegiũ, quando ex æquitate fertur iudicium.24. q. j.manet.quod ſm glo. intellige de ſententia ligante quo ad Deum, quia quo ad eccleſiam,ligat aliquando etiam iniuſta, vt infra,Excommunicatio.ij.§.ij.

2 SED tamen verbalis hæc abſolutio continet dubia multa.¶Primum,quæ ſit forma abſolutionis ab excõicatione? Et dico, qđ ſi loquamur de forma verbali neceſſario obſeruanda,nulla eſt certa, & determinata, vt dictum eſt ſupra.Abſolutio.iij.in prin.Si vero loquamur de ea,quæ communiter eſt in vſu, ſic vtimur in iſto verbo abſoluo. quod dupliciter facimus. Primò conditionaliter, q̃n abſolutio in dubio, vel in caſu incerto fit ad cautelam,vt dicendo: ſi teneris aliquo vinculo excõicationis,à quo poſſum te abſoluere:ego abſoluo te,& reſtituo Sanctis Sacramẽtis eccleſię,cõmunioni,& vnitati fidelium,in nomine Patris,&c.Secundò verò abſolute in caſu certo, vt dicendo, ego te abſoluo à vinculo excõicationis, quam incurriſti pp tale factũ, & reſtituo te ſanctis. &c. vt ſ. ¶Secundum eſt, quæ ſit forma abſolutionis à ſuſpenſione officij vel diuinorum. Et dico,quod ſi loquamur de verbali neceſſario obſeruanda,nulla eſt, quia ſuſpẽſio, ſicut & excõicatio, pertinet ad forum contẽtioſum, & conſequẽter quicquid dicat, aut quibuſcũque verbis vtatur is,qui poteſt abſoluere,verè abſoluit: ſicut de excõicatione dictum eſt:ſed loquẽdo de ea,quæ cõiter eſt in vſu, vtimur iſto verbo abſoluo,primò cõditionaliter: vt ſi teneris aliquo vinculo ſuſpenſionis,à quo poſſum te abſoluere,abſoluo te,& reſtituo executioni ordinum & officiorum tuorum.ſecundò abſolutè, vt, abſoluo te,à vinculo ſuſpenſionis,quam incurriſti pp talem cauſam,& reſtituo, &c.Et idẽ dico per omnia de interdicto. ¶ Tertiũ eſt, de forma abſoluẽdi ab irregularitate.Et dico q nulla eſt certa & determinata,ſed tñ in vſu eſt,vt fiat per hoc verbũ diſpẽſo, & non abſoluo, vt diſpẽſo tecum in irregularitate, quam incurriſti pp talẽ cauſam, & reſtituo te ad actus legitimos. vel quãdo dubitatur, dicẽdo nũquam,ſed ſi quã cõtraxiſti. ¶Quartum eſt, quæ ſit forma abſolutionis à peccato? Et ſupple. quidam poſt Pe. de Pal.dicit, q eſt hæc:ego abſoluo te. expreſſis illis à q̃bus fit abſolutio: alioquin ſuper nihilo abſolutio fundaretur.& intendit q eſt hæc forma: abſoluo te à peccatis tuis. Sed contrarium tenet S.Tho.& Inno.& Hoſt.imò etiã Scotus in quarto dicit q eſt hęc:ego abſoluo te. Nec tñ abſolutio fundatur in nihilo, ſed in te confeſſa,id eſt,peccato.In alijs aũt, qui confeſſionem nõ requirunt, ſed abſolui poſſunt etiam inuiti,exprimitur ligamẽ qđ ſoluitur, puta excõicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti.¶Quintũ eſt, quare dictæ formę alia coniunguntur? Et dico ſm S.Th.& cõiter Doct.Theol. quod præmittitur Miſereatur.nõ quia ſit de eſſentia vel integritate formæ: ſed ne fortè effectus ſacri impediatur ex parte pænitẽtis:poſt ponitur verò cõuenienter,in nomine Patris, &c.nõ quia ſit neceſſa-

neceſſariũ,ſed vt oſtēdatur ꝙ ſacerdos nō authoritate ꝓpria, ſed quaſi miniſter abſoluit. Impoſitio aũt manus non requiritur,nec fit: quia hoc ſacramentũ non ordinatur ad cōſequendam excellentiã gratiæ, ſed ad remiſſionē peccatorũ:vnde magis cōperit ſignatio, quia p ſignum crucis Chriſti peccata remittuntur: quod tamen etiã non eſt de neceſſitate ſacramenti.vide etiam infra Pœnitentia. ij. ¶Sextum eſt, vtrum abſolutio à peccato fieri debeat ante iniũctionem ſatisfactionis? Et dico quòd non: vt patet in clem.dudum. de ſepul.& ibi Ioan. And. ſed hoc intelligo, vbi timere poſſet ꝙ abſolutus ſatisfactionē recuſaret, non autem aliàs: vt in religioſis vſitatur.

## DE ACCEPTIONE PERSONARVM.

1 *Acceptionis, quæ hic lucidiſſima deſcriptione depingitur, vt vitium contrahamus, quot potiſſimum requirantur. Et an mortalis delicti nomen ſortiatur.*

2 *Beneficiorum eccleſiaſticorum diſtributor ac collator, ad peccatum defugiendum, num meliori tribuere ſemper debeat. Et ibidem quot modis quis melior dicatur.*

3 *Potentia, aut nobilitas ſecularis in beneficiorum diſtributione, vt alij alius præferatur, num ſpectanda ſit.*

4 *Collatio beneficij in conſanguineum, nũ perſonæ acceptionē inducere dicatur. Et quid ſi electores bonum, meliori prætermiſſo, eligant.*

5 *Diſpenſatio in gradibus prohibitis quo ad matrimonium contrahendum, occaſione diuitiarũ obtēta, num perſonarum acceptionem inducat.*

6 *Acceptio perſonæ, num dicatur facta, ſi is præpoſitus ſit, qui alium conditione ac qualitate minus digna præcellit.*

7 *Acceptio perſonarum num facta eſſe dicatur, ſi in honoribus conferendis vitioſus prælatus ſtudioſo laico ac virtuoſo, aut dominus ſeruo, ſenex iuueni, aut diues pauperi præferatur. Et quid ſi in iudicio diuiti pauper præferatur.*

1 ACCEPTIO † perſonarũ ex doctrina Sanct. Thom. 22. quæſtio. lxiij. & Alexand. de Ales xxij. tractatu, de eodem, ſic diffiniri poteſt. Acceptio perſonarũ eſt vitium, quo id quod ex debito iuſtitiæ eſt vni perſonæ conferendum, exhibetur alteri, non propter meritum eius ad ipſam rē, quæ confertur, ſed propter conditionem ipſius non congruentem ad ipſam rem: puta ſi quis conferat epiſcopatum alicui, quia eſt Petrus, aut Ioannes, vel affinis, quæ nihil fa-



ciunt ad eſſe dignum epiſcopatu: ſi autē hoc fiat quia eſt aptus, non eſt acceptio perſonarum, quia iſta conditio facit, vt debeatur ei epiſcopatus ex iuſtitia diſtributiua. Tamen ad incurrendum hoc peccatum duo requiruntur: primò ꝙ collatũ conferendum ſit ex debito: ſecus ſi ex gratia, iuxta illud Mat. 20. An non licet mihi quod volo facere? ſcilicet ex eo quod gratis & miſericoditer datur. ſecundò, quod ratio & cauſa dandi non faciat ad hoc quod recipiens reddatur dignus accepto. ¶ Primò verò quæritur, an ſit peccatum mortale? Et dico quod in re parua nunquam eſt mortale, niſi ꝑ accidens, inquantũ ipſa virtute aut exiſtimatione eſt magna: ſed in re notabili omne quod eſt cōtra iuſtitiã, eſt peccatum mortale, ſecundum S. Thom. 22. quæſtio. lix. articul. iiij. Et ratio eſt, quia eſt cōtra charitatem proximi, vnde acceptio perſonarum cum ſit cōtra iuſtitiam in re notabili, ſemper eſt peccatum mortale, vt ſi beneficium ſcienter cōferatur indigno, vel minus digno, quia eſt amicus, poſt habito digno vel digniori ſaltem notabiliter.

2 † SECVNDO, an ſpiritualium dignitatum, ſeu beneficiorum eccleſiaſticorum diſtributor ſemper debeat tribuere meliori ad euitandum hoc peccatum. Et dico ſecundũ S. Tho. 22. vbi ſuprà. articulo ij. & in quodam quolibeto, quod melior dicitur quis dupliciter. Primò ſcilicet, ſecundum ſe & ſimpliciter, vt qui magis abundat in ſpiritualibus gratię donis, & ſecundo in ordine ad bonum commune, ad qđ interdum magis conferre poteſt minus ſanctus aut ſciēs propter potentiam vel induſtriam ſecularem. & huiuſmodi. Epiſcopus igitur, vel alius diſtributor prædictorum, non tenetur dare meliori ſecundum ſe & ſimpliciter, ſed meliori quantum ad hoc, ſiue in ordine ad commune bonum, ad quod principalius ordinãtur ſpiritualium diſpenſationes, ſicut etiam gratias gratis datas. quæ ordinãtur ad cōmunē vtilitatem Eccleſiæ, Deus dat minus bonis. Igitur ſi præferat vnũ alteri propter cauſam pertinentem ad honorem Dei, & commune bonum, præfert meliorē. & non eſt acceptio perſonarum: ſed ſi cauſa præferēdi non pertineat ad hoc, erit acceptio ꝑſonarũ, & tãto grauior, quanto in rebus diuinis cōmittitur.

3 † EX his collige etiam potentiam ſecularem vel nobilitatem aliquid conferre ad hoc, vt quis ſit eccleſiaſtico beneficio dignus, quia iſta cōferunt ad honorē Dei, ſcili-

cet qđ in ſuo miniſterio nobiles occupentur,& ad utilitatē eccleſiæ interdũ, quia magis cõprimunt aduerſarios, vel hmõi.ſed nõ eſt intelligendum, quod ipſa ſola faciat, vt quādo coniungitur uitæ criminoſæ,ſed pręſuppoſita uirtute aliquid confert.

4 TERTIO, † an ſit acceptio perſonarũ dare beneficium conſanguineo? Et dico ſm Sanctum Thom.in quolibet. quæſt.xxij.vbi ſupra,& Summa. Conf.li.iij.tit.xxiiij. quod diſtinguendum eſt. Nam ſi conſanguineus ſit æquè idoneus ut alius, epiſcopus poteſt in hoc ſatisfacere naturali amori, qui non eſt charitati contrarius: quia ſaltem in hoc pereminet, quod magis poteſt de ipſo confidere,quod ſecum unanimiter eccleſiæ negotia pertractabit: & hoc niſi inde ſcandalum oriatur, vel fortè inde alij ſumant exemplũ dandi conſanguineis etiam minus dignis. Si verò conſanguineus ſit minus idoneus, ſimpliciter & reſpectu boni communis, eũ præferre non debet poſtpoſito meliori, duplici ratione: Primò, quia infideliter agit diſpenſator iſte, non dominus ſpiritualiũ, qui negotium domini gerens, non melioiat illud cum poſſit. Secundò, quia hoc ad perſonarum acceptionem pertinere uidetur: quia conditio conſanguinitatis nõ eſt ꝑtinens ad curam eccleſię, quæ non obtinetur iure ſanguinis, ſed munere diuino: eſt autem conditio faciens ad diſpēſationem patrimonialiũ bonorũ: unde ſi ex his epiſcopus prouideat ſuo conſanguineo minus idoneo, non eſt acceptio perſonarum.

¶ Quartò, an ſit acceptio perſonarum, ſi electores ad ſpirituales dignitates eligāt bonũ prætermiſſo meliori? Et dicit S. Thom. ubi ſ. qđ ad hoc ut electio in foro iudiciali non poſſit impugnari, ſufficit eligere bonum: nec oportet eligere meliorem: quia ſic omnis electio poſſet habere calumniam: quantum ad conſcientiam tamen eligentis, neceſſe eſt eligere meliorem ſimpliciter uel reſpectu boni communis: quia ſi ex aliqua cauſa præferatur alius, aut illa pertinebit ad negotium: & ſic quantum ad hoc, magis idoneus erit qui eligitur: aut non faciet, & ſic erit acceptio perſonarum.

5 QVINTO, † an ſit acceptio perſonarum ratione diuitiarũ, diſpenſare ſuper contrahendo matrimonio in gradibus prohibitis? Et dicit Sanctus Thom. 22. ubi ſ. quod hæc diſpenſatio fieri cõſueuit ꝑꝑ fœdera pacis conſeruanda: quod quidem utilitati cõmuni magis eſt neceſſarium circa perſonas excellentes. unde cum eis facilius diſpenſatur abſque acceptione perſonarum.

6 SEXTO, † an ſit acceptio perſonarũ, ſi præponatur quę excedit conditione minus digna: qñ in ꝑficiendis conditiones ſunt inęquales excedētes & exceſſę, ut ſi vnus ſcit literas, ſed eſt ignobilis: alius eſt nobilis, ſed illiteratus: & præferatur nobilis. Et dicit Ale. vbi ſ. quod licet literatura nobilitati ſimpliciter præferēda ſit, ut in c. venerabilis, de pręben. quia eſt neceſſaria in regimine eccleſię, tñ in caſu põt præferri nobilitas, ut arceantur lupi ꝑ potentiā: & in caſu, ut ſint in corpore eccleſię mēbra diuerſa, quibus pax eius cõſeruetur: & ſic nobiles ꝓmoueri poſſunt, dummodo eis morũ honeſtas ſuffragetur.

7 SEPTIMO † an ſit perſonarum acceptio ĩ honoribus, ſi præferatur uitioſus prælatus virtuoſo laico, aut dominus ſeruo, aut ſenex iuueni, aut diues pauperi? Et dico ſm S. Tho. 22. vbi ſ. & in Quolibeto, quod cũ honor ſit teſtimoniũ virtutis eius qui honoratur: ſola uirtus eſt debita cauſa honoris: ſed tñ aliquis honorari poteſt ꝑꝑ virtutem, non ſolũ propriam, ſed etiam alterius. ſicut prælati & principes, etiam ſi ſint mali, inquātum gerunt perſonam Dei & communitatis cui præficiuntur: & eadē ratione parentes & domini ꝑꝑ participationē dignitatis Dei, q eſt omniũ Pater & Dominus: & ſenex ꝑꝑ ſignum virtutis, ſcilicet ſenectutē: licet illud ſit quandoque fallax: & diuites propter hoc ꝙ locum obtinent maiorem in communitate, & in eis cõmunitas honoratur. ſecundũ S. Tho. x. quolibeto. art. xij. non aũt intuitu diuitiarum, quia eſſet acceptio perſonarum exhibere honorē debitũ virtuti. ¶ Octauò, an ſit acceptio perſonarum, ſi pauper in iudicio diuiti præferatur? Et dico ꝙ ſic, ſm præmiſſam diffinitionem: quia iudicium, vt dicit S. Tho. 22. vbi ſ. art. iiij. eſt actus iuſtitię, prout iudex ad æqualitatem ducit inæqualia. ad quod facit, ꝙ iſte habeat plus quàm debeat, ille verò minus: nõ autem quod hic ſit pauper, ille diues: ſicut ſi Socrates in re aliqua debet habere x. & habet xv. & Plato debet habere x. & habet v. ad ęqualitatem conſtituendam confert, quod Socrates habeat v. quæ deſunt Platoni, non autem quod ſit pauper: quia quantumcunque augeatur vel minuatur eius paupertas, numquā erit ęqualitas, niſi auferantur ei v. danda Platoni. vnde & Deus dicit Exod. xxiij. Pauperis quoque non

que non miſereberis in iudicio, ſcilicet præmittendo æqualitatem iuſtitiæ. Illud autem Eccleſiaſtici iiij. In iudicando eſto miſericors pupillis, & ſimilia, intelligũtur, vt perſonæ miſerabiles ab oppreſſoribus iniuſtis defenſentur, & ſi eis deficiunt inſtructores cauſarum ſuarum, ſuppleat iudex.

## DE ACCIDIA.

1 *Accidia, quæ ſpiritualis quædã frigiditas uel tepiditas dicta eſt, quaſi accida, uel acetoſa, eo qđ huiuſmodi frigida ſunt: ex ſuo genere mortale peccatum eſt: quanquam & veniale quandoque ſit. Et ibidem cum mortale peccatũ eſt, cuinam præcepto diuino contraria eſſe dicatur.*

2 *Accidia extra filias ac ſpecies ſuas, quot modis mortale peccatũ eſſe dicatur. Et quando veniale.*

3 *Accidia quot filias habeat, & quando mortalia, aut venialia peccata efficiãtur. Et ibidem negligentia eiuſdem filia quotuplex ſit, & quam varie ſpectetur.*

1 ACCIDIA † ſecundum Ric. de San. Vict. eſt torpor, ideſt, negligentia mentis bona inchoare negligentis. vel ẽm Dama. eſt triſtitia aggrauans, quæ ſcilicet ita deprimit animum, vt ei nihil agere libeat. vnde ſecundum S. Tho. 22. q. xxxv. importat quoddam tædium operandi, & eſt quædam ſpiritualis frigitas, vel tepiditas ſpiritualis, dicta quaſi accida vel acetoſa, eò quod huiuſmodi frigida ſunt. ¶ Primò vero dubitatur, an ſit peccatum ſpeciale mortale? Et dico ex doctrina S. Tho. vbi ſuprà. quod triſtitia prohibens ab operando ſemper eſt mala, quandoque quidem ſecundum ſe, quando ſcilicet eſt de vero bono, quod apparet malum: ſicut quando eſt de bono ſpirituali: qñque vero ſecundum effectum, quando ſcilicet eſt de verè malo, ſed ſic hominem grauat, vt retrahat ab opere bono. Igitur accidia ſemper eſt peccatũ ẽm ſeipſam, quia eſt triſtitia de ſpũali bono. Et ẽ peccatũ ſpũale, nõ quidẽ inquãtũ eſt triſtitia de ſpũali bono cõiter, quia hoc pertinet ad omne vitium, cum fugiat ſpũale bonũ oppoſitæ ſibi virtutis, ſimiliter nec inquantũ fugit bonũ ſpirituale, vt eſt laborioſum vel moleſtum corpori, aut delectationis eius impeditiuũ, quia hoc accidiã nõ ſepararet à vitijs carnalibus, quibus aliquis corporis quietem & delectationem quærit. ſed inquantũ eſt de ſpirituali bono, de quo ſpiritualis virtus lætatur. i. de diuino, de quo lætatur charitas. Et eſt ex ſuo genere peccatum mortale, ſi tranſcendat ſenſualitatis terminos, attingens vſque ad conſenſum rationis: quia ſecundum ſuam rationem contrariatur charitati, cum proprius effectus charitatis ſit gaudiũ de Deo, accidia verò ſit triſtitia de bono ſpirituali inquantũ eſt diuinum. Eſſet tamen veniale, ſicut & omne peccatum, ſi eſſet ſolum in motu ſenſuali, & ſimiliter ſi ſit de ſpirituali bono, ad qđ quis non tenetur de neceſſitate, vt patet ibi ad ſecundum. Et in quantum eſt mortale, cõtrariatur, ſecundum cum præcepto de ſanctificatione ſabbati, in quo ſecundum quod eſt mortale præcipitur quies mentis in Deo, cui cõtrariaẽ triſtitia mẽtis de bono diuino.

2 SECVNDO † dubitatur, quot modis ſit peccatum mortale extra ſuas filias? Et dico quod in genere duobus modis. Primò, quando inducit ad mortalem omiſſionem, quod tripliciter eſt. Primò ſcilicet, cum quis horret & omittit ſpiritualia bona, ad quæ tenetur, & ſecundò cum dolet ſe benefeciſſe, ſiue non omiſiſſe huiuſmodi bona quæ fecit. aut tertiò cum proponit in futurum omittere. Secundò verò cùm inducit ad mortalem commiſſionem, puta deſperationem ſalutis, aut contemptum beneficiorum Dei: quia ſcilicet nollet eſſe natus, aut uellet eſſe beſtia, aut mori: non curans qualiter, modo euaderet aduerſa & triſtia. Eſt autẽ mortale per accidens in ſuo effectu, quãdo homo ex hoc inducitur ad corporis grauem infirmitatem: cum tamẽ ſe poſſet iuuare ſi conari vellet. Eſt autem veniale, quãdo homo quidem in operando attœdiatur: ſed tamen ea, ad quæ tenetur, non omittit; nec contra præceptum aliquod committit. Videtur autem hæc tenere Sum. Roſel. quod accidia ſit mortale, quando inducit negligentiam contemnentem quæ Dei ſunt, & dicitur procedere negligentia ex contemptu, quando eſt in cõſuetudine: vt ſi quis cõſueuit non dicere horas ſuas deuotè: ſed de hoc ĵ. Contemptus: & ĵ. Negligentia.

3 TERTIO † dubitatur, quæ & quot ſint filiæ eius, id eſt vitia quæ naſcuntur ex illa, & quomodo ſunt peccata mortalia, aut venialia? Et dico ſecundum doctrinam & mentem S. Tho. in diuerſis locis, quod ſunt ſex. prima ſcilicet malitia, qua bona diuina contemnit. & eſt mortale. & ſecunda rancor, id eſt, diſplicentia hominum inducentium ad ſpiritualia: & eſt veniale, niſi ſuperueniat odium. & tertia puſillanimitas, quę conſiſtit in ſubtrahẽdo ſe à bonis quę fieri potuiſſent

timore deficiẽdi: putà à ieiunijs, religione, & huiuſmodi: & eſt veniale, niſi illa bona eſſent in præcepto, & quarta eſt deſperatio, quæ eſt mortale: vt patebit, & quinta negligentia agendorum. Quæ eſt multiplex. ſ. negligentia circa opera miſericordiæ: & eſt mortale aliquando, vt dicetur in titu. Eleemoſina. Et negligentia addiſcendi neceſſaria ad ſalutem, quæ aliquando eſt mortale, licet hoc iudicare ſit difficile. Et negligentia procurandi ſacramenta ſuæ familiæ: quæ eſt peccatum mortale, ſi quem permittit ex negligentia notabili mori ſine baptiſmo, uel confeſſione maximè vbi decedens indigebat huiuſmodi. Et negligentia faciẽdi correctionem fraternam, de qua infra, & confitendi, & communicandi ſemel in anno, & huiuſmodi: de quibus in ſuis locis. Et ſexta filia eſt euagatio mentis in oratione: quæ eſt veniale peccatũ, niſi in eo q̲ tenetur ad officiũ, in quo poteſt eſſe mortale: vt j. Horæ.

## DE Actione Actore, & Actu.

1 *Actio num ab Imperatore idonee ac ſufficienter definita ſit.*
2 *Actio in genere duplex eſt: cui ex Pan. tertia adducitur ſpecies.*
3 *Actio dupliciter ſumitur, & præter id quãdoque tertio modo conſideratur.*
4 *Actiones reales, vt pro diuerſis rebus cõpetunt, ita & variam appellationem ſortiuntur.*
5 *Actor quiſnam dicatur.*
6 *Actionem perſonalium aliæ bonæ fidei, aliæ ſtricti iuris. Et quænam ſint vtraque. Et an actio cedi poſſit remiſſiue.*
7 *Actionem ſeruitutem realẽ eſſe, & in quo conſiſtat.*

1 ACTIO † eſt ius proſequendi in iudicio quod ſibi debetur. Inſtit. de actio. in princ. vbi ſecũdum Azo. in Sum. hoc verbum, debetur, ſumitur largè, vt dicatur res debita tibi, quam petis vt tuam, ſiue rei uendicatione, actione commodati, ſiue depoſiti. Sed quia iſta diffinitio comprehendit ſolum actionem perſonalem ſeu in perſonã, vt patebit: quia quod tuum eſt, tibi non debetur, ſed petis vt tuum. ideò ſecũdum Azo. & Gofred. actio eſt ius ciuile, vel prætorium, quo debitum à te exigere poſſum, vel petere rem mihi reſtitui.

2 † EST autem in genere actio duplex, prima realis, vel in rem. ſ. quæ eſt contra quem dirigitur, non ſupponit obligatum: ſed ideò competit, quia contendit nõ reſtituere is cõtra quẽ dirigitur: ſicut tu intraſti violenter domum meam, & ego peto poſſeſſionem meam, quã occupas: & tu nullo iure es mihi obligatus, cum nec mihi promiſeris, nec contraxerim tecum, ſed tantum te conueniam, quia res mea apud te eſt. Secũda eſt pſonalis, vel in perſonam, illa ſ. quæ illum, contra quẽ dirigitur, præſupponit debitorẽ obligatũ ex contractu, vel maleficio, ſeu ex varijs cauſarũ figuris. Et iſta datᷓ et ad rẽ, ſed pſupponit obligationem perſonæ: vt ſi vendidiſti mihi domũ, vel locaſti librum, obligaris mihi ex cõtractu, licet agam ad rẽ, i. domũ, vel librũ. Additur ſcdm Pan. in c. Eccleſia. el ij. vt lit. pen. actio tertia in iſta. de qua vide j. Lis. §. v.

3 † IGITVR actio ſumitur dupliciter, ſcilicet ſtrictè: & ſignificat ius proſequendi ortum ex obligatione: & ſic conuenit ſolum perſonali, & latè ſignificat iuriſdictionem iudicis: & ita non ſolum perſonales, ſed etiam reales actiones ſignificat. adde tertiò & latiſſimè, & ſignificat iudicis officiũ: quomodo querela inofficioſi teſtamenti dicitur actio. ff. de leg. j. l. cum filius. facit l. actionis verbo. de verborum ſig.

4 ACTIONVM autem realium quædã competunt pro rebus corporalibus: & ſic habet locum rei vẽdicatio: aliæ pro iuribus incorporalibus, & ſeruitutibus acquirendis: & ſunt duæ, ſcilicet confeſſoria, quæ competit dicenti habere ſe ius, vel ſeruitutem tranſeundi per fundum alienum: eundi, vel agendi vel ad altius ædes ſuas leuandi, & huiuſmodi: & negatoria quæ competit neganti, vel aſſerenti oppoſitum, vendicando ſibi libertatẽ. Inſt. de actioni. §. æquè ſig.

5 † ACTOR autem eſt, qui agit & pulſat alium, rem aliquã ab ipſo petens in iudicio. ff. de iudi. l. in tribus. ff. fi. reg. l. iudicium.

6 † ACTIONVM etiam perſonalium, quædam ſunt bonæ fidei: vt emptionis & vẽditionis, & aliorum cõtractuũ, numero xvj. qui enumerãtur Inſt. de act. §. actionũ. & ponuntur in gl. de excep. c. cũ venerabilis. quæ dicuntur bonæ fidei, quia in eis maximè debet exuberare bona fides, & in eis veniut omnia acceſſoria, & ea de quibus non eſt cogitatũ, vt in emptione & venditione. q̄ & id expreſſe nõ eſt actum. ſ. damna & intereſſe poſt morã, q debẽt reſtitui. Aliæ verò dicuntur ſtricti iuris, vt actio ex mutuo, ex ſtipulatu, q̄ ſ. naſcitur ex ſtipulatione de re certa in genere, incerta ſpecie, ex arbitrio, & cõſimiles & ĩ his nõ venit acceſſoriũ: nec ea de qbus nõ eſt cogitatum, vt notat Bernar. in glo. præallega.

nec

nec damna & intereſſe à tempore moræ. Vtrum autem poſſit quis actionem cedere, infrà Lex.§.viij.

7 †ACTVS verò eſt quædã ſeruitus realis in fundum, qua quis poteſt per illum, non ſolum ambulare per ſe, ſed etiam iumentum, & vehiculum, vel quadrigam, ſecum ducere. ff.de ſerui.ruſt.prædio.l.j.verſi.actus. & l. in actu.& Inſt.eo.§.actus.

## DE Accuſatione & Accuſato.

1 *Accuſatio quid ſit. et an S.Th. defi:iitio bona ſit.*

2 *Accuſatio quomodo fieri debeat. Et qui publice infamatum accuſat, an ſi in probatione deficiat, num talionis, aut calumniæ pœna puniendus ſit.*

3 *Accuſare num quis teneatur. Et cum id licet, nũ oporteat monitionẽ præcedere. Et quid ſi peccatũ ſecretum ſit, aut ſub ſecreto ſumptum, remiſſiue.*

4 *Accuſationem proponere quis poſſit. Et an clericus ad vindictam publicam, et ſi non ſubſecutura ſit ſanguinis pœna, accuſare potis ſit.*

5 *Accuſare volens, qua ratione id facere debeat, vt peccato non ſit obnoxius. Et ſub hæc, nũ pactũ, vel iuramentum de non accuſando efficax ſit.*

6 *Accuſatione ſemel cœpta, nũ quis deſiſtere queat. Et ſubinde quot modis accuſatio iniuſta reddi poſſit.*

7 *Qui pœnitentiam de peccato egit, num accuſari valeat. Et quid ſi ſemel accuſatus, an denuo accuſari queat.*

8 *Accuſatus, num accuſatori, vt ab accuſatione deſiſtat, aliquid dare poſſit. Et quia materia hæc ſubdifficilis eſt, in tria cauſarum genera deducitur. Et inter hæc, num in crimine publico tranſigere liceat. Et quid ſi tranſigatur, an teneat tranſactio.*

9 *Accuſatus temere ac falſo, nũ accuſanti iniuriã remittere poſſit. Et quid in principe, an id remittere debeat.*

10 *Accuſatus in iudicio, num ſi veritatem neget, mortaliter peccet. Et tandem, quando iudex veritatem inquirere, ſecundum iuris ordinẽ dicatur.*

11 *Accuſato, num ſe, vel per calumniam defendere ac tueri liceat. Et an ſaltem appellando, iudiciũ deuitare ac ſubterfugere poſſit.*

12 *Accuſatus et morti addictus, num ſe defendere, aut alioquin confugere queat. Et num tũc ad carcerem redire, præſertim ſi id iurarit, teneatur.*

1 ACCVSATIO †ſecundum mentem Azo.in Sum.eſt delatio rei de crimine in libello ad uindictam. Secundum aũt S.Tho.ii.ij.q. lviij. eſt delatio rei de crimine in libello ad uindictam propter bonum cõmune. & hæc diffinitio eſt melior: quia ad vindictam etiam tendit denunciatio, licet ſine libello; ſed ipſam vindictam denũciator ordinat ad fratris emendationem, accuſator verò ad bonum commune. Secũdũ aliquos autem iſta opinio S.Tho. quæ addit propter bonum commune: eſt falſa, quia etiam accuſatio quandoque fit propter bonum priuatum, ut habetur in tit, de accuſ.ff.& C. & denũciatio etiam fit ad remotionem à beneficio, & propter bonũ cõmune: vt habetur in multis locis, vt poteſt etiã uideri ꝑ Abbatẽ & Fel. in c. inquiſitionis. de accu. & in c. nouit.de iud. ſed S.Tho. loquitur de accuſatione nõ ordinata ad reſtaurãdum intereſſe accuſantis: ſed ſolum ad puniendum delictum. vnde ſecundum eum non debet fieri niſi in peccatis vergentibus in damnum cõmune, vel diuinum, u irtu.q.iij.art.ij.& vij.

2 †PRIMO verò quæritur, quomodo fieri debet acuſatio? Et dico, ꝙ primò fieri debet in ſcriptis.ij.quæſt.vlti. qui crimen, ꝙ tamen ſemper non eſt neceſſarium: puta in crimine leui.ff.de accu.l.leuia.& in notorijs: cũ in huiuſmodi nec accuſator requiratur. de accuſ.euidentia. ſecus in non notorijs, licet manifeſta ſint.xj.q.iij.eorum. Secundò, fieri debet cũ inſcriptione, ſcilicet qđ accuſator ſe obliget ad pęnã talionis.ij.q.vlti. quiſquis. & q.iij.calũniator. & c. qui non ꝓbauerit. exceptis tñ quibuſdã caſibus: vt in crimine leui, ẽt in crimine apoſtaſię: & cũ maritus accuſat vxorẽ de adulterio, ſ. quo ad ſeparationẽ thori, & ſimilibus: & tñ ẽt ſi accuſator non inſcribat, ex natura accuſationis huiuſmodi pœna calumnię venit. C.de accuſ. l. fi. Sed tñ Bar.in l.ij.C.ſi ſer.vel lib.dicit, ꝙ accuſans publicè infamatum, & in ꝓbatione deficiẽs, puniri non debet pęna talionis, uel calumniæ, accuſante infamia præcedẽte, quod menti commendandum eſt ſm Pan. in c. cũ contingat de reſcrip. vbi etiã dicit qđ fama inducit iuſtam credulitatẽ, vnde habẽs notitiam ex fama, habere dicitur ex cauſa probabili, & idẽ ſentit gl.in c.inquiſitionis.de ſen. excom. Tertiò, accuſatio debet exprimi uiua uoce & præſente accuſato.ij. q.ulti. præſcripta. Concordat prædictis Alb.& idẽ notatur in Sum.Conf. li.ij. tit. 5. Quomodo autem differant notorium, & famoſum & manifeſtum, ĩ. Notorium.

3 †SECVNDO quæritur, an aliquis teneatur accuſare. Et Sum.Ang. adducens multa iura dicit, ꝙ nemo accuſare tenetur, niſi ſm Bar.in homicidio: imò, inquit, accuſare uĩ eẽ cõtra illud diuinũ ꝑceptũ, Dimitte no-

bis debita noſtra. Contrariũ ſentit Supp. & Sum. Ro. & forte omnes doct. ordinis eius & hoc rationabiliter: quia ſine accuſatione aliquando ſaluari non poteſt integritas boni communis, vt quãdo iniquitates emendari aliter nõ poſſunt. Vnde & S. Tho. vbi ſ. dicit, quod homo tenetur accuſare, ſi crimen vergat in detrimẽtũ ſpirituale, vel corporale reipub. dummodo ſufficienter probare poſſit. non autem tenetur, ſi non redundat in multitudinem, aut ſi haberi non poteſt probatio ſufficiens: quia nullus tenetur ad id qđ debito modo perficere nõ poteſt. Hæc ex S. Tho. qui talem concluſionem habet tanquã certiſſimam, vnde probationẽ non adducit, niſi authoritatẽ ſcripturæ, Leuit. v. quã adducit arguendo in oppoſitum. Deceptus eſt autem author illius Summæ, quia illa, quæ adducit, loquuntur ſecundum iura ciuilia, aut forum contentioſum, ſed aliter eſt ſecundũ cõſcientiam. verbum autem Domini intelligitur de peccatis, inquantum ſunt in perſonam propriam. ¶ Tertiò, vtrum accuſationẽ debeat præcedere monitio. Et dicit S. Tho. in iiii. di. xix. q. ij. ar. iij. q. j. ad quartum quod ſm aliquos ad accuſationem procedi non debet ſecundum forum conſcientię non pręmiſſa monitione, & emẽdatione expectata, niſi fortè maiori periculo obuiãdũ videatur aut peccatum ſit publicũ: quãuis ſm forum cauſarum non requiratur, quod accuſationẽ pręcedat monitio; ſed ſolùm inquiſitio: quæ non eſt facienda, niſi de notorio: quia oportet, qđ inquiſitionẽ præcedat clamoſa inſinuatio, ideoque ſecreta monitio nõ requiritur de neceſſitate. Vel dicẽdũ ſm alios, qđ in accuſatione non agitur ad emendationẽ peccãtis, ſed ad bonũ cõe, ſcilicet iuſtitiã cõſeruandã p punitionẽ delinquẽtis: ideò accuſatio in iudicio bona cõſciẽtia fieri põt ẽt ſi admonitio non pcedat. nec eſt cõtra pceptũ Domini de correctione fraterna, qđ ĩtelligitur qñ agitur ad emẽdationẽ peccantis. hęc ille. Qui iudicio meo tenet primã opinionẽ tanquã conformem mandato Domini, ſm quod oportet prius procedere ad emẽdationem peccantis, q̃ ad iuſtitiã conſeruandã, ſi ſperetur emendatio, & periculũ non ſit in mora. & hãc ẽt ſequitur Sup. Sum. aũt Ang. tenuit opinionẽ ſecundã: ſed omnia iura q̃ allegat, loquuntur in foro cauſarũ ſiue cõtẽtioſo. Veritas autẽ eſt, ꝙ ẽt ſecunda opinio eſt vera, qñ accuſatio expedit bono cõmuni, quod præpõderat particulari: vnde ſi poſt pœnitẽtiam, & correctionem licet accuſare, vt j. §. ix. multo fortius ante ea non expectata. Quomodo aũt peccatum ſecretũ ẽt ſumptũ ſub ſecreto aliquando ſtatim ſine monitione publicari poſſit. j. Teſtis iij.

4 † QVARTO, quis poſſit accuſare? Et dico, ꝙ ſi crimẽ eſt priuatum, regulariter ſolus ille cuius intereſt: vt videtur velle gl. in l. fi. ff. de priuat. deli. quod limita, niſi pro illo imponi debeat pœna pecuniaria fiſco applicãda, quia tũc ad accuſandũ admittitur quilibet de populo ſecundũ gl. Dy. & Bar. in rub. licet Bal. contrariũ teneat in l. aduerſus. C. de furt. Si verò crimen eſt publicũ, admittitur quilibet non prohibitus ſpecialiter lege, vel ſtatuto aut cõſuetudine. tñ in duobus caſibus admittitur: primò qñ ſuã, vel ſuorũ iniuriam proſequitur: vt no. in l. fi. ff. de priuat. delic. & in l. fi. de iniur. ſecundò, qñ delictũ non eſt cõmiſſum cõtra pſonã: vt puta ſi ſtatuto cauetur, ut blaſphemus, vel noctu vadens puniatur in decẽ: tunc quilibet ad accuſandũ admittitur: vt no. Bar. & Io. de Im. in l. j. ff. de pub. iud. & Bar. in l. lex Cornelia. §. ſi quis. ff. de iniu. Circa qđ multa dici poſſent, quę omitto: quia ad forũ animæ nõ ptinẽt. Clericus tñ ad vindictã publicã accuſare nõ debet, ẽt ſi pœna ſanguinis non venit imponẽda: facit capitulũ, ſicut ſacerdotes. ij. q. vij. quia huiuſmodi odioſis ſe immiſcere nõ debet ſm Pan. in c. cũ P. de accu. ſed ſi proſequitur iniuriã ſuam, poteſt, etiam ſi venit imponẽda pœna ſanguinis ſm Pa. vbi ſ. dũmodo dicat, ꝙ non intendit accuſare vt pęna imponat. & tex. eſt clarus ĩ c. platus. de hom. lib. vj.

5 † QVINTO, qua intẽtione debeat quis accuſare, vt ſine peccato accuſet? Et dico ꝙ propter communem bonum, vt cæteri quietè uiuãt: xxiij. q. v. nõ fruſtra. vel propter ſuũ intereſſe: aliàs tale erit peccatũ, qualis & inordinatio intentionis, ſcilicet mortale, ſi ex odio principaliter vel alio iniquo fine. veniale aũt, ſi aliqua paſſio fragilitatis adiungatur principali intẽtioni, ar. c. accuſati, de accu. & ij. q. 7. ſi q ſunt, nõ tñ pp hoc ad aliquã reſtitutionem tenetur, ſed ſolum ad pœnitentiam de peccato. ¶ Sextò, vtrum pactum vel iuramentum de non accuſando teneat? Et dico ſecundum tex. iuncta gl. in c. quemadmodum, de iureiu. qđ reſpectu criminis iam cõmiſſi paciſci poteſt, ne de eo agatur. & Pan. dicit caſũ eſſe clarũ. ff. de pact. l. ſi vnus. §. pacta. & conſequenter hoc licitè iuratur. ſed tamen ſi per hoc quis pecuniã acciperet, turpi

ter

ter acciperet & reſtituere teneretur de conſilio: quia moueri debet ad non accuſandũ ex charitate ſperans emendationẽ, non ex cupiditate. De hoc ĩ. Concuſſio. Reſpectu verò criminis cõmittendi Sum. Ang. indiſtinctè dicit pactũ de nõ accuſando nõ valere: & conſequenter ſi hoc iuretur, eſt peccatum mortale. Pan. aũt in d. c. quemadmodum melius loquitur diſtinguendo: quia quãtum ad crimen cõmittẽdũ, reſpectu accuſationis criminalis non valet pactum nec iuramentũ, quia præſtat materiã peccandi: vt in d. §. pacta. & §. illud. ſed reſpectu accuſationis ciuilis, vt ad diuortiũ celebrãdũ, ad cõmodũ mariti in adulterio vxoris, eſt caſus dubius; & credit qđ ſimpliciter pactũ non valeret: ſed ſi interuenit iurm, eſt dubiũ. hęc ille, cũ multis aliis. Veritas eſt. qđ non licet paciſci vel iurare de non accuſando in futuris, ſic qđ hoc poſſit eſſe impeditiuũ boni, aut promotiuũ mali. Sed aduerte qđ ratio diuerſitatis ẽm eũ in ꝓterito & futuro delicto eſt, quia in vno præſtatur materia peccandi, & nõ in alio: vel eſt, quia in præterito ſcimus an debeamus ſperare correctionẽ, nõ in futuro: cũ de pręſenti diſpoſitione peccãtis iudicemus, nõ de futura: vnde qñ non accuſare reſpectu præteriti eſt cauſa delinquendi, qñ ſcilicet non adeſt ſpes correctionis, non licet paciſci aut iurare de nõ accuſando. Aduerte ẽt, qđ multo fortius reſtituere deberet, q pecuniam acciperet de nõ accuſando reſpectu criminis perpetrãdi, uel pro accuſando calũnioſe. j. q. j. iubemus.

6 † SEPTIMO, vtrum quis deſiſtere poſſit ab accuſatione incœpta? Et dico quod deſiſtere tenetur omni modo poſſibili q uidet accuſatũ eē ĩnocẽtẽ. ij. q. iij. ſi quẽ. ſi uerò eũ nõ cognoſcit innocentẽ, põt deſiſtere ſi uult in foro conſcientię ex charitate: licet non ex præmio: ut no. gl. in c. j. de collu. ſed quo ad impunitatẽ fori cõtẽtioſi, hoc nõ põt, niſi in certis caſibus: de quibus uide Bar. in l. quæſitũ. ff. ad Turp. & Pan. in c. licet, de accu. ẽm S. Tho. aũt ij. q. lxxxviij. art. iij. ad tertium. poteſt quis iuſtè deſiſtere, ſi in proceſſu falsũ cognouerit id de quo accuſauit, aut ſi princeps, ad quẽ pertinet cura boni cõmunis, accuſationẽ aboleuerit. ¶ Octauò, quot modis accuſatio reddatur iniuſta? Et dico ꝙ tribus, ſecũdum S. Tho. ij. ij. ubi ſ. & Gratianũ ij. q. iij. & in l. j. ff. de abo.

¶ Primò calũniando, qñ ſcilicet falſum crimẽ imponitur: & talis de omni dãno illato ꝓximo tenetur. ut ĩ c. ult. de cal. peccat mortaliter. xxij. q. ij. c. j. ¶ Secũdo tergiuerſando, qñ. ſ. accuſator in totũ à lite recedit ſine licentia iudicis: quod in foro conſcientiæ intellige. ſi aliquo fine malo fecit: ſecus ſi intelligit innocentẽ, vel ex cõpaſſione, quod aliquando licet, in foro autẽ contentioſo punitur v. libris auri. ff. de pręuari. l. ij. Tertio pręuaricãdo, qñ ſcilicet cũ reo colludit adiuuãs partẽ aduerſam falſas probationes adducendo, ueras diſſimulando, & huiuſmodi: & talis iudicis arbitrio punitur, ut in l. j. & ij. ff. de præuar. licet in conſcientia talis non peccet eo caſu, quo poſſet ab accuſando deſiſtere: niſi utatur falſitate, uel huiuſmodi prohibitis. De his autem habes in l. j. ff. de aboli. & in l. j. ff. ad Turpil. & ĩ. collu.

7 † NONO, utrum poſſit quis aliquem reum accuſare, poſtquàm de ſuo peccato egit pœnitentiam. Et dicit Inno. in c. de his. de accuſ. quod ſic. Et idem tenet ibi gl. Et ratio eſt: quia ꝑ pœnitentiam ſatisfit Deo: ſed per punitionem impoſitã in iudicio ſatisfit reipub. ut cæteri timeãt, uiuantq; quietius. & facit C. de apoſta. l. hi qui. ¶ Decimò, utrũ ſemel accuſatus, de eodem poſſit denuò accuſari. Et dico qđ nõ: ut in c. de his. de accu. quia delictũ unius hoĩs ſępius quæri non debet. ff. nau. cau. ſta. licet. §. ult. 35. q. ix. veniã. fallit in duobus caſibus. ¶ Primò ſi ſecundus accuſator doceat primũ pręuaricaſſe. ff. de præuar. l. iij. ¶ Secundò, ſi ſuũ dolorem proſequens ignorat accuſationem inſtitutam ab alio. l. ſi cui. ff. de accuſ. vide in gl. d. c. de his.

8 † VNDECIMO, vtrũ accuſatus poſſit ſine peccato dare aliquid accuſatori, vt ab accuſatione deſiſtat? Et dico hãc materiã eſſe difficilem: ſed viſo Inn. de collu. in c. crimina. & gl. & Pan. in eo. tit. c. j. vbi multa valde loquitur de hac materia, ſic dici põt: A lite vel accuſatione multipliciter quis diſcedere põt, primò auctoritate vel motu ꝓprio: q a ſ. ſic ſibi placet. ſecũdò ꝑ gratiã ad pces. ſ. rei. tertiò ꝑ trãſactionẽ, aliquo ſ. ſibi dato vel retẽto: qđ eſt ꝓpriè tranſigere: vt in c. ſuꝑ eo. de trãſact. quartò ꝑ abſolutionẽ, impetrãdo ſ. à iudice facultatẽ recedẽdi, & abolitionẽ ſiue deletionẽ, vel caſſationẽ accuſationis ex aliqua cã, puta quia ex ira vel ꝑ errorẽ accuſauit: vel ex aliqua legitima cã: ut ĩ l. ij. C. de abo. Ad q̃ſitũ aũt dico, qđ ẽm Inn. & gl. in c. j. de col. dete. in verbo: gratiã, & cauſarũ tria ſunt genera, ciuilis ſ. criminalis & ſpiritualis. Pan. tñ in j. c. de collu. cĩs diuidit per ciuilem, criminalem, & ſub ciuili ponit ſpiritualem

lem & populare: quam etiam tãgit Inn. à cã uel accuſatione ciuili pecuniaria recedere licet ſm Innoc. per gratiam & per tranſactionẽ iudicis auctoritate. & ſine ea ante litis cõteſtationem & poſt. Pan. tamen dicit, quod poſt oblatũ libellum, & à fortiori poſt litis conteſt. non licet recedere propria auctoritate, niſi uellet renunciare liti & cauſæ in totũ: ut in l. poſtquã liti. C. de pact. ſed ſolùm licet per tranſactionem aut gratiã, excepta tñ famoſa actione. ſm Inn. & Pan. ut actio furti, in qua ſine iudicis auctoritate tranſigere nõ licet. ff. de his qui notan. infam. l. furti. §. pactus. uel ut adit Pan. niſi ſit talis cã, quæ non dependeat à libera uoluntate litigãtium. & ſub hoc membro cõprehendi põt cã matrimonialis. In cã uerò ſpirituali, ſiue inquiſitionis, ſiue denuntiationis de rebus ſpiritualibus, ex cauſa licet per gratiã diſcedere, ſm Inn. ſed ſine cauſa diſcedens punitur. ij. q. 7. quapropter. arg. de calum. c. fi. Per tranſactionem aũt nũquã licet: ut extrà, de decimis, intelleximus. & no. de tranſac. c. ij. In cauſa aũt populari, id eſt, quę populũ tuetur. l. j. de popul. act. tranſigere non licet, niſi deferendo iuramentum: ut in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. In criminali uerò quando de crimine agitur criminaliter, & non ciuiliter, ante inchoatam accuſationem: puta ante inſcriptionem ad pœnam talionis, licet inſcriptio alia pceſſerit: poteſt quis deſiſtere p gratiã: ut in eo. §. pactus. & ff. ad Turp. l. mulier. & l. quæſitum. non autem proprio motu ſi præceſſit inſcriptio alia ſecundum Pan. poſt inchoatam uerò accuſationem non licet diſcedere ſine iudicis auctoritate, & ſine conſenſu rei niſi intra xxx. dies. ſed nec inter illos ſi fuit tormẽtis mancipatus. C. de aboli. l. ij. uel per accuſationem infamatus. v. q. j. quidã. & ſi aliàs deſtiterit, incidit in Turpilianum, id eſt, punitur quinque libris auri, & infamia, ſi intendit publicũ crimẽ. C. ad Turp. l. j. Si uerò crimẽ eſt priuatum, punitur extraordinariè iudicis arbitrio. ff. ad Turp. ſi quis. nec eſt infamis ſm gl. in c. j. de coll. ſed aliud ſentit gl. in c. ſi quem pęnitet. ij. q. iij. & facit tex. in l. ij. C. ad Turp. qui loquitur indiſtinctè. Quæ autem dicãtur publica, & quæ priuata delicta, infrà Crimen. Tranſigere autẽ in crimine publico non licet. & ſi fiat tranſactio, nulla eſt, & accuſatus habetur pro confeſſo. C. de tranſ. l. trãſigere. ff. de prẹuari. l. in omnibus. niſi tale ſit crimen, qđ irroget pœnam ſanguinis, quia licet tunc tranſigere, & ſanguinem ſuum redimere qualitercũq;, niſi in adulterio. ff. de bo. cor. l. j. uel niſi irroget pœnã perpetuæ detruſionis, quia etiam tũc licet ſm Pan. ubi ſ. In alijs autem ubi pœnæ huiuſmodi non irrogantur, tranſigere non licet. ij. q. iij. ſi quem. §. præuaricator. ibi in omnibus. & hoc niſi in crimine falſi: ut in d. l. tranſigere. quia conuictus de falſo eſt quaſi mortuus, cũ nulla ei fides adhibeatur. Et hoc eſt uerum, quęcunque pœna ueniat imponẽda, ſm Bar. & multos alios in d. l. tranſigere. Et per hoc tenet Pan. idem licere, ubi imponẽda eſt pœna quaſi ſimilis pœnę ſanguinis, quę iure canonico non infertur: ut qñ poteſt q̃s tradi curię ſeculari: Et hoc uĩ tenere Gof. in Sum. de tranſact. & idẽ putat in pœna perpetuę detruſionis ſicut tenet, inquit, do. Car. in c. fi. de tranſact. Vnde Inn. dicit in ti. de accu. quod iſta pœna æquiparatur morti, contrarium tamen tenuit do. An. in c. j. de collu. In criminibus autem priuatis uidetur ſentire gl. in d. c. j. qđ trãſactio admittitur indiſtinctè: & idẽ uĩ ſentire Inn. qui allegat aliquos ſic ſentire. nec reprobat. Vbi aũt in criminali uel ſpirituali aliter q̃ debet accuſator deſiſtit iudex nihilominus ſm Inn. ex officio inquiret, ut de collu. per totum. C. de aboli. l. indulgere. & l. ij. ubi autem uult iudex iuſta cã diſcedere, idulgebit. C. de abol. l. j. ij. & iij. Quid aũt operetur tranſactio, uide Pan. ubi ſuprà.

9 †DVODECIMO, utrum falsò accuſatus poſſit accuſanti remittere iniuriam. Et dicit S. Tho. ij. ij. q. lxviij. q sic, maximè ſi accuſauit non calumnioſe, ſed ex animi leuitate: quia accuſato ſpecialiter iniuria facta eſt: ſi uerò accuſator ab accuſatione pp colluſionẽ deſiſtat, iniuriã facit reip. & hoc accuſatus ei remittere non põt, ſed ad principẽ ptinet habentẽ curam reipub. Et idem no. in Sum. confeſ. li. ij. tit. 5. Princeps quoque ſine iuſta cã remittere non debet, quia intereſt reipu. ne crimina remaneãt impunita. ff. ad l. Aqui. l. ita vulneratus. & de ſent. excom. ut famæ. & quia facilitas ueniæ incẽtiuum tribuit delinquendi. xxiiij. q. iiij. eſt iniuſta.

10 †TERTIODECIMO, utrum peccet mortaliter accuſatus negando ueritatem in iudicio. Et dicit S. Tho. ij. ij. q. lxix. art. j. qđ tenetur iudici exponere ueritatẽ, quã exigit ab eo ſecundum formam iuris, de quo ĩ. Cõfeſſio criminis. & ideo mortaliter peccat nolendo confiteri, aut mẽdaciter negãdo. Si uerò iudex exquirat quod non poteſt ſecundum ordinem iuris, non tenetur ei accuſatus reſponde

reſpondere, ſed pôt per appellationem vel aliter licite ſubterfugere, mēdaciū tñ dicere nō licet. hæc ex illo. Sed intellige, qđ in primo caſu quādo iudex iuridicè procedit, tale mendacium non ideo eſt mortale, quia mēdaciū in iudicio, alioquin ipſum tacere vel nō confiteri nō eſſet mortale, ſed ideo quia contra debitum iuſtitiæ: ſed in ſecundo caſu, quando ſcilicet iuridicè non procedit, vel quia accuſatus non eſt ei ſubiectus ſimpliciter, vel in hoc caſu, aut quacunque alia cauſa, tunc licet mendacium ſit illicitū, non eſt tñ mortale, quia nec contra debitū iuſtitiæ, nec eſt in iudicio vero, ſed in vſurpato, imò nō erit etiã veniale, ſi rñdendo cautelosè, & vt aiūt, ſophiſticè, dicat aliquid falſum apud ſenſum iudicis, & apud ſuū verū: quia eo caſu cū non ſit eius ſubditus, non tenetur dicere veritatē ad eius intētionē. Rationem dictorū aſſignat Hen. de Gan. quia ſi quis tenetur celare crimen fratris occultū, multo magis ſuū. Addit autē dictis S.Th. Sum. Cōfeſ. vbi ſ. quod tūc iudex veritatem requirit ſcđm ordinem iuris, cum prçcedit infamia ſuper crimine, vel apparent indicia, vel pceſſit probatio ſemiplena, ſed intellige ſuppoſita iudicis auctoritate iuridica. Si tamē agatur ad penam ſpiritualem, uide ĵ. Confeſſio. §. j.

11 †QVARTODECIMO, vtrū liceat accuſato ſe calūnioſe defendere. Et dicit S. Tho. ubi ſ. quod nōn. nã in cauſa criminali iuſm de calūnia præſtandū eſt, ut in c. inhęrentes. de iur. cal. Accuſato igitur licet ſe defendere uijs licitis, occultando ueritatē, quã confiteri nō tenetur per aliquē licitum modū, puta non reſpondēdo, quia hoc nō eſt calūnioſe ſe defendere, ſed euaderē prudēter, nō aūt licet ei dicere falſum, nec tacere ueritatē quã tenetur cōfiteri, nec adhibere fraudem aliquam uel dolū, quę habent uim mēdacij. & hoc eſt calūnioſe ſe defendere. Adde quod ēt eſt calūnia appellare, ut ex mora declinetur iuſta ſñia, q a eſt nolle fateri. Concor. Rich. in iiij. di. xv. ¶ Quintodecimò, an liceat accuſato appellādo iudiciū declinare. Et dicit S.Tho. vbi ſ. quod ſic, qñ fit ex cōfidētia iuſtæ cãæ, quia ſcilicet accuſatus iniuſte grauatur à iudice, ſecus ſi q s appellat cã afferēdæ moræ, vt dictū eſt. ij. q. vi. quicūq;.

12 †SEXTODECIMO, an liceat accuſato & cōdēnato ad mortē ſe defendere aut fugere? Et dicit S.Tho. vbi ſ. ar. iiij. ꝙ ſi fuit iuſte dãnatus, ei ſe defendere non licet, quia cū ſit licitū iudici reſiſtentē impugnare, illicitum eſt bellum ex parte reſiſtentis, ſi verò fuit cōdemnatus iniuſte, reſiſtere licet, quia tale iudicium ſimile eſt violētiæ latronum, niſi propter ſcãdalum uitandū. cum ex hoc aliqua grauis turbatio timeretur. Et ſi cōtra arguatur de fuga quæ eſt licita: dico nō eſſe ſimile. Vnde ibi ad primum ſic ad hoc dicit S.Tho. Nullus ita condemnatur, quod ipſe ſibi mortē inferat, ſed quod mortem patiatur, unde nō tenetur facere illud, unde mors ſequatur, quod eſt manere in loco vnde ducatur ad mortē, tenetur tamen non reſiſtere agenti, quin patiatur quod iuſtū eſt eū pati, ſicut ēt ſi quis ſit condēnatus, ut fame moriatur, nō peccat ſumēs cibum occulte oblatū, quia non ſumere eſſet ſeipſum occidere. Dicit tñ Hen. de Gan. quod li. ix. quod nō licet ei carceres effringere, aut inferre iniuriã rei, ſuper quã iudex habeat ius. uide etiam ĵ. Fugere. ¶ Decimoſeptimò an teneatur accuſatus, & fortè cōdēnatus ad mortē redire ad carcerē, ſi hoc iurauit? Et dicit Pan. in c. ſi uerò, de iureiu. quod q hoc iurauit, tenetur obſeruare iuſm, etiã ſi ſubſit periculū mortis, dummodo carcer non ſit iniurioſus. id eſt, cōtra iura. & idē uidetur tenere gl. in cle. paſtoralis. de ſen. & re iud. in uerbo, per uiolentiã, niſi mors eſſet iniurioſa. De materia autē accuſationis tangitur Inquiſitio. §. ij. De accuſatione autē contra matrimonium ĵ. Matrimo. vij. & viij. per totum.

## DE ADIVRATIONE.

1 *Adiuratio quid ſit, vbi luculenter deſcribitur: quotuplex autem, ibidem apertè traditur.*

2 *Adiurare quippiam num homini liceat. Et an Deum & Angelos adiurare poſſit. Et quid de dæmonibus.*

3 *Exorcizanti dæmoniacum, num dæmon, vt nomē edat, ſocietatem & vexandi cauſam deſignet, & huiuſmodi, num adiurare liceat. Et quid ſi illi curioſa, & ad expulſionem nihil facientia imperet.*

4 *Adiurare creaturas num liceat irrationales.*

5 *Adiuratio illicita, num oĩs mortale peccatū fiet.*

1 ADIVRATIO †ex mente S.Th. 22. q. xc. & Ric. in iij. diſt. 37. art. iij. q. ij. ſic diffiniri poteſt: Adiurare eſt aliquam perſonam, uel rem imperando, uel obſecrãdo inducere ad aliquid faciendum, uel non faciēdum, ex inuocatione alicuius ſacræ rei: ſicut Apoſtolus Rom. xij. adiurat Romanos dicens: Obſecro uos per miſericordiam Dei, &c. & Eccleſia adiurat Chriſtum, dicens: Per

crucem

crucē tuā,&c. Adiuratio licita, eſt adiuratio deprecatiua ad omnes ſubiectos, & non ſubiectos, uel imperatiua ad ſubiectos. Adiuratio illicita eſt adiuratio imperatiua ad non ſubiectos. ſicut adiurauit Chriſtum Caiphas, dicens: Adiuro te per Deum uiuum &c.

2 PRIMO, † verò quæritur, utrum homini liceat aliquid adiurare? Et dico ex doctrina S. Tho. ibi, ꝙ ſic: quia ſicut homo iuro promiſſorio ſeipſum obligat ad aliquid faciendum ob nominis diuini reuerentiam, quod eſt ſe immobiliter ordinare ad aliquid agendum: ita poteſt ad aliquid agēdum ordinare alios ſuperiores. ſ. deprecādo. inferiores aūt imperādo, & utranq; ordinationem per aliquod diuinum confirmare, quod eſt adiurare. Sed tñ adiuratio erit illicita, ſi quis intendat alium ſibi non ſubditum ordinare ad aliquid, imponēdo ei neceſſitatem, ſicut ſi ſibi imperatiuè imponere poſſet: quia in alium vſurpat ſibi poteſtatem quam nō habet. ¶ Secundò, utrum liceat homini adiurare Deū? Et dico ex doctrina eiuſdem, quod Deum, ſicut & omnem hominē ſuperiorē, licet adiurare deprecatiuè: ut patet ex dictis: ſed tñ aliter ad Deum, & aliter ad hominē utimur adiuratione: quia homines adiurando immutare intendimus ad aliquid agendum ob reuerētiam ſacræ rei: non aūt Deū, cuius uoluntas eſt immutabilis: ſed intendimus à Deo aliquid obtinere per æternam eius uoluntatē: non ex noſtris meritis, ſed ex eius uoluntate. ¶ Tertiò, utrum liceat homini adiurare Angelos bonos: puta dicendo, adiuro te Michael arcāgele per diuinam bonitatē, ut mihi præſtes auxilium. & dico, ꝙ ſic, deprecatiuè, ſicut & homines ſuperiores: quia cùm ſint conciues noſtri, licet nobis eorū ſuffragia expetere, & aliquid diuinum interponere ad mouendū, ſicut & circa Deū dictū eſt: licet aliter hoc fiat hic, & ibi: quia Deum inuocando interponimus aliquod diuinum non ad mouendum ſeu inducēdum Deum immobilē, ſed ad mouendum nos, ut uehemētius petamus, & petēdo expleamus, ꝙ Deus ordinauit. Inuocando aūt angelum interponimus ſacra, vt & nos excitemus, & illum moueamus, commemorando ea, ꝓp quorum amorem. & contemplationē libenter operatur. ¶ Quartò, utrum liceat homini adiurare dæmones. Et dico ex doctrina S. Tho. ubi ſ. qñ ſi eos quis adiuret deprecatiuè, eſt illicitum: quia hoc ad beneuolentiā & amicitiam pertinet, qua nos uti ad dæmones non licet. ſimiliter ſi quis eos adiuret imperatiuè quidem, ſiue compulſiuè, ſed tamē ad aliquid ab eis ſciendum, aut ad aliquod obſequium per eos conſequendum, eſt illicitum: primò, quia hoc pertinet ad quandam ſocietatem, uel familiaritatē cum ipſis, ſecūdo, quia in curſu huius uitæ eorum actus noſtræ diſpoſitioni non ſubduntur: ut ſcilicet eis ueluti ſubditis ad noſtrum obſequium utamur, niſi fortè ex ſpeciali inſtinctu, uel reuelatione diuina aliqui ſancti ad aliquos effectus dæmonum operatione utantur. ſicut Iacob, per eos Hermogenem ad ſe fecit adduci. Adiurare aūt eos imperatiuè, vel compulſiuè, non ad aliquid per eos obtinēdum, ſed ad eorum nocumētum repellendum, puta adiurando ne nobis aut ſocio tanquā noſtri aduerſarij in curſu huius uitæ ſpiritualiter aut corporaliter noceant: eſt licitum, ſm poteſtatem nobis traditam à Chriſto, ſm illud Luc. x. Dedi uobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſupra omnem uirtutem inimici, &c.

3 QVINTO, † vtrum liceat exorcizanti dæmoniacum adiurare dæmonem, ut dicat nomen, & ſocietatem ſuam, & cauſam vexādi hominem, & huiuſmodi? Et dico iuxta prædicta, ꝙ ſic licet eum adiurare ut non noceat, licet etiam eum adiurare ut exeat, quia non exeundo nocet: licite etiam adiuramus eum imperatiuè in omnibus quæ imperamus, ut de corpore expellatur, ut puta, ꝙ ſuum nomen fateatur: quod ualet ad hoc, ut præcepta quibus utimur contra eum nominatim dirigamus: ſimiliter ut dicat cauſam vexandi hominem, ut eam ad cautelam amoueamus, licet. n. nō credamus: puta ſi dicit hoc accidiſſe ꝓp aliquod peccatum, ut ad pœnitentiā moueamus obſeſſum, ſi fortè id uerum eſſet: ſimiliter ut dicat ſocietatem ſuam, ut imperemus exeunti, ut ſecum quantum pōt ſocios trahat, & omnia huiuſmodi quę ſancti legūtur imperaſſe: quæ omnia talia finaliter ordinantur non ad conſequendum beneficium per eos, ſed ad nocumentum repellendum. Et hac etiam ratione non ſolum licet adiurare dæmones non obſidentes ne adiuuent obſidentes: ſed etiam ſuperiores, ut expellant inferiores. Si autem exorcizator imperet dæmoni, ut dicat curioſa, & nihil ad expulſionē facientia, non quia illi credat, ſed quadā leuitate & curioſitate ductus: ē peccatū graue, licet illud nō uideāt mortale: quia nō vř mortale, niſi cū q̄s adiurat ob-

rat obſecratiuè, aut ad aliquod conſequẽdũ, puta obſequium, uel notitiam: quod iſte nõ facit, qui ei non credit: ꝙ ſi ei crederet, ut nicromantici, credo eſſe mortale, quia pertinet ad amicitiam.

4 SEXTO, † vtrum liceat adiurare creaturas irrationales? Et dico ex doctrina eiuſdem, & Rich. ubi ſ. ꝙ ſi adiurentur ſm̃ ſe abſolutè, eſt uanum: quia nec imperiũ nec obſecrationẽ intelligunt: & illicitum, quia uane aſſumitur nomen Domini. Si uerò adiurentur relatiue ad alium à quo mouentur, eſt licitum reſpectu Dei deprecatiuè, quomodo ſancti miracula faciunt: & reſpectu dęmonis imperatiue: ne eis tanquam inſtrumẽtis utatur ad nocendum, quomodo adiurantur ab exorciſtis eccleſię.

5 SEPTIMO, † vtrum omnis adiuratio illicita ſit peccatum mortale. Et Sum. Ang. nititur adſcribere Rich. ꝙ ſic, quia eſt cõtra illud pręceptum, Non aſſumes. Sed illud à Rich. non habetur, nec illa ratio probat: alioquin omnis illicita iuratio eſſet mortale: etiam ſi quis iuret uerum, ſed leuiter: ꝙ nõ eſt bene dictum. Vnde dico, ꝙ adiuratio ſeptem modis eſt illicita. Primò, ſi fiat imperatiuè ad non ſubditum. Secundò, ſi fiat imperatiuè ad ſubditum, ſed quãtum ad aliud in quo nõ eſt ſubditus. Tertiò, ſi fiat ad dęmones deprecatiuè. Quartò, ſi fiat ad dæmones imperatiuè, ad aliquid addiſcendũ, uel ꝑ eos conſequendum. Quintò, ſi fiat ad eoſdẽ imperatiue ex leuitate, aut curioſitate. Sextò, ſi fiat ad irrationalia ſm̃ ſe. Septimò, ſi fiat ad Deum, uel homines, uel Angelos, uel dæmones, aut irrationabilia leuiter, id eſt, ſine reuerentia diuini nominis, aut neceſſitate. Et primo ac ſecundo modo eſt peccatum mortale, ſm̃ Archi. quia eſt contra iuſtitiam, & leditur ius cõmune: dum quis uſurpat ſibi in alium poteſtatem iniuſtè, ſed intellige in re notabili. tertio aũt, & quarto modo ſimiliter, quia repugnat diuinæ amicitiæ habere amicitiam cum ſuo aduerſario incorrigibili. quinto aũt modo uidetur ueniale, non obſtante, ꝙ ibi eſſe uideatur uſurpatio poteſtatis in dæmones nobis ſubiectos, quia nõ eſt ibi peccatum ratione iniuſtæ uſurpationis: cùm habeamus poteſtatem ſuper omnẽ uirtutem inimici, ſed ratione malę intentionis in uſu iuſtæ poteſtatis: ſicut iudex ſuſpendens latronẽ ex odio, non facit contra iuſtitiam, ſed contra charitatẽ: quæ intentio in propoſito non uidetur mortale: & ſimiliter ſexto modo, & ſeptimo uidetur ueniale, ſicut & iuratio leuis.

## DE ADMINISTRATIONE.

1 *Adminiſtratio libera & legitima quænam ſit. Et an adminiſtrator de mala adminiſtratione ſatisfacere teneatur, & tum de dolo, an etiam de lata & leui culpa, & quid de caſu ſiue fortuna.*

2 *Adminiſtratus male aduerſus quem actionem habeat.*

3 *Adminiſtrationem indigno ſciẽter committens, num de mala teneatur adminiſtratione. Et ſub hæc in eccleſia adminiſtrationẽ habere dicatur. Et num ante adminiſtrationem in mora conſtitui poſſit, qui ad aliquid dandum faciendumue ſine temporis definitione obligatus eſt, remiſſiue.*

1 ADMINISTRATIO † legitima & libera ſm̃ mentem Inn. eſt, quando quis poteſt agere & conueniri in iudicio, & etiam extra iudicium de re aliqua diſponere. facit c. ex literis. de proba. & ibi Inno. allegat l. ij. C. de iur. cal. ¶ Primò uerò quæritur, utrum adminiſtrator teneatur de mala adminiſtratione ſatisfacere. Et dico, ꝙ ſic, ſecundùm Inn. in c. ex præſentiũ. de pig. & ille cuius eſt adminiſtrator habet contra eum actionem negotiorum geſtorum. ff. de neg. geſt. l. iiij. §. vlt. 12. q. ij. ſi qua de rebus, & c. ſi quis qualibet conditione. ¶ Secundò, utrum adminiſtrator teneatur ſolùm de dolo, an etiam de lata & leui culpa? Et dico ſecũdùm gl. in l. cùm oſtẽdimus. ff. de fideiuſ. tut. ꝙ tenetur de dolo, ut ibi: & de lata culpa: ut l. curatores. C. de neg. geſt. & de culpa leui: ut l. quicquid. C. arbit. tut. Et de ſolo quidẽ dolo tenetur, qñ in ea affectione ductus ſolùm miniſtrauit. ſm̃ glo. in l. iij. ff. de neg. geſt. & ſimiliter de lata culpa, quę equiparatur dolo: ut in l. ꝙ Nerua. ff. depo. de leui autem tenetur, ut cõmuniter in d. l. quicquid. imò etiã aliquando tenetur de leuiſſima: ut quãdo diligentiſſimus erat geſturus. l. ſi pupilli. §. uideamus. ff. de neg. geſt. ¶ Tertiò, vtrũ teneatur unquam de caſu ſiue fortuna? Et dico, ꝙ ſic, in quinq; caſibus poſitis in l. ſi negotia. ff. de neg. geſt. quarum primus eſt, ſi acceſſit animo deprędandi: ſecũdus ſi noua inſolita negotia fecit: tertius ſi culpa præceſſit: quartus ſi fuit in mora: quintus ſi caſum in ſe recepit.

2 QVARTO † quæritur, contra quẽ habeat actionẽ adminiſtratus? Et dico, ꝙ contra adminiſtratorem: & etiam contra heredes. ꝙ ſcilicet hæredes teneri Inno. vbi ſ. intelligit, quando dolo, uel lata culpa aliquid geſſit

geſſit: ex leui aũt culpa non tenentur, niſi in caſibus quatuor, quorum tres ponuntur in l.j. C. de hære. tut. quartus verò eſt in gl. d. l. cùm oſtendimus. Primus eſt, ſi lis fuerat inchoata contra tutorem. Secundus ſi aliquid ad eos peruenit de rebus adminiſtrati. Tertius ſi de rebus adminiſtrati alijs ex gratia conceſſit: quia dr̃ in l. ſi pignore. ff. de furt. ꝙ ſpecies lucri eſt ex alieno largiri, & beneficio ſibi debitorem acquirere. Quartus, ſi nõ explicet inchoata per defunctum: quia tenetur de leui etiam l. quicquid. C. arbi. tut.

4 QVINTO, † vtrum ſcienter committens adminiſtrationem indigno, teneatur ipſe de mala adminiſtratione? Et dico ſic, ſm̃ Inn. in c. ex ratione. de æta. & qual. & alleg. ff. ad muni. l. Lucius. §. Imperator. ff. de ma. conue. l. j. in prin. per totum. & peccat mortaliter. Quis dicatur habere adminiſtrationẽ in eccleſijs, uide ſ. Beneficium. j. §. ij.

ADMONITIO, vide ſ. Denũciatio. Vtrum aũt ante adminiſtrationẽ conſtituatur in mora qui eſt obligatus ad aliquid dãdum, vel faciendum ſine determinatione tẽporis, vide ſ. Mora. §. j.

DE Adoptione, ſiue Arrogatione.

1 *Adoptio quid ſit: & quot ſpecies habeat: & inter hæc quænã perſona intelligẽda ſit extranea.*

2 *Adoptio ab arrogatione in quot diſtet.*

3 *Abſens aut reluctans, ac non conſentiens, num arrogari poſſit. Et cõtra num quis abſens arrogare, aut adoptare queat. Et an vel ꝑ procuratorẽ.*

4 *Filius arrogatus, num quid ſibi retinere poſſit. Et qui in filium filij ſui arrogatur, num ſicut ſimpliciter arrogatus bonorum partem quartam ſibi acquirat.*

5 *Adoptare quis poſſit, & quis minime. Et contra, quis adoptari poſſit, vel id nequaquam.*

6 *Adoptare in fratrem, aut ſororẽ, num quis poſſit.*

7 *Adoptare num dicatur, qui coram multis, vel etiam per ſe in domo ſua aliquem in filium, aut filiam accepit, dicens accipio te in filium meum.*

1 ADOPTIO † eſt perſonę extraneæ in filium, uel nepotẽ, uel deinceps, legitima aſſumptio, ſm̃ Ray. S. Th. Pet. & Ala. & Richa. in iiij. diſt. xlij. Vel, adoptio eſt legitimus actus, per quem, qui filius non eſt, pro filio habetur pene naturam imitans. Inſtit. de adop. in glo. Et perſona extranea intelligitur omnis, qui non eſt in poteſtate adoptantis: ſiue ſit de eius carnali cognatione, ſiue non: & per maſculinum intelligitur etiam fœmininum: vt per filiũ filia, & per nepotem neptis. Adoptare aũt ſm̃ S. Tho. iij. q. 23. & iij. diſt. x. eſt admittere ex gratia ad participandum hereditatẽ. Habet aũt adoptionis genus ſpecies duas, in quas diuiditur. ff. de adop. l. j. & ij. Prima dicitur arrogatio, quæ ſm̃ S. Th. eſt adoptatio perfecta: & eſt, qñ is qui non habet patrẽ, ſicut etiam qui emancipatus eſt, uel generaliter qui eſt ſui iuris, tranſit cum filijs, iuribus & rebus ſuis in poteſtatẽ arrogantis principis auctoritate. Secunda verò cõmuni nomine nuncupatur adoptio, quando adoptatur is, qui eſt in poteſtate patris, ſiue alieni iuris auctoritate magiſtratus, non tranſeundo in poteſtatem adoptantis. ff. eo. l. j. & ij. C. eo. l. pen. Et ſicut dicit S. Tho. in iiij. diſt. xlij. adoptatus primo modo ſuccedit patri ab inteſtato, nec põt eum pater ſine culpa priuare quarta parte hæreditatis. Adoptatus aũt ſecũdo modo nõ ſuccedit, nec tenetur ei adoptãs aliquid in teſtamento dimittere.

2 PRIMO † verò quæritur, utrum arrogatio & adoptatio in omnibus cõueniant? Et dico, ꝙ ſic, niſi in quinq;. ¶Primò, quia adoptio fit cuiuslibet magiſtratus competentis auctoritate: dum tñ apud eũ plena ſit actio, ſcilicet merum & mixtum imperium. C. de adop. l. j. Arrogatio verò ſolùm auctoritate principis. Inſt. eo. in principio. ¶Secũdò, qa in arrogatione requiritur utriuſq; uerbum expreſſum, non aũt in adoptione. Vnde infans adoptari põt, non arrogari. ff. de adop. l. ij. & l. in adoptionibus. ¶Tertiò, quia arrogatur qui eſt ſui iuris: adoptatur aũt, qui in aliena eſt poteſtate. Nam arrogatio ſtatim arrogatum, & res ſuas, & liberos, ac nepotes, qui erant in ſua poteſtate, ſubijcit poteſtati arrogatoris. ff. de adop. l. ij. §. vlt. adoptio uerò non niſi in caſu, quãdo ſcilicet datur auo materno, uel ſi poſt emancipationẽ genuit filium, & auo paterno dederit. Inſt. de adop. §. ſi uero. ¶Quartò, quia arrogator tenetur ſatiſdare de reſtituendis illis bonis perſonis, ad quas eſſent ventura, ſi arrogatus in ſuo ſtatu mãſiſſet, ff. de adop. l. nec ei. §. fi. ¶Quintò, quia arrogatus habet de neceſſitate legitimam in bonis arrogatoris. unde ſi arrogator emancipauerit eum, uel exhæredauerit ſine cauſa, tenet̃ ei relinquere legitimã. i. quartam partem ſuorum bonorum, quæ ſcilicet habiturus fuerat ab inteſtato, ſm̃ gl. in l. ſi arrogator. ff. eo. quę quarta non eſt augmẽtata per auth. de trien. & ſe. ſm̃ Bar. ibi. Inſt. de adop. §. cũ aũt impubes. adoptiuo autẽ nihil tenetur de neceſſitate relinquere. C. eo. l.

co.l.j.& ij.Si tñ moriatur adoptator ſine teſtō ſuccedit in bonis eius. l. pe. C. de adop. poſt mediū.niſi ſit emancipatus legitime.

SECVNDO,† vtrū abſens, vel diſſentiens poſſit arrogari? Et dico, ꝙ non. tex.eſt ff.eo.l.neque.ſed neque etiam adoptare, vel arrogare q̄s abſens pōt: nec etiā ꝑ procuratorē pōt quis adoptare.vel arrogare. ff.eo.l. poſt mortē.§. neque cuius cauſam no. Bar. in l.Gallus.§.forſitan.ff. de lib. & poſth.vbi dicit, ꝙ ea, in quibus ſolus conſenſus requiritur, ꝑ procuratorē fieri poſſunt:vt in legitimatione,vbi ſufficit, ꝙ filius oſtendat voluntatem patris: nec eſt neceſſe patrem eſſe pręſentem. Item ex parte filij non requiritur, ꝙ ſit præſens: ſed ſufficit, ꝙ habeat ratum, vt in Aut.quib. modis nat.effi.ſui.§.naturales. & §. generalitet. col.7. quia in legitimatione,pater nihil diſponit: ſed principi, vel habenti auctoritatem à principe conſentit. nō enim ipſe legitimat,ſed auctoritas principis. Secus aūt eſt, qñ pater ipſe diſponit:vt quia pater emancipat, vel abſoluit filiū, & iudex autorizat.Itē pater adoptat. Item dominus manumittit. Et ex hoc colligi pōt illius queſtionis determinatio : an filiatio ſpiritualis, ſiue cōpaternitas per procuratorē contrahi poſſit?Et videtur, ꝙ non:quia ipſe pater ſpiritualis aliquid diſponit,& agit nec ſimpliciter conſentit:& conſequēter requiritur pręſentia eius:vt in l. poſt mortem.de adopt.& ita dicunt canoniſtæ.hæc Bar.

3 TERTIO,† quærit gl.in l.ſi paterfa.ff. eo.vtrum filius arrogatus poſſit ſibi aliquid retinere pro ſe? Et videtur,ꝙ ſic:quia in traditione pactum quod apponitur, debet ſeruari.in contrarium facit aut. ingreſſi.de ſac. ſan.ecc.idē Bar.ibi.¶ Quartò,vtrum arrogatus in filium filij ſui acquirat quartam partē bonorū,ſicut arrogatus ſimpliciter? Reſpondet Azo.in Sum.ꝙ ſi pater adoptat aliquem loco nepotis:ſi filius conſentit, mortuo ſuo patre,hic arrogatus tranſit in poteſtatē filij, cui fuit arrogatus: nec agnoſcitur auo ſuus hæres. Si aūt filius non conſenſerit, mortuo patre non reincidit in poteſtatem: ſed agnoſcetur auo ſuus hæres:vel tanquam nepos,licet in filium non adoptauerit : vel tanquam is, quē videtur ſuus animus voluiſſe eſſe ſibi hæredē. Idē dic de adoptato in nepotē, vel deinceps. qđ fieri pōt: vt Inſt.de adopt.§.licet,excepto,ꝙ non tranſit in poteſtatem patris adoptantis. Et quođ dictum eſt de maſculo,dic de fœminis.

5 QVINTO † queritur,quis poſſit, aut non poſſit adoptare? Et dico,ꝙ poteſt paterfa.qui ſui iuris eſt,& generare pōt:vel ſi non poteſt, eſt ex defectu accidentali: ut eſt ſpado,ſiue gladio caſtratus. ff.e.l.ij. & ſimiliter presbyter,ſm Pan.in c.vnico.de cog.leg.Nō pōt autē adoptare,qui generare non poteſt, propter defectum naturalem : qui etiam dr̄ caſtratus:nec fœminę, niſi ex reſcripto principis in ſolatium liberorū amiſſorū : nec ille,qui ꝑ 18.annos non præcedit eū,quē vult adoptare vel arrogare. Vnde dicit S. Tho. ꝙ debet ita eſſe ſenex, vt naturaliter poſſit eſſe pater adoptati:vt patet 4.diſt.xlij.& habetur ff.eo.l.adoptio.hæc habentur Inſt.ˢ de adop.Nec pōt adoptare,ſm S.Tho.qui non eſt ſui iuris:nec minor 25.annis:vt idē dicit: nec pōt arrogare,qui non habet lx.annos:licet poſſit adoptare,niſi iuſta cauſa interueniente.l.ſi pater.§.vl.ff. de adop. & iuſta cauſa eſt morbus,aut coniunctio perſonæ adoptādæ:aliàs debet intēdere generationi,ut in d. §.vlt.¶ Sextò queritur,quis poſſit vel nō poſſit adoptari ? Et dico, ꝙ adoptari pōt quilibet,tā maſculus,q̄ fęmina.ff.de adop.l.adoptio.dūmodo ſit præſens:aliter nō.l.neq; abſens.ff.eo.etiā ſi ageret ꝑ procuratorē,vt dictū eſt: dūmodo etiā ſit minor adoptāte: ſic vt poſſit eſſe filius eius naturalis . non competit autem conſanguineis adoptari , ſm S. Tho. in 4. quia naturaliter ſunt hæredes.

6 SEPTIMO,† vtrū quis poſſit adoptare in fratrē,vel ſororem? Et dico,ꝙ non:vt l. nec apud.C.de hære.inſt.& ibi Ang.nec etiā in patrem,quia contra naturam.

7 OCTAVO,† vtrum ſit adoptio,ſi quis coram multis,vel etiam per ſe in domo ſua, aliquē accepit in filiū.aut filiā dicēs accipio te in filiū meum?Et dicit Pan. in c.vnico.de cognatione legali.ꝙ non.l.non nudis. C.de proba. niſi ſeruetur forma,de qua ſ. ſcilicet ꝙ fiat principis,vel magiſtratus auctoritate: quođ eſt de ſubſtantia adoptionis. & verbū in arrogatione,vt dictum eſt.

ADORATIO, vide j. Latria.

## DE ADVLATIONE.

1 *Adulatio quid ſit. & in quo conſiſtat.*

2 *Laudare aliquem, vel illi placere velle, nunquid ſemper peccatum cenſendum ſit.*

3 *Quempiā in laudando excedere & adulari, quot modis dicatur.*

4 *Adulationem triplici modo peccatū mortale dici.*

5 *Beneficiū per adulationē impetrās, num id ipſum reſignare teneatur. Et ibidem, turpe officium* dic

*dici, aut peccatum, annexum eſt.*
6 *Adulatoribus dare, nunquam mortale peccatum ſit.*

1 ADVLATIO, † ſecundum S. Tho. 22.q.cxv. eſt exceſſus delectandi alios verbis laudis, aut factis. Nam qui vult in omnibus alteri loqui delectabiliter, excedit modum virtutis, & peccat: quia virtus affabilitatis, & ſi principaliter intēdat delectare eos, quibus conuiuit: tñ vbi neceſſe eſt, nō veretur contriſtare, ꝑꝑ aliquod bonum. Si aũt aliquis ſic excedat ſola intentione delectandi, vocatur placidus, ſm Philoſophum. Si verò hoc facit gratia lucri, vocatur blanditor, ſiue adulator: communiter tñ nomen adulatoris ſolet attribui omnibus, qui ſ. debitum modum, volunt alios verbis, vel factis delectare in cõmuni conuerſatione. hęc ex illo. Igitur laudare aliquem de eo, quo non eſt laudandus, puta de malo, vel plus q̃ eſt laudandus, vel vbi, & quando, & quomodo, & quo fine non eſt laudandus: eſt adulatio, de qua xxv. diſtin. §. aliàs xlvj. diſt. ſunt nonnulli. 6.q.j. ſunt plurimi. & 11. q.iij. nemo peritorũ. Et ad idem reducitur, ſi quis vltra debitum velit alteri placere veſtibus, ludis, & huiuſmodi.

2 PRIMO † verò quæritur, vtrum laudare aliquem, vel velle placere, ſemper ſit peccatum? Et dicit idem ibi ꝙ non: ſed laudare aliquem cum debitis circumſtantijs, puta ne deficiat in aduerſis, vel vt magis proficiat in bono, pertinet ad virtutem affabalitatis, ſiue cuiuſdam amicitiæ, quæ conſiſtit in exteriori conuerſatione: pertinet verò ad adulationem laudare in his, quæ non ſunt laudanda: vel quia ſunt mala, vt peccata: vel quia ſunt bona incerta: vel etiã ſi timetur, ne inaniter eleuetur. Et ſimiliter velle placere hominibus, ꝑꝑ charitatem nutriendam. & vt in eis homo ſpiritualiter proficere poſſit, eſt laudabile, ſm illud j. Cor. x. Per omnia omnibus placeo. Eſſet verò peccatũ. ſi quis hoc faceret in malis, vel ꝑꝑ inanem gloriã, aut lucrum, ſecundum illud Pſal. Deus diſſipat oſſa eorum, qui hominibus placent.

3 SECVNDO † verò quæritur, quot modis quis excedit in laudãdo, & adulatur? Et dico, ſm Alex. de Ales, ꝙ quatuor. Primò laudando in aliquo bonum, quod non habet. Secundò augendo bonum, quod habet plus, q̃ habet. Tertiò laudando malum, & dicẽdo illud bonũ. Quartò minuẽdo malũ: vt dicendo nõ eſſe peccatũ ita graue, ſicut eſt.

4 † TERTIO, vtrum adulatio ſit peccatũ mortale? Et S. Tho. dicit, vbi ſ. ꝙ ſic tripliciter. Primò ratione materiæ, ſicut cùm quis laudat peccatum alicuius, quia contrariatur dilectioni Dei, contra cuius iuſtitiam loquitur homo: & dilectioni proximi, quē in peccato fouet. ſed intellige ſi id, quod laudat, ſit peccatum mortale: aliàs iſta adulatio nõ eſſet mortale. Secundò ratione intentionis, puta cũ quis alicui adulatur, vt noceat fraudulenter corporaliter, vel ſpiritualiter. Tertiò, ꝑꝑ occaſionem: ſicut cùm laus adulatoris ſit alteri occaſio peccandi, etiam præter adulatoris intentionem: & tunc conſiderandũ eſt vtrũ occaſio ſit data, vel accepta: vel qualis ex hoc ruina ſequatur, venialis ſcilicet, aut mortalis: & ſm hoc iudicandum eſt. Si aũt aliquis ex ſola auiditate delectãdi, vel ad vitandum malum, aut aliquid conſequēdũ in neceſſitate, alicui fuerit adulatus, non eſt cõtra charitatē: nec mortale, ſed veniale.

5 QVARTO, † vtrũ adulator impetrans beneficium per adulationem teneatur reſignare? Et dicit Alex. hoc reduci debere ad munus ab obſequio. vnde recipiens ſolùm ex hoc, ꝙ adulatur, non ex alio ſeruitio, indigne reciperet, & reſignare teneretur, ſicut ille, qui ſeruiuit in officio turpi. Turpe aũt officium dicitur, cui peccatum annexum eſt. hæc ex illo. quem ſequitur Sum. Ang. cõtra Archi. ij. parte. tit. j. c. v. §. iiij. dicentem, ꝙ licet hoc reducatur ad munus ab obſequio: & talis reputandus ſit ſimoniachus. j. q. j. ordinationes. non tñ tenetur illud beneficium reſignare. ar. extrà, eo. c. fi. & alleg. Dir. li. iij. & Inno. & Hoſt. qui hoc no. in c. tuam. de æta. & quali. Et ratio eſt: quia ex quo eſt ſimonia mentalis tantummodo, purgatur ſola pęnitētia: nec aliter reſignatio neceſſaria eſt, per tex. in d. c. fi. ſcilicet, de ſimo. ad fi.

6 QVINTO, † vtrũ dare adulatoribus ſit peccatum mortale? Et dicit S. Tho. 22.q. clxviij. ꝙ nõ: niſi nimius appetitus glorię vanæ, hoc cauſaret: ſicut delectabatur Herodes, quando ei Dei, & non hominis, laudes dabãtur: vel niſi intendat quis, & cupiat laudationem de peccatis: quia tales largitores communicãt cum adulatore in crimine. Et hoc eſt, quod dicit Alex. de Ales, ꝙ tale peccatum eſt iſta datio, quare adulatio ꝑꝑ quã dat, i. ſi veniale, veniale: ſi mortale, mortale: vt patet 86. diſt. in c. donare. & duobus ſequentibus. vbi etiam dicitur, ꝙ dare adulatori, non ꝑꝑ adulationem, ſed ꝑꝑ pietatem ad ſuſtentationem naturę nõ eſt peccatum.

Vtrum

Vtrū aūt liceat dare hiſtrionibus, ī. Ars. §. 6.

## DE ADVLTERIO.

1 *Adulterium, quod eſt thori alieni violatio, quandoque ſimplex, quandoque duplex dicitur. Et idē modis quatuor admittitur.*

2 *Mulieri adulteræ, quæ ex adulterio ſobolem ſuſcepit, vt de expenſis & hæreditate mariti tuta ſit, quid agendum ſit.*

3 *Præceptum poſitiuum non obligare quenquam cum ſcandalo, & præſertim vbi animarum, aut corporum periculum ſubeſſet.*

4 *Filius, qui in filiationis poſſeſſione eſt, num matri eum ſpurium aſſerenti, vel eundem ſuppoſitum, credere teneatur. Et quid ſi vterque parens idem dicat. Et ibidem limitatæ leguleiorum ſententiæ, quæ eum fatuum coarguunt, qui regno ob matris dictum renuntiauit.*

5 *Filius putatiuus, poſt præſcriptū filiationis ius, num cognito, quod legitimus non fiet, de ſucceſſione in bonis conſcientiam facere poſſit.*

6 *Mulier de adulterio ſuſceptos filios, num ſibi hæredes inſtituere queat.*

7 *Adulter, num de impenſis, & damnis acceptis ob de adulterio ſuſceptos filios, marito teneatur.*

8 *Viri atque vxoris adulterantiū, quænā pœna ſit.*

9 *Adulterium notorium, quomodo & quando dicatur. Et num adulterium ſine dolo committi poſſit.*

10 *Metus conditionalis, num mulierem ab adulterij pœna excuſet. Et ibidē quod reſpectu leg. adulterium ſine dolo committi non poteſt. Et an voluntas coacta in maleficijs excuſet.*

1 ADVLTERIVM, † eſt alieni thori violatio. xxxij. q. vj. non mechaberis. vnde dicitur adulterium, quaſi ad alienum thorum acceſſio. xxxvj. q. j. §. cū ergo. & quandoque eſt ſimplex, quando ſcilicet ſolùm alter eſt ſolutus: aliquando duplex, quādo, ſ. ambo ſunt coniugati. vnde fit quatuor modis. Primò, quando vir coniugatus accedit ad mulierem coniugatam. Secundò quādo ſolutus accedit ad cōiugatā. Tertiò, quādo coniugatus accedit ad ſolutam. Quartò, ſm quandam iuris interpretationē, quando non ſiſtitur intra limites matrimonij, ſed libidinis feruore tenditur in ſuam, etiam ſi eſſet aliena, vel econuerſo, mulier reſpectu viri. Vnde ſm S. Tho. 22. q. cliiij. ardentior in ſuam eſt aliqualiter magis adulter, quàm cū aliena. & ſic intellige c. origo. xxxij. q. iiij.

2 PRIMO † verò dubitatur, quid faciet mulier adultera, quæ ſobolem ex adulterio ſuſcepit, vt tuta ſit de expenſis, & hæreditate? Et dico, ſm Ray. ꝙ mulier ī præſentia factum reuelet ſacerdoti perito, vel epō, aut vtriſq;: qui caute inquirendo, ſi inuenerint ſpurium timere Deum, & viderint expedire, reuelēt ei factum coram adultera matre, recepto prius iuro ab ea, ꝙ non calumnioſe procedat, & ab illo ꝙ teneat ſecretum, cōſulentes, ꝙ religionem ingrediatur, vel ſe abſentet, ita vt nihil percipiat de bonis putatiui patris. Addit aūt Verue. ꝙ ipſa mulier poterit reuelare marito, ſi periculum nō timet: ſicut ſunt aliqui ſuſtinentes ſcienter adulteria vxorum, vel etiam conſentientes: quia proprios filios habere non poſſunt, & huiuſmodi: & ſi ille acceptet, mulier abſoluta eſt. ſed intellige: niſi reſpectu eorū, qui hoc non obſtante manerēt in damno: vt veri filij mariti, quantum ad legitimam: vel etiam fortè quicunq; alij, quantum ad totam hæreditatem, quando talis filius eſt ex adulterio vel inceſtu: cum penitus excludatur à ſucceſſione, ſm iura. Si aūt dicto ſpurio reuelari non pōt, aut ipſe conſilio non acquieſcit, iniungatur mulieri, vt viro iuxta poſſe, ſi quid habet, vel habitura eſt, ſatisfaciat per alium ſecretè, & cautè, non reuelando viro perſonā vxoris, & tuta erit. 22. q. v. hoc vſ. & extrà, de pę. & remiſ. officij. & conſentit Hoſt. Tenetur aūt viro, de cōſumptis à ſpurio: de hęreditate aūt hrdibus viri, ab inteſtato, vel hæredibus ſcriptis: vel quibus veriſimiliter credit, quod reliquiſſet: quod ſi neſcitur, pauperibus largiatur. Si aūt mulier non habet, qđ reſtituat: habet aūt probationes, per quas dicti ſucceſſores releuarentur à damno. dicit Inn. ꝙ eas debet adducere, niſi graue malum eſſet prouenturum: quia minus malum eſt damnum rerum, quàm corporū, aut animarum. Si verò non habet probationes, ſileat. ij. q. vij. pleriq;. hæc ſm Ray. Hoſt. & Inno. Pan. aūt in d. c. officij. optimè prædictorum mentem, & veritatem colligit, dicens: Si nullum periculum eſt in reuelando veritatem: & veriſimiliter crederetur mulieri, tenetur reuelare. Si aūt ei non crederetur, nec habet probationes promptas: ſufficit ei pœnitere: & taceat, ne potius ſcandalum, quàm vtilitatē inducat. Si aūt probationes habet, & veriſimiliter crederetur ei, ſed ſubeſt periculum mortis in reuelando, taceat: quia in non reuelando, eſt periculum rerum, ſed in reuelando, eſt periculum animarum, & corporum. Nec obſt. reg. iuris, qui ſcandalizauerit, vbi habetur, ꝙ facilius ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas relinquatur. quia ſm Inno. illud procedit in iudice, vel in teſte.

ſec. igitur mulier pœniteat, & ſatisfaciat de ſuo, venientibus ab inteſtato, vel ſm Sum. Roſel. his, quos veriſimiliter maritus inſtituiſſet, ſi credidiſſet iſtum non eſſe filium ſuum. ſed malè: quia iſtis nullũ ius erat quæſitum & ſi dubitat, diſpẽſet in pauperes. & ſi ſatisfacere non poteſt, pęniteat: & confeſſio ei non negabitur: vt in d.c. officij.

3 QVOD eſt valde ſingulare. Et colligitur hæc theorica ſingularis, valens ad multa. ſ. ꝙ præceptum poſitiuum nõ obliget aliquẽ cum ſcandalo. & conſequenter, vbi veriſimiliter ſcandalum animarum vel corporũ futurum eſſet, iuſta cauſa eſſet non exequendi præceptum etiam Papæ: vt in d.c. officij. & in c. ſi qñ. de reſcr. imò etiam habetur ex d. c. officij. ꝙ ius poſitiuum interpretatur diuinũ. Reſtitutio enim vr̃ de iure diuino & tñ Papa interpretatur reſtitutionem huiuſmodi non fiendam ratione ſcandali, vel periculi corporum, aut animarum. vide Pan. in c. cũ teneamur. de præb. & ĩ. inobediẽtia. §.v.

4 SECVNDO, † vtrum filius, qui eſt in poſſeſſione filiationis teneatur credere matri dicenti eum ſpuriũ vel ſuppoſitum? Et dicit Veru. ꝙ non, quia poſſet eſſe fallacia muliebris. Idem tenet Pa. in c. per tuas. de proba. & idem tenent Doct. in l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & in l. ſi vicinis. C. de nup. & ibi dicunt fatuum extitiſſe eum, qui prædictum matris renunciauit regno. Et dicit ibi Pan. hoc procedere, etiam ſi ambo parentes negarunt eum filium: vt probatur in c. tranſmiſſæ in fin. iuncta gl. in verbo, iudicis. qui filii ſint legi. & eſt tex. cũ gl. in l. j. §. ij. ff. de Carbo. edi. & l. ſi poſtulamus. ff. de libe. & poſth. quod verum eſt, niſi probent tẽpore conceptionis ſe non cõcubuiſſe ſimul ꝓꝑ abſentiam vel infirmitatem: imò etiam ſi probaretur, ꝙ tempore conceptionis adulterabatur cum alio quodam, dummodo vir eius habitaret cum ea, cenſebitur nihilominus talis filius legitimus: ut in l. miles. §. defuncto. ff. de adulte. Ratio, quia in dubio debemus in fauorẽ filiorum ſic interpretari: ut no. Pan. in c. intelleximus. de adulter. & facit d. l. ſi vicinis. & l. quia ſemper. ff. de in ius vocan. Et ſm Verue. ſi ſana cõſcientia non credit, excuſatus eſt tam de perceptis, q̃ de percipiẽdis: ſed ſi honeſtas fęminę, & alię circũſtantiæ faciũt ei de hoc probabilẽ conſcientiam: & vult etiam viã eligere tutiorẽ: imò tutam ſm alios nihil vlterius percipiat: ſed intellige, niſi aliter viuere nõ poſſet: quia ſic poſſet capere vitæ neceſſitatẽ: maximè aliis, quibus deberetur, non exiſtentibus in tanta neceſſitate. De perceptis aũt & conſumptis in bona fide, Ray. cõſulit vt reſtituat, vel cõponat: licet, inquit, non ſit cogẽdus, quia poſſeſſor erat bonæ fidei. C. de rei ven. certum. Ho. quoq; Veru. & Vi. dicũt ꝙ non tenetur de cõſumptis in bona fide: de quibus tñ ſm Ho. mulier tenet. & ita limitanda ſunt dicta Legiſtarũ, q. prædictũ de fatuitate notarũt.

5 TERTIO, † vtrũ aũt dictus filius poſt completam preſcriptionẽ debeat ſibi facere conſcientiã de ſucceſſione in bonis, ſi probetur, vel ſibi cõſtet ſe nõ fuiſſe legitimè conceptũ? Et dico, ꝙ non: vt patebit ex notandis in ti. de præſcriptione: ſecus ante completã præſcriptionem. Incepit autem pręſcribere, quando cępit nominari, ſeu reputari pro filio legitimo: vt no. in d.c. per tuas.

6 QVARTO, † vtrum mulier poſſit ſibi filios de adultero ſuſceptos hęredes inſtituere? Et dico, ꝙ ſic: quia quilibet põt ſibi hæredem inſtituere eum, qui nõ prohibetur, reſeruata legitima parte liberis ſuis: de quo vide ĩ. Legitima. per totum. Sed intellige hoc niſi repugnet conſuetudo regionis, ſm Alberti. & Sum. Conf. li. ij. tit. v. pater aũt non põt hos filios inſtituere, vt ĩ. Filius. §. 4.

7 QVINTO, † vtrum adulter teneatur ad reſtitutionẽ damnorũ & expenſarũ, q̃ maritus incurrit ex filio nato in adulterio? Et dico ꝙ ſic, ſm ſuũ poſſe, ſm Arch. ſi hoc ſcit, aut veriſimiliter credit: & mater ſatisfacere non poteſt. adde tu, aut etiam nõ vult: quia cauſam damni efficacem dedit: & ſi adultera admitteret filiũ ad hoſpitale: vel quia finxit ſe mortuum peperiſſe, vel quia ſine ſuo periculo notificauit marito tenebitur hoſpitali de expenſis: niſi notabilis paupertas illũ excuſet, cum ad hoc naturali iure teneatur: & hoſpitalia ꝓꝑ pauperes facta ſint. Sed de hæreditate vel dote ſi dotaretur à patre putatiuo, teneri videtur ad arbitriũ boni viri, attẽta ſui facultate. Si aũt dubitat adulter ex eo, ꝙ mulier ſit leuis, & cũ aliis adulteratur: vel etiã quia ipſamet dubitat, vtrũ ſit eius, vel mariti: relinquatur iudicio Dei, nec de reſtitutione grauetur: quia iudicis eſt, vt in re dubia certa ſentẽtia nõ ꝓferatur. hęc ex illo.

8 SEXTO, † quę eſt pęna tam viri, q̃ vxoris adulterantis? Et dico ſm glo. in c. tuæ, de proc. ꝙ mulieri olim erat pęna capitis: vt C. de adulte. l. caſtitati. hodie verò prius verberata retrudetur in monaſteriũ. C. de adulte. auth.

re.aut.ſed hodie.Eſt & alia pena,q̃ a ſ̃m Pan. in c.plerunq;.de dote poſt di.re.mulier ꝑdit dotem, & vir donationem propter nuptias, ſi matrimoniũ ſeparatur per ſnĩam iudicis eccleſiaſtici,aliàs non: ſ̃m Io.And.Pa.tñ ibi tenet,ꝙ ſi adulterium notoriũ eſt,tunc cum poſſit vir propria auctoritate expellere uxorem, & econtrario lucratur : quia ſi peteret, obſtabit ei exceptio adulterij. Perdet etiam mulier donationẽ propter nuptias , quã ex pacto aut ſtatuto debeat lucrari ſoluto matrimonio: bona verò parafernalia non ꝑdit, ſ̃m doc. quia in pœnis uerba debẽt reſtringi regula,odia.de re.iu.li..vj.q̃uis gl. in d.c.plerũq;,teneat ꝙ ꝑdat. Eſt ẽt tertia pœna,q̃ a ꝑdit ius petẽdi debitũ , de quo j̃.Debitũ.ſi tñ recõcilietur,oĩa recuperat:ut in d.c.plerũq;.

9 †SEPTIMO, quomodo adulteriũ dicatur notoriũ?Et dicit Pan.in c.ĩtellexħmus. de adul.ꝙ publicè dicitur adultera, quando ita ſtat in domo cum publico cõcubinario , & cõuĩcitur notorie de adulterio: qñ habet eam in mẽſa,in domo, & in lecto , vt in c.ſi. & c.tua.de coha.cle.& mu.Vnde in l.furem. ff.de furt.& in l.ca.v.ff.de adul. not. ꝙ adulterium dicitur notorium , qñ vir & mulier deprehenduntur in latebris ſe oſculãtes , & huiuſmodi actibus propinquis adulterio.facit l.ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cle.itẽ qñ paſſim admittit viros adulterij, vt in l.palã,in prin.ff.de ri.nup.& qđ no.in c.cũ in diœceſi.de vſur.¶ Octauò , vtrũ adulteriũ committi poſſit ſine dolo,qui.ſ.eſt calliditas & machinatio ad circumueniendum,fallendumque.l.j.ff.de dolo.Et dico , ꝙ loquendo de adulterio quo ad culpam ſine dolo committi põt,quia peccat mortaliter, quicunq; illud committit ex metu,ſiue ignorãtia , vel errore iuris,niſi ignorãtia eſſet facti,puta q̃ a credit virum eum,q̃ erat adulter:niſi ẽt adſit coactio abſoluta, non conſentiente mente , quia tunc eſt ſine culpa:ſed quo ad pœnã legis,cõmitti nõ põt ſine dolo: vt patet in l. ſi ex lege.ff.de adul.vbi errãtes in iure excuſantur à pœna inceſtu & adulterij. Facit c. Lucretiã. aliàs eſt ſub c.ꝓpoſito.xxxij.q. v.qđ nõ intelligitur ſ̃m gl.ĩ d.c.quo ad culpã.Sed tñ Pan.in c.& ſi neceſſe ſit.de do.poſt.di. re. diſtinguit:quia aũt loquimur de pœna ꝑditionis lucri : ſic error non excuſat niſi ſit iuſtus,vt in l.ne paſſim.C.de iur.& fact. ignor. aut loquimur de pœna corporali,aut ꝑditionis ꝓpriæ ſubſtãtiæ, vt dotis vel donationis ꝑp nuptias:& ſic excuſat error ẽt iuris,vt l.ſi adulteriũ.ff.de adulte. & arg. in auth. inceſtas nuptias. C.de inceſtis & inutili.nuptijs. Et licet Io.And.& cõiter doct.in d.c. & ſi neceſſe,teneãt contrariũ.ſ. ꝙ error iuris nõ excuſat à pęna:tñ Car.in l.q̃ cõtra.C.de inceſt. eſt cũ Pan.quia non eſt in dolo q̃ errat. vide j̃. Culpa. §. antepe. Excuſat ſimiliter à dolo metus etiam cõditionalis,vt d.c. propoſito,

10 NONO,vtrum metus conditionalis excuſet mulierem à pœna adulterij ? Et dicit Pan.in conſil.iiij. quod incipit,facti contingentia.ꝙ ſi mulier eſt paſſa violentiã ui præciſa,indubie pœnã pati non debet, quinimo nec ullã peccati maculã contraxit.ſed ſi uis , aut metus fuit cõditionalis , licet cõtraxerit aliquod peccatum, & digna ſit aliqua pœnitentia:quia ad minus affuit aliquis conſenſus:pœnam tñ adulterij pati nõ debet , & ſic dote priuari nõ debet,& cõſortio mariti qđ ꝓbatur expreſſè in l.uĩ paſſam.& in l.ſi uxor. §.ſi quis,ff.de adul.Et eſt ratio : quia adulterium reſpectu legis nõ committitur ſine dolo:licet interuenerit aliqualis culpa:ut notabiliter probatur in l. pe. ff. de adul. Item eſt iuncta gl.fi.xxxiij.q.j.in lectum.& 15.q.j. in ebriauerunt,& iura procedunt ẽt in metu cõditionali:ut apertiſſimè ſentit gl. xxxij. q. 5. propoſito.aliàs incipit.Lucretiã. Addit autẽ Pan.ꝙ non ſolùm metus illatus excuſat à pœna adulterij,ſed ẽt pudor & uerecundia quædam in clamando,maximè noctis tempore à uiro præſertim potenti oppreſſa : quia ibi ceſſat dolus,qui requiritur,ad pœnã adulterij incurrendã. Et hoc notabiliter probatur in d.c.Lucretiã.iuncta gl.& ueri facti contingētia : quia illa Lucretia nobilis & pudica ꝑ iſtam ignominiam & confuſionem uitandã expoſuit ſe libidini filij Tarquinij regis: nec fuit iudicata adultera ab Aug. uiro ſanctiſſimo & doctiſſimo, ſed de caſtitate mentis cõmẽdata:ut ibi ĩtelligit gl.& bene,ꝙ licet quo ad Deũ nõ fuerit immaculata: q̃ a coacta uolũtas nõ exc..ſat ĩ maleficijs:ſed dẽt q̃s prius omnia mala pati,q̃ cõſentire peccato: tñ excuſata fuit ab adulterio quo ad pœnã legis : cũ non committatur ſine dolo.Ad hæc,quia ubi ad incurrendã pœnã requiritur dolus,nõ ſufficit culpa.l.j.ff.de ſica.notatur ĩ l.in actionib.ff.de ĩ litẽ iur.& l.qđ Nerua.ff.depo.Ad incurrendam autẽ pęnã adulterij requiritur dolus,qui per metum excluditur:& ita uidetur firmare Bar.in d.l.quod Nerua.Et etiam quo ad pœnam pecuniariã lata culpa nõ cõparatur dolo, ubi lex expreſſe dolũ requirit.

& idem ſentit gl. in l. magna negligentia. ff. de ver. ſi. Et ſic licet hic non agatur criminaliter ad pœnam adulterij: ex quo tamen agit ad pœnam, nõ ſufficit illa culpa ſine dolo, pſertim cum agatur ad grauem pœnam, vt ſ. perdat patrimonium ſuum. l. iij. ff. de mi. & vt ſeparetur à viro. & conſequenter priuetur iure petendi debitum coniugale. & petendi vires alimentales paſſiuè.

## DE ADVOCATO.

1 *Aduocare ſeu poſtulare quid ſit? Et item quis aduocatus dicatur, & qualis eſſe debeat.*

2 *Aduocatus eſſe quis non poſſit, vſque ad numerũ 3. varij enumerantur, cum limitationibus tamen nõnulis. & idem ad finem q̃ præcepta negatiua ſemper & ad ſemper obligent.*

3 *Aduocare a Iudice vnius ciuitatis prohibitus, nũ in alia aduocare poſſit.*

4 *Aduocandi modus quiſnam debitus ſit.*

5 *Aduocato iniuſtam cauſam num defendere liceat. Et quid ſi ſcienter iniuſtam defendat. Et an & quomodo iniuſtæ cauſæ eum excuſet.*

6 *Aduocatus iuſtam cauſam habens, num cauillationibus licitè vti poſſit.*

7 *Aduocatus num p vtraque parte licitè aduocare (poſſit.*

8 *Aduocatus num aduerſus eum, abs quo beneficiũ accepit, ſine ingratitudine aduocare queat. Et quid de clerico, qui beneficium ab eccleſia habet.*

9 *Aduocatus num aduerſus reipub. aduocationem exercere poſſit.*

10 *Aduocatum Iudex num quando dare teneatur. Et aduocatus qui operam ſuam impendit, num ſalarium petere poſſit. Et quantum, ac quando.*

11 *Aduocatus num gratis operam impotenti impendere teneatur. Et quid ſi Iudex huiuſmodi impotenti de aduocato non prouideat.*

12 *Aduocatus de certa litis quota paciſci num poſſit. Et quid nomine quotæ contineatur. Et ibidem quid Palmarium, & vnde deflectatur.*

13 *Aduocatus num litigatore cum aduerſario tranſigente integrũ ſalariũ habere debeat. Et quid ſi aduocatus caſu aliquo diſtetus, aduocare nõ valuit p eũ tamẽ quo minus operã pſtare nõ ſtetit.*

14 *Aduocatus cauſam tanquam deſperatam deſerens, non ſalarium integrum ſit habiturus.*

15 *Aduocatus de publico ſalarium accipiens, num poſſit priuatum quippiam ab aliquo accipere.*

16 *Aduocatus de quibus, & quando ad reſtitutionem teneatur.*

1 ADVOCATVS † quis ſit, vt innoteſcat, ſciẽdũ eſt, q̃ ſm Pan. ſuper rub. de poſtulando, poſtulare ſeu aduocare eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui in iure apud eum, qui iuriſdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere. Aduocatus igitur dr̃ is, qui in iudicio apud eũ, qui iuriſdictionis præeſt, deſideriũ ſuum vel amici exponit, vel alterius deſiderio cõtradicit. l. ſciẽdum. §. j. & ibi p doct. & l. Paulus. la j. & ibi Bar. ff. de le. & ideo ex hoc qđ dr̃ in iure, concluditur, q̃ conſulens in camera propriè nõ dr̃ aduocatus, nec prohibitus aduocare, cenſetur prohibitus in camera conſulere, vel facere allegationes in ſcriptis, ſm eundem ibi: & cõſentit Bar. in l. j. ff. de va. & extraor. co. ¶ Primò vero quæritur, qualis debeat eſſe aduocatus, ſciens videlicet, vel ignorans? Et dicit gl. in l. j. ff. de poſthu. q̃ non debet ſcilicet neceſſario habere literas: ſed ibi tenet Bar. q̃ doct. ſunt cõtra illam gl. & bene: quia aduocati debent ſtuduiſſe ſaltẽ quinquẽnio, & examinari debẽt à doctoribus, & eorum iuramẽto probari. l. nemini. C. de aduo. de iudi. & no. Bar. in d. l. j. Nec obſtat, quod dicit gl. de iudice. quia ille peritiã habere põt per ſuos aſſeſſores, quod in aduocato non cadit. 2

2 † SECVNDO verò quæritur, quis nõ poſſit eſſe aduocatus? Et dico, q̃ non poteſt primò hæreticus, vel paganus. & excõicatus. j. q. c. j. extrà, de hær. excommunicatus. el j. & de pœ. di. j. nemo uel in foro. item l. nemo. C. de poſtu. & l. nemo. la ij. C. de epi. au. & omnes ſupra dictos. & quemlibet eorum iudex admittens peccare grauiter. & puniendus venit: vt in d. c. nemo vel in foro. & ij. q. iij. excommunicatos. ¶ Secundò ſi ſit monachus aut religioſus: quia tales peccant aduocãdo, niſi pro monaſterio de mãdato prælati. xvj. q. j. monachi. extrà, de poſtu. ex parte. ¶ Tertiò ſi ſit clericus in ſacris cõſtitutus, vel ẽt in minoribus. dum tamen ſit beneficiatus: talibus enim prohibita eſt aduocatio coram iudice ſeculari. niſi in propria, vel pro eccleſia ſua, vel coniunctis, aut miſerabilib. perſonis. extrà, de poſtu. clerici. & c. cum ſacerdotis. An verò coram eccleſiaſtico iud. ce poſſint: ſatis videtur, q̃ ſic: ar. in d. c. clerici. exceptis epiſcopis & ſacerdotib. quibus vr̃ ſimpliciter interdictum coram vtroq; niſi, vt dictum eſt, in quatuor caſibus: vt in c. fi. de poſtu. extrà, ne cle. vel mo. ſacerdotib. xv. q. ij. c. vnico. in gl. xiiij. q. v. denique. Primò, vt dictũ eſt, pro ſe. ſecũdò. pro ſua eccleſia. tertio, ſi neceſſitas imminet, pro pſonis ſibi coniunctis: qui in iſto caſu ſunt vſque ad quartũ gradũ. C. de epiſ. & cle. aut. licẽtia. & C. de aduo. di. iud. l. petitionẽ. Et neceſſitas imminere ſm Pan. intelligitur, quando alium habere non

poſſunt.

poſſunt, vel non æque bonum. quartò, pro miſerabilibus perſonis, quæ ſ. ſunt, quæ per ſe proprias cauſas adminiſtrare non poſſunt, vel eccleſiaſtico auxilio indigētes lxxxvj. di. c. ſi. & lxxxvij. di. defenſionis. C. quando Imper. in pu. & vidu. per totum. In cauſa criminali tamen coram ſeculari iudice nullo modo poſſunt. vt j. §. v. Et intellige dummodo in prædictis caſibus diuinū officiū non omittatur. ar. di. lxxxj. clericus. Et no. q̄ quicunq; beneficiatus in aliqua eccleſia præſtat contra eam pro extraneis beneficium aduocationis aut procurationis, debet illo beneficio ſpoliari: vt ī d. c. ſacerdotis. quod licet de clerico loquatur: tamen etiam idem dicit Inn. de ſeculari ibi: beneficiato. ¶ Quartò iudex & aſſeſſor. non debet quis eſſe iudex vel aſſeſſor in cā, ī qua vult eſſe aduocatus. q̄a duo officia in eadē cā ꝓhibētur exercere. iiij. qō. iiij. c. j. & ii. ¶ Quintò, quædam aliæ perſonæ prohibentur aduocare per canones: vt iij. q. vij. infames. §. tria. vt ſurdus, qui ſ. penitus nihil audit ff. de poſt. l. pe. itē mutus. itē cæcus. ſ. oculo vtroq; priuatus: vt ī d. l. j. itē ꝑpetuò furioſus. itē impubes vſq; ad xvij. annū. itē ſeruus, fœmina. & vir voluntariè paſſus muliebria. ſ. contra naturam. vt in d. l. j. item dānatus capitali crimine, vel calumnia publici iudicij. itē q̄ operas ſuas locauit vt pugnaret in harena cum beſtia. dicta l. j. vbi glo. in verbo, locauerit. dicit q̄ hic eſt infamis ipſo iure. & bene dicit locauerit. ſ. cā mercedis, ſecus vbi hoc faceret ſine mercede cā virtutis oſtēdēdæ. vt ibi in tex. & ratio pōt eſſe: quia ſi ſe vendidit, multo fortius venderet alium. Prædictis addit Sū. Piſ. eum qui amotus eſt à ſenatu. ſed Suppl. dicit de iſto non fieri mētionē in d. l. j. nec ī d. §. tria. vnde Sū. Roſ. eius auctoritatē ſecuta. de hoc nihil dicit: ſed mirū eſt. q̄ hunc nō viderit expreſſum ꝑ tex. in d. §. tria. Adde ꝑdictis generaliter, q̄ ꝑſona infamis non pōt eſſe ꝓcurator: vt in d. c. infames. i. aduocatus ſ̄m gl. ¶ Tertiò, ſpecialiter quæritur vtrū ſacerdotes & epiſcopi, & ſuperiores poſſint aduocare ꝓ alijs? Et Sū. Ang. tenet, q̄ non in quocunq; caſu, quo ad epos corā eccleſiaſtico iudice aut ciuili. xj. q. j. te quidē. di. lxxxviij. prælatum. & c. epiſcopus. xiiij. q. v. deniq;. xxj. q. iij. per totū. Sum. autē Piſ. videtur tenere, q̄ poſſit coram iudice eccleſiaſtico in quatuor caſibus, de quib. dictū eſt in §. priore. & idē vr̄. eſſe de mente Pan. quia extra. de poſt. per totū. diſtinguit: quia epiſcopus in foro ſeculari non debet eſſe aduocatus: quia non eſt decens, vt exhibeat reuerentiā iudici, quā exhibere debēt aduocati, qui debēt ꝓponere ſtando. & nō ſedēdo. l. quiſquis. C. de poſt. Sed corām iudice eccleſiaſtico ſi habeat cām, eſt ī optione ſua, vtrū ꝑ ſe, vel per alium velit promouere. hęc ille. Nec obſt. ſi dicatur, q̄ loquitur de cā epiſcopi: quia cā eccleſiæ eſt eius, cum ſit ſpōſus, & cauſa coniunctorū ſimiliter, & cauſa miſerabiliū ꝑſonarum, cū ſit pater reſpectu earū. Quo ad ſacerdotes autē, planū eſt q̄ poſſunt corā iudice eccleſiaſtico in quatuor caſibus. vt dictū eſt. E à fortiori qui ſunt ordinis inferioris hoc poſſunt, vt §. ſeq. ¶ Quartò, vtrum conſtituti in ſacris non ſacerdotes. i. diaconi & ſubdiaconi poſſint eē aduocati, ſiue beneficiati, ſiue non? Et dico, q̄ ſic. coram iudice eccleſiaſtico, ſecūdum Inn. c. j. de poſt. etiam quo ad negotia: vt patet ſecundum Pan. in d. c. j. à contrario ſenſu. & communiter tenent Doct. & etiam iudicio ſeculari pro negotijs eccleſiaſticis: vt ibidem patet in illo verbo, in negotijs ſecularibus, vbi Inno. arguit dicens: ergo ſecus in eccleſiaſticis. Et dicitur ſecundum Pan. negotium eccleſiaſticum ratione perſonæ: vt quia perſona eccleſiaſtica ſequendo forum rei litigat corā ſeculari. Itē ratione delicti: vt ſacrilegiū. & huiuſmodi. Item ratione rei: vt quia res eſt eccleſiæ. Non licet autem eis aduocare coram iudice ſeculari pro negotijs ſecularibus. c. j. & c. fi. de poſt. niſi in quatuor dictis caſibus ſ. ꝓ cauſa ſua, vel ſuæ eccleſiæ, vel perſonarū coniunctarū, aut miſerabilium, ſ̄m Pan. vbi ſ. & ſecundum Spe. ti. de aduo. Pan. tamen dicit hæc procedere, ſi conſtitutus in ſacris habet beneficia, quibus ſuſtētari poteſt. ſi verò nō habet, licet gl. in d. c. j. dicat, q̄ non poteſt aduocare, ſed debet agere cōtra epm ut ſibi ꝓuideat: melius tamen ur̄ ſecundum Hoſt. q̄ ſi de facto egerit, licet ex tali aduocatione quærere uictū: & hoc uerum eſt. nec dicta gl. ſtare poteſt. quia xv. q. ij. c. unico. conceditur clerico aduocanti, vt recipere poſſit oblata ſponte: tñ nihil pro ſalario quærere debet. & gl. dicit. q̄ hoc non ſeruatur: quia nemo militat ſtipēdijs ſuis. c. cum offieij. de præſcr. quę gl. ſi loquitur de non beneficiatis, habetur intentū. q̄ poſſunt ſalariū petere: ſi vero loquitur de beneficiatis, à fortiori licet petere nō beneficiatis q̄ ſunt ī neceſſitate maiori. & cōſequēter eis licet aduocare. ¶ Quinto, vtrū aduocare poſſint clerici ī minorib. ordinib. cōſtituti? Et dico, q̄ ſi ſunt bñficiati nō poſſunt,

 niſi

niſi corā eccleſiaſtico iudice, c.j. de poſt. q ſecundum Pan.& Hoſt.limitatur, qñ habent beneficiū ad ſuſtētationē: quia alioquin poſſunt ſibi per aduocationē acquirere. Si verò non ſunt beneficiati aduocare poſſunt corā iudice eccleſiaſtico & ſeculari in cā ciuili, nō autē criminali corā ſeculari: vt in c. ſententiam: ne cle.vel mo.xxiij.q.viij.his à quibus diſt.lj.aliquantos. Et licet quidā dicant, eos poſſe poſtulare, ſeu aduocare pro reis, & proſequi appellationē: arg.xxiij.q.v.c.j.& c.eos. tñ tutius eſt abſtinere totaliter.d.c.ſentētiā. & no.gl.in c.aliquantos. ¶ Sextò, vtrū monachus poſtulare poſſit? Et dico q non, niſi expoſcente neceſſitate monaſterij, & abbate imperāte.c.ex parte. de poſt.& vt patet ibi, hoc extendit etiā ad canonicos regulares. & Pan. dicit idē intelligendū de omnibus religioſis, qui largo modo dicuntur monachi: & ſm eundē oportet prædicta duo ſimul concurrere, ſ.neceſſitatē & imperiū: quę ſi cōcurrant, aduocare poſſunt, ēt coram iudice ſeculari, & ſm Pan.ar.c.j.& c.fi.de poſt.ſ. in cauſa ciuili tantum: ſi verò non concurrant, nō licet eis, ēt corā eccleſiaſtico. ¶ Septimò, qūo intelligatur pdicta neceſſitas monaſterij? Et dico, q ſm Doc.ſi cā eſt monaſterij, indubitatū eſt, q eſt neceſſitas, ſi uerò cā non ſit monaſterij, ſed monachus aduocat vt lucretur ad releuandum monaſteriū ab aliqua neceſſitate, vel debito: vtrū ſit licitū in vtroq; foro. Io.An.in reg.in arg. in mercu.concludit, q non.dicit tamen q Abbas Lap.ſeruauit contrariū, & facit p hoc notabile dictum Inno. in c.cū l.& A.de re iudi. vbi dicit, q monachus poteſt eſſe procurator vel aduocatus, & pro amico monaſterij imperante abbate, quia per conſequētiam tractatur de vtilitate monaſterij, quæ per amicos monaſterij promouetur. Pan.autem dicit q primū vr̃ honeſtius & ſecurius, licet adhæreat opinioni Inn.ſed prima magis placet, arg. c. non magno.ne cle.vel mo.xvj.q.j.alia eſt. Sed tamē aduerte, q cleri.vel monachi ſolū prohibentur, vt dictū eſt, poſtulare, qñ indifferenter exercere volunt officium tale, ſm Inno.in c. vnico. de ob. ad ratioci. ſecus ſi volunt ſolū aſſumere ī vna cauſa. & hoc ſequitur Archi. ī c.peruenit.lxxxvj.di.ſed Colle.in c. dilecti. extrà, de arbi.tenet, q nec etiā in vna cauſa. & hoc eſt verius: quia præcepta negatiua obligant ſemper. & ad ſemper. & eadem ratio prohibitionis in omnibus eſt.

3 † OCTAVO, vtrum prohibitus aduocare à iudice vnius ciuitatis, aduocare poſſit in alia? Et dicit gl.in l.j.C.eo. q aut fuit prohibitus ex cauſa quæ infamiā nō irrogat. & ſic phibitio ſe nō extēdit vltra locū iuriſdictionis iudicis phibentis. aut ex cā irrogāte infamiā: & tūc vr̃ phibitus in omni loco: vt l.ex ea.ff.de poſt.no.tñ Bar.in l.Paulus. la j. aliàs incipit, cū. ff.de leg. q phibitus aduocare, ſi mittat ſchedulā iudici, vel ei loquatur non propter hoc videtur aduocare.

4 † NONO, quis ſit debitus modus aduocandi? Et dico ſm Ray. vt nō producat falſa inſtrumenta, aut teſtes falſos vel corruptos: nec mentiatur, nec inducat falſas leges, aut probationes: nec quærat in grauamen alterius partis dilationes non neceſſarias: & q fideliter, quantū iuſtitia pmittit, cauſam foueat, nihil de contingētibus omittens.iij.q.vij. ſi quis aūt.& arg.extrà, de teſt.intimauit. C. de iud.l.properandū.§.illo proculdubio. iiij. q.iiij.c.j.& ij.itē non procaciter aut vociferādo: quia p p hoc impeditur proceſſus. v. q. iiij.in loco.iij.q.vij.ſi quis adeò. Item dicit S.Th.2.2.q.lxxj.q aduocato defendenti cauſam iuſtam, licitum eſt prudenter occultare ea, quæ poſſet impedire proceſſum: non autem vti aliqua falſitate.

5 † DECIMO, vtrum liceat aduocato defendere cauſam iniuſtam? Et dicit S.Th. 2.2. q.lxxj. q ſi hoc ſcienter facit, abſque dubio grauiter peccat: & tenetur parti de damno illato per eius auxilium contra iuſtitiā. Si verò hoc facit ignoranter, excuſatur ſm modum, quo excuſari poteſt ignorantia. Si aūt in principio credidit cām iuſtā, & in pceſſu apparet non iuſta cā, pcedere nō dēt, vt ſ. alteram partem iuuet, aut ei cauſæ ſecreta reuelet. debet aūt cauſam deſerere, vel eum, cuius cauſam agit, ad cedendum inducere, ſiue ad componēdū ſine damno aduerſarij. hæc ex illo. Quandiu autē cā eſt dubia, ſm Verneuc.bene poteſt patrocinari. No. etiam, q ſi ſcienter hoc facit, tenetur etiā cliētulo, ſi eū decepit ſuadēs cauſam eſſe iuſtā, quia aliter non litigaſſet: ar.C.de admi.tu.l. nō eſt ignotum. Vndecimò, qūo eum excuſet ignorantia cauſæ iniuſtæ? Et dico, q ſi prouenit ex culpa ſua: puta, quia non eſt peritus in iure, aut non inquiſiuit à clientulo, vt debuit, merita cauſæ, non excuſatur: ſed tenetur parti læſæ & clientulo, ſi aliter non litigaſſet, ſecundum modum culpæ & regula, de quibus infra, Culpa. Si verò ignorantia illa prouenit ex qualitate negotij, vel falſa, aut mala informatione

informatione clientuli, excuſatur: ſed tñ cognita iniuſtitia cauſæ, eã dimittere tenetur. l. rẽ non nouam. §. patroni. C. de iudi. & ſm Monal. reſtituere tenetur ſalarium receptũ. quod verum eſt, ſi fuit in culpa: non aliter, ſecundum Hoſ. & eſt mens S. Tho.

6 DVODECIMO, † vtrum aduocatus habens iuſtam cauſam, licitè poſſit vti cauillationibus? Et dicit gl. in c. cupientes. in verbo, malignantiũ. de elec. li. 6. dicit conſueuiſſe, qđ habẽs ius in principali, cauillationes & malitias aduerſarij per alias repellere põt. & ſic põt intelligi c. nullus. 4. q. 4. & de hoc 13. q. 2. domi. noſter. Et ibi gl. ibidẽ tenet, dicẽs quod per inſidias, & dolũ licitè vincere poſſumus hoſtes: vt 22. q. 2. c. vtile, dũ tñ hoſti fidẽ nõ rũpamus. Idẽ dicas de aduocatis, qđ ſi habent iuſtam cauſam, licitè poſſunt decipere aduerſarios ſuos. hæc glo. ſed intellige, dũmodo non opponant falſas allegationes, aut faciat aliqd de ſe malũ. ſicut do. Matth. 21. volẽs excludere principũ cauillationes, qui interrogantibus de vna quæſtione non reſpondit: ſed aliã oppoſuit, uolẽs clauũ clauo retundere, & oſtendere licitum eſſe cautelis uti contra malignorum cautelas.

7 DECIMO tertiò, † vtrũ aduocatus aduocare poſſit pro vtraq; parte bona fide? Et Sũ. Roſel. tenet, ꝙ nõ (quia inquit) nõ video quomodo vtriq; partium contrarium purè ſeruire poſſit. Sed Sum. Ang. & Spe. in tit. de aduo. tenet, quod ſic in caſu, & facit quod no. xlv. diſt. diſciplina. in tex. & in gl. qđ Archi. limitat, quando ex aduocatione non fit præiudicium parti. Sed veritas eſt, ꝙ vbi ſcit iuſtitiam, uel iniuſtitiam cauſæ, hoc non poteſt: quia ſemper ex una parte tueretur iniuſtã cãm ſcienter, qđ non licet. vbi uerò hoc neſcit, ſed eſt in dubio, ſicut licitè põt tueri ſingulas, ita & utraſq; partes: quia in caſu dubio patrocinari põt, ſm Sanct. Tho. & Rod. Quod indubitãter uerũ eſt, primò ubi poſtquã patrocinatus eſt uni parti, & deinde cognoſcens ſe malè allegaſſe, reuocat ſuũ conſilium ut tenetur, caute tñ ꝑꝑ ſcandalum puſillorum: ar. Bart. in l. fi. C. de fur. & Ang. in l. Labeo. ff. de aqua plu. ar. Ioan. And. in c. fi. de teſti. Secũdò, in diuerſis articulis, & diuerſa inſtantia: puta, aduocãdo pro una parte in cauſa principali, & pro alia in cauſa appellationis cauẽdo tñ à ſcandalo puſillorũ. gl. in l. fi. ff. de poſt. Spe. tit. de aduo. Ioan. And. & Præpoſi. in c. diſciplina. diſt. xlvj. Sed in eadẽ inſtantia etiam in dubijs hoc fieri non põt: tum quia non eſt ſine ſcandalo & detrimento famæ, niſi rariſſimè: tum quia uidetur impoſſibile, ut uiſa materia diligenter habeat bonã fidẽ reſpectu vtriuſq; cauſę: tum etiã, quia videtur contra iura: quia allegans contraria non eſt audiẽdus. l. j. C. de fur. l. cũ precum. C. de li. cau. de app. ſolicitudinẽ. ad fi. Vnde eo caſu dẽt ex toto deſiſtere: uel in dubio eligere partẽ rei contra actorẽ, iuxta regulã, cũ ſunt, in ſexto. uel cõſulere pro matrimonio, pro teſtamẽto, pro dote, pro libertate, uel pia cauſa: ut in dubijs tex. dicit eligendum. de re iud. c. fi. de proba. ex literis. de fi. inſt. inter dilectos. ad fi. Aliter eſt ꝑuaricator & puniendus. l. j. C. de aduo. diu. iud. ij. q. 3. c. fi. & gl. ĩ d. c. diſciplina, & ibi Dñi. & Prępo.

8 DECIMOQVARTO, † vtrũ poſſit quis aduocare contra eũ, à quo recipit beneficiũ ſine ingratitudine? Et dico, ꝙ nõ: ut patet in c. fi. de poſt. unde põt donatio libera, uel gratuita reuocari. ff. de inoffi. teſt. l. Papini. & arg. d. c. fin. iuncto c. fi. de dona. donatio tñ uel beneficiũ factũ ratione laborũ, ac ſeruitiorũ reuocari non põt, ratione ingratitudinis: quia non eſt gratuitũ. Facit l. Aquilius Regulus. ff. de don. ubi donatio facta magiſtro ratione diſciplinæ. non eſt mera donatio. Fallit tñ qđ dictũ eſt de aduocato, quando aduocat ꝓ ſe, uel pro patre aut matre impotẽte, vel alia perſona miſerabili: ut colligitur ex Spe. in tit. de aduo. quia tunc põt ſine ingratitudine. Et ex his colligitur primò, ꝙ clericus, qui contra eccleſiam à qua beneficiũ obtinet, pro extraneis aduocat, uel ꝓcurator eſſe præſumit, poſſet tanquã ingratus huiuſmodi bñficio ſpoliari, ſm Pa. de poſt. & probatur ꝑ c. fi. ibi. ſecũdò, ꝙ vaſallus aduocans cõtra dominũ, poſſet feudo priuari.

9 DECIMOQVINTO, † vtrũ aduocatus aduocare poſſit cõtra remp. à qua ſalariũ recipit. Et dicit Bart. in l. ij. C. de aduo. di. iud. ꝙ non. ſed contrariũ ſentit Pan. & Spe. in tit. de aduo. dicẽs iſtum textum intelligẽdum in beneficio gratuito: cuiuſmodi non eſt ſalarium. & de hoc §. priore.

10 DECIMOSEXTO, † vtrum iudex teneatur dare aliquando aduocatũ. Et dico, ꝙ ſicut eis, qui aduocatũ habere non poſſunt ꝑꝑ paupertatẽ, aut partis aduerſæ potenti. ff. de off. proc. l. nec quicquã. §. fi. Et ſi hoc iudex alicui aduocato pręcipiat, & ille deneget ſine cauſa: põt per iudicẽ perpetuo remoueri ab officio aduocationis. C. eo. prouidendum. vnde obedire debet: ſi tamen ſibi

ſalarium compètens ſtatuatur: de quo J. §. ſeq.& iterum in alio ſequenti.ita tamen ſm Hoſt.ꝙ ſi indigens aduocato ſit pauper, aduocet gratis, à Deo remunerationem expectans, quod ſi non facit, vr̃ peccare: intellige,niſi & ipſe ſit pauper.¶Decimoſepti mò,vtrũ aduocatus poſſit ſalariũ petere? Et dico ſm Ray. ꝙ poteſt petere moderatũ à principio,vel in fine cauſæ. qđ quidẽ dr̃ moderatũ conſiderata cauſa,quantitate,& labore,& conſuetudine regionis, & ſciẽtia,ac honeſtate aduocantis.3.q.7.§. apud vrbẽ.& ar. 12.q.ij.Vulteranę.&c.cõceſſo.extrà,de pręben.de mulcta.ver.circa ſublimes.& diſt.lxj. miramur.& concor. S. Tho.22.q.lxxj. Imò in principio cauſæ ea nondum incœpta.petere põt vt libet:niſi vbi alius bonus non inueniretur: quia tũc nõ põt petere niſi moderatũ:arg.eorũ, quæ notan.in l.j. C.de epiſc. aud. Non tñ põt in vna cauſa ſalariũ petere vltra centũ aureos, ſm leges.ff.de va. & extraor.co.l.j.vel 20.libras, ſm Greg.decimũ. licet hoc ſit reuocatũ per proemium 6. Nec ſimiliter poteſt illud petere cum graui damno litigatoris.3.q.7.§.arcẽtur.Nec cauſa incœpta,& non finita, põt cum litigatore paciſci: qa poſſet eſſe occaſio magni mali.ibi. §. præterea. & videndo cauſam in periculo poſſet clientulum cogere, vt ſalarium daret ad libitum. nec finita cauſa petere poteſt,niſi moderatum: vt colligitur 3.q.7.§. arceantur. iuncta glo.

11 ET† ratio,quia vbicunq; ſtatutũ vel cõſtitutio loquitur in materia iuris, & aliquas cauſas excipit, non ꝑ hoc firmat regulam in non enumeratis contra ius cõmune antiquum, quinimo in caſibus non exceptis ſuppletur,à iure cõmuni. Facit c.ad audiẽtiam. cum ibi no.de cle.non reſi.& gl.Bar.in l.ſerui. ff.de vſuca.ubi no.volunt, ꝙ ſi vnum ius ponit regulam,& excipit aliquos caſus cum dictione taxatiua, ꝙ nihilominus excipiuntur alij caſus, qui reperiuntur à iure excepti in alia parte iuris. Facit etiam c. quoniã frequenter.iuncta gl.j.reſpon.ut lit.nõ conteſt. & gl.in l.j.C.de condi.inde.quę videtur vel. le, ꝙ excepto vno caſu à regula,videntur excipi omnes ſimiles, ſatis eſt tãtum vnum poſitum exempli gratia.ar.l.non poſſunt.ff.de legi. & c. translato,de conſtit. Et quod dicitur,exceptio firmat regulam in nõ exceptis, vt in c.dominus.23.q.7.& in c.quoniam.de cõ. lepro.dẽt intelligi,ꝙ regula firmat in caſibus diſſimilibus, & non exceptis ſpecificè. Facit lex j.ff.quod vi aut clã. & c.cum dilecta,de confir. vti. Diſtinguẽdum eſt tñ,quia ſi caſus conſimiles non excipiũtur ſpecificè alibi. tunc in materia fauorabili, & pia extẽditur ꝑ idẽtitatẽ rõnis,vt ſentit gl. in l.illud, C.de ſacroſan.eccl. ſecus in mã reſtringibili. vt no.in l.ij.C.de pa. ꝗ fil.di. Vide qđ no.in c.inter alia.de immu.eccl.& d.c.cũ dilecta,& d.c.quoniã.& no. illud, quia facit ad multa.

12 DECIMOTERTIO,† vtrum prædicta ſolemnitas requiſita tolli poſſit.Et dico, ẽm Pan.in d.c.nulli,ꝙ niſi alienatio fiat ſeruata illa forma, & in caſu à iure cõceſſo,eſt nulla.Et de formæ defectu eſt clarũ, ꝗa ſemper ĩducit actus nullitatẽ, ꝗa forma dat eſſe rei.& ꝓbatur in c.tua.de his quæ fi.à præla. & in d.c.fine.12,q.ij.De defectu aũt caſus legitimi, probatur in d.c.nulli.quia ꝓhibetur alienatio rei eccleſiæ à iure, ergo alienatio eſt nulla,niſi ſit in caſu cõceſſo.l.non dubiũ. C.de leg.& in regula,& ea quæ,de re.iur.lib. 6.licet aliud tenuerit gl.12.q.ij.in ſum.& d. c. ſine. vbi voluit tenere alienationẽ ſeruata forma etiam non facta in caſu licito.& hoc vr̃ ſequi Arch.allegans.c.cũ nos. de his quæ fiunt à præl.dicẽs tñ,ꝙ ſi alienatio fuerit dãnoſa eccleſię,reſtituitur.extrà, de in int. reſ. c.j.ſed primũ eſt verius. Vide tñ quæ no.d.

Ant.

Ant.de But.in c.quia pleriq;. de immu.eccl. vbi dicit ꝙ ſi alienatio facta fuit in caſu licito, licet defuerit ſolēnitas iuris.ſi nulla fraus cōmiſſa fuit & īteruenit cōſenſus eorū, qui habebāt conſentire.in foro aīæ.eſt tutus iſte habēs ſine ſolēnitate quia quantū ad metas iuris nulis. vbi eſt verus titulus, quāuis deficiāt ſolēnitates poſitiuę:q.a,inquit,in foro aīæ ſufficit cōtractū tenere ſm limites iuris naturalis ſeu gentiū.ad qđ ſufficit cōſenſus. Et hæc opi. placet Pan. in c.quia pleriq;. de immu.eccl.& in c. requiſiuit. de in inte.reſt.

13 †ET pro hoc adducit ſingulare dictum Inn.in c.quia ꝑ.ꝑ.de elec.dicētis.ꝙ ſi electio tenuit de iure naturali, ſcilicet ratione conſenſus eligentiū, licet ſit nulla ꝑ ſolennitates iuris poſitiui non ſeruatas,nō tñ tenetur electus in foro conſcientiæ renuntiare, quia ius poſitiuū adinuenit iſtas ſolennitates ꝑ ſcandala. & deceptiones euitandas. vnde ex quo omnia iſta ceſſant, & interuenit verus conſenſus, ſatis eſt tutus quo ad Deum. Et no.hoc dictum: quia valet in omni actu . in quo eſt pretermiſſa ſolennitas iuris poſitiui, ſeruato iure naturali.

14 †DECIMOQVARTO, vtrum recipiens eccleſiaſticā rem ſine dicta ſolēnitate, teneatur eā reſtituere cū fructibus? Et dicit Mon.ꝙ ſic,nec poteſt repetere pretiū ab eccleſia.xij.q.ij.nō liceat.qđ limitatur verum, niſi in duobus caſibus.primò ſi pretiū eſt cōuerſum in vtilitatē eccleſię.ar.c.j.de depo.ſecundò, qñ cauſa alienationis fuit legitima, ſed non fuit ſeruata forma,quia in cōſcientia nō tenetur reſtituere, iuxta dicta ī §.priore. Hæ duæ limitationes ſunt in Sū. Ang.ſed in prima aliter eſſet diſtinguēdum: quia ſi talis emit mala fide & detinet, perdit indiſtinctè in foro iudiciali pretiū, nullū habēs ad illud regreſſum :ſecus ſi ignoranter & bona fide emit,ſm Inno.Cal.Imol.& Abb. in c.ſi quis presbyterorum.de reb.ecc. nō alie.cū ſua cōcor.quibus plures addit Fel.in c.cū cauſa.de re iudi. Quod tñ in foro cōſcientiæ nō procedit: quia ſi effectu alienatio vtilis eſſet eccleſiæ,oīa ſtarent, & cōtrahentes eſſent tuti ēt à cenſuris latis ad euitandas fraudes eccleſiæ ꝓiudiciales, ſi interuenerit conſenſus eorum, qui de iure gentium habēt conſentire: vt rector eccleſię ſit ſolus,vel caput cū membris ſi ſit cum collegio.Ita tenet But.& Ab. in c.quia plerique.de immu.eccl.Feli.de cōſtit.c.j. & ſic intellige dicta in §.priore.

15 †DECIMOQVINTO, vtrū prohibitus alienare,locare poſſit ad magnum tpſ. Et dicit Pan.in d. c.nulli.ꝙ non,vt eſt tex. in cle.j.de re.ecc.nō alie.& gl.ibi. in verbo, ad tpſ modicum . dicit ꝙ hoc determinat tam verbum,locationes,ꝗ verbum,venditiones: vt ſit ſenſus,ꝙ locatio ad modicū tpſ & venditio fructuū ad modicum tpſ non includitur ſub prohibitione. Dr autem modicum tpſ.ſm gl.ff.de ſuper.l.j.§. quod autē ait iudicis arbitrio cui relinquitur, tñ ſi.gl. vr dicere, ꝙ modicum tempus dicatur ĵ. decennium.C. de preſc.lon.tem.l.fi. Sed circa hęc aduerte ad extrauagantem Pauli, quā habes in calce operis huius.de qua dic vt ĵ. Lex.§. vj.de lege moribus vtentium non recepta.

16 †DECIMOSEXTO, vtrū prælatus qui iurauit nō alienare incōſulto papa,alienare poſſit non obſtāte iuro? Et dicit Pan.in c.vt ſuper.de re.ecc.nō alie.ꝙ aut res eſt modica,vel modicæ vtilitatis:& tūc non includitur ſub iuro de nō alienando:quia non eſt veriſimile ꝙ ſuperior voluerit iſtū illaqueare in iſtis minimis, cū iſta modica ſint exempta ab omni ſolēnitate iuris.vt in c.terrulas xij.q.ij. vnde iurm ſimpliciter pręſtitum debet intelligi ſm materiā ſubiectā . & ſm iuris diſpoſitionē. Itē iurm eſt ſtricti iuris , & cōſequenter debet reſtringi:arg.c.pen.de iureiu.& hoc notabis ſemper.Et idē ſentit Feder. nā hodie plati cōiter iurant nō alienare inconſulto papa.Et ſic debet intelligi tex.in d.c. vt ſuper.ꝙ non obſtante iuro poſſit iſte hāc alienationē facere.& ſic procedit expoſitio Gof.qui exponit,concedimus, id eſt cōceſſum eſſe oſtendimus.& ſimile habeť xiij. di.c.nerui. Aut res eſt non modica:& tūc diſtingue ſm formam iuri. Nā aut iurauit nō alienare ſimpliciter:& tunc in caſu vtilitatis eccleſiæ poterit alienare:quia in caſu neceſſitatis eccleſię hoc iurm nō adſtringit : vt in c.fi.de ecc.edi.ergo nec in caſu vtilitatis:q.a neceſſitas & vtilitas æquiparātur in iure: vt no.xij.q.ij.in Sum.vñ refertur illud iurm ad alienationē illicitā : vt ſic ꝓlatus metu iuramenti facilius abſtineat ab alienatione illicita.Aut iurauit non alienare inconſulto papa:& tunc alienare non poterit:quia tūc fieri non pōt alienatio ēt licita inconſulto papa:cùm hoc importent illa verba. Itē neceſſe eſt, vt dicta verba ītelligātur de alienatione aliàs licita: q.a incōſulto papa nō faceret illicita.Et ita volūt cōiter Doc. Aut iurauit non alienare ſine licentia ſuperioris: & tunc idem dicend , vt proximè dictum eſt . Hæc

Pan.vt in d.c.vt ſup.& idē tenet in c.fi. ubi facit ſingularē theoricā ex illo tex. ꝙ iurm ſimpliciter præſtitum de reb.ecc.nō alie.reſtringitur ad alienationē illicitam, non aūt ad neceſſariā. Et idē putat de ea,quæ fit ob utilitatē. Quantū vero ad præſtitū ſecundo vel tertio modo dicit:ꝙ ſi imminet ſumma neceſſitas,& tantam requireret celeritatē,ꝙ ſuperioris conſultationem non patiatur:putat alienationē fieri poſſe cōſenſu papæ,vel alterius ſuperioris, cui fuit tale iurm præſtitum minimè requiſito: arg.optimū in l.tutor qui repertorium, ff.de admin.tuto. vbi in cauſa neceſſitatis poteſt tutor inuētario non confecto adminiſtrare bona pupilli,ꝙ aliàs ceſſante neceſſitate non poteſt. Facit quod not.Io.de Fan.in cle.de reb.eccle.vbi dicit in caſu illius cle.poſſe fieri alienationē impunè,illa ſolennitate nō ſeruata,ſi neceſſitas non capit tantā dilationē. & idē tenet Pan.in diſputatione,cōdēnatus.&c. Et hæc nota: quia faciunt pro exēptis habentibus ſuperiorem in locis remotiſſimis. Ioan. tñ And.dicit ſm aliquos hoc iurm non ſolum extendi ad illicitam alienationem: ſed non potuerunt, inquit, defendere cōſiliū ſuum. & contra eos inducit tex. in c.aduerſus. de immu.eccle.vbi etiā neceſſaria vel vtilis cōtributio nō fit incōſulto papa:ne quid agatur indiſcretè. Sed hoc dictū Io.And.intellige verum eſſe regulariter: cum quo ſtat quod dicit Pan.ſcilicet de caſu ſummæ neceſſitatis.¶ Decimoſeptimò,vtrum legatus de latere poſſit dare licentiam alienandi contra prædictum iuramentum.Et reſpondet Spec.in tit.de diſpenſatio.ꝙ non. & idē tenet Panor.in d.c.fina.

17 †DECIMOOCTAVO, vtrum ꝑlatus eccleſiæ renūciare poſſit exceptioni cōpetenti eccleſiæ,aut tranſigere euidenter in damnū eius. Et dicit Pan.in c.j.de depoſ.ꝙ nō.ſm Inn.ibidem,niſi ex ſpeciali cōceſſione papæ.& facit l.præſes.C.de tranſact. & l.cōtra iuris ciuilis regulas.ff.de pact.Ex quo infertur,ꝙ cedere non pōt liti & cauſæ, aut tranſigere,niſi ſit cauſa euidens,& ſolēnitas debita,ſi actio ſit ad rem immobilem:iuxta not. in c.nulli liceat.de reb.eccl. non alie.ſi verò ſit ad rē mobilē,ſic pōt:vt no.glo.in d.auth.hoc ius.Et hoc eſt verius ꝑ l.cū hi.§.ſi.cùm lis.ff.de tranſac. & l.non ſolū,C.de ꝑd.minor.quāuis aliqui teneant indiſtinctè, ꝙ trāſigere pōt:vt no.Albe.in d.auth.hoc ius.

18 †DECIMONONO,vtrum prę̄latus ſolus poſſit repudiare legatum ſine ſolennitate præfata,maximè de re immobili.Et videtur,ꝙ non: quia incōtinenti eccleſiæ etiā ignoranti fuit acquiſitū dñium rei legatæ. l.cum pater,§.ſurdo.ff.de leg.ij. & cōſequēter ſi prælatus repudiaret, alienaret rem acquiſitā eccleſię:ſicut de hoc eſt caſus in ſimili l.magis,§.fundū.ff.de re.eo.vbi dicit tex. ꝙ pupillus non pōt repudiare fundū ſibi legatū: cùm non poſſit alienare rem ſuā. Sed hoc nō obſtante vř cōtrarium. Et arguitur ꝙ hoc poſſit: quia dñium non eſt verè acquiſitum eccleſiæ ante acceptionē legati: & cōſequenter repudiando potius nō acquirit ꝙ̄ alienet. In non acquirendo autē ſolennitas nō requiritur. Et facit c.cum apoſtolica.de his quæ fiunt à prælā: vbi ſolennitas requiritur,cū alienatur res quæ poſſidetur ab eccleſia.& nō eſt par ratio,lucra nō capere,& quæſita perdere.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus.ff. de dona. inter vir.& vxo. & hanc rationem Feder.conſi.viij.inducit & ſequitur, tenens ꝙ repudiare pōt vtrūq;.Pan.in c.tua. de his quæ fiunt à prælat.dicit,ꝙ caſus iſte eſt dubius,licet ſuſtētari poſſit opinio Fede. & ad §.fundū.quo multum vrget, dicit poſſe dici,ꝙ loquitur in pupillo, qui ſuarum rerum non habet adminiſtrationē: ſecus in prælato.Vnde quemadmodū tutor tenetur,ſi potuit acquirere pupillo non acquirit.l. quicquid.C.arbit.tut.& prælatus,vt eſt tex.cum gl.xij.q.iiij.c.ij. & pro hoc gl. xvj.q.vj.§.fi. quæ dicit, ꝙ in acquirendis prælatus poteſt conditionem eccleſię facere deteriorē.Pau. autem de Caſt.in conſi.xj.tenet, ꝙ non pōt repudiare legatum,ſed donationē ſic.quod dicit probari ex l.magis puto.§. fundum.ff. de reb. eor. qui ſub tute. Ratio diuerſitatis eſt:quia,in donatione nō acquiritur donatario.niſi volenti,& nō ignoranti:ſed in legato ſufficit factum teſtatoris ſolius, quia acquiritur ignorāti,licet reuocabiliter.l. cum pater.§.ſurdo.ff.de le.j.& d.§. fundū.& conſequenter legatū eſt quæſitū ipſo facto. Et huic ſnīę hę̄ret Sum.Ang.ſed Sum.Roſ.hoc reprobat:q̄a vř tex.in cōtrariū in c. verum de cōd.ap.vbi Pan.ſummādo illū tex.dicit, ꝙ res donata eccleſiæ ſub mō, ſtatim eſt eccleſię:nec reuocatur modo nō ſeruato, niſi hoc expreſſū ſit in cōtractu: & cōſequenter apparet,ꝙ donatio facta eccleſię,ſtatim tenet,ēt facta ſub mō:& cōſequēter ius eſt acq̄ſitū eccleſiæ ēt ignorāti, licet reuocabiliter:ſic dř de legato.vnde in vtroq; intelligitur

tur tacitè iſta cõditio, ſi eccleſia volẽt: quæ tñ conditio nõ facit donationẽ, aut legata conditionalia.ff. de cõd.& dem.l. conditio nes.& ſic ius eſt acquiſitũ eccleſiæ: & in acquiſitis ſolus ꝓlatus nõ põt eccleſię nocere: vt dicit gl.& doct.xvj.q.vi.§. ſi.& ſic tenẽda eſt diſtinctio Bar.in l.iubemus nullam,C.de ſac.ſan.ec.vbi optimè diſtinguit poſt gl. q̃a ꝓlatũ ꝑiudicare poſſe,eccleſię cũ multipliciter poſſit intelligi: aut intelligit̃ cõtrahẽdo, & ſic non põt ei ꝑiudicare, niſi licitè cõtrahendo: vt dicit l.iubemus. & auth.hoc ius. eo.tit.Aut aliq̃d faciẽdo: & hoc dupliciter: quia aut loquimur in q̃rendis, & põt eccleſiæ ꝑiudicare.Aut in iã q̃ſitis: & hoc dupliciter:quia aut negligẽdo, & ſic põt ꝑiudicare,puta faciẽdo cõtra ſe ꝓſcribi, vt in auth. quas actiones.e.ti.Aut aliud faciẽdo,& hoc dupliciter: q̃a aut facit cũ capituli cõſenſu: & põt ei ꝑiudicare:ita loquitur dicta lex, iubemus.Aut ſine cõſenſu capituli, & tũc nõ põt:vt in regula,delictũ.hæc ex illo. Sed tñ intellige,ꝙ dupliciter eſt aliquid eccleſię q̃ſitũ,primò.quia ad eã pertinet de iure & facto:quia.ſ.iã eſt in poſſeſſione pacifica:& in talibus,ſi ſunt immobilia, ꝓlatus etiã cũ c. ꝑiudicare,aut renũciare nõ põt, niſi in caſibus & modo ſ.expreſſis.ſecundò, quia pertinet ad ipſam de iure,ſed non de facto:puta,quia ſuper eo litigatur:& in talibus ſicut põt ꝓlatus cum c.tranſigere, ita vr̃ ꝙ poſſit renuntiare, etiam ſi ſint immobilia. ſed de hoc nõ põt in foro animæ,niſi ex aliqua rationabili cauſa: quia nec ipſe nec capitulũ ſunt domini, ſed diſpenſatores rerum eccleſiaſticarum: ideò nihil ſine peccato de his diſponere poſſunt, niſi conformiter ad voluntatem veri domini,id eſt,Dei.

19 †VICESIMO, vtrum reuocari poſſit donatio facta ſub modo, ex quo ſolus ꝓlatus modũ nõ ſeruauit.Et dico ſm̃ Pan. in c. verum,de cond.ap. ꝙ licet tam in contractibus nominatis,q̃ non noĩatis, ſi modus appoſitus fuerit finalis cauſa contractus, poſſit agi ad reuocationẽ, ſi modus non ſeruatur:vt in l.cùm te fundum.C.de pactis inter emp.& ven.& l.j.C.de don. quę ſub modo, ſi tñ modus non fuit finalis cauſa contractus,non agitur ad reuocationem,niſi ſit dictum,vt poſſit reuocare:ſed ad obſeruantiã modi.Et ita debet intelligi tex. in l.ea conditione.C.de reſci.vẽ. ſed reſpectu donationis factæ eccleſię.tex. vr̃ ſing.in d.c. verum. ꝙ ſemper debet pręſumi, ꝙ modus non ſit finalis cauſa contractus: q̃a ſm̃ Pan.donans eccleſię ſub modo,vr̃ principaliter donaſſe propter Deum,& pro remedio ſuorum peccatorum.Ad quæſtionẽ igitur motam, Vincen.in d.c.verum.vt recitat Pan.dicit ꝙ nõ: vt ſi daretur eccleſiæ poſſeſſio ſub modo,ꝙ alienari non poſſit, & ſi alienetur,dictũ eſt, quod poſſit ab eccleſia reuocari: nõ poteſt fieri reuocatio ſolo prælato alienãte: quia, inquit, delictũ ſolius prælati non debet eccleſiæ nocere:vt in regula,delictum.ſecus ſi alienat ꝓlatus cum c.& idẽ dicit in alijs modis.Et idẽ ſentiunt doct.in c. breui. de iure. Sed reſpectu conditionis implendę, ad hoc vt res requiratur, ibidem dicunt aliud eſſe: quia tunc ſatis eſt,quod prælatus nõ impediat conditionem ad hoc,vt res non acquiratur eccleſiæ. Et ratio diuerſitatis eſt, ſm̃ Pan. quia in quęrẽdis ſolus prelatus poteſt eccleſiæ nocere:nõ autem in quęſitis,vt dictum eſt.Quomodo autem differat modus & conditio,vide ĩ.Conditio.

20 †VIGESIMO PRIMO, vtrum pactum appoſitũ in donatione facta eccleſiæ, vt alienari non poſſit,ſit licitum? Et vr̃ expreſſum,quod ſic.§.ſanctiſſimas.in auth. de alie.& emphy.colla.ix.vbi dr̃,ꝙ res eccleſię alienari poſſunt pro redẽptione captiuorũ: niſi ſint donatę eo pacto, vt alienari nõ poſſint. Sed dubium eſt, quid faciendum ſit, ſi neceſſitas immineat. Quidam igitur,vt recitat gl.tenẽt indiſtinctè, vt alienari nõ poſſit quocunq; caſu talis res, etiã pro redẽptione captiuorum:vt vr̃ in d.§,Alij dicunt, quod in tali caſu alienari poteſt,dummodo eccleſia non habeat alias poſſeſſiones:nõ autem ſi alias haberet ꝓp inhibitionem teſtatoris, vel donatoris. quã opinionem tenuit Hug. x.q.j.ſic quidam.& do.Ant.dicit,ꝙ alienari poteſt, etiam pro vtilitate, quę neceſſitati ęquiparatur in hoc à iure.xiij. q.ij. ſine exceptione.& ſimiliter dicit Dir. quod alienari põt in caſibus à iure conceſſis, ſi non ſint alia,quę poſſunt alienari.xij.q.ij.aurum.nã pactio ne liceat mihi rem meam alienare, reprobatur à iure.ff. de pact.l.pen. Et idem ſentit Gof. & Hoſti. & multi alij. & placet Pan.quia ſi aliter ſenſiſſet donator, nõ videretur fuiſſe mẽtis cõpos:cũ inſtante tali neceſſitate pia,ipſe hoc facere debuiſſet: vt in c.ſicut.xlvij.di.Idẽ prius ſentit Ray.dicẽs,ꝙ eo caſu ꝓhibitio facta à donatore, tanquã turpis, pro nõ adiecta habenda eſt.& cõcor. Gof.Inno.& Hoſt. Si autem legaretur mo-

 naſterio,

naſterio, ꝙ poſſeſſiones tenere non põt addita pena ſi alienetur, ſm Arch. non erit locus huic pœnę: quia cõditio tanquam turpis habenda eſt. Et intellige non eſſe locum huic pęnæ, ſi vendantur in quocũq; caſu, ẽt extra neceſſitatẽ. Nec obſt. d. §. ſanctiſſimas, quia ſm Arch. illud non eſt verum, nec valet tale pactum: cum ſit contra legem Dei. c. aurum. ꝙ licet loquatur de mobilibus, tamen quando ſunt pretioſa, comparantur immobilib. quo ad difficultatem alienãdi, vt dictum eſt.

21 VIGESIMOSECVNDO, † vtrũ œconomus eccleſię, cui in caſu alienatio cõmiſſa eſt, poſſit illã facere ſuis cõſanguineis? Et dicit Pa. in c. vt ſuper. de reb. ecc. non alie. ꝙ Legiſtę tenent, ꝙ per auth. quibuſcunq; modis. C. de ſacroſan. eccleſ. politam. x. q. ii. ſimiliter nec alius adminiſtrator, cuiuſcunq; ſit conditionis. ſed Panor. dicit hoc non eſſe verum in prælato, ſed in œconomo, & alijs. Sed tamen in coſcientia credo, ꝙ poſſit, ſi hoc facit ex legitima cauſa, bono fine, & ſine damno eccleſiæ: ar. c. j. de coh. cleri. & mu. in tex. & in glo.

22 VIGESIMOTERTIO † vtrum ſede vacante alienari poſſint bona eccleſiarũ? Et dicit Pa. in c. j. ne ſed. vac. ꝙ ſi ſunt bona, q̃ ſeruando ſeruari nõ poſſunt: tunc in eccleſia epali œconomus ſiue capitulũ ſine alia licentia poterit: ſicut dicimus in tutore. l. lex quę tutores. C. de adminiſtratione tutorum. & l. tutor qui repertoriũ. ff. eo. Si verò bona ſeruari poſſunt: tunc in eccleſia epali alienari non poterunt ſine licentia Papæ: arg. dicti capitis primi. & in c. j. de reb. eccleſiæ non alienandis. lib. 6. In eccleſia verò inferiori, ſi magna neceſſitas vrget, & eccleſia diu eſt vacatura, nec prelati creatio cõmodè expectari põt, tunc in iſtis duobus caſibus dicit Inn. qđ dabitur curator bonis: & per illũ alienatio fieri: nec prius fieri poterit etiã ꝑ archiepiſcopum, quàm ſit datus adminiſtrator eccleſiæ vacãti: vt in d. c. j. li. 6. & facit l. ij. ff. de cu. bo. da. & qđ no. in cle. ij. de reb. eccl. non ali c. & concordat Ant. & Hug. ¶ Vigeſimoquarto. vtrũ prelatus habens bona diſtincta à bonis capituli, poſſit illa concedere alicui ad vit. ipſius prelati ſine capituli cõſenſu; & alia ſolẽnitate? Et dicit Pan. in c. cõtinebatur de his quæ fi. à prælat. Feder cũ conſi. l. tenere quod ſic. v. de Doct. in c. veniens. de tranſact. & maximè cauſa pietatis: per tex. iuncta glo. 16. q. i. vide Arch. in c. j. de rebus eccle. non alien. lib. vj.

23 VIGESIMOQVINTO, † vtrũ in alienatione rei minoris requiratur aliqua ſolennitas? Et dicit Inn. in c. j. de reb. eccl. non alie. li. 6. qđ ſic. ſ. cauſæ cognitio. & decretũ, & cauſa legitima. C. de predi. min. l. minorũ. & l. minores. ff. de reb. eo. q. ſunt ſub tu. l. magis puto. §. nõ paſſim. & §. ſi æs. Et hoc verũ, etiã in mobilibus pretioſis, ſm eundẽ ibidẽ: aliàs habent contra poſſidentem rei vendicationem: contra tuto. aut curato. perſonalem actionẽ tutelæ vel nego. geſt. d. §. ſi æs. & §. ſeq. C. de præ. mi. l. ſi præſes. De alienatione rei mulieris, vide j. Cõſiliũ. §. xix. in fi.

24 VIGESIMOSEXTO, † quõ intelligitur vtilitas eccleſię: pro qua fieri dẽt alienatio? Et dico ſm Lan. qđ oportet pretium rei venditæ eſſe verſum in vtilitatẽ eccleſiæ: & ſic illã utilitatem eſſe perpetuã & euidentẽ: ut in ędificijs perpetuis, emptionibus alienarũ rerum, uel ſolutione debiti grauis, & emptor dẽt eſſe curioſus, ut uideat qđ ſic cõuertatur. Sed tñ Zaba. ſuper cle. monaſteriũ. eo. titu. dicit non eſſe neceſſe, qđ duret uerſum in utilitatem eccl. & glo. x. q. ij. c. ea enim. §. hoc ius. dicit, qđ non oportet emptorem ſcire ad quẽ uſum pecunia cõuertatur: ſed ſufficit probare, qđ tunc eccleſia pecunia indigebat. Vel põt dici, qđ vtilitas iſta iudicãda eſt arbitrio boni uiri: ſicut qñ omnibus conſideratis iudicatur, ꝙ eccleſia bene facit: uel q̃a inde percipit reditum maiorem: uel ſi parẽ aut minorem, tamen commodiorem, uel aliquid tale. Ita fuit de mente gl. in c. ea enim. §. hoc ius. in uer. probat. x. q. ij. Nec inuenitur aliquo iure cautũ, ꝙ oporteat emptorẽ aſſecurari de iſta utilitate: ſed ſufficit ſibi rẽ emere iuſto pretio: reliquum relinquere cõſcientijs vendentium.

25 VIGESIMOSEPTIMO, † vtrum alienationes bonorũ eccleſiaſticorũ factæ à ſchiſmaticis, uel intruſis ualeant? Et dico ꝙ nõ. extrà, de ſchiſ. c. j. 12. q. ij. alienationes. & tenentur reſtituere omnes prædicti locata, & res, & fructus perceptos. & qui percipi potuiſſent: ſicut & q̃libet raptor. extrà, de reſt. ſpo. grauis. & q̃ talibus alienationib. innitit, eſt excõicatus: vt infr. Excõicatio. 8. §. 8. ¶ Vigeſimooctauo, vtrum ualeat alienatio facta per eum, qui crimen capitale commiſit, etiã ad piam cauſam? Et dicit Inn. in c. quia ꝑꝑ. de elect. ꝙ alienatio tenet, dũmodo fiat ante ſententiam. l. poſt contractum. ff. de dona. & l. ſi quis poſt hac. C. de bon. dam. quæ præcipit, ꝙ bona illius, qui cõmiſit crimen

capitale,

capitale, publicentur. & intelligēda eſt poſt ſententiā inuenta, vel ex ſuſpicione pœnæ alienata: vt ff. de don. cau. mort. l. ſi aliquis. Fallit tñ in crimine læſę maieſtatis: vt in gl. d. l. poſt contractū. ſimiliter & hæreſis: vt in c. cum ſm. de hær. lib. vj. quia ſunt in commiſſum, à die commiſſi criminis: vt ī. Hæreticus. & idem dicito in crimine quocunq;, per quod bona perpetrātis eſſent ipſo facto confiſcata. ¶ Vigeſimononò, vtrum valeat alienatio facta ī fraudē creditorū, vel patronorū? Et dicit Inn. vbi ſ. quod non, quia venit reuocanda: vt ff. de his quæ in frau. cre. per totū, imò quamuis non ſit facta in fraudem: ſi tamen fraus eſt in ipſo facto, reuocatur, l. omnes. §. Lucius, ff. eo. tit. Vtrum aūt valeat alienatio rei litigioſæ, vide ī. Ceſſio. Vtrum autē valeat alienatio fundi dotalis, vel rerū donatarū propter nuptias, ī. Dos. Vtrū aliqui prohibeantur alienare, & qui ī. Donatio. §. j. De alienatione bonorum mobilium, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, facta per eccleſiaſticas perſonas, ī. Clericus, quartò, per totum.

## DE AESTIMATIONE.

1 *Aeſtimationem, rei taxationem, aut eius pretij diffinitionem eſſe, & reſpectu temporis quando ea fieri debeat, & quid reſpectu quantitatis.*

2 *Aeſtimatio venditionem quot caſibus faciat. Et ibidem ſubditur limitatio. vtrum autem periculum tranſire faciat, remittit.*

1 AESTIMATIO† ſiue ęſtimatio rei, eſt taxatio vel diffinitio pretij eius, q̄ quantū ad tempus, fieri debet tēpore contractus: de emp. & vend. cū dilecti, & in l. ij. C. de rei ven. quantum verò ad quantitatem, fieri debet ſm reditus, quos affert, ſi ſit fructuoſa: ſm gl. in auth. de alie. & emphy. §. ſanctiſſimas. & facit tex. ibi. & in auth. de ecc. ti. §. ſi aūt annale. & tex. in l. ſi quis, C. de rei ven. q̄ūo eā æſtimando tantū valere debet, quod fructus producit in annis xx. vt in auth. de nō alie. §. q̄a verò Leonis. vel ſi eſt res, quæ debetur eccleſiæ, in xxxv. annis: vt in d. §. ſi aūt annale. Si verò non eſt fructuoſa, æſtimabitur ſecundū quod cōiter appretiatur. l. pretia. in princ. ff. ad leg. Fal. Hodie tamen hoc locum habet in omnibus rebus: & de hoc ſ. Emptio. §. iiij.

2 †AESTIMATIO aūt venditionē facit in duobus caſibus. Primò, cū eo animo fit, vt ipſa p̄ſtetur: ſecus ſi fiat, vt appareat quāti res ſit facta deterior: vt in l. ſi inter virum. C. de iure do. quod tūc apparet, q̄ñ in pacto eſt, vt tranſacto certo t̄pe res, quę æſtimata data eſt, reddatur: quia tunc venditionē non facit. vt in d. l. ſi inter. Secundo q̄ñ res ſimpliciter datur æſtimata in contractu, de cuius natura eſt, vt dñium trāſferatur: vt in l. quoties: & in l. plerūq;. ff. de iure do. & l. æſtimatio. ff. ſol. mat. ſicut ſi mulier dedit viro ſuo rē ęſtimatā, cēſebitur vir emiſſe. Fallit hoc, q̄ñ natura cōtractus repugnat, vt faciat venditionē: vt in l. ſeruos. ff. famil. ercis. Sicut ſi ego & tu ſumus hæredes & facimus ęſtimationē de hæreditate: tūc nō facit vēditionē. Vtrum autē ęſtimatio faciat periculū tranſire in accipiētē, vide ſ. Caſus fortuitus. §. v.

## DE ALIMENTIS.

1 *In legatis alimentorum appellatione, quid contineatur. Et quid ſi victus, alimonia, aut cibaria relicta ſunt.*

2 *Parentes num liberis & contra, alimenta exhibere teneātur, & ibidē aliquot limitationes. Mater autē liberos quandiu exhibere atq; alere debeat. Et ſub hæc quid de viro reſpectu vxoris. Item de nuru, ac pronuru, & ſocero.*

3 *Fr̄ fratrē nū alere teneatur. Et an dñs ſeruum.*

4 *Tutor pupilli matrem, aut ſororem, nū iure alere obſtrictus ſit. & quatenus extendantur alimentorum præſtationes.*

5 *Qui mulieri alimenta debent, nū etiā & dotem. Anū āt & patrē filius quatenus cōuenire poſſit.*

1 ALIMENTORVM† nomine in legatis veniunt veſtimēta, & calceamēta, lectus habitatio, & hm̄oi, ſine q̄bus homo viuere nō p̄ōt: vt ff. de ali. & ci. le. l. legatis. & idē eſt ſi legatus eſt victus: vt in ff. de ver. ſi. l. verbo, victus. Secus ſi cibaria ſunt relicta: vt ff. de ali. & ci. leg. l. ante pe. Et ſimiliter noīe Alimētorum veniunt medicinæ, ſm Dy. Ang. & Imo. in l. cū dotē, §. ſi maritus, ff. ſol. ma. per l. verbo, victus. cū ſeq. vbi eſt caſus. ff. de ver. ſig. & ꝓbatur in l. legatis. ff. de ali. & cib. leg. & Bal. in l. rebus. ff. cōm. quāuis dixerit cōtrariū in d. §. ſi maritus. ꝑ copulā, q̄ ponitur inter diuerſa: ut no. gl. in rub. ff. de iur. & fa. ign. Sed hoc nō eſt uerū: quia ibi ponitur inter genus. & ſpēm: ut in ſimili no. gl. in l. j. C. de ſer. & aqua. Appellatione tñ cibariorū nō ueniūt medicinę: ſm Ang. in d. §. ſi maritus. Similiter noīe alimoniæ ueniūt neceſſaria uitæ, ſm Pan. in c. cū ſm. de p̄b. & patet ex c. nō liceat. de p̄b. in fi. literę, quod nomē, ſcilicet uitæ neceſſaria, importat ueſtes, cibos, medicinas, & hm̄oi: ſicut dicimus de alimētis legatis in d. l. legatis, ubi ēt tenet Bar. q̄d ille, cui debētur ali-

 menta,

menta, dr̄ habere expenſas pro ſtudio neceſſario, ſine quo viuere non poſſet, ſm̄ competenti ꝑſonę: puta grāmatice & huiuſmodi. ſed ſecus de expenſis in ſtudijs, in quibus dr̄ militare, ſine quibus honeſtè viuere poteſt. Et idem notatur in l. de bonis. §. non ſolum. ff. de Car. edic.

2 PRIMO † vero quæritur, vtrum parentes filijs, & econtra, teneantur pręſtare alimēta? Et dico quod ſic. & omnia onera inuicē ſufferre. C. de alen. lib. l. j. ij. & iij. Fallit hoc, qn̄ filij poſſent ſibi ſufficere in alimentis ex ſuis bonis, vel artificio. qđ ſm̄ Bar. limita, niſi ſit nobilis, quē talē artem exercere non deceat. adde etiam, niſi ſit infirmus: vt ff. de lib. agno. l. ſi quis à liberis. Et idē puto in liberis erga parētes. ff. de alen. li. l. ſi quis. Fallit etiā, quia mater nō tenetur, niſi pater, vel aſcendētes ex eius linea deſierint, vel ſint egētes. ut l. ſi q̄s. §. vtrū. & l. nō quemadmodū. ff. de alen. li. Fallit etiā, vt ĩ. Filius. Nomine etiā patris hic veniūt, omnes aſcendētes ex linea paterna & nomine matris, ex linea materna. Nec diſtinguo, an filius ſit emācipatus nēcne, vel an ſit legitimus nēcne: quia de iure canonico tā pater, q̄ mater, tenetur alere ſpurios: vt no. Inn. in c. ij. de regula. & Pan. in c. cū haberet. de eo, qui dux. &c. & cōſentit Bar. Idem dic de filio adoptiuo. Nota tñ ſm̄ Bar. in d. l. ſi quis. qđ pater non tenetur alere filios ex iure patriæ poteſtatis: ſed ex charitate, & iure naturali, ĩ. Filius. §. 21. & 22. ¶ Secundò, utrū mater omni tēpore teneaẗ alere filiū? Et dicit Bart. vbi ſ. quod ad eā ſpectat onus alimentorum intra triennium: ut l. nec filiū. C. de patr. pot. qđ intellige, ſi pōt. vltra triennium aūt educatio pertinet ad patrē, niſi mater eſſet diues. & pater pauper: quia tūc ipſa filium alere teneretur. ¶ Tertiò, vtrū uir vxorem alere teneatur, & nurū, ac pronurū? Et dico quod ſic. ff. de do. inter vir. & vxo. l. ſi quis pro vxore. & econtra vxor virū, ſi vxor ſit diues, vir aūt pauper. C. vnde vir & vxor. auth. preterea. ff. ſol. mat. l. ſi cū dotem. ff. ad Sil. l. j. ff. de iure dot. l. tutus. Et ſimiliter ſocer tenetur alere nurum. Fallit primò, ſi in cōtrarium pactio fiat. Secūdò, ſi vir aut vxor eſſet in culpa, quo minus alter exhiberet obſequia debita: arg. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. cum ſimi.

3 † QVARTO, vtrum frater teneatur alere fratrē ſi egeat, & eadem ratione ſororem? Et dico ſic ſecūdum gl. in l. parentum, C. de alen. lib. & d. l. ſi quis a liberis. quā approbat Sal. in d. l. parentum. dicens, hoc eſſe rationabile: quia ſi tenetur alere fratrē naturalē tantum: vt in aut. licet. C. de nat. li. multo magis naturalē, & legitimum: arg. ff. de admi. tut. l. tutor ſm̄ dignitatem, §. in ſoluēdis. Et idem dicit Bart. ¶ Quintò, vtrū dominus teneatur alere ſeruum? Et dico q̄ ſic. ff. de admi. tut. l. cum plures. §. pe. alioquin fiet, quod eſt in l. ij. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & in l. vnica. §. ſed ſcimus. C. de lati. lib. tol.

4 † SEXTO, vtrum tutor teneatur alere matrem, & ſororē pupilli, ſi egēt? Et dico q̄ ſic: vt in d. §. in ſoluendis. Et nota, q̄ parari debent alimenta, ſm̄ conſuetudinem regionis arbitrio boni viri, & ſecundum facultatem debentis, & dignitatem legatarij, ſm̄ Bar. in tract. de duobus fratribus. facit l. alimenta, ff. de alimen. & cib. leg. & l. cum hi. §. in perſona. ff. de tranſa.

5 † SEPTIMO, vtrum qui debet mulieri alimenta debeat & dotem? Et dico, q̄ pater tenetur dotare filiam baſtardā, ſicut & alere. Et caſus eſt in l. vxorē, §. pater naturalis, ff. de leg. iij. q̄a cauſa dotis fauorabilior eſt, quàm alimētorum. Frater etiam tenetur dotare ſororē, ſm̄ Bar. in l. dedit. ff. de colla. bono. & de hoc eſt gl. in l. cū plures. ff. de adminiſt. tut. Sed tñ ex do. Alex. de Imo. in l. j. ff. ſol. ma. no. qđ nō ſequitur: pater tenetur alere filiā naturalē: ergo tantū dare in dotē, qđ ad alimēta ſufficiat: quia annua. & menſtrua præſtantur alimenta. l. pecunię. ff. de alim. & cib. leg. dos aūt vnica præſtatione tradi dēt. Vnde non parū intereſſet patris, potius minutatim pręſtare alimēta, q̄ dotē vnico aceruo exponere. Adde etiam, ſm̄ eundē, quod nec pater, nec auus coguntur filiam dotare, niſi prius deducto ne egeant: vnde tantū eis ſupereſſe dēt, q̄ poſſint commodè viuere, & ſm̄ dignitatē. quod probatur primò ex l. fi. C. de do. promiſ. ibi in verbo, idoneam. iuncta gl. Secundū hoc apparet manifeſtè, quia ex nulla obligatione pater, vel auus poſſunt à filio conueniri vltra quàm facere poſſunt, & deducto ne egeāt. l. ſunt qui. & l. inter eos. ff. de re iud. Quando aūt maritus facit uxorem vſufructuariam & dominā, vide infrà, Vſusfructus. §. 13. particula 6.

## DE ALTARI.

1 *Altare cuius materiæ eſſe debeat. Et ibidem quotuplex ſit. Et quantæ magnitudinis, aut paruitatis portatile altare eſſe poſſit. Et quot modis vnūquodq; inſtituatur. & quis poſſit altare inſtituere. nume. 2.*

3 *Altare*

3 *Altare portatile, num ex duobus lapidibus inſertis duobus lignis inuicem colligatis inſtar tabulæ altaris, quæ occludi, ac aperiri poſſit inſtar libri, vt in altero lapide hoſtia, in altero calix locetur, inſtitui queat.*

4 *In altaris conſecratione, num Chriſti corpus, reliquiarũ loco, q̃ deſunt, apponi poſſit. Et an in eccl. eadẽ, eodemq; die plura poſſint altaria cõſecrari.*

5 *In altari portatili quis celebrare, ac Chriſti corpus conficere queat. Et nũ in quo eps celebrauit, poſſit eodem die ſacerdos celebrare.*

6 *Altare ſiue ſtabile, ſiue portatile, qualiter, ac quot modis execretur, vt rurſus conſecratione egeat.*

7 *Eccleſia execrata, num execratum quoq; ſit altare, vt noua egeat rurſus conſecratione. Et quid ſi polluatur eccl. Et abs quo tũ vtrũq; recõcilietur.*

1 ALTARE† nõ dẽt eſſe ligneũ vel terreum, ſed lapideũ. de conſec. di. j. altaria. el j. S. Tho. 4. diſt. 13. & ij. parte. q. lxxxiij. Et eſt duplex. vnum ſcilicet ſtabile, & aliud viaticũ, id eſt, in via portandũ, vel portatile: vt in c. quoniã, de priui. li. 6. Quod quidẽ quaſi deſcribẽs Pan. in c. j. de conſec. eccl. vel alta. dicit, quod paruus lapis cõtinens in ſe foramẽ cũ cõſecratione, & ſigno ſuperpoſito. Et ꝑ conſecrationẽ capit res ſacras clauſas ſigno. i. ſigillo. Et hoc altare tãte dẽt eſſe latitudinis, & longitudinis, ſm Pet. de Pal. in 4. ſcilicet lapis in capſula, qđ in eo capi poſſit pes calicis, & hoſtia conſecrata: vel qđ in cõficiendo cũ ſacerdos tenet in manibus panẽ, aut calicẽ ſ. lapidẽ teneat: & ſic ſuper lapidẽ conficiat. ar. c. cõcedimus. de conſec. di. j. ſed intellige, qđ iſta ſint ſuper lapidẽ, pro maiori parte. Et ſic habẽs calicẽ minimũ, poteſt conficere in paruiſſimo lapide. ¶ Primò verò dubitatur, quomodo inſtituatur altare? Et dico quod Pan. vbi ſ. innuit, quod altare ſtabile fiat tribus modis, dicẽs, qđ cũ altare, ſcilicet ſtabile conſecratur, fit vnũ foramen paruum, vel in ſuperiori parte in ipſa menſa lapidea altaris, vel ante altare, vel in latere dextro altaris: & poſt conſecrationẽ clauditur lapide paruo quadrato, vel rotundo, qui vocatur ſigillũ: & in ipſo foramine ponũtur reliquiæ, & nomẽ ipſius cõſecrãtis, & nomẽ ſancti, in cuius honorem conſecratur. Sed vt patet ꝑ Inn. in c. j. oportet addere quartum modũ: quia aliquãdo ipſum foramẽ fit in ipſo altari ſub menſa, & eadẽ menſa clauditur. Altare aũt portatile, etiam ipſum fit tribus modis, quãtũ ex eccleſię practica colligitur: quia aliqñ fit ex ligno & lapide: ita qđ lapis eſt ſigillũ, & ſepulcrũ eſt in ligno: aliqñ verò ex lapide ſolũ, ita qđ in ipſo lapide eſt ſepulcrũ: aliqñ ex ligno & lapide, ita tñ qđ in lapide eſt ſepulcrũ & ſigillũ, & lignũ ponitur ꝑ augẽda latitudine: aliqñ aũt fit ĩ lapide ſolo, ſine ſepulcro & reliquijs: ſed iſte quartus modus nõ eſt tutus: quia licet dicat Hug. de cõſe. diſt. j. nullus. nõ eſſe de ſubſtãtia conſecrationis, vt reliquiæ ponãtur: & idẽ Aſten. tenet lib. 3. tit. xxxix. de altari portatili, allegãs c. concedimus. de conſe. diſt. j. iura aũt, quæ loquũtur contrariũ, dicat loqui de altari ſtabili: & facit rubrica in miſſalibus antiquis, dicẽs, qđ ſi reliquiæ nõ fuerint, dimittatur illa particula orationis, oremus te Domine ꝑ merita illorũ Sanctorum, quorum reliquiæ hic ſunt, &c. Tamen oppoſitum vr̃ eſſe in cõmuni vſu, & conſuetudine eccleſiæ, & doctrina Sanctorum hoc magis ſonat.

2 SECVNDO, † quis poſſit inſtituere altare? Et dico quantũ ad conſecrationẽ, ſolus eps inſtituit. i. cõſecrat, tã ſtabile, q̃ viaticũ. de conſe. diſt. j. c. nullus. el ij. & c. cõcedimus. nõ aũt presbyter. 26. q. j. miniſtrare. ſed quãtum ad extructionẽ, ſiue erectionẽ, eius portatile quidẽ inſtituere põt quilibet lapicida, cũ nullo ſit iure prohibitũ: ſtabile verò licitũ eſt presbyteris erigere, vel inſtituere in eccleſia nõ cõſecrata: in cõſecrata verò nõ niſi de licẽtia epi. ar. lxviij. diſt. quãuis. & de conſe. diſt. j. nullus presbyter. Et eodẽ modo in eccleſia cõſecrata ſine cõſenſu epi nõ ſunt altaria deſtruẽda. ar. de cõſec. di. j. c. eccleſię. & c. placuit. ſecus in non conſecrata. ar. à cõtrario ſm glo. in c. quamuis. præallegato.

3 TERTIO, † vtrum inſtitui poſſit altare portatile, ex duobus lapidibus inſertis duobus lignis inuicẽ colligatis ad modũ tabulę altaris, quæ claudi põt, & aperiri ad inſtar libri: vt in vno lapide hoſtia, in alio calix collocetur? Et dico hoc fieri nõ poſſe licitè ſine peccato, vt in eo celebretur, niſi fortè de ſpeciali licẽtia Papæ: quia eſt contra vniuerſalẽ cõſuetudinẽ eccleſiæ: & cõtra myſteriũ, quo altare Chriſtum ſignificat, in quo nõ eſt, niſi vna perſona: quia in iſto caſu, cũ ſint duo altaria, ſicut & duo lapides, conſequenter in Chriſto ſignificaretur duplex perſona. Et pręterea idem eſſet, ac ſi in vna eccleſia cõſecraretur corpus, in alia ſanguis: nec eſſet differentia, niſi maioris & minoris diſtantię: qđ non videtur bene ſonare.

4 QVARTO, † vtrũ in cõſecratione altaris poni poſſit corpus Chriſti loco reliquia-

rũ, quæ deficiũt? Et dico, qđ Ioan. in c. placuit, de conſe. diſt. i. tenuit, qđ ſic. Hug. etiam dixit nõ eſſe de ſubſtãtia conſecrationis, qđ reliquię ponãtur, vt dictũ eſt. Hoſt. aũt in Sũma, refert ſe cõſuluiſſe Innocentiũ Papã, ſuper dicto Ioannis, vtrũ. ſ. liceat ponere corpus Chriſti &c. & illũ reſpõdiſſe de conſilio aſtantiũ, qđ non: ſed rationem non reddidit: quam tñ reddidit Io. And. dicẽs, ideo poſſe eſſe, quia corpus Chriſti eſt cibus animæ. de conſe. diſt. ij. panis. nec dẽt conſeruari, niſi cauſa infirmorũ, vel alia de cauſa neceſſaria: vt in c. vnico, de conſec. euc. & vti debemus rebus ad vſum deſtinatũ. in c. iij. de appellat. Et hęc opinio multũ placet Pa. licet, inquit, feratur, ꝙ Leo Papa deficientibus reliquiis dedit partẽ corporalis, & Euchariſtię in conſecratione cuiuſdã eccleſiæ: vr̃ mihi, ꝙ hoc ſit ꝑuertere vſum ſacramẽti. ¶ Quintò, vtrũ eodẽ die in eadẽ eccleſia poſſint altaria plura conſecrari? Et dico ꝙ ſic: ſicut & conſecrari poſſunt plures epiſcopi eodem die. c. cùm ſis. de conſecrat. eccleſiæ vel alta.

5 SEXTO, † quis celebrare poſſit ſuper altari portatili? Et dico, ꝙ in omni miſſa celebranda oportet eſſe altare conſecratum, vel ſaltẽ parua tabula lapidea, quę dr̃ altare viaticũ, in quo epis & eorũ ſuperioribus cõceditur celebrare in itinere, & celebrari facere vbicunq;. de priui. quoniã. li. 6. Et idẽ Prędicatoribus & Minoribus cõceditur, vt vbicũque libere. i. ſine licentia diœceſanorum celebrare poſſunt ſuper eo ſine præiudicio eccleſiæ parochialis. extra, de priuileg. in his. Ius autem parochiale, vt habetur in quodã priuilegio Gregor. noni, quod incipit, nos attendentes. circa tria cõſiſtit. ſ. oblationes, decimas, & primitias. Pro his tñ no. ꝙ ſm Inn. vt ei adſcribit Sum. Roſ. de iure cõi licet celebrare ſuper altare portatili in loco nõ conſecrato, ſine licentia epiſcopi: ſed ſm Pan. poſt Arch. requiritur licentia epi in eccleſijs non conſecratis. Et hoc eſt verũ, alioquin dictum priuilegiũ fruſtra cõcederetur epiſcopis. & facit c. vnicuiq;, & c. ſi quis, de conſecra. diſt. j. vbi dr̃, quod in priuatis oratorijs non debet celebrari ſine licentia epi. & intelligitur cũ altari portatili: quia aliter licentia epi non ſufficeret. dictũ tamen Inn. ſm Rich. eſt verum in caſu magnæ neceſſitatis, vbi licentia haberi non poſſit: quia ſcilicet tunc locum haberet ratihabitio. ¶ Septimò, vtrũ in altari, in quo celebrauit eps, poſſit eadem die celebrare ſacerdos? Et dico qđ non, ſm Ioan. de conſecr. diſt. ij. c. ſi. niſi de licẽtia epi, aut in neceſſitate, cùm eps perficere non poteſt. 6. q. j. nihil. hæc glo.

6 OCTAVO, † qualiter execratur altare, vt ſit recõſecrandũ? Et dico, ꝙ ſtabile violatur, vel execratur, quantũ colligitur ex doctoribus in rub. & in c. j. de conſe. ecc. vel alt. quatuor modis. Primò ſi menſa penitus vel enormiter frãgatur, ſic vt appareat deformitas, quod ſm Hoſt. arbitrio epi determinabitur, quanuis Io. exponat. i. vltra medietatẽ: vel etiã ſm Rhod. ſi fracta fuerit ĩ cornibus, in quibus conſueuit fieri cõſecratio, ſecus ſi fractura eſſet modica. extra. eo. ligneis. & idẽ eſt ſm Hoſt. ſi ſit mota. qđ Ro. intelligit qñ erat affixa. & de hoc ĩ. §. 7. Secundò, ſi mota fuit iunctura, qua menſa ſtipiti adhæret. & hoc ſiue ſepulchrum ſit in latere altaris, ſiue ẽt multo magis ſit ſub ipſa mẽſa. Nã in illa coniũctione præcipuè intelligitur eſſe cõſecratio altaris, ſm Pan. in c. propoſuiſti. de cõſe. ecc. vel alt. Tertiò, ſi quid de lapidibus ſtipitis tangẽs ipſam mẽſam moueatur: vt in c. ad hoc, & in c. qđ in dubijs. eo. tit. ſm Ray. qđ tñ gl. & Rod. & Arch. intelligũt, qñ menſa fundata eſt ſuper quatuor colũnas, quarũ vna mouetur: ſecus de lapidibus parietis, vel de ipſo pariete, cui compaginatũ eſt altare in quibuſdam eccleſijs: quia ꝑꝑ motionẽ taliũ lapidũ, vel parietis, altare manens immotũ non execratur, aut recõſecratur. & idẽ de lapidib. ſtipitis nõ tãgentib. menſam, ſm Sũ. Piſ. & idẽ de tangẽtibus mẽſam, ſed nõ principalibus: vt in Sum. Conf. li. iij. tit. 24. q. cl. & hoc niſi tot moueantur, qđ altare formã amittat, ſm gl. Ray. vt ibi. Quartò, ſi moueatur, vel frangatur, vel minuatur ſignũ ſepulchri. de cõſec. diſtin. j. ſi motũ. x. eo. qđ in dubijs. Et hoc vbicunq; ſit ſigillũ, etiã in latere, ſm Arch. Quintò, ſi tantũ augeatur, vel minuatur altare, ꝙ formã amittat: quia forma eſt eſſe rei. ar. x. q. ij. hoc ius. & hoc tenet gl. in c. j. de conſ. eccle. vel alt. Quatuor primi modi ſunt etiam de mẽte Pa. in c. ad hæc. & in c. qđ in dubijs, eo. ti. De quinto verò indirectè loquitur in c. ligneis, eo. tit. vbi dicit, qđ vbicunq; contingat enormis fractura in altari, execratur, quia videtur perdere formam: nõ aũt ſi fractura non ſit enormis. hæc ille, qui vr̃ idem ſentire de enormi, vel notabili addito: quia ratio eſt eadẽ. Portatile aũt execratur multis modis. Primò per remotionem lapidis à ligno, qñ ſepulcrũ eſt in ligno, ſm mẽtem Io. An. in c. ligneis, eo.

tit. Se-

tit. Secundò, qñ mouetur ſigillum ſepulcri exiſtentis in lapide, ſiue lapis ſit in ligno, ſiue non, ſm Inn. & Pan. & omnes. Tertiò, ſi lapis ipſe notabiliter frangatur: vt in d. c. ligneis. & hoc ſolo modo violari põt, quando nõ habet reliquias. Nõ aũt execratur pp hoc, qꝑ in eo celebrauerint degradati, & huiuſmodi, vt indigeat reconſecratione. extra, de ſac. non iter. à nobis. Et idẽ vr̃ de reconciliatione, qꝑ ſ. ea non indiget. cũ nullo ſit iure cautum. ar. c. is qui. de ſent. excom. li. 6.

NONO, vtrũ execretur altare portatile, ſi lapis ſit in ligno, & ſepulcrũ in lapide, & amouetur lapis à ligno, ſtãte ſigillo ſepulcri? Et dicit Abbas, & Io. And. in d. c. ligneis. qđ non: quia conſecratio eſt in lapide ipſo. Pa. aũt ibi dubitat: quia cum, inquit, altare recipiat formã ab ipſo ligno, & lapide: puta q̃a lapis eſt ita paruus, qđ non ſufficit ad formã altaris viatici, ſublato ligno verũ eſt dicere, qđ altare patitur enormẽ læſionem. hæc ille, cuius opinionẽ approbat Sum. Ang. qñ lapis eſt ita paruus, qđ continere nõ põt calicem cũ hoſtia, eo modo, quo debent ſuper ipſum poni ad celebrandum. Aliàs vera eſt, inquit, opinio Abb. & Io. And. Ego dico, qđ prima opi. eſt vera indiſtinctè & indubitatè: quia ex quo altare non põt conſtare ex ligno, de cõſec. di. j. altaria. conſecratio vel eſſentia altaris, nec põt eſſe in ligno, nec in connexione ad lignũ: ſicut conſtat in connexione menſę ad ſtipitem lapideum in altari ſtabili: quia ille ſtipes eſt pars integralis altaris, cũ ſit lapideus: & ideò remoto lapide à ligno, nulla fit diminutio ĩ ſubſtãtia altaris: vnde aut prius nõ erat conſecratum, aut eſt etiam poſt. Et per hæc patet ad motiuum Pan. quia aſſumit tria dicta falſa. Primum, qꝑ altare recipiat formam à ligno, & lapide. Secundum, qꝑ lapis exiſtens in ligno, ſuper quo celebratur, ſit ita paruus, qđ non ſufficiat ad formã altaris viatici: quia quilibet lapis talis quantuncunq; paruus, põt dictam formã habere, & conſecrari: alioquin non execraretur per remotionem à ligno: quia execrari non põt non conſecratum: in eo tñ non licet celebrare, qñ lapis eſt paruus, niſi habenti calicẽ, & hoſtiam in tam parua quantitate, qđ ſuper eo collocari poſſint. Tertium, qđ ſublato ligno læditur altare: quia ſi hoc eſſet uerum, lignũ eſſet pars altaris. Ad motiuũ Angelicæ iã patet. Si enim aliqñ reperiatur, quod lignũ poſſit eſſe altare, uel pars eius, uerum eſt ad hunc ſenſum, quod aliqñ lapis eſt paruus adeo qđ totũ calicẽ & totã hoſtiã locare nõ põt, ſed partẽ horũ maiorẽ, & ornamẽto ligni ſuppletur. Et ſic ĩtellige Albe. in ſuo dictionario, in verbo altare. & gl. in c. altaria. de cõſec. diſt. j. ¶Decimò, vtrũ execretur altare ſtabile mota tabula de loco ad locũ? Et dico, qꝑ gl. in c. j. de conſec. eccl. vel alta. primò dicit, qꝑ nõ: deinde videtur dicere cõtrarium, quod ſic. dñs autem Anto. videtur ſentire, qꝑ ſecundum dictum ſit verum, qñ menſa claudit totam cõſecrationem, id eſt, quãdo ſepulchrum eſt ſub ipſa menſa: quia mota menſa violatur conſecratio. Primum autem eſt verum, quãdo conſecratio, id eſt ſepulchrũ eſt ſuper ipſa mẽſa. Inn. uero eo. ti. in rubri. contrarium ſentit: vbi uult, quod uioletur altare mota menſa, etiam ſi conſecratio ſit in latere. Et hoc probat Pan. quãtum ad altare ſtabile: licet dicat dictum domini Ant. eſſe verum, quo ad portatile. & placet, excepto, quod ſi menſa altaris ſtabilis in ſe habet conſecrationem, & nũquam fuit affixa altari, ſed ſolum ſupra poſita: ea mota, cum ſibi adhærentib. non execratur altare, ſecundum Rodo. Et ratio eſt, quia ipſa menſa tunc eſt altare portatile, & idem Archidi.

7 †VNDECIMO, vtrũ execrata eccleſia execretur altare, vt indigeat reconſecratione? Et dicit Pan. in c. propoſuiſti. de conſe. eccle. vel al. quod non. ſecus ſi polluatur: quia tunc etiam polluitur altare, & indiget recõciliatione. & hoc intellige de altari ſtabili, non autem de portatili. Rationem aũt diuerſitatis ipſe aſſignat: quia, inquit, eſt q̃a conſecratio eccleſiæ conſiſtit in parietibus, & ſeparata eſt à conſecratione altariũ: vnde illa violari poteſt cõbuſtis vel collapſis parietibus, cõſecratione altaris remanente intacta. & ita econtra, deſtructo altari, & parietibus illæſis: ſed pollutio concernit totum corpus eccleſiæ: quia ex homicidio cõmiſſo in eccleſia totũ corpus eius cũ ſit vnũ indiuiduum, polluitur. Vñ etiã in altarib. ante reconciliationẽ eccleſiæ celebrari non põt, cũ ſint in corpore eccleſiæ. Ex quibus elice primò, quod quot modis eccleſia polluitur, tot polluitur & altare, quia ea polluta, polluitur. Secũdò, quod nec altare exiſtẽs in eccleſia, ſine eccleſia, nec eccleſia ſine tali altari polluitur, q̃a polluto altari, polluitur eccleſia: cũ talis pollutio in eccleſia fiat. ſicut ecõuerſo, polluta eccleſia polluit altar, vt dictũ ẽ. ſecus de eo qđ ẽ extra eccleſiã, niſi eet

unum

vnum cum pariete eius. Ab eodem, & eodẽ modo reconciliatur, ſicut & eccleſia. de qua infra Conſecrat.ij.§.vij.& viij.

## DE ALTERNATIVA.

1 *Alternatiua pœnali in complexu orationis locata, ſiue ad iudicem, ſiue ad reum, ſiue ad neutrũ directa, electio cuinam tum libera ſit. Et quid in legatis ſolutè, ac alternatiuè factis.*

2 *Obſtrictus alternatiuè ad alterum duorum præſtandum, num libere vtrum velit præſtare, ac dare poſſit.*

1 ALTERNATIVA ſecundum Iuriſtas, ſecundum Dialecticos dr̃ diſiunctiua: & quando eſt pœnalis, ſm Bar. in l. quicunq;.C. de ſer. fugi. ſi verba diriguntur iudici, tũc optio eſt iudicis: puta cũ dicit, puniatur vel condemnetur. Si verò diriguntur reo, puta, ſoluat mille: tunc optio datur reo. Si verò nec iudici nec reo dirigũtur: puta dicit ſtatutum, ſit pœna pedis aut manus: tunc in pœnis corporalibus electio eſt iudicis. l. j. §. expilatores. ff. de effra. in pecuniarijs erit rei. ar. l. plerunq;. de pœn. vide ĩ. Pœna. §. iij. ¶ Primò verò dubitatur, cuius ſit optio in legatis alternatiuè factis? Et dico, qđ ſm Dyn. de regulis iuris, lib. vj. & doct. in l. Lucio. ff. de leg. ij. ſimilis ſit diſtinctio. Vnde ſi verba ad legatarium referantur: vt lego tibi Titio fundum vel vſumfructum: eius erit optio & vendicabit Titius quod voluerit. Si verò ad hæredem, erit hẽredis. Si verò ſimpliciter ſit legatũ, nõ magis referẽdo verba ad hæredẽ ꝙ ad legatariũ, vel ecõtra, electio ẽ legatarij.

2 † SECVNDO, vtrum, quando quis tenetur ad alterũ duorũ ſub alternatione, poſſit dare quodcunque voluerit? Et dicit gl. in ca. inter cẽteras, de reſcriptis. qđ ſic. Inſtitutio. de hæredib. inſtituen. §. penul. C. de condi. ind. l. penul. & d. l. plerunq;. ff. de leg. ij. l. ſi ita. extra, de præben. referente. Contrariũ habetur Inſti. de leg. §. ſi generaliter. Soluit aũt glo. prædicta, quod prima iura vera ſunt, niſi eligens fuerit in mora. ff. de opt. le. l. mancipiorum. ff. de lega. l. ſtatuliberũ. §. j. ff. de ſoluti. l. Stichum. primo reſpõſo, ff. de petitio. hære. l. item. §. idem rectè ait. Vnde talis ſi loco & tempore debito offerat alterum, cui tenebatur, & noluit recipere, debitor liberatur. Vnde ſi pereat, aut alio modo alienaret, nõ propter hoc tenetur ad alterũ: ex quo ſolus creditor eſt in culpa, per iura primo loco allegata. Si verò nullus ſit in culpa, debẽs duo alternatiuè, puta Stichum, aut Pamphilum: ſi perijt, periculum primi ad venditorem, periculũ ſecundi ad emptorem ptĩnet. l. datio, §. ſi emptori. ff. de ac. empti, & vendi.

¶ AMBASIATOR. ĩ. Abſens, ĩ. Legatus.

¶ AMBIGVITAS. infrà Dubium.

¶ AMBITIO. infrà ſuperbia.

¶ ANGARIA, & Perangaria ĩ. Gabella.

## DE APPELLATIONE.

1 *Appellatio, quæ eſt a minore ad maiorem, ſuperioremue prouocatio, bipartita eſt. Aut enim iudiciaria eſt, aut extraiudicialis. Et ibidem quotuplicem pariat effectum.*

2 *Appellatio, quo iure, & quorſum inducta ſit. Et num Princeps ſolennem formam appellationis ſummouere, ac tollere queat. Et quid de ſubſtantiam reſpectantibus.*

3 *A ſentia Principis, num appellari queat. & an ſupplicem libellũ admittere princeps teneatur.*

4 *Appellatio extraiudicialis, num ſic interpoſita, aut facta, poſt annulet, vt & iudicialis. Et ex qua cauſa extraiudicialis appellatio interponi debeat. Et quid de ſententia excommunicationis appellatione interpoſita.*

5 *Appellare quandiu, ac intra quantum tempus liceat. Et num iudex, tempus appellationi proponendæ, aut proſequendæ deſtinatũ, contrahere poſſit.*

6 *Appellatio qualiter fieri, ac proponi debeat. Et a qua ſententia quis appellare de iure ciuile poſſit.*

7 *Appellatio Canonum iure facilius admittitur. Nam & ab interlocutoria non nodo appellatur, ſed a quauis ſententia, vel grauamine inflicto, quiuis appellare poteſt. Et ibidem varij ſubnectũtur caſus ac modi, quibus id liceat.*

8 *Appellatio quando, & qualiter efficax, atque inualida ſit. Et quandiu de nullitate aduerſus ſententiam obijci queat.*

9 *Appellare quiſdam poſſit, vel id minime. Item abs quo, vbi, & ad quem appellandum. Et ſub hæc Raph. Fulg. cautela pro epiſcopo, vt cauſa nõ poſſit ipſius iuriſdictionem exire.*

10 *Iudex appellationis, ſi deſit, ad quẽ appellãdũ. Et iudicem huiuſmodi deeſſe, quot modis contingat.*

11 *Ab rectore collegij ad quem appellandum ſit.*

12 *Appellans ſimpliciter, iudice ad quem non declarato, ad quẽ appellaſſe intelligendus ſit. Et quid ſi non dixerit, appello, ſed dixerit, ſubijcio me Apoſtolicæ ſedis protectioni, vel alterius iud. ap.*

13 *Iudicis a cuius ſententia appellatum fuerit, quænam partes ſint, & qualiter gerere ſe debeat, ſiue in dandis reuerẽtialibus apoſtolis, ſiue refutatorijs. Et quid ſi in iudicis abſentia ob ipſius metum, appellatum ſit.*

14 *Iudicis appellationis in inhibitionibus decernendis iudici ad quem, ne procedat, quodnam ſit munus, ac partes.*

15 *Statutum*

*15 Statutum, aut municipij constitutio, qua caue-*
*tur, ne ad alium, quam loci iudicem, appelletur:*
*num efficax ſit. Et num ſaltem municipes legem*
*condendo appellationi renunciare poſſint.*
*16 Quid ſi quis a iudice inſtantiæ primæ, iniuriam*
*ſibi illatum iri veritus ac timens, non appellet,*
*ſed eidem ex principis nomine præcipiat, ne iniu*
*riam inferat, moxque ad principem iter arripiat:*
*num huiuſmodi comminata præceptio itinerisque*
*arreptio vim appellationis, & cuiuſnam habeat.*
*Et an iudex contra faciens, puniendus ſit.*
*17 Terminus appellationi proſequendæ definitus,*
*num prorogari poſſit.*
*18 Læſus iudicij iniquitate, num aduerſus iudicem*
*ipſum ad id, quod intereſt, prætextu iniquæ ſen-*
*tentiæ, agere poſſit.*

1 APPELATIO † eſt à minore ad maiorem, vel ſuperiorem prouocatio, ij. q. vj. ca. omnis oppreſſus. & capit. ſi quis. & cap. placuit. Et eſt duplex. ſ. iudicialis, quæ, vt ibi refert glo. ſummaria, eſt prouocatio iniquæ ſententiæ querelam continens, ff. de mino. l. præfecti. ſiue, vt diffinit Pan. in rub. de appella. eſt à minore iudice ad maiorem Prouocatio. Et extraiudicialis, quæ eſt à præſenti aut veriſimiliter futuro grauamine ad ſuperiorem prouocatio. Appellatur enim, & extra iudicium, vt in electione: vt extra de appella. conſtitutus. Prima ſi eſt legitima, ſuſpendit pronuntiatum, ac etiam iudicis iuriſdictionem, quo ad illam cauſam, & ipſius ad ſuperiorem transfert cognitionẽ. ſecundò verò, ſi eſt probabilis, ipſam cauſam ad ſuperiorem transfert: vt ea pendente nihil in ipſius præiudicium attentetur. Vnde appellatio operatur duplicem effectum. ſ. deuolutiuum, & ſuſpenſiuum: qui ſuſpenſiuus eſt triplex, id eſt, in iudiciali: quia ſuſpendit pronūciatum, & iuriſdictionem iudicis, quã tum ad illam cauſam. extrà eo. ſuper. & præſumptionem, quæ erat pro ſententia: ſed tamen non ſemper omnes iſtos effectus operatur. Et exemplum eſt in appellatione ſententiæ cenſuræ eccleſiaſticæ: quia pp ſequentẽ appellationem talis ſententia non ſuſpenditur: ſed appellatio tunc operatur effectum deuolutiuũ, deuoluendo cãm ad ſuperiorẽ. & de hoc ĩ. Excõica. vlt. §. j. Et idem eſt, q ſi appellatur à ſnĩa nulla. quia talis appellatio non ſuſpẽdit pronunciatũ, cum iuribus non ſubſiſtat: ſed operatur effectum deuolutiuũ duntaxat: & hoc reſpectu appellari poteſt à ſnĩa nulla: vt in c. dilecto. extra eo. Cõcordat Pan. vbi ſ. Et quia appellantes debẽt apoſtolos petere ĩtra xxx. dies. vt extra eo. c. cordi. & c. ab eo. lib. vj. Hoc declaro, & dico ſm gl. in d. c. cordi. hoc non intelligi de Petro & Paulo, ſed de lrīs dimiſſorijs, ff. de li. dimiſ. l. vna. que literę dicũtur apoſtoli. ab apo, q eſt de, & ſtolũ miſſio, quaſi dimiſſio, quam facit vnus iudex ad alium. hæc ibi.

2 † PRIMO verò quæritur, quo iure adinuenta ſit appellatio. Et dicendum vr̃, quod ſubſtantia appellationis eſt de iure naturali: cum ſit defenſio quædam, ſeu præſidium innocentiæ: vt in c. ſpeciali. eo. ti. quod etiam excommunicato conceditur, de except. cum inter. formalitas autem eius eſt de iure poſitiuo: vt probatur in l. vna. C. de ſent. præfec. prætorio. nam olim reddebatur ius manu regia: nec etiam inuentę actiones, & ſolennitates iudiciorum, & appellationum: vt in l. ij. col. iij. ff. de origine iuris. Et principaliter inducta eſt ad iniquitatem, vel imperitiam iudicis corrigendam, vel ad ſupplendum quod incautè in priori iudicio fuerat omiſſum. Ex quibus inferri poteſt prima fronte, quod licet princeps tollere poſſit appellationis formalitatem, nõn tamen ſubſtantiam: vt ſ. iuſtitia non reddatur aduerſus iudicis iniquitatem, vel imperitiam: cum tollere non poſſit ea quæ ſunt iuris naturalis, vel gentium: vt in cle. paſtoralis. de re iudi. Eſt autem de ſubſtantialibus eius inter cætera, quod appelletur ad maiorẽ: de accidentalibus verò q̃d appelletur gradatim. vnde valet cõſuetudo, q̃d appelletur omiſſo medio: vt in ca. referente. iuncta gl. de præb. & in ca. Romana. eo. tit. lib. vj. Imo valet appellatio omiſſo medio, etiam ceſſante conſuetudine, ſi nõ fuit obiectum: vt no. gl. in c. dilecti. eo. tit.

3 † SED tamen finaliter teneo, q à ſententia principis appellari non poſſit: nec tenetur admittere ſupplicationem, ſi non vult, quia licet non poſſit directè tollere defenſionẽ, p eo tñ p̃ſumitur, cũ proceſſit cã cognita: ideò nõ eſt dicẽdũ, q defenſionẽ tollat. & ad hoc faciũt multa. hęc omnia Pa. vbi ſ.

4 † SECVNDO, vtrum appellatio extraiudicialis ſic annullet poſt facta: ſicut iudicialis? Et dico ſm Inn. in ca. ex parte. el j. de ver. ſig. quod ſic. & facit cap. ad audientiam. de app. in hoc tamen ſm eundem, eſt differẽtia in ca. j. de his quæ fiunt à ma. par. capit. quia iudex, qui procedit in forma iudicij, debet audire legitimas exceptiones: & niſi audiat, iuſtè appellatur ab eo. Sed ſecus eſt in eo, qui non vt iudex, ſed vt priuata perſona

perficit

perficit factum ſuum : quia iſte in forma iu-dicij non ꝓcedit, nec procedere põt: & ideo nõ dimittit quin perficiat factum, ſuper quo appellatur: nec reuocabitur veritas cãæ: nec ĩputabitur ei, ſi non audit cõtradictionẽ, vel appellationẽ aduerſarij, niſi probet veritatẽ cauſę appellationis: vt de elect. c. cũ dilectus. & melius c. cum inter canonicos. iuncto qđ no. in c. interpoſita, in gl. ĩ ver. ſed ẽt, de app. Et ſic collige. Primò, qđ appellatio extraiudicialis debet fieri ex cã probata iure ciuili, vel canonico, uel conſuetudinario. Secũdò, qđ tenent geſta ẽt poſt appellationẽ ipſam, niſi approbata veritate cãæ. Tertiò, qđ eo ipſo approbatur veritas cãæ, quo nõ probatur cõtrariũ. Quartò, ꝙ ſnĩa excõmunicationis non tenet poſt appellationẽ ex cauſis legitimis interpoſitã, ẽt ſi nõ probatur veritas. qđ quartũ eſt ſpeciale in excõicatione, & cõtra ſ. dicta. Et rõ eſt: quia nũq̃ debet quis excõicari, niſi cã probetur. ij. q. j. de quo vide Inn. in c. dilectis filijs. de app. q in hoc cõcordat.

5 † TERTIO. quãdo appellãdum eſt? Et dico, quod intra decem dies, alias appellatio reiicitur. C. de app. l. vlt. qui dies hodie currunt à die ſnĩæ: vt ibi not. & in gl. ij. q. vj. anteriorum. quia quãtũ ad ſui initiũ, hoc tempus eſt vtile. currit ẽt hoc tempus à tẽpore, quo poteſt agere, vt ibi patet: ſed quantũ ad progreſſum eſt continuũ, vt ibi patet. Vnde ſpontanea appellationis omiſſio purgat ſnĩę turpitudinem: vt no. extrà, de offi. dele. c. paſtoralis. ita quod lapſu decem dierũ ſnĩa, etiã ſi iuſta ſit, excutioni mandatur: quia lapſu termini renunciationem inducit. ff. de acq. hæ. l. quãdiu. in fi. Et hoc niſi iuſta cã ætatis, vel alia reſtitutionem ad appellandũ indulgeat. ff. de mino. per totũ. Nec poteſt iudex hoc tempus decem dierum ad appellandum, ſtatutũ, aut tempus anni, vel biennij ad ipſam proſequendum, & tempus reſtitutionis in integrum conceſſum minuere: vt no. extrà. de ap. cum ſit. & idem eſt, ſm Dy. in omni dilatione, quæ datur ſine miniſterio iudicantis: vt no. extra. de reg. iur. lib. vj. quia indultũ à iure beneficiũ nemini eſt auferẽdũ. Hinc eſt, ꝙ ſi iudex mandat alicui, vt aliquid ſoluat, aut faciat intra x. dies ei licebit appellare. vnde licet ſnĩa ſit data ſub conditione, vel ẽt ad terminum maiorem q̃ x. dierum, tñ intra x. dies debet appellari, licet conditio in ſnĩa adiecta nondum exiſtat, & terminus nondũ aduenerit. ff. qñ appel. ſit. l. j. nec poſt x. dies licebit appellare: vt not. Inn. de app. in c. pręcerea. Sed ſi datur ita breuis terminus, in quo deſperare non poteſt ad plenũ, & ſic incipere põt in prõptu periculum, vt puta triũ dierũ, vel alius minor x. diebus, qui terminus modicus appellatur: licebit à breuitate termini appellare. extra, de dil. c. j. & hoc niſi ex cauſa minor daretur, quę tamen cauſa eſt in dilatione exprimenda: vt no. in d. c. j.

6 † QVARTO, qualiter appellatio eſt facienda? Et dico, qđ ſufficit facere viua voce ſine ſcriptis, ſi fit incontinenti eadem die, iudice in eadẽ figura iudicij exiſtẽte: & hoc iure ciuili. ff. eo. l. j. C. eo. l. litigatoribus. Si aũt non fit incontinenti, debet porrigere libellũ appellatorium intra x. dies. C. eo. auth. hodie autem. qui libellus debet continere nomen appellantis, & eius aduerſarii, & iudicis à quo, & ad quem appellatur; vt no. in l. j. §. fi. ff. eo. Exemplũ, Ego Titius dico ſnĩam nullã quam tuliſti dñe iudex contra me, cõdemnando me Sempronio in x. libris perſoluendis: & ſi aliqua eſt, ego ſentiẽs me grauatum ad talem iudicem appello in ſcriptis, petens apoſtolos, &c. Iure autẽ Canonico ante ſententiam appellando, non valet etiam eadem die, niſi fiat in ſcriptis. Vnde qñ dicitur licitum appellare viua voce, intelligitur à diffinitiua, in qua non oportet inferi cauſam: ſi tñ appellans viua voce ab interlocutoria exprimat cauſam legitimam, non vř ratio, quare non valet. vbi no. ex Pan. in c. ſacro. de ſent. excom. quod appellans ab interlocutoria, tenetur exprimere cauſam, ſeu grauamẽ: & ſimiliter appellans ab excõicatione: vt ſentit Inn. in c. per tuas. de ſen. excom. & Ioan. And. in c. venerabilibus. eo. tit. lib. vj. ¶ Quintò, à qua ſnĩa poſſit quis appellare, aut non poſſit? Et dico, primò, quod à pœna, vel ſnĩa legis, appellari non poteſt. l. ſi qua pœna. ff. de ver. ſig. & in c. quia nos. de app. & ibi gl. Et ſecũdo nõ põt appellari à ſnĩa interlocutoria, vel aliquo grauamine ante ſnĩam de iure ciuili regulariter: vt in l. iij. C. quo. ap. nõ re. & in l. ij. C. de epiſ. aud. Et ratio eſt, quia grauamẽ, qđ per illam infertur, reparari põt per appellationem à diffinitiua. Fallit tñ, qñ iudex in criminali, vel ciuili negotio quæſtionem per tormenta interlocutus eſt, contra l. ante ſnĩam. ff. de app. reci. quia tũc põt appellari. & facit gl. in l. ante ſnĩæ tempus. C. quo. app. non re. Et ſimiliter licet, qñ grauamen illatum reparari nõ põt per appellationem à diffinitiua. Imo quidam tenent, quod ſemꝑ ab ea licet appellare: vt in l. ait prætor. §. quid

§.quid tibi.ff.de min.ſed primum [illegible] Et tertio non appellatur in iudicio momentaneę poſſeſſionis, quamuis hoc liceat de iure Canonico:vt ĩ c.ſignificauit. de teſt. Et quarto nõ appellatur à mero executore,extra,de appe.c.nouit.niſi modũ excedat, vel arctius exequatur,vt not.ibi. Et quintò non appellatur à terminatione, vel noiatione muneris,quod eſt vtilitate tantum priuatũ, vt tutela,& cura.ff.qñ ap.ſit.l.j.§.ſi quis:ſed à reꝓbatione excuſationis põt appellari, vt ibi: in alijs autem muneribus publicis autoritate,& vtilitate, ſecus eſt.Et ſextò nõ appellatur ab arbitro: quia nulla eſt eius ſnĩa, vt C. de arb.l.ij.licet hoc fieri poſſit,iure Can.ſm Sum.Ang. quæ allegat c.à iudicibus.ij.q.vj. ſed,vt ibi patet in textu,quicquid ſit de glo. licet appellare à iudice ordinario tantum,& ordinario ſimul ac arbitrario,nõ aũt ab arbitrario tantum. Et horũ oĩum rõnẽ pulchrè reddit S.Tho.ij.q.lxix.art.iij.ad ſm.Sunt autem innumerabiles aliæ ſnię, & cauſæ & crimina, à qbus de iure ciuili nõ licet appellare,de quo vide, ſi vis Arc.iij.par.ti.ix.c.xiiij.

†POTEST verò appellari,primò ab interlocutoria, de iure Can. ſi appellatio cõtineat cãm probabilẽ,& nõ aliter:vt extra,eo. c.vt debitus.Et ſecundò à declaratione, vel denunciatione excõicationis ſeu alterius cẽſuræ,ſm Pan.in c.peruenit,de app. quia hæc nõ eſt ſnĩa iuris,à qua nõ licet appellare: ſed iudicis declarantis, quæ eſt ſnĩa hominis. & facit gl.in c.cupientes.de elect.lib.vj. & hoc verum,niſi ſit notorius exceſſus: quia notorius criminoſus non auditur appellans.Facit quod no.Inn.in c.ex parte,el j.de ver.ſig.qui dicit,quod in notorijs non requiritur ꝓpriè ſentẽtia:ſed ſit quædã iuris executio. & tex. in c.qñ.de filijs presbyte.ſed intellige in notorio, quod non põt aliqua tergiuerſatione celari. Et tertiò,appellari põt eadẽ ratione, à declaratione pęnæ legis.& glo.eſt ſingularis,in d.c.cupiẽtes,§.quod ſi per viginti dies. de ele.li.vj.Et quartò,gñaliter appellari poteſt,à qualibet ſnĩa hominis, vel grauamine: loquendo de iure Canonico. quod tñ fallit in delegato,qñ Papa prohibet appellationẽ: vt ſi dicat,appellatione remota.extra,de of. deleg.c.ſuper quæſtionum. quo tñ caſu ſola friuola appellatio interdicitur:vt de appellatio. c.quod ſuper eo. in glo. vnde nihilominus à grauamine appellauit. quia tunc non contra reſcriptum, ſed cõtra iudicis malitiã appellat:vt not.ij.quæſtio.vj.dubium. Non appellatur etiã à correctione. de appel.c.reprehẽſibilis.Et hoc niſi modũ excedat. Nec à citatione.extra eo. cũ parati.& hoc niſi appelletur à breuitate termini: aut niſi citatio fiat contra formã canonis. de reſc.c.ij. li.vj.

8 †SEXTO,qñ,vel qualiter nõ valeat appellatio?Et dico,ꝙ nõ valet,ſi appelletur tertiò ſuper eodem arti.de appel.directæ. Et S. Th.2.2. quæſ.lxix.ar.iii.ad tertium.Sed hoc ſm Ioan.And. vt refert Pan. in d.c. directæ. intelligitur in eadem perſona.Archi. autem dicit, ꝙ ſm canones toties licet appellare. quoties iudex ſuperior inuenitur: ſm leges autem bis tantum:in caſu autem ſemel tantum appellatur:vt in auth.de ſacroſan. ec.§. ſi quis.Nõ valet etiam ſi non fiat in ſcriptis, vt dictũ eſt.Nec ſi iudex reuocat grauamen, à quo appellatur. extra eo.cum ceſſante. dicit tamen Inno. quod iudex reuocare non poteſt ſentẽtiam interlocutoriã poſt x. dies ſine licentia illius,pro quo data eſt:põt autẽ ante x.dies, niſi appellans aliquas feciſſet expenſas. quia tunc non põt,niſi prius refectis expenſis,quibus non reſtitutis,non vr̃ grauamen plenè reuocatum.Nec ſi appellans pœniteat,nec proſequens intra tp̃s ſtatutum ab homine,vel à iure.de ſent.excõ.c.licet.li.vj. Nec ſm aliquos, ſi non ſunt petiti apoſtoli. extra eo.cordi.lib.vj.ſed hęc petitio apoſtolorũ non eſt de ſubſtantia appellationis: q̃ peti poſſunt intra xxx.dies, à die latæ ſentẽtię.extrà eo.ab eo.lib.vj.Sed ſi intra illos nõ petantur,deſerta vr̃ appellatio.C. de appel.l. nonnulli. Nec ſi deficit in forma,vt quia nõ continet à quo, aduerſus quẽ,& à qua ſnĩa: vt in l.j.§.fi.ff.eo.Nec ſi nõ interponitur coram illo à quo appellatur.ff.de ap.l. cũ quidam,niſi qñ eius copia haberi nõ põt: quia interim etiã tp̃a appellationis nõ currũt: & niſi eius violẽtia iuſtè timeatur: vt in d.l.cũ quid. Quia tũc pro appellãte reputatur,dũmodo publice proteſtetur, vt in d.l.cũ quidã.& C.de his, qui ꝓp metũ iudicis non appellãt.l.ij. Sed de hoc vide, qđ plenè no.extra,de ap.c.appellatio. Non valet ẽt ſi appellatur ad iudicẽ inferiorẽ, vel æqualẽ iuriſdictionẽ habẽtẽ:quia dẽt ad maius tribunal appellari.di.xxj.inferior.ẽt licet ſit maior is,ad quẽ appellatur, nõ tñ eſt iudex cõpetẽs ĩter ipſos litigãtes:ſicut appellatur ad metropolitanũ ꝓuincię,cui nõ ſubſunt litigãtes, nec iudex à quo ꝓuocatur.xj.q.ij.c.j.& đ of.or. c.paſtoralis.Nã ẽt ſi ñ fiat ex ordine gradatĩ. ext.eo.dilec.omiſſis tñ medijs appellatur ad principem.

principem. Nec, ſm aliquos, qn̄ ſnīa, à qua appellatur, eſt nulla: quia ex hoc non vr̄ iudicium deuolutum ad iudicem appellationis, ſed primus iudex pronunciat, ſi cognoſcit. C. quo. & quando iud. l. ſi præſes. ſed verius eſt, quod valeat appellatio, & quod iudex appellationis poteſt de nullitate cognoſcere: quia & ſi nō principaliter, tn̄ incidenter quęritur de nullitate: qđ tn̄ verum eſt, ſi in appellatione de nullitate fit mentio. extra, de app. c. cordi. lib. vj. De qua quidē nullitate, & poſt dies decem, & quandocunq; poteſt obijci, & cognoſci. habes extra, de offi. iudi. deleg. in c. paſtoralis. §. quia verò. Et, ſm Oddonem, tanto tēpore pōt obijci de nullitate, quanto tempore durat actio, cuius nomine iudicatū eſt. Pōt ēt obijci contra ꝑſonā iudicis, ad quē appellat̃, qđ eſt excōicatus, interdictus, vel ſuſpenſus, vel infamis, vel qđ eius iuriſdictio eſt finita: & alia, quæ obijci poſſent contra iudicem cāę principalis, de quibus dicit Spe. in tit. de iudicis. Non valet etiam, ſi appelletur ab electione, vt non fiat. extrà, de elect. conſiderauimus. ſed vt non fiat niſi canonice bene valet, vt ibi. Sunt & alij caſus, quos not. Spe. in tit. de appel. §. item.

9 † SEPTIMO, quis poteſt, vel non pōt appellare? Et dico, quod non appellet is, cuius nō intereſt: ſed ille, cuius intereſt: aliàs ꝑ aliū facta nō valet. l. j. ff. de ap. nō reci. & c. ex ore. de his, quę fi. à ma. par. ca. niſi qn̄ ꝓuocaret, ſeu appellaret ꝓ eo, qui ducitur ad ſupplicium: vt in l. nō tantū, ff. de ap. Et pōt appellare vtraq; pars, qn̄ ſnīa præbet diuerſa capitula: vt ī c. Raynaldus. extra, de teſta. ſicut aliqn̄ vna pars appellat a principali ſnīa, ꝑ quā condemnatur: alia verò appellat à ſnīa, quia expenſæ factæ ſibi non reſarciuntur: puta, quia pars condemnata habuit iuſtā cauſam litigādi, quia materia erat dubia valde. Non appellat etiam religioſus a correctione ſuorum p̄latorū, ſi fiat ſm ſtatuta regulæ, vel ordinis: aut ad effugiendā eccleſiaſticā diſciplinā. c. ad noſtram. c. reprehenſibilis. & c. cū ſpeciali. extrà, de ap. niſi prelatus excedat modū in corrigēdo: vt in c. de priore. eo. ti. & de of. deleg. ſuper quæſt. §. nos aūt. vide gl. fi. in d. c. ad noſtrā. Sed & ſi modus excedatur, fieri non debet in ordine appellantis. id eſt, ad aliquē ſuperiorem ordinis prælatum: qn̄ conſtitutiones approbatæ ꝑ Papā hoc prohibent: ſed extra ordinē. Nō appellat ēt ſm aliquos, confeſſus in iure canonico: quia ipſa confeſſio in iure facit notorium: & à notorio non appellatur. extrà eo, c. cū ſit Romana. & hæc opinio ur̄ innui extrà, de ap. c. Romana. lib. vj. Sed cōtrariū pōt ex illo c. potius haberi. vnde iure canonico, & ciuili cōfiten: appellat, iuſtā cām inferēdo: puta, quia, errore, vel ꝑꝑ terrorē tormētorū, vel quia confeſſionē expoſitā declarare intēdit: vel aliqd aliud rationabile: vt l. creditor ff. de ap. Si aūt appellat abſolutè. ſine expreſſione cāę, nō aud. tur: vt dicit Archi. in c. Romana. eo. tit. lib. vj.

¶ Octauò, à quo, vbi & ad quē eſt appellādū? Et dico, qđ fieri dēt primò à iudice, q ꝓnunciauit. Et ſecundò, vbi ius reddi conſueuit: cū regulariter, q̄ ꝑtinent ad cās agendas, in eo loco fieri, & agitari debēt. ff. de inter. act. l. volui. §. qđ ait. & corā iudice, qui ſnīam tulit, ſi eius ſit copia: nō per vicos, vel hortos. ff. qn̄ fit appel. l. j. §. dies. Et ſi non vult ille appellationē recipere, punitur l. iudicibus. & l. quoniā. C. eo. Si aūt timetur iuſte appellare corā eo, appellatur corā aliqua honeſta ꝑſona, vt dictū eſt. Et tertiò fieri debet ad ſuperiorē eius, q iudicauit. & in ordinarijs hoc fit gradatim. ff. eo. l. Imperatores. & C. eo. l. ad dictos. & ij. q. vj. anteriorū. excepto Papa, ad quē omnibus p̄miſſis appellatur, vt ij. q. vj. c. ij. & alijs ſequenti. Si verò à delegato appellatur, ad delegantē. C. eo. l. præcipimus. §. eorum. Si aūt à delegato delegati, ſeruetur forma poſita. C. q pro ſua iuriſd. l. vnica. in fi. & in gl. ibidē. In delegatis vero diſtingue, q a ſi ipſi alijs cām cōmiſerūt, & tota iuriſdictio ē delegata: appellatur ad primū delegantē. de of. del. ſuꝑ qōnū. Si verò nō tota, appellatur ad delegantem ſm. ff. quis, & à quo ap. ſit. l. fi. Et propterea dat cautelam Raph. Ful. in l. eo caſu. C. de ap. quod Epiſcopus, vel alius ordinarius deleget cauſam: quia ſi appellatur à ſnīa, deuoluitur ad ipſum, q iterū deleget cauſam appellationis, quæ delegari pōt; vt l. cū poſt ſnīam. C. de ap. no. gl. & Ang. in eos. in prin. C. eo. tit. & ſi iterum appellet, ad eū reuertitur: & conſequenter, cū non liceat appellare tertio loco, nō exibit de eius officio.

10 † NONO, ad quem debeat appellari, cū deeſt iudex appellationis? Et dico, qđ dupliciter deeſt talis iudex. Primò ꝑꝑ defectū ſuperioris, vt q a princeps ille nō recognoſcit ſuperiorē in tēporalibus: & puto qđ à tali non poſſit appellari, cum ſit loco principis, à quo non appellatur. vnde vr̄ velle glo. diſt. x. quoniā, quod à tali principe non appellatur etiam ad Papā: ſi tn̄ iniuſtitia eſſet notoria, poſſet dici, quod papa tunc adiri pōt. ar. ex

his

his quæ notauit Inn.in c.cũ te.ſen.& re iudi. & in c.licet ex ſuſcepto.de foro cõp. Secundò poteſt intelligi qñ nõ deeſt ſuperior, ſed deficit ſpecialis iudex ſuper appellatione,puta ciuitas eligit ſibi poteſtatem, vel aliquis princeps in ſua ciuitate, ſed non prouidit ſibi de iudice appellationis,& tunc dic,qđ appellabitur ad ſuperiorem, qui poteſtatẽ elegit.& facit c.venientes. de iureiur. hæc Pan. ſuper rubrica.de appellat.

11 †DECIMO, ad quem ſit appellandum à rectore alicuius collegij? Et dico, qđ Pan. vbi ſ. recitato Bar.& Inn.latius ſic dicit: Aut ipſum corpus eſt ſeculare, non eccleſiaſticũ, & ipſe rector ſecularis: exemplũ in lanificibus,ſutoribus, & ſimilibus: & tunc indubie appellatur ad maiorem officialem loci,puta Poteſtatem:quia regula eſt,vt ſemper appelletur ad ſuperiorẽ eius qui iudicauit: vt in l. j.C.vbi & apud quẽ.Aut ipſum corpus eſt eccleſiaſticũ:puta, quia pro maiori parte ſunt clerici, iuxta notata in l. fi.ff.de colle. & rector eccleſiaſtica perſona: & tũc appellari debet immediatus ſuperior,puta epiſcopus: vt in c.Romana.eo.tit. li. vj. Si aũt vniuerſitas eſt ſecularis,puta quia plures in eis ſunt laici ſed rector eſt clericus, ſicut tenetur eſſe ĩ forma ſtatuti pp ſcholares clericos: diſtingui poſſet ita ęquè,qđ quatenus iudicat de ſcholari clerico, cum iudicet vt iudex eccleſiaſticus,aliter in eũ nõ caderet iuriſdictio:vt no. Inn.in c.cũ ab eccleſiarũ.de offi.ordi.appellari debet ad epiſcopũ:quia regula eſt, vt ad ſuperiorẽ ſententiantis appellandum ſit.Sed quatenus iudicat inter laicos,ad Poteſtatem appellandũ eſt.quia tũc licet ipſe ſit clericus, non tñ iudicat vt iudex eccleſiaſticus,ſed laicus,tanquã rector collegij ſecularis.ideo nõ appellandum ab eo tanquam à clerico. Hæc ille,qui ad hoc multa adducit ibi.

12 †VNDECIMO quęrit, quod ſi quis appellet ſimpliciter dicens, ego appello à tali veſtro præcepto:nec dicat ad quẽ? Et dicit Spe.qđ valet:& intelligitur appellare ad proximum ſuperiorẽ.ff.eo.l.j. quia in dubijs nõ eſt recedendum à iure, qđ ſcilicet hoc diſponit,vt gradatim appelletur.Et idem ſi nõ dicat,appello:ſed,ſubijcio me ſub protectionẽ ſedis apoſtolicæ,vel alicuius iudicis appellationis:quia habetur pro appellante.

13 †DVODECIMO,quæ ſunt partes iudicis, à quo appellatur: ſiue quid agere debeat,ſi appellatio vř ſibi fruſtratoria? Et dico, quod aut ſibi apparet euidẽter legitima, aut euidenter fruſtratoria & illegitima, aut de hoc dubitat.Si primũ,deferendũ eſt: alias non deferens punitur pecuniariter ẽm leges xxx.pondo auri.C.eo.l.quoniã. ẽm canones verò deponitur ab officio.ij.q.vj.decreto. & c.de priore.extrà.de appel.& omnia attentata reuocat iudex appellationis in ſtatũ priſtinum,extrà de iureiu.c.venientes, quia nihil eſt innouandũ appellatione pendẽte. Si ẽm, iudex nõ debet ei deferre.extrà eo.cũ appellationibus.li.vj.vnde ea nõ obſtante exequetur:quia ſi deferret,non eſſet reuerentia, ſed malitia & imprudẽtia: & ſic teneretur ff. de euic.l.ſi ꝑ imprudẽtiã.& facere litẽ ſuã. Inſt. de obl. ex quaſi delic. §. impij. quãuis iudex appellationis poſſit tractare ꝙ actũ eſt: vt notatur ij.q.vj.ad Romanã.Si tertiũ, debet deferre.extra eo.cũ ſpeciali. põt tñ vti cautela verborũ,quæ legitur & notatur eo.ti.cũ ceſſante.ſ.dicendo,admitto ſi & inquantũ de iure debeo.Et cũ petuntur apoſtoli, põt iudex ſumere dilationẽ ad cogitandũ quos apoſtolos velit dare: & ſi defert appellationi, ẽm Arch.dicat,appellationi defero,& apoſtolos reuerentiales concedo.ſi verò non defert,dicat,appellationi non defero,& apoſtolos refutatorios cõcedo.Quando verò appellatur in abſentia iudicis ex metu: appellatur corã aliqua honeſta perſona,& ab ea dantur apoſtoli teſtimoniales.

14 †DECIMOTERTIO,quęritur quę ſint partes iudicis appellationis in faciendis inhibitionibus iudici à quo appellatũ eſt, ne procedat? Et dico,ꝙ circa hoc dicit Spe. valde plenè in ti.de app.§.de officio. & breuius Arch.iij.parte.tit. ix. c.xiiij.cira fi.de quibus breuiſſime dř ſic:Comparente coram eo appellatore,nec eum debet audire,nec ad citationẽ,vel inhibitionẽ procedere,niſi facta fide de ſua appellatione, quia non põt dici deuolutũ ad eũ cauſę negotium:vt in c.Romana.de app.li.vj.Illa verò exhibita corã eo, ſi apparet interpoſita ante ſñiam, & non eſt ibi cã inſerta, faciat idẽ:imò illã omnino reijciat:vt in d.c.Romana.Et idẽ eſt,ſi ſit interpoſita à ſñia diffinitiua,in caſibus à iure expreſſe prohibitis:qui ſunt.ff.de app.rec.l. fi. quia reijcienda eſt.ff.vbi ſ. pertotum. Si verò de prædictis non apparet, & eſt dubium:debet partes citare: quia de vnoquoque negotio præſentibus &c. ff. de re iud.l.de vnoquoq;. & appellato non comparente poteſt inhibere:imò & pronunciare in cã,ſecundum Azo. altera parte abſente.Sed partibus præſentialiter

iiter conſtitutis,ſi ſic opponatur,ꝙ cāę negotiū non ſit ad eū deuolutū, quia ſcilicet appellatio non valuit:non debet inhibere, niſi prius conſtiterit cauſam ad ſe delatā.de reſc. dilectus.& in d. c.Romana. Qn̄ aūt appellatū eſt ante ſn̄iam,& obijcitur,ꝙ nō eſt emiſſa ex cā probabili: tunc ſi appareat patenter probabilis,puta in iure expreſſa, pōt inhibere antequā cognoſcat vtrū ſit vera:vt extra, de app.c.non ſolū. li.vj. & inhibitione facta nil eſt innouādū,extrà,vt lit.pen.nihil inn.& ideo reuocandū eſt ſi innouetur. Si verò dubitat an cā ſit probabilis:nō debet inhibere, donec incipiat cognoſcere:vt in d.c. Romana.quæ cognitio in hoc vr̄ conſiſtere,vt ſuffiiciat ſuper hoc litē cōteſtari: & ex tunc inhibeat:quia tunc iudiciū cognitionis initiū ſumit: quæ quidē litis conteſtatio in cā appellationis fit etiā vna parte abſente.hæc Arch. qui etiam ibi multa alia ponit circa reuocationem innouati.

15 †DECIMOQVARTO, vtrū valeat ſtatutū, vel ordinatio alicuius municipij, ꝙ appellari nō poſſit,niſi ad iudicē illius loci? Et vr̄ ꝙ ſic: quia ſtatutū eſt quidā conſenſus & pactū ciuiū illius loci vbi fit.cōſtat aūt, ꝙ pōt quis remittere ꝑ pactū ius appellādi. C. de tēp.ap.l.fi.ergo & ꝑ ſtatutū:maximè cùm ꝑ ſtatutū tollitur ius cōe in illo municipio. ff. com.præd.l.venditor. Sed tn̄ in contrariū eſt veritas:quia iuriſdictio collata in iudices appellationū ꝑ legē aut principē, ꝑ ſubditos tolli aut minui nō pōt.diſt.xxj.inferior.imò etiā ponitur neceſſitas obſequendi. extra,de cōſt.ca.eccleſi. quia iā ex hoc videretur eneruari iuriſdictio imperij & eccleſiæ Romanę, & vires principalis negotij exhauriri. C. de prec.Impera.offe.l.iij.circa qđ nulla conſuetudo valere pōt:extrà,de conſue.c. j. Itē pactū litigatorū facere nō pōt, ꝙ appellationi generaliter renuncietur,extrà,de ap.ca.ij.ergo nec ſtatutū. Itē tale ſtatutū eſſet diminutiuū iuriſdictionis & libertatis eccleſię,& imperij:ideoq; ipſo iure nullū. Et hæc eſt veritas:quia in omnibus ſemꝑ intelligit ius ſuperioris exceptu.de iureiur.venientes. Poſſent tn̄ municipes non condendo legē renunciare appellationi:vt no.Inn. in d.c. venientes.

16 †DECIMOQVINTO queritur, qd cū aliquis timens ſibi inferri iniuriā ab aliquo iudice pcipit ei ex parte prīcipis,ne ſibi iniuriā faciat. & arripit iter ad Principē? Et dico ꝙ hoc pceptū cū arreptione itineris habet vi cuiuſdā extraiudicialis appellationis, quia ꝑ hoc vr̄ poſitus ſub Principis ꝑtectione.facit qđ no.Bar.in l.de pupillo. ff. de noui ope.nunc.& Inn.& Io. And. in c.vt debitus.de appel.facit ēt c.dilecti,el j. & c. ad audientiā.eo.tit. vbi patet, ꝙ arreptio itineris ad ſuperiorē conſtituit ſub eius protectione: & tali inferens iniuriam punitur,dum ius cōtemnit,& eum ſub cuius protectione ſe poſuit:vt no.Pan.in c.in cauſis,de elec.

17 DECIMOSEXTO vtrum prorogari poſſit terminus appellanti conſtitutus? Et dico, ꝙ terminus proſequendæ appellationis eſt triplex.Primus ſtatus ad iter capiendum, de ſen.& re iudic. cū cā. Secundus ad ſe præſentandū iudici:vt in c.cū ſit Romana. & hi duo ſunt ab homine.Tertius ſtatuitur à lege annus vel bienniū. Primus ergo & ſecundus præfigi, & limitari pōt tā à iudice,q̄ à parte. extra eo.Romana.& c.oblatæ.& tenetur appellans proſequi cām ſuā intra terminū ſibi ꝑfixū,vt ibi dr̄.qđ ſi no faciat.proceditur, & fit vt no.in c.ſæpe. in gl. de ap. Si verò nec à iudice, nec à parte aſſignatus eſt terminus: tunc licet appellato ēt ante finē anni,vel biēnij impetrare iudicē,& cām appellationis corā eo proſequi tenebitur appellans:vt in d.c. oblatæ. niſi appellans impetratū iudicem vt ſuſpectum recuſet. & niſi præmaturè fuerit ab appellato iudex impetratus.

18 DECIMOSEPTIMO,vtrum poſſit agi cōtra iudicē ad intereſſe ꝑtextu iniquæ ſn̄iæ? Et dicit Pan.in rub.de ap. ꝙ ſic,ſiue nō fuerit appellatū excōicando lites,ſiue ſuccūbens bis appellauit. & nunc non licet tertiò appellare. Nec obſtabit exceptio rei iudicatæ:quia ad aliū,& contra aliū nūc agitur.de quo vide bonā gl.& qđ ibi no. in c. paſtoralis.§.quia verò.de offi.deleg.ibi idē Inno. & doc.in c.ſæpe.de appe.& Io.poſt Inn.in c.ſacro.de ſen.exc.Idē Bar.in l.j.ff.eo.in verſi.vltim.Arbitrator aūt tenetur ſolùm de dolo & lata culpa.l.ij.ff.de proxenetis.& in l.fi. ff. ſi menſ.fal.mo.di.& Barn.ibi.& idem dicendū in aſſumentibus officia ſimilia.

## DE APOSTASIA, ET FVGA monachorum.

1 *Apoſtaſia,quæ a Dei militia defectio eſt, tribus modis contingere poteſt. Vnde & Apoſtaſiæ ſpecies triplex conſtituta eſt.*

2 *Apoſtatæ ſpecies primæ,& hæretici, & inteſtabiles habentur: ac proinde excommunicati quorū bona confiſcantur: nec poſt peractam pænitentiam ad priſtinum ſtatum admittuntur, vt qui infames habeantur.*

3 Secunda

5 *Secunda Apoſtaſiæ ſpecies in quo conſiſtat. & in quo tertia.*
4 *Apoſtata a fide, aut vere, aut apparenter quis dicitur. Et id quot modis eſſe poſſit. Et ibidē Apoſtatam omnem hæreticum eſſe, non contra.*
5 *Apoſtata a clericatu quis cenſendus ſit, & cuinam clericorum generi cōueniat huiuſmodi Apoſtaſia.*
6 *Clericus in ſacris deferens veſtes virgatas, aut partitas, quibus & quot concurrentibus Apoſtata efficiatur.*
7 *Clerici Apoſtatātes qualiter peccēt, & ad quid coercendi ſint. Et quomodo cum his, qui in ſacris ſunt, ſi vxorem duxerint, diſpenſandum. Et quid ſi in minoribus.*
8 *Tonſurā primam ſi quis ſemel aſſumpſerit, num eam deſerere libere, ac impune poſſit.*
9 *Apoſtata ab religione, quis dici poſſit. Et quis ſit Et quis eiectus.*
10 *Eiecti ac fugitiui, ſi redeant, num admittendi ſint. Et quid, vbi regula ac vita, & Canon, ordinis receptionem non admittit. Et an huiuſmodi fugitiuos, teneatur Abbas, & id quando, requirere. Et ter egreſſum regula Bernardi non admittit. Et quid tum.*
11 *Apoſtatarum pœna, quænam ſit. Et id per ſingula Apoſtaſiæ genera proſequitur.*
12 *Monachus apoſtata fugitiuus, aut eiectus, cuinam interim acquirat. Et fugitiuum monachum cum bonis interim quæſitis, num poſſit Abbas di uendere. Et quid ſi huiuſmodi fugitiuus, diu in quaſi poſſeſſione libertatis perſtiterit.*
13 *Coniecto & traducto in monaſteriū aliud, quiſnā impenſas miniſtret. Et quid ſi mona. ad nouā regulā reformato optione monachis antiquis data, vt ibidē poſſint libere permanere, ſi alibi eligāt manere, ac viuere, quorum impēſis alentur.*

1 APOSTASIA †ſm etymologiā vocabuli dr̄ quaſi retroſtatio, vel retromiſſio, ab apo, quod eſt re: & ſto, quod eſt ſtare, vel ſtolos, quod eſt miſſio. Sed quātum ad vſum loquētium, importat quandā retroceſſionem: quia ſcilicet qui nō progreditur, retro ſtat, niſi regrediatur primò, vel quandam retromiſſionē pro quāto progredientē in via Dei diabolus ſuggerēdo retro mittit. Quantum autem ad propoſitū pertinet, ſicut dicit S.Tho.2.2.q.xij. apoſtaſia importat retroceſſionē à Deo: quę tribus modis fit, ſm tres modos cōiunctionis ad illū, ſcilicet per fidem, obediētiam, & religionē. Vnde ſm Ray. Gofr. Hoſt. & Alex. & mentē S.Th. ſic diffinitur: Apoſtaſia eſt temerarius à ſtatu fidei, obediētiæ, vel religionis receſſus. Et ſic triplicem collige apoſtaſiam: vt etiam no.glo.in c.j.de apo. Prima eſt perfidiæ, qua ſcilicet quis recedit à fide. Et intellige ſecundum Archidiaconum, quādo ſimpliciter & ex toto recedit. In qua apoſtaſia fuit Iulianus apoſtata, vt in c. Iulianus. xj.q.iij. & quicūq; recedit à fide.ij.q.vij. nō pōt.

2 †ET iſti, ſm Hoſt. in d.c.j. ſunt verè hæretici: & in ipſis locū habēt oīa iura loquentia de hæreticis: & conſequenter ſunt excōicati ipſo facto. extrà, de hære. excōicamus. el j. & ij. Et ita tenet Inn. in d.c.j. nec poſſunt etiā condere teſtm̄: & eorum bona cōfiſcantur: nec peracta penitentia redeūt in priſtinum ſtatū. C. eo. l.ij. & iij. & hodie iſta cōfiſcatio fit ipſo iure, extra. de hæret. cùm ſm. in. lib.vj. & recipi debent, ſicut hæretici: de quibus j. Hæreticus. Item ſunt infames, & repellūtur à dignitatibus, & alijs multis: de iureiu. que relam. vj.q.j. infames. & concor. Ray.

3 †SECVNDA inobedientiæ, quæ ſcilicet importat voluntatē à mandatis Dei reſiſtentem: & in omni peccato mortali inuenitur, vt dicit S.Th. Sed tñ iſta inobediētia aliqñ venit ex īfidelitate: vt puta ex hoc. q̄ creditur Papam authoritatē non hr̄e condendi canones. & talis vt hæreticus puniri debet. xix. diſt. nulli fas. ubi dicit Hug. q̄ eſt excōicatus & hæreticus, & ſchiſmaticus. c. licet. de ele. c. excōicamus. de hær. & Pan. in cle. j. de æta. & quali. dicit. q̄ eſt infamis. & no. gl. vj.q.j. infames. & in c. generali. de ele. li. 6. & & ibi Gem. Aliqñ autem venit ex contēptu formali. ſ. quo quis contemnit obedire pręcepto Dei, ſiue canonum, ſiue prælatorum: & talis efficitur infamis, & repellitur à teſtimonio, & eſt excōicandus. iij.q.iiij. ſi quis à ſuo. xj.q.iij. ſi autem nobis. Et ſi pſtiterit in contumacia, creſcere debet. & pęna extrà, vt lite non conteſtata. quoniam frequenter. & ſi redierit, nō prius excōicatus recipitur ad pęnitentiam: excōicatus autem prius recipitur cum ſatisfactione, quam facere tenentur excōicati iniuriam paſſis, ſm Sum. Confeſ. Aliquando autem venit ex ignorantia, vel fragilitate, ſiue appetitu alicuius delectabilis: & tunc minus punitur. Et de his vide j. Obedientia. & j. Contemptus. Tertia eſt irreligioſitatis, ſiue irregularitatis. & hæc eſt duplex: vna ſcilicet, qua quis à ſtatu clericatus, alia quæ à ſtatu aſſumptæ religionis recedit xlvij. diſt. quantumlibet. 16. q.j. legib. Et de iſta tertia hic principaliter intenditur.

† PRIMO uerò quæritur, quis dicatur apoſtata

apoſtata à fide? Et dico, ꝙ is qui receſſit à fide penitus, ſm Archidiaconum, & ſponte, vt vr̄ velle Ray. & hoc vere quo ad Deum, aut apparenter quo ad eccleſiā, quæ non iudicat de occultis. Ex his infero primò, ꝙ recedens à fide in parte, puta q̄a decredit reſurrectionem, licet credat incarnationē, non eſt apoſtata, ſed hereticus, quod eſt in plus: quia oīs apoſtata eſt hæreticus, & nō ecōtra. Secundò, ꝙ faciens id quod faciunt recedentes penitus à fide, vt adorans idola, vel ſepulchrū Machometi, non eſt apoſtata, ſi hoc nō facit ſpōte, ſed ductus timore, nec hæreticus, vt tenet Ray. nec ēt eſt excōicatus: ſed tn̄ peccat mortaliter, vt idē dicit. Tertiò, ꝙ nec qui vtitur habitu infideliū nō ſponte, id eſt, re ipſa delectatus: ſed timore, vel alia iuſta cā, imò ſine peccato in caſu fieri pōt, vt dicit Verue. ſicut beatus Sebaſtianus ſub chlamyde militari Chriſtiani militiā gerebat abſcōditam: niſi, inquit Veruec. eſſet inſtitutum aliquod determinatum ſignum, ad cognoſcendum profeſſores alicuius idololatriæ. q̄a eo caſu nō liceret. Sed tn̄ nō intelligas, qđ eo ipſo ꝙ nō liceret, iudicaretur apoſtata, niſi appareret ꝙ talia ſponte deferat. Quartò, ꝙ qui haberet ſanā fidem catholicī in animo, & nec tn̄ extrinſecus oſtenderet ſe ab illa ſponte recedere: puta adeūdo partes Sarracenicas ex deſperatione vel libidine ductus: & ibi ſeruādo ritus eorū, quantum ad eccleſiam, eſſet verè apoſtata: quia eccleſia de occultis non ſe intromittit: vt j̄. Excōicatio. vij. §. ij. vnde frequenter, aliqui tales fatentur ſe nunquam fidem catholicam perdidiſſe: & tamē vt apoſtatæ recipiuntur.

5 †SECVNDO quæritur, quis dicatur apoſtata à clericatu, vt de inobedientia tanquam de manifeſta taceatur? Et dico ꝙ apoſtaſia nō cōuenit clerico in minoribus, quia impune pōt ſeculariter viuere, & renunciare in totum ordini clericali: & ſi non verbo, ſaltem facto exercendo actum omnino cōtrarium: vt docet Pan. in c. tuæ. de apo. fallit tn̄ ſm Inn. vt recitat ibi Pan. ſi hēt beneficium: quia eſt apoſtata, ſi dimittat habitum & tonſurā: & cogi pōt habitum reaſſumere. ſecus ſi habitum ſolum, ſm Inn. licet alij dicāt cōtrarium. & facit pro Inn. cle. qm̄, de vi. & ho. cler. vbi non punitur clericus in minoribus portans veſtes inhoneſtas: niſi etiā portet tōſuram: quā ſi portat, punitur deferens veſtes laicales. ſecus ſi per omnia incedit vt laicus Si autē clericus ſit in ſacris, eſt apoſtata, dimittendo ſolum habitum, ſm Pan quod intellige, qn̄ dimittit nō aſſumpturus ſtatim, ſed cōuerſaturus laicaliter: imò ſi ducat vxorē, licet retineat inſignia clericalia in fraudē extrà, de cler. coniu. ex parte. & generaliter quicunq; talis ad negotia ſecularia ſe conuertit. extrà, de vi. & hon. cle. ex literis. & de ſen. excō. in audientia. & c. perpendimus.

6 †IGITVR colligi pōt, ꝙ clericus apoſtata, eſt clericus in ſacris deferēs habitū, vt laicaliter viuat, aut laicaliter viuēs, vel cōſtitutus in minoribus, cū bn̄ficio, nō deferēs inſignia clericatus, aīo viuēdi laicaliter. Vnde clericus ī ſacris portās veſtes virgatas vel partitas nō eſt apoſtata, niſi cōcurrentib. duob. Primò, ꝙ ita ſint alteratæ ut nō cenſeantur habitus clericalis. Et ſecundò niſi taliter deferat eas, vt appareat eū renūciaſſe clericatui, & velle viuere laicaliter. eſt tn̄ hoc ei & religioſo illicitum, ſm Inno. in clem. quoniam. de vi. & ho. cle. imò peccat mortaliter, vt patet per no. in cle. niſi, qn̄ cā paupertatis portaret veſtes diuerſi coloris: quia ſm Zen. & Imo. tunc non cadit in pœnā d. cle. ſimiliter ſm Zen. nec is in eā cadit, qui talem veſtem cōtinuè nō portat, nec cā vſus ꝓprij, ſed ob feſtum doctorale, vel vxorale, ſimile, vel ob honorē alicuius magnatis, de cuius vrbe eſt, quia dicta cle. loquitur de vſu, qui cōtinuationē not. dicit etiā Veruec. ꝙ cler. coniugatus vtēs tali veſte, perdit priuilegium clericale: quia eſt veſtis laicalis. & alleg. de cleri. con. c. j. li. vj. Et de hoc etiā j̄. Excōicatio. vj.

7 †TERTIO, vtrum & qualiter peccent clerici apoſtatantes? Et dico ꝙ ſi ſunt in ſacris, peccant mortaliter: & coercēdi ſunt ad reaſſumendum habitum & tonſuram: vt in d. c. tuæ. de apo. Quō autē diſpenſetur cum eis, ſi acceperint vxorē de facto, j̄. Bigamia. §. vij. Exiſtentes autem in minoribus, ſm Alex. peccant apoſtatando prima vice: quia faciūt cōtra illud quod dixerunt: Dominus pars hæreditatis meæ &c. non autē peccant poſtea. & ſecundum aliquos peccant mortaliter. vide Rich. in iiij. diſ. xxiiij. tenet ꝙ habens primam tonſuram, non poteſt eam deſerere ſine peccato mortali. quod tn̄ limitat bene Naaſon, verum quando ex ſola libidine laicandi deſerit: ſecus ſi ex cauſa rationabili. Ego verò dico, ꝙ quantum eſt ex parte deſertionis, nullo modo mortaliter aut venialiter peccat, ſed ſolū ex intentione deſerendi: quia nec voto nec iuro, nec præcepto aſtrictus eſt ordini clericali, ſed liber eſt ad laicandum

laicãdum, licet peccet laicãdo ſine bona intentione vel cã. & hæc haberi poſſunt ex c. fi. de vi. & ho. cl. & ex c. Ioannes. de cle. cõiu. vnde ſm Pan. poteſt clericatui renũciare facto: imò & verbo pari ratione, licet Pan. hoc neget ſine ſufficienti ꝓbatione: quia c. ſi diligẽti. de fo. cõp. quod adducit, põt intelligi de clerico aſtricto, id eſt, exiſtente in ſacris. & irrationabile eſt, ꝙ liceat mihi de facto renunciare clericatui, & laicaliter viuere: & non liceat mihi dicere, ꝙ ſic facere volo.

8 †PRO hoc ſcito quod de hoc antiquitus fuerunt opiniones, vt no. in Sum. Conf. li. j. ti. vij. q. vij. Et licet per antiqua iura videatur, ꝙ habens primã tonſurã, eã deſerere non poſſit, hodie tñ hoc poteſt, tam de conſuetudine quã de iure, vt dicit Sum. Piſ. & concordat Alb. & habetur c. vno. de cle. cõ. lib. vj. vbi patet, ꝙ tali contrahere licet, & conſequenter ſe ad ſecularia conuertere. Si tamẽ talis habebat beneficium, & illud retinet, peccat mortaliter: & eſt apoſtata verè. de coh. de. & mu. c. Io. & diſt. xxx. c. fi.

9 †QVARTO quæritur, q̃s dicatur apoſtata à religione? Et dico, ꝙ nouitio cõſtituto in probatione apoſtaſia nõ cõuenit, quia exire poteſt ſine peccato, niſi peccet ex intẽtione vel cauſa exeundi: vt j. Relig. v. §. viij. In profeſſo autẽ apoſtaſia & fuga videntur æquipollere, ſm Ray. dicentẽ ꝙ non debet iudicari apoſtata ſeu fugitiuus, ét ſi ad longinquũ diu euagetur, niſi poſtquã ſic viuit, ꝙ animũ redeundi ſe depoſuiſſe oſtendit. ff. de re mil. l. deſertorem. hæc ille: qui vř vti ly ſeu expoſitiuè pro id eſt, propriè tñ ſm Io. An. fugitiuus eſt qui ꝑ ſe exiuit, & ſtetit extra monaſteriũ ſe celãs abbati, quod ſufficit: licet poſtea ductus pęnitẽtia redeat ad abbatẽ. ff. de ædi. edi. l. ſi quis ſit fugitiuus. Igitur collige, ꝙ apoſtata à religione eſt religioſus ꝓfeſſus, ſine licẽtia exiẽs à monaſterio, cum intentione nõ reintrandi illud vel aliud, ſed viuẽdi irreligioſe, puta clericaliter, aut laicaliter, vel inobediẽter: vnde ſi egrediatur quidẽ, ſed intrat monaſteriũ laxius, nõ eſt ꝓprie apoſtata, ſm gl. in c. fi. de apo. & in c. ex parte. imò ſm aliquos, nec fugitiuus, qđ intelligo ſi licitè intrat, id eſt, cũ aliqua licẽtia: vel ſi itrat monaſteriũ eiuſdẽ religionis, licet nõ eiuſdẽ rigoris, quorũ vtrũq; ſubſit eidẽ ſimpliciter: alioquin capi poſſet à priori p̃lato vt fugitiuus ſubditus. Si verò exeat & tñ retineat habitũ & tonſurã, ſed nõ ingrediatur aliud monaſteriũ, nec ſubijcit ſe alterius obedientiæ, eſt apoſtata proprie, ſm Inn. in c. fi. de renuntiatione. & in c. intelleximus. de et. & qual. q̃a oportet, ꝙ ingrediatur monaſteriũ, ſi vitiare vult apoſtaſi͂. & de hoc no. c. ex parte. de temp. ord. & in c. Ioã. de reg. Et ſic patet ꝙ omnis apoſtata eſt fugitiuus, nõ econtra. Eiectus autem dř, qui à ſuo ſuperiore fortè ſua culpa exigente fuit eiectus.

10 †QVINTO, vtrũ eiecti & fugitiui reuerti volentes admittendi ſint? Et dicit do. Ant. de But. ꝙ ſic, imò ad hoc p̃lati compelluntur. extrà, de reg. ne religioſi. & hoc niſi regula cõtradicat: quia cõtradicẽte nõ ſunt habẽdi in derelicto, ſed ſunt alimentandi in locis cõpetentibus, ſi id ſine ſcandalo graui fieri poſſit: alioquin in alijs domibus eiuſdẽ ordinis id fiat: vt ibi dicit etiam Arch. ꝙ regula vt authẽtica poteſt allegari & diſponere, vt nõ recipiantur vagabundi: & ꝙ monaſteria, etiã ſi ordo repugnet, arctari poſſunt ad pręſtandum alimenta fugitiuis & eiectis, vbi velint ad cor reuerti. ¶Sextò quæritur, vtrũ monachi apoſtatæ ſiue fugitiui ſint à ſuo abbate requirẽdi? Et dico, ꝙ abbas & q̃libet cõuẽtualis p̃latus, requirere dẽt monachos fugitiuos: & ad clauſtrũ reducere ſalua ordinis diſciplina. extra de regu. ne religioſi. alioquin ſi redire volentẽ recipere noluerit, imò ſm Archi. ſi eũ reuocare neglexerit, & ipſe manẽs in ſeculo acq̃ſierit aliqua, & poſtea moriatur extra monaſteriũ nõ receptus nihil de bonis eius petere põt abbas: q̃a impiè monacho ſuo alimẽta negauit: extrà, de langui. expo. c. vno. vbi de hoc in gl. & pertinebit ad ſm monaſteriũ, ſi ingrediatur illud: aliàs ad epm, ſm Archi. Et hoc verũ eſt, ſi cõuentus totus aut pars maior deliquit: aliàs delictum perſonæ in damnũ eccleſiæ redundare non debet, per regulã, delictũ. de re. iu. li. vj. idẽ aũt vř de monacho eiecto, de quo ſimul cũ fugitiuo loquitur. d. c. ne religioſi. Sed tñ iſta requiſitio ibi mandatur & præcipitur fieri annuatim in tpe capituli. Quãdo tñ aliquis talis eſſet ſcandaloſus & periculoſus alijs, & aptè nõ poſſet capi, corrigi & detineri: fortè prælatus vel conuentus non tenetur reducere talem, ſm Archi. ne alijs noceat, ſi non ſperatur poſſe emendari: q̃a vtilitas cõis præponitur priuatæ: quæ etiam non ſequeretur in incorrigibili. xxiiij. q. ij. reſecandæ. Si autem ſperatur correctio vel impeditio malorum eius, ſi coerceatur vel detineatur: tenetur p̃latus vel conuentus eũ corrigere. & cogere ad redeundum: extrà. de

apo. à nobis.& ſi nolunt,debent incarcerari:vt ibi. ¶Septimò quæritur de quibuſdam terminis contẽtis in duobus.§.prioribus. Et dico,ꝙ exẽplũ qñ ꝓdicti recipi nequeũt ſalua ordinis diſciplina, ponit̃ in regula beati Benedicti,q̃ habet, ꝙ ter egreſſus monaſteriũ,ad monaſteriũ recipi nõ debet,vt in c.ij. eiuſdẽ regulæ:loca aũt cõpetẽtia, in quibus ponuntur qñ regula ꝓhibet receptionẽ, ſ̃m An.de Bu.ſunt loca ſeruiẽtiũ, cũ quibus ponẽtur,non cum monachis:vel,ſ̃m Ho.ponẽtur in ergaſtulis,de quibus exire nõ poſſint. Graue aũt ſcandalũ dr̃, qñ alij dicunt ſe potius exituros q̃ moraturos cum illo,quia cũ eo durare non poſſent:ſicut & Hoſt. dicit ſe aliquando vidiſſe de facto, & ſimiliter Arc. in quadã moniali. In hoc tamen puto ſtandum arbitrio bonorum.

11 †OCTAVO quæritur,quæ ſit apoſtatantium pœna? Et dico, ꝙ apoſtatę à fide q̃ cito denunciantur excõicati per ſnĩam ipſo facto,eorũ ſubditi abſoluti ſunt à dominio & iuro fidelitatis,quo eis,tenebãtur. Iul.tñ tolerauit eccleſia: quia nõ habebat compeſcendi poteſtatẽ de facto, ideoq; fideles obediebant ei in his quæ non erãt cõtra fidem, vt dicit Amb. xj.q.iij.Iulianus,& hoc ad vitandum ſcandalũ maius perſecutionis, Apoſtata inobedientiæ ſ̃m Inn.in c.j. eo.tit. eſt, qui nõ obedit prælato vel canonibus,repellitur ab accuſatione & teſtimonio, & excõicatur, & deponitur, & iudici ſeculari aliqñ traditur.iij.q.iiij. ſi quis à ſuo.xj.q.iij. ſi aũt vobis.quod intelligo qñ non obedit ex contemptu:aliàs quilibet clericus peccans mortaliter,veniret deponendus.Apoſtata vero à clericatu,ſi eſt in ſacris,interim ab accuſatione & teſtimonio tanquã infamis repellitur. ij.q.vij.alieni.iij.q.iiij.beatus. Itẽ interim ſi admonitus ſe nõ correxerit, eſt deponẽdus. xxj.q.iiij.fine, & c.pręcipimus. Itẽ interim caret priuilegio clericali:ita ꝙ verberans illũ,nõ incidit in canonẽ. quod tñ intellige,ſi poſt trinam monitionẽ epiſcopi ſe non correxerit:vt de ſent.excõ.in audiẽtia. vel ſi ſeditionibus & enormitatibus ſe immiſceat. extra,eo.c.j.de ſent.excõ. c.cum non ab homine. Item interim ad dignitatem vel ordinem promoueri nõ poteſt.xvj.q.j.legi. 50. diſtin.c.vlti.Si verò ſit in minoribus, perdit priuilegiũ clericale, ſi tranſit ad actum oĩno contrarium ordini:puta quia factus eſt bigamus,aut exercet ſæua, puta quia recipit miniſteriũ occidendi,mutilandi, aut aduocãdi in cauſis criminalibus.diſt.lxxxiiij.quiſquis. & Inn.in c.j.de apo.quod tamen intellige,ſi talia facit actu,& etiam in officio,puta iudicis aut executoris,vel hmõi,ſ̃m gl.& Ray.& ratio poteſt eſſe:quia clericus ſęua exercens delinquat:tñ ex hoc regulariter non ſubijcitur curię ſeculari.extra,de cler.cõ.c.vno.lib. vj.Similiter illud perdit, ſi nullo modo vult viuere clericaliter.quod põt patere per tria. Primo,ſi cõtrahit,conuenit,conuenitur,talliatur, ſuſtinet alia onera, & vt laicus vadit in exercitum. Secundò, ſi tertio admonitus nolit ad clericatum redire.Tertiò,ſi conuentus coram eccleſiaſtico iudice excipit de foro ſeculari,vel aliter in iure confitetur,ꝙ nõ vult viuere clericaliter. Si tñ contraxerit cũ vnica & virgine,non perdit oĩno priuilegiũ clericale.vt j.Clericus ſecũdo.Apoſtata verò à religione,ſi habitũ dimiſerit, eſt excõicatus:extra,ne cle.vel mon.vt periculoſa, & ſi redierit,recipitur in monaſterio,ſ̃m qđ continetur in regula,ſ. ſi illud viuat regulariter, alioquin ĩ diſtrictiori ponetur monaſterio, cum vſufructu rerum quas obtulerat monaſterio primo.q̃ res cuius ſint poſtea, vide§. ſeq.& ſi in apoſtaſia recipit ordinẽ ſacrũ,nõ habet eius executionem,ſ̃m Pan.in c.fin.de apo.quantũcunq; pœniteat:& ſolus papa cũ eo diſpenſat,vel epiſcopus, ſi minorem tãtũ ſuſcepiſſet.Quod intellige primò, ſi non ſit exẽptus: quia ſuper exemptũ nullam habet eps authoritatẽ, niſi forte in foro conſcientiæ abſolutio in defectu prælati:& ſecũdò ſi non depoſuerat habitũ:quia ſi dimiſſo habitu ordines ſuſcepiſſet cum eſſet excõicatus. c.vt periculoſa,ne cle.vel mo.lib.vj.ſolus papa diſpẽſabit.vel melius dic,ꝙ habebit locũ quod dicitur.in c.cum illorum,de ſen.excõ. de quo vide ſ.Abb.§.ij.particula iiij.

12 †NONO quæritur, cui acquirit monachus apoſtata ſeu fugitiuus vel eiectus? Et dicò,ꝙ quantũ colligitur ex no. ꝑ Inn.in c.cũ olĩ.de priui.& Ho.in ti.de inſ.expo.& alios, ſic diſtinguẽdũ eſt.Nam ſi maior pars monaſterij neglexit eum reducere,aut recipere noluit:erũt alterius monaſterij,ſi illud ĩgrediatur,vel ep.Quod intelligo, ſi nõ ſit exẽptus: aliàs erũt primi ꝓlati ſuę religionis. Si verò ſolus abbas vel minor pars monaſterij fuit ĩ culpa,acqret monaſterio ſuo,ſicut & ſeruus dño.ff.de acq.poſ.l.j.§.ꝑ ſeruũ.& multo magis ſi monaſteriũ illũ repetiit,ſed aliquo ĩpedimẽto obtinere non potuit,acqret ſuo monaſterio,in auth.de ſanc.epiſ. §.ſi mõ actus.

Prælatus

Prælatus enim poteſt monachũ fugitiuum vendere, cũ omnibus bonis per eũ quæſitis: vt in c. abbates. xviij. q. ij. fallit tamẽ, ſm aliquos. ſi fuit in poſſeſſione libertatis diu, id eſt, decennio. ff. à qbus ma. li. nõ fiũt. l. ſed & ſi. quia, vt dicunt, tunc acquirit ſibi. alleg. ff. de acq. poſ. l. per eum. §. fi. ſed dicit Archi. ꝙ ius non eſt in tpe, nec hoc hñet locũ in monacho, cùm nullo tpe excuſetur: extrà de te. quia & hoc omnino verum eſt, ſi de monachatu cõſtet: & in hoc eſt vis an conſtet vel non: & ex quo cõſtat, omnia reuocat monaſteriũ. xviij. q. ij. abbates. Et debent talia de plano & ſine libello expediri: q a ſeruus Dei &c. de accu. olim. ij. q. j. ſi quis. hæc Arc. qui vř allegare Inn. Si autem forte ad aliud monaſteriũ translatus eſt p p peccatũ ſuũ, puta ad faciendã pœnitentiã, & huiuſmodi. xxvij. q. j. ſi qua monacharũ. ſic bona illa, quæ primo attulerat monaſterio, erũt monaſterij ſecundi, quo ad vſumfructum. xvj. q. vj. de lapſis. & poſt eius mortem redibũt ad primũ. ſm cõiorem opinionem, quam tuetur Ray. Hoſt. & Sum. Confe. Si verò monachus tranſit ad ſm monaſterium licitè: puta quia arctius, vel quia promouetur in prælatũ, ſicut tenent aliqui in c. quod à te. de cle. coniug. ꝙ quicquid acquiret poſtea, erit ſecundi: ſed alia primi. & tex. pro hoc xviij. q. j. in c. vnico. Alij verò dicunt, ꝙ omnia ſibi vndecũq; prouenta erunt ſecundi vel dignitatis: quia videtur accedere ad perſonam: licet expreſſe fuerint collata tpe ĩgreſſus: & illud c. vnicum loquitur de acquiſitis ex induſtria monachi: quia erunt penes primũ monaſteriũ, in quo illa acquiſiuit, nõ de patrimonialib. datis primo monaſterio. Et hoc vltimũ ſentit do. Car. in d. c. quod à te. & Pan. poſt Hoſ. & Io. And. vide ĩ. relig. iiij. §. vlti.

13 †DECIMO, quæritur quis miniſtrabit expenſas ei, qui detruditur in aliud monaſteriũ: an abbas primi, an abbas ſecundi monaſterij? Et gl. in d. c. de lapſis. xvj. q. vj. vř tenere, ꝙ abbas primi: etiã ſi nõ habuit aliquid, prouidebit monacho ſuo tpe pœnitentiæ: aliàs quare ſm monaſterium grauaretur? Et hoc placet Inn. Hoſt. verò dicit, ꝙ ſi incluſus à principio habuit bona, prouidebitur de illis: ſi autẽ nõ habuit, vel habita nõ ſufficiũt, & vtrunq; monaſteriũ ſufficit ad miniſtrandum expẽſas, vtrunq; miniſtrabit, quia ſuus monachus eſt, vel ſaltẽ fuit: & ſi ſm de ſola incluſione grauatur, ꝓuideat primũ in memoriã priſtinæ fraternitatis. ar. C. de queſt. l. ſeruos. ff. de pac. do. l. cum tibi. Si aũt alterũ tantùm monaſteriorũ ſufficit, id prouideat. ar. lxxxvj. de paſce. Si aũt neutrũ contribuit. tenebitur capitulum generale. extrà, de ſta. mo. in ſingulis. & c. fi. Faciunt hæc ad qſtionẽ an reformato monaſterio ad nouã regulã data optione monachis antiquis ibidem remanendi: ſi eligant ibi non remanere, ſed alibi viuere: à quibus debent alimentari? Et certe de iure à primo monaſterio. Et ita de facto conſuluit Ant. de But. quod verũ eſt, quando ſecundo monaſterio ſunt inutiles.

## DE AQVA BENEDICTA.

1 *Aquæ benedicta nouo teſtõ bipartita, ad vſus varios a ſacerdotibus conficitur: quorum officiũ eſt Dei bona benedicere: nũ ſacramentũ dici debeat. & an venialiũ peccatorũ veniam inducat.*

2 *Aquæ benedictæ quænam virtutes ſint.*

3 *Aqua non benedicta, benedictæ infuſa, nũ in totũ benedicta efficiatur. Et ibidẽ de vulgari dicto quando dignum magis, minus dignum attrahat.*

4 *Aquæ benedictio, num certi ſit ordinis. Et quid de benedict. menſæ.*

1 AQVA † benedicta vel ſancta in nouo teſtõ eſt duplex: vna. ſ. ordinata ad conſecrationem, vel reconciliationẽ eccleſiæ pollutæ ſanguine vel ſemine: q̃ benedicitur ſolum ab epo cum vino & cinere: vt in c. aqua. & in c. propoſuiſti. de conſec. eccleſ. vel altaris. Alia ordinata ad aſperſionem hominum, vel domorum: & aliarum rerum venientium ad vſum noſtrũ, & repellendũ inuiſibiles inimicos: quæ benedicitur à ſacerdotibus cum ſale: vt in c. aquam. de cõſecra. diſt. iij. quam diaconi benedicere non poſſunt. arg. d. c. aquã. & in c. perlectis. §. ad preſbyterũ. xxv. di. vbi dř, ꝙ bñdicere dona Dei officium eſt presbyterorum, non diaconi: & mandatur omnibus ſacerdotibus vt eam faciant: vt in d. c. aquam. & con ſuetudo interpretatur vt omni die dñico bñdicatur. ¶ Primò verò quæritur, vtrũ aqua benedicta ſit ſacrm? Et dico ſm S. Tho. in iiij. ꝙ nõ: quia non ordinatur directè ad remedium ꝑſtandum cõtra defectum aliquem, ſed eſt quodam ſacramentale, quaſi diſpoſitiuum ad ſacramentum: quia ordinatur ad remouendũ prohibens, id eſt nequitiam dæmonum. & venialia, & omne quod impedire poteſt effectum ſacramẽtorum. vnde ſm Pet. de Pal. & Ale. nõ facit remiſſionẽ venialiũ per modum ſacři, ſed per modũ meriti. quod intelligendũ eſt, inquantũ excitat mentẽ ad quãdam eleuationẽ & deuotionem actualem:

q̃ eſt virtualis cõtritio de venialib. ea diluẽs.

2 SECVNDO † quæritur, quæ ſint virtutes aquæ benedictæ? Et dico, vt patet in d.c. aquã. quod habet virtutẽ hominũ ſanctificatiuã, ſ. inquantũ excitat deuotionẽ: & purificatiuã, inquantũ, vt dictũ eſt, ꝑ eã venialia remittuntur: & ablatiuã ſterilitatis rerũ mũdanarũ: ſicut ſal ſub Eliſeo ſanauit aquæ ſterilitatem: & bonorum multiplicatiuã, & auerſiuam inſidiarum diaboli, & defenſiuam à malis phantaſmatibus.

3 TERTIO, † vtrũ aqua nõ benedicta addita benedictæ efficiatur tota benedicta? Et dico, ꝙ ſic, ẽm omnes: ſed in ratione & cauſa huius eſt differentia: quia Sũ. Ang. dicit hoc ideò eſſe ẽm regulam glo. in c. qđ in dubijs. de conſe. eccle. vel alta. quia ſacramentum tanquam dignius trahit ad ſe non ſacramentum, etiã quantitate maius. 13. q. ij. non ęſtimemus. Sed illa gl. non habet illud verbum, quantitate maius. Vnde Sũma Roſ. dicit, ꝙ licet hæc ratio ſit adminiculatiua, tñ nec eſt ſufficiens, nec generaliter vera: quia ſi vncię vini dignioris addatur libra aquæ minus dignæ, non efficitur totũ vinum. Et ideò ratio ſufficiens & propria aſſignatur à Theologis: quia aquę ex benedictione acquiſita, eſt quędã ſpiritualis, intẽtionalis, ſupernaturalis virtus, quæ attingit omnẽ aquã, quæ fit una cũ benedicta, etiã ſi illa eſſet maior quantitate. Et idẽ dico de oleo nõ cõſecrato, ſi addatur conſecrato. Hæc Roſ. licet loquatur vterq; inſufficiẽter: quia hæc non ſunt uera, vt etiã dicit Supplementum, qñ aqua addita eſt maior: niſi adderetur paulatim. alioquin olim mare totum eſſet aqua benedicta, cũ ſit multoties aſperſum: uel ſaltem eſſe poſſet. Vnde virtus ſupernaturalis dignioris, attingit minus dignum, qñ virtus naturalis eius eſt maior: & ſic minor aqua adiũcta maiori ſanctę, fit ſancta. Et ſi iterũ addaẽ alia minor, fit ſancta in infinitũ: ſed ſi ſanctę adderetur maior, vel ęqualis, neutra eſſet ſancta: quia non ſtat vnitas ſanctæ prioris. Et hoc innuit S. Tho. in 4. di. 12. q. j. ar. ij. q. 6. in cor. & ad ẽm, ſi bene libretur. Prædicta tñ ſ. dignius trahere ad ſe minus dignum, ẽm Panor. in d. c. quod in dubijs. intellige in liquorib. & in his quę miſtione confunduntur: in ſacramento autẽ altaris liquor additus non miſcetur ſanguini, cum ſit ibi ſanguis in venis: ſed ſolum commiſcetur ſpecieb. illis. & propterea non efficitur ſanguis Chriſti: vt notatur in c. cũ Marthæ. de cele. miſ. hęc ille virtualiter: ſed inſufficienter: tamen quia tenet indiſtinctè, ꝙ in liquoribus dignior trahat indigniorẽ etiã maiorem: & ſic per guttam aquę benedictę, benedictum eſſet barrille vini: tum quia ratio quare vinũ ſanguini non miſcetur in calice, non eſt quia ſanguis ſit ibi cum corpore, vt dicit, id eſt, in venis: quia ẽm hoc quando ſanguis erat ſeparatus à corpore in triduo mortis Chriſti, vinũ poſitũ in calice fuiſſet mutatũ in ſanguinẽ ſine noua conſecratione. qđ eſt impoſſibile: quia illud vinũ & ille ſanguis poſſibiliter erant in magna diſtãtia locali. ſed ratio eſt, q a ibi ſanguis non eſt localiter: vnde nõ miſcẽtur: tum etiã quia ratio, ꝙ dignius trahat minus dignũ, nõ eſt cõmiſtio preciſe. alioquin caro nouiter generata in pollice ſacerdotis nõ eſſet ſacra. ſed ratio eſt idẽtitas noua indignioris ad dignius: quia ſicut omnis caro ꝑ generationẽ addita & vnũ facta carni viuẽtis fit uiua & animata: ita quicquid fit vnũ ſancto, ꝑ motũ & acceſſum ad ſanctũ fit ſanctũ: non aũt illud ad qđ ſanctũ mouetur: ſicut ſi parua aqua abſorbeatur in magna. Vide etiã ĩ. Benedictio. §. 6. & dic, ꝙ ratio horum & illorũ omniũ eſt identitas cum ſancto priore: ita ꝙ ſi non ſanctum ſit idem ſancto, eſt ſanctum: ſi verò ſanctum transeat in non ſanctũ, prædita ſua forma fit non ſanctum: vt gutta aquæ benedictæ proiecta in mare.

4 QVARTO, † vtrũ benedictio aquæ ſit certi ordinis? Et dicit Inn. ĩ c. j. de exceſ. prel. ꝙ ſic: & ideò eſſet irregularis, excõicatus, vel ſuſpenſus, ſi illã benediceret: ſecus, de benedictione menſæ, quæ non eſt ordinis certi.

## DE ARBITRO.

1 *Iudicũ ordinarij, alij arbitrarij. & ij qui ſint. Cæterum Arbitratorum genera duo ſunt, ceu & arbitrorũ. Et qui nam ijdem. Porro aũt vis iudicum omnis, aut ĩ ordinarijs ſimpliciter, aut ordinarijs & arbitrarijs ſimul, aut in arbitratoribus, arbitriſue iuris, & arbitris ſimplicibus poſita eſt.*

2 *Arbiter cõpromiſſarius, & iuris arbiter, ecquid inter ſe differant. Et quid de arbitratore. Et ſub hoc ordine, quod vna & viginti ſint differentiæ, de quibus ſigillatim cũ diuerſitatis rationibus.*

3 *Arbiter & arbitrator qua ratione ac modo inter ſe diſcernantur.*

4 *Innocentij ſententia quo ad diſcernendorum arbitrorum ab arbitratoribus rationem qualiter defendi ac ſeruari poſſit.*

5 *Compromiſſo facto, vt quis procedere iuris ordine ſeruato, & minimè ſeruato poſſit, an quis arbiter, an arbitrator cenſeri debeat. Et quid ſi partim iuris or-*

*ris ordine ſeruato, ac partim non ſeruato ſententia lata fuerit.*

6 *Promittens dicto arbitratoris ſub pœna, aut iuramento ſtare, num impune poſſit ad viri boni arbitrium reductionẽ, ſi iniquum arbitramẽtum fuerit, petere. Et quid ſi nominatim dictum ſit, vt arbitrator ius partis vnius in partem, vel totum poſſit alteri tradere.*

7 *Partes num ab initio reductioni ad boni viri arbitrium renunciare queant. Et tum ſi renunciatio efficax ſit, aut de eadẽ re pactum, num ad oẽm læſionem, præſertim ſi iuramentũ, aut pœnæ promiſſio interuenerit. Et ſubinde, quid ſi dictum ſit, vt alte & baſſe in totum, vel in partem, de iure vnius alteri dari poſſit.*

8 *Renunciatione reductionis non interpoſita, & ea tandem, quæ impedimentum reductioni non pateret, ob quantum læſionem reductio concedatur. Et ibi, quod varijs ex circunſtantijs, bonus vir habet arbitrari & definire.*

9 *Reductionẽ qui petit, ſi in reductione ſuccumbat, quod iniquitatẽ euidentẽ nõ probarit, num in pœnam in compromiſſum deductam incidat. Et ibidẽ ad Dyni cõſilium limitationes duæ. Et quid ſi pro parte obtineat, & partim corruat.*

10 *Arbitrij ferendi poteſtas in arbitrio, aut arbitratore, quandiu duret. Et ibidẽ, quod in arbitrãdi negotio, vbi negotij natura non amplius arbitro, atque arbitratori cõuenire põt, arbitri appellatio, tum arbitro, tum arbitratori cõmunis eſt.*

11 *Bonus vir, ad quem pro arbitramenti iniquitate recurri ſolet, quiſnã dicatur. Et ſi ex ſtatuti municipalis forma laudum executionem paratam habeat, ad cuius iudicem recurrendum ſit.*

12 *Arbitrator, num partibus præſentibus pronunciare debeat. Et num abſentes ſaltem de honeſtate conuocari debeãt. Et quid ſi ex abrupto nec requiſita, nec audita parte, pronũciarit arbitrator. Et quid vbi in duos compromiſſum factum eſt, & hi inter ſe diſcordent.*

13 *Arbitria a iudicijs ecquid diſtent. Et ibidem tradit differentias vndecim, conueniẽtias aũt duas.*

14 *Arbiter quiſnam, aut qualis eſſe debeat. Et recuſans iudicem, vt ſuſpectum, num in eodem loco arbitros eligere teneatur. Hi aũt quum eligũtur quot debeãt, aut eſſe poſſint. Et ſi tres eligantur, num duorum ſententia efficax ſit.*

15 *Compromiſſum de rebus ſpiritualibus num fieri poſſit: & in quos.*

16 *Compromitti in laicum de rebus ſpiritualibus, cur non liceat.*

17 *Epiſcopus, num ſicut ipſius authoritate in clericum & laicum de cauſa ſpirituali cõpromitti põt, ita eiſdem cauſam ſpiritualem committere, ac delegare poſſit. Et ibidem diuerſitatis ratio.*

18 *Arbitri ſententiam ferre qualiter debeant. Et arbitri inique arbitrantes, aut nõ intra definita tempora pronũciantes, partibus, num ad id, quod ipſarũ intereſt, teneãtur. Et quid in arbitratore.*

1 ARBITER, † vt plenius quis ſit intelligatur, ſciendũ eſt, ꝙ vt dicitur ij.q.6. à iudicibus. iudicũ quidam ſunt ordinarij, ſcilicet illi, qui ab apoſtolico, id eſt, Papa, vt eccleſiaſtici: vel ab Imperatore, ut ſeculares, legitimã poteſtatẽ acceperunt: quidã verò ſunt arbitrarij, ſcilicet illi qui nullã poteſtatem habentes, cum litigantium conſenſu in iudices eliguntur: in quos compromittitur ut eorũ ſententiæ ſtetur. Arbitratorum verò alij ſunt ordinarij & arbitrarij: ut hi, ꝗ legitimã poteſtatẽ habẽtes, ab eis eligũtur ad arbitrandũ, ꝗ nõ ſunt ſuæ iuriſdictioni ſuppoſiti: alij verò ſunt arbitrarij tm̃. hæc ibi. Arbitratorum aũt tm̃ duo ſunt genera: quia quidã ſunt arbitratores, qui non tenentur ſeruare formam iuris in executione iuſtitię: & promittũt partes non recedere ab eorum arbitrio ſub certa pęna, q̃ ſoluere oporteret, ſi nõ paterent ſentẽtię: de quibus diffuſe Ant. de Butr. ſu. ꝑ c. Quintauallis. de iureiur. quidã verò ſunt arbitri. Arbitri aũt ſunt duplices: quia quidã ſunt arbitri iuris, ꝗ videlicet eligunt à partibus ex recuſatione iudicis ordinarij, uel delegati: ꝗ in executione iuſtitiæ dẽnt ſeruare formã iuris: & ab eis appellatur. quidã verò ſunt arbitri ſimpliciter, ꝗ eliguntur à partibus, quæ ſi nõ cõſentiunt ſentẽtiæ, reducit ſe ad arbitrium boni viri: ꝗ propriè nõ ſunt arbitri, ſed ſunt quaſi proxeneta, & cõmunis amicus, uel cõpromiſſarius, & amicabilis cõpoſitor, ꝗ etiã tenetur ſeruare formã iuris in executione iuſtitiæ. Quidã ergo ſunt iudices ordinarij: quidã ordinarij & arbitrarij ſimul: quidã ſunt arbitratores: ꝗdam arbitri iuris: quidam arbitri: & ſic ſunt quinq; iudicũ differentiæ, quæ ibi colliguntur, exceptis delegatis: ſed de ordinario agetur j̃. in titu. Iudex.

2 PRIMO, † verò quæritur, quæ ſit differentia inter arbitrũ cõpromiſſariũ, ſiue amicabilẽ cõpoſitorem, & arbitrum iuris? Et dico, ꝙ ſunt multæ. Prima, quia à ſnĩa arbitri iuris appellatur: non à ſententia arbitri compromiſſarij: ut in c. à iudicib. ij.q.6. Et ratio huius ſumitur ex alijs differentijs: ꝗa arbitri iuris aſſumuntur ex neceſſitate, & habẽt iuriſdictionẽ, & ex ſnĩa eorũ põt agi: ſed arbitri compromiſſarii eliguntur ex nuda vo-

luntate partium, nec habẽt iuriſdictionem. ¶Secundò, quęritur, quę ſit differentia inter arbitrum ſiue iuridicũ ſiue cõpromiſſariũ, & arbitratorẽ? Et dico, ut colligitur ex Inn. & Panor. in d.c. Quintauallis. ꝙ ſunt multæ. ¶Prima, & principaliter, quia arbitrator ſemper ſumitur circa contractũ: arbiter verò in lite: ut dicit Iaco. de Are. & recitat Cyn. in l. ſi qui ex conſenſu. C. de epiſ. aud. Sed hoc vr̃ falſum: q̃a in d.c. Quintauallis, arbitrator fuit aſſumptus ſuꝑ ſatisfactione iniuriæ. & ff. de no. ope. nun. l. 3. aſſumitur ſuꝑ lite. & clarius idẽ ꝓbatur in auth. ſi uerò cõtingit. C. de iudi. Vnde ꝑ hoc alij dixerunt, ꝙ arbiter eſt, qui habet iudicare de iure, ẜm ordinem iudiciorum: arbitrator uerò, qui aſſumitur de iure & de facto. Sed Bart. ſoluit & concordat: quia q̃n aſſumitur ſuper contractu, ſ. fiendo: quia arbitramentum eſt tranſactio quędam, ut no. in auth. ut diſ. iudi. unde dicitur aſſumi ſuper contractu tranſactionis ineundo: & conſequenter ſemper aſſumitur ſuper cõtractu, aut complendo, ſi fuerat inchoatus à partibus: aut ineundo, & perficiendo, quãdo aſſumitur ſuper lite, ut trãſigat inter partes. ¶Secũda, nam arbiter eligitur, ut ſit loco iudicis, ita ꝙ habet procedere iuris ordine ſeruato, & in forma iudicij ſicut iudex: unde coram eo debet dari libellus, & fieri litis conteſtatio, & iurari de calumnia, & ſententiã ferre debet in ſcriptis, & procedere non põt diebus feriatis in honorem Dei: & ſi procederet, non ualeret proceſſus. quæ omnia ſecus ſunt in arbitratore, qui aſſumitur ſuꝑ cõtractu ut procedat extra iudiciũ. ¶Tertia, quia in facto proprio nõ põt quis eſſe arbiter, ſed bene arbitrator. Et ratio eſt, quia nemo põt ſibijpſi impetrare. ¶Quarta, quia arbiter nõ iurat, nec partes iurare debent de obſeruãtia arbitri: qđ in arbitratore ꝓhibitũ nõ reperitur. Et hęc de iure ciuili. Et ita tenuerũt Bar. & Bal. de iure verò Cano. quantũ ad arbitratorem. caſus eſt in c. Quintauallis. de arbitro aũt dic ut legitur & no. i c. ij. de arbit. ¶Quinta differentia eſt, q̃a arbiter recuſatur ut ſuſpectus, nõ arbitrator, ẜm do. Ant. ſed Pan. idẽ tenet de arbitratore: imo, inquit, in multis caſibus recedi põt ab eius perſona, & alius aſſumi, iuxta no. ꝑ Bar. in l. ſi quis. qđ nõ eſt in arbitro. ¶Sexta eſt, quia fœmina põt eſſe arbitratrix, non arbitrix: quia hoc eſt officium virile, cum habeat procedere iudicialiter. qđ intellige, niſi fęmina ex dignitate habeat iuriſdictionem, ut quia eſt regina, uel comitiſſa. ¶Septima ẜm quoſdam, quia in iudicem ordinariũ ſubditi cõpromittere nõ poſſunt, vt in arbitrum: ſed ut in arbitratorẽ ſic. Sed tu dic in c. cũ tẽpore. de arbit. iuncta gl. quæ arguit ibi ꝙ ordinarius poſſit eſſe arbiter. & deinde obijcit ꝑ l. ſed & ſi in ſeruum. ff. eo. & ſoluit ꝙ lex vult eum non poſſe iubere, ut partes in ſe cõpromittant. ff. de tute. & cur. l. iiij. ¶Octaua, nam ẜm Inno. ſententia arbitri emologatur. i. approbatur taciturnitate decẽ dierũ, vt ſic poſtmodum detur actio & exceptio. qđ intellige, ſi ſine pœna fuit cõpromiſſum. dictum aũt arbitratoris non emologatur prædicto modo: ſed ſi partes illud expreſſe cõfirment, parit exceptionẽ quaſi trãſactionis, uel pacti, imò, ẜm Hoſt. ſi ęquũ ſit, etiam una parte contradicente, erit officio iudicis executioni mandandum. Et idem ſi iniquum ſit, poſtquam ad æquitatem fuerit redactum. Sed hic ſunt duæ quæſtiones, de quibus uide Pan. ubi ſ. ¶Nona, nam cõpromiſſum factũ in arbitrũ, ſoluitur morte alterius cõpromittentium: unde nõ tranſit in hęredes, niſi ſpecialiter de eis in cõpromiſſo caueatur: ſecus in arbitramento: quia illud eſt pactũ, ſeu tranſactio quæ tranſeũt in hęrdes. l. ſi pactũ. ff. de proba. Hoc tenet Hoſt. & cõmuniter Doc. in l. fi. ff. de arbi. etiã ſi ſuꝑ cõtractu ineundo fuerit cõpromiſſum, ẜm Frã. de Aret. quia ſpecies cõditionalis obligationalis tranſmittitur ad heredes, niſi ſit talis, quæ perſonę cohereat. Bar. uerò diſtinguit: ſed Pan. plus placet. ꝙ indiſtinctè trãſeat ad hęredes, ꝙ ſi alter compromittentiũ banniatur, uide Bar. in l. ſi quis. ff. de uerb. obli. ¶Decima, nã atteſtationes & cõfeſſiones factę & receptę corã arbitro, faciũt fidem poſtea corã iudice: ſecus in habitis coram arbitratore: quia corã illo non eſt iudicium, nec quaſi: in quo tñ ſunt opiniones. & dic ut Pan. in c. pręſenta. de teſ. ¶Vndecima, nã confeſſio facta corã arbitro, reuocari põt poſt ſententiam, antequã arbitriũ ſit emologatũ: quia ante emologationẽ non põt dici finitum negotium, cùm non competat ex eo actio, uel exceptio. l. pe. C. de arbi. ſed facta corã arbitratore indiſtinctè nõ reuocatur laudo ſecuto, ſi eſt validũ, quia negotium vr̃ finitum ꝑ trãſactionem. ¶Duodecima, nã litis cõteſtatio corã arbitro interrumpit præſcriptionẽ, nõ in arbitratore, q̃a corã eo nõ eſt iudiciũ nec quaſi, & conſequenter nec litis conteſt. ¶Decimatertia, nã arbiter ꝓcedere non põt diebus feriatis, ſed arbitrator ſic, ẜm Bar. quia

arbitramen-

arbitramẽtum eſt tranſactio & reductio ad pacẽ: qđ quia pietatẽ concernit, põt diebus feriatis explicari. Sed Pan. dicit, ꝙ tenent quidem geſta coram eo die feriato. quia cum non ſit iudicium coram eo, ceſſat diſpoſitio c. fi. de fer. Dicit etiam, ꝙ ſine peccato procedit, ſi ſperatur pax, aut alius pius effectus, nõ aũt ſi ſperatur ſolũ ad implementũ alicuius cõtractus, unde illicitum eſt Titio arbitrari, quãtũ fuerit expẽſum in tali domo, aut collectũ ex tali agro: quia hoĩes dẽnt tũc intendere diuinis. ¶ Decimaquarta, nã coram arbitratore non eſt locus peremptioni inſtantiæ ꝑ lapſum triennij, quia coram eo nõ eſt iudicium, uel quaſi, & ſic ceſſat diſpoſitio l. properandum. C. de iudi. ſed corã arbitro ſic, ſm aliquos. alij ꝙ non, cùm non habeat iuriſdictionem. Pan. aũt magis placet opinio contraria de iure ciuili, quia arbitria ſunt reducta ad inſtar iudiciorum. l. j. ff. de arbit. & corã arbitro eſt quaſi iudicium. l. ſi de meis. ff. eo. & conſequenter habet locum diſpoſitio l. properandũ. de iure aũt Cano. uide Pa. in c. pen. de iudi. ¶ Decimaquinta, nam arbiter, ex quo ſemel ſuper toto pronunciauit, ſeruando formam compromiſſi ſiue bene, ſiue male functus eſt officio ſuo: unde ſententiam amplius mutare non põt. In arbitratore aũt ſunt opiniones. Sed Cyn. poſt Petr. diſtinguit, quia aut arbitrium ſeu electio competit mihi iure meo: & tunc poſſum, licet ſemel male elegerim, ſeu arbitratus fuerim, iterum arbitrari. aut cõpetit mihi ſuꝑ iure alieno: & tunc ſi non ſeruaui formã, poſſim iterum arbitrari: ſi aũt ſeruaui formam me amplius intromittere non poſſum: quia ſiue bene ſiue male, functus ſum officio meo. Et ſic non vr̃ differẽtia in hoc inter arbitrũ & arbitratorẽ. ¶ Decimaſexta, nã arbiter non cogitur laudare, licet ſuſceperit compromiſſum, niſi ibi ſit pena uel pignus: ſed arbitrator ſic, ſi cõpromiſſum recepit, ſicut refert do. Ant. modernos tenere. ſed certè ſm Panor. in hoc nõ eſt differẽtia inter eos, ſed ſolũ debemus diſtĩguere an acceptauerit uel nõ, q̃a uterq; cõpellitur ſi acceptauit, licet pœna nõ interuenerit. Decimaſeptima, nã arbiter ſentẽtiã facere non põt in eccleſia, ſicut nec iudex: & lata, nõ teneret. de immu. ecc. c. decet. lib. vj. quod c. licet loquatur de iudice, tñ extenditur ad arbitrũ, qui largo modo eſt iudex: q̃a cũ illud c. venerit ad peccatũ impediẽdũ, fieri debuit interpretatio larga, vt no. Io. And. in c. ex tenore, q̃. fil. ſint leg. Secus in arbitratore. l. fi. C. de fer. de quo, quãtũ ad peccatũ, diſtingue ſicut de proceſſu in die feriato dictum eſt, ſm Pan. Quantum autem ad valorem proceſſus, ſm eundem indiſtincte valet, quia eſt quidam contractus: contractus autẽ initus in eccleſia non irritatur per illum tex. vt ibi dicit gl. ¶ Decimaoctaua, nam arbiter manus extendere non põt ad res extra compromiſſum. vt in c. cum dilectus. de arbi. arbitrator aũt ſic, vt not. Spec. in tit. de arbit. Ratio, ſm eum, eſt, quia dictum arbitratoris tenet, ſiue æquum ſiue iniquum. ſed per iudicem reducitur ad æquitatem, vt in d. §. arbitrorum. vnde poteſt rem vnam, de qua agũt partes, adiudicare alteri, recepta quantitate pecuniæ ab alia, ſed ſm Pan. hoc dictum eſt nimis largum, vt ſ. poſſit extẽdere manum ad aliena, de quibus non fuit cogitatũ in cõpromiſſo. Vnde dicit Bar. in l. cum Aquilia. ff. de tranſa. ꝙ ſi corã arbitratore eſt contẽtio de fundo, licet cõpromiſſũ ſit gñale, non tñ põt alterã partẽ cõdẽnare, vt recipiat illũ fundũ, & det aliã rẽ, de qua non fuit cogitatum. Secus ſi vult cõdẽnare in pecunia, quia nõ vr̃ alia res, cũ omnis res ꝑ eam æſtimet̃. vnde cõcludit Pan. in hoc dr̃iam nõ eſſe, ita ꝙ neuter põt manus extendere ad ea, q̃ ſunt aliena prorſus & incognita. ¶ Decimanona, nam excõicatus non põt eſſe arbiter, nec ſicut iudex. de re iud. ad probãdũ. intellige de excõicato notoriè, ſm Archi. ij. q. vj. à iudicibus. & affirmat Spec. & ita refert in curia determinatũ de mandato papæ. In arbitratore aũt ſunt opiniones. & Bar. ſentit ꝙ poſſit: q̃a excõicatus æquiparatur deportato: qui non perdit ea, q̃ dependẽt ex conſenſu, & ſunt de iuregentiũ. Oppoſitũ cõcludit Io. And. in regula, dolo. de reg. iu. lib. vj. in mercu. ſi ſit notoriè excõicatus, & cũ iſto tranſit Pan. vnde nõ eſt dr̃ia. ¶ Vigeſima, nã arbiter debet vnicuiq; partiũ reddere quod ſuũ eſt. nec debet de iure vnius tollere vt det alio. i. ideo dicit lex, arbitrũ ſumere partes iudicis. ff. de arbi. l. ſi de meis. arbitrator verò hoc põt pro bono concordiæ, vt dicit gl. in d. l. & ad hoc Inno. & Pan. adducit c. niſi. de præben. maximè iuncta glo. quia impoſſibile erat de iure ꝙ vnus haberet titulũ in beneficio & alteri pẽſio deberetur: & tñ pro bono pacis ex poteſtate arbitraria fuit illud toleratũ. quod tñ Bar. intelligit, qñ modicè lędit: aliter reduceretur ad arbitriũ boni viri. Bal. tamen dicit, quod non poteſt tollere de alieno. quod ſi ſaluare vis, intellige ſine cauſa, vel qñ non

in modico

in modico lędit.Ratio aũt diuerſitatis eſt,vt dicit Pa. quia arbiter eligitur loco iudicis & cõſequenter debet ꝑ tramitẽ iuris ꝓcedere,cuiq; tribuendo ſuum. Arbitrator verò vt amicabilis cõpoſitor.& tranſigens inter partes. Ex natura aũt cõpoſitionis & trãſactiõis eſt,vt poſſit ꝓ bono pacis de iure vnius dari alteri ſine magna læſione: q̃a ſatis lucratur, q̃ à lite recedit.l.Lucius. & qđ ibi no. ff. ad Treb.¶ Vigeſſimaprima,nã ſm̃ Inno. in d.c. Quintauallis. dictũ arbitratoris non mutatᷓ, vbi modicè & non grauiter lædit:dictũ verò arbitri non mutatur,ẽt ſi grauiter lędat,imo ſi pœna ꝓmiſſa ſit,agitur ad pœnã. C. de arbit.l.j.& ſi non fuit ꝓmiſſa,ſed tantũ ſtipulatio interceſſit,agitur ad intereſſe.ff.de arb.l. diẽ.Si aũt ſimiliter cõpromiſſum ſit, & ſnĩa ꝑ partes expreſſe fuerit emologata, & intra decem dies neutra contradixerit, oritur ex ſnĩa actio & exceptio. C. de arbit. l. pen. & agitur tunc cõdictione ex illa l.ſm̃ Inn. q̃ ẽt ſentit,ꝙ arbitriũ pœnale non emologatur taciturnitate decẽ dierũ. Et in effectũ vult, ꝙ dictũ arbitri nõ reducitur ad arbitriũ boni viri, id eſt,iudicis loci.ff.pro ſoc.l.ſi ſocietatẽ. ẽt prætextu læſionis enormis. Et hoc probatur in d.l.diem.§.ſtari.Sed Hoſt.in c. ii.de arbi.limitat, quia ſi arbitriũ continet manifeſtã iniquitatẽ,poterit ſuperior ex ſuo officio retractare,arg.illius c.Pro quo ẽt Pan.cõſentiens adducit gl.ordi.ij.q.vj. à iudicibus. Et idẽ ibi Arch.Bern.quoq; de arbitr.in c. expoſita:dicit,qđ ẽt ſi quis ſit arbiter,non eſt ſtandũ iniquo arbitrio,ſed reducetur ad arbitriũ boni viri:de arbit.c.j.& ii.imò ſi iuraſſet,dẽt reuocari.extrà,de iureiur.c.Quintauallis. nõ tñ propria aũctoritate veniet cõtra iurm. Et hoc intelligo,qñ iniquitas eſt aperta:licet iura quæ adducit non probent intentũ,ſed potius oppoſitũ habeatur, in d.c.ij.in gl.Dictũ aũt arbitratoris,ſi enormiter lædit,reducitur ad arbitriũ boni viri,qđ intelligo ẽt ſi iniquitas nõ ſit aperta. Ratio aũt diuerſitatis,vt dicit Pan.quare dictũ arbitri non reducitur ad arbitriũ boni viri, ſaltẽ ad petitionẽ partis, dictũ aũt arbitratoris ſic,eſt ſm̃ Bart. in d.§. arbitrorũ. quia ex cõpromiſſo in arbitriũ fit iniuria iudici,cuius erat iuriſdictio: cũ adeatur arbiter vt procedat vt iudex:& conſequẽter iudex meritò ſe non impediet de iniquitate.nulla aũt ei fit iniuria, qñ cõpromittitur in arbitratorẽ,cũ fiat ſuꝑ contractu,q̃ ex partiũ cõuentione celebratur,& non iudicis authoritate. Pan.aũt arguit cõtra iſtã rõnẽ: & deinde hicit hãc eſſe rõnẽ,quia arbiter nõ eligitur vt arbitratu ſuo decidat,ſed vt ꝓcedat ſm̃ ius: ideo ad arbitriũ boni viri reduci non põt, quia non habet in eo locũ arbitratus. Appellari aũt non põt, quia ex ſnĩa ſua non datur actio iudicati: & ſic appellatio nõ reperit quid ſuſpendat: vt legitur & no. in l. j.C.de arbit.& conſequenter cũ non reperiatur cõpetens remediũ,ſtandũ eſt ſnĩæ ſuæ, & imputandũ eſt cõpromittenti, niſi iudex ex officio ſuo corrigat modo prædicto.Arbitrator aũt eligitur vt arbitratu ſuo ꝓcedat: vnde meritò dictũ ſuũ reducitur ad arbitriũ boni viri. Hæc omnia dicta in his differentijs, exceptis his quæ allegaui de Bern.ſumpta ſunt ſuccisis allegationibus ex Pan.

3 † TERTIO quæritur, quõ diſcernãtur arbiter & arbitrator?Et dicit Inn. in c.Quintauallis.quẽ ſequitur Bar. & cõiter Doct. ſequentes,qđ ex nominis diuerſitate. Vnde ſi cõpromittitur in aliquẽ tanquã in arbitrũ,eſt arbiter: arbitrator verò eſt,ſi tanq̃ in arbitratorẽ.Sed Pan.magis placet, vt ex modo aſſumẽdi dignoſcantur.Vnde ibi dicit Inn.ꝙ arbiter eſt,q̃ eligitur iudex,id eſt,vt ꝓcedat ſeruato in ſubſtantialibus ordine iudicij. ff. de arbit.l.j.& l.qualẽ. Arbitrator aũt eſt, vt ibi dicit,q̃ eligitur,vt aliquid exiſtimet, vel dicat de re aliqua quid vr̃, ſine ordine iudiciario.Ex quibus infert Pan. ꝙ ille ꝓpriè eſt arbiter q̃ eligitur vt iudex:arbitrator, q̃ habet aliquid arbitrari ex bono & æquo extra iudiciũ.de præb.c.niſi eſſent. vbi ꝓ bono pacis põt de iure vnius, moderatè tñ, alteri dare:vt ĩ d.c.niſi.& no.ĩ l.ſi de meis.ff.de arbit.

4 † OPINIO aũt Inn.& aliorũ,ꝙ diſcernãtur ex nominũ diuerſitate,ſaluari põt, qñ ſimpliciter dictũ fuit, Cõpromittimus in te vt in arbitrũ vel arbitratorẽ, & nihil fuit additum, per quod vnus diſcernatur ab alio ex proprietate cuiuſque.hæc Pan.

5 † QVARTO,vtrũ ſi quis arbiter, vel arbitrator,ſi cõpromiſſum ſit factũ ſic,vt ꝓcedere poſſit ſeruato ordine iudiciario,& non ſeruato?Et dico ſm̃ Archi. poſt Inn.ꝙ in eũ cõpromittitur vtroq; modo, vt innuunt verba:ſed ſi proceſſerit vt arbiter,id eſt,ſeruato ordine iuris,non redigetur dictũ eius ad arbitrium boni viri. Si aũt partes dicunt, Eligimus eũ in arbitrũ, ſimpliciter nõ ĩtelligitur, qđ vt arbitrator electus ſit,niſi ex alijs verbis appareat de intentione contraria: puta quia dixerunt ꝙ poſſit procedere non ſeruato ordine iudiciario.Si aũt dicunt, Eligimus talẽ

in arbitratorē, vel in bonū virū, q̄ noſtras terminet quæſtiones : nō intelligitur electus arbiter, niſi appareat ex alijs verbis. Pan. tñ dicit, ꝙ vbi ſic cōpromittitur ꝙ poſſit ꝓcedere ſeruato ordine iuris, & non ſeruato, licet à principio eligere poſſit alterã viam, in non eligendo tñ pōt, & vr̃ ꝓcedere vtraq; auctoritate: ſicut dicit Inn. in habente delegatam & ordinatã, in c. cùm ex officij. de pſcri. ipſe verò Pan. alle. c. niſi, de pben. vbi ꝓbatur, ꝙ ſi cōpromittitur in delegatū, ille pōt in eadē cã ſimul pronunciare, vt arbitrator & delegatus, & ita in propoſito. Et ſi contra iuſtitiam partē læſit, poterit reductio peti: & in dubio ex qualitate facti pſumitur hoc feciſſe vt arbitrator. Et ex his ibi ipſe infert, ꝙ ſi partim ſeruauit ordinē iuris, & partim non : tenebit tñ ſnĩa, ſm Hoſt. quia pręſumetur hoc feciſſe vt arbitrator. Infert ēt, ꝙ ſi in aliquē compromittatur, vt poſſit ꝓcedere de iure & de facto. ſed tñ pronũciet ſm ius : talis in procedendo erit arbiter & arbitrator, ſed in ſententiando arbiter tantū, vt patet ex tradita poteſtate: & ſi pronunciat iniuſtè, ſnĩa non tenet, ſm Bar. quia pronunciauit contra formam compromiſſi. & conſentit Pan.

6 †QVINTO, vtrum is qui promiſit ſub pœna aut iur̃o ſtare dicto arbitratoris, poſſit impunè petere reductionē ad arbitriū boni viri, ſi arbitramentū ſit iniquū? Et Inn. tandē concludit qđ pōt: quia iur̃m, qđ eſt vinculū fortius q̃ pœna, non adſtringit ipſum ad parēdū, quouſq; redactū ſit ad arbitriū boni viri: vt patet in c. Quintauallis. & conſequenter minus ipſum adſtringit pœna. Et idē tenet Hoſt. qñ generaliter eſt iuratū de ſtando dicto arbitratoris. & Spec. in ti. de arbi. & placet Pan. quia verba generalia debent intelligi ſm ſubiectã materiã l. quęro. ff. lo. & conſequenter pœna, & iur̃m debent intelligi, ſi enormiter non læſerit: ſicut ēt in c. ꝑ tuas. de arb. no. dicit Inn. ꝙ iur̃m de ſtando ipſius dicto, intelligitur alternatiuè, ſcilicet ꝙ ſtabit, aut ſoluet pęnã vel ĩtereſſe. ¶Sextò, q d ſi ſpecialiter & expreſſe dictū eſt, vt arbitrator poſſit ius vnius partis in totū vel partē alteri tradere, & ſtãdū ſit dicto eius ēt iniquo: nũquid peti poterit reductio ad arbitriū boni viri, maximè ſi interuenit iur̃m vel pęna? Et dicit Hoſt. ꝙ partes debēt arbitramentū obſeruare, niſi ſit contra Deū. nec poſſent contrauenire ſine metu pœnę, vel periurij, ſi pœna vel iur̃m interuenit: quia poterunt partes in hoc ſe ligare, & renunciare ſuo iuri: fortè tñ ex æquitate, inquit: iudex ex officio ſuo occurrere deberet iniquitati, pēſatis perſonarū & cauſę qualitatibus. de tranſac. c. fi. qđ verbū Pan. dicit valde notandum. Et attendendum etiam, ꝙ deciſio prædictorum dependet ex ſequenti quæſtione.

7 †SEPTIMO, vtrum partes poſſint à principio renunciare reductioni ad arbitriū boni viri? & poſito ꝙ valeat renunciatio vel pactū: vtrū extendatur ad omnē læſionē, maxime ſi interuenit iur̃m vel pœna? Et Pan. ſic dicit: Si quis abſente parte & extra iudiciū renũciat petitioni huius reductionis, nō valet, quia ſic non valet futuri iuris renunciatio: vt l. ſi ita ſcriptū. §. j. ff. de le. ij. no. plene in l. j. C. de pac. c. ex multiplici de decim. In iudicio aūt vel extra iudiciū in pręſentia partis tenet renunciatio futuri iuris: quia habet vim pacti de non petendo, iuxta no. in d. l. j. C. de pact. maximè per Bar. Si aūt quis obligauit ſe per pactū ad non petendū iſtã reductionē: ſumus in caſu dubij. Et dicit Dyn. ꝙ hoc non obſtante in ſimplici renunciatione ſeu pacto pōt hanc reductionem petere ratione magnæ læſionis: quia illud pactum debet intelligi, ſi vt bonus vir fuerit arbitratus. arg. in l. quæro. ff. locati. vbi dicit tex. ꝙ ſi promiſit locator non expellere inquilinū : Intelligitur, ſi ſoluerit penſionē. Et idē ibi cōfirmat Bar. per illũ tex. & Io. And. in regula, ſcienti. dicēs illud ēt procedere, ſi interueniſſet pœna vel iur̃m. Et idē Bar. ĩ l. ſocietatē. §. arbitrorū. ff. pro ſoc. dicens ꝙ iur̃m habēt ĩ ſe illam conditionē, quã habet pactū pręambulum, ſcilicet non venire contra, ſi ęque fuerit arbitratus: operatur enim illud pactū, ſeu renunciatio, reſpectu modicæ lęſionis. Et idē tenet dom. Ant. in d. c. Quintauallis. Et vr̃ cōmunis opinio. Contrariū tñ ſenſit Fede. cōſi. ccxx. dicens, ꝙ pactū, ſeu renũciatio iur̃o vallata, adſtringit ad non contraueniendum reſpectu cuiuslibet lęſionis. qđ tñ bene non ꝓbat. Sed Ia. But. ſentit ēt ſine iur̃o, dicens ſe non videre, quare ꝑ pactum remitti non poſſit dicta reductio, niſi dolus procedat ex animo. vbi aūt interuenit re ipſa, valere debet pactū, ex quo de intentione partiū conſtat. Bald. verò dicit hoc obſeruari cōiter, ꝙ non obſtante quacunq; verborū cautela ꝑ ꝑ enormem læſionē, reductio dicta peti pōt. Pa. aūt ſic dicit: Si deceptio interuenit ex ꝓpoſito, quia ſ. ſcienter ꝑ fraudē, gratiã, vel odiū, grauat partē, pōt reductio peti reſpectu cuiuſcunq; læſionis, nō obſtante quocunq; pacto:

quia

quia ſicut exꝑſsè non pōt remitti dolus futurus.l.ſi vnus,§.illud nulla. ff. de pact. ita nec tacite ſub generalitate verborũ. Itē ſi ꝑ.p dolũ retractatur arbitrium.l.iij.C.ad arb.& l.ita demum.ff.co.à fortiori arbitramentum. & in hoc cōiter doct. conueniunt.Si aũt deceptio interuenit re ipſa ſine dolo arbitratoris, reductio peti nō pōt in læſione modica: vt in l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de arbi.ēt ſi renunciatio nō interuenit:vt in c.niſi,de preb. peti aũt pōt in lęſione nō modica,ſm cōem opinionē,quæ vera eſt,ſi nō interuenit renũtiatio.Si vero interuenit, vt ſ.poſſit vni tollere,& dare alteri,nō pōt peti reductio ratione magnæ læſionis, vel quantitatis: quia renunciatio aliquid operetur: vnde tunc peti pōt ratione maximę ſeu enormis lęſionis,& nō magnæ: quia iſta maxima in dubio vr̃ excepta.arg.in l.omnes.ff.de his q̃ ĩ fraud. cre. Et ſi renunciauit aut fecit pactũ de nō petendo reductionē, ēt reſpectu magnæ læſionis, adhuc pōt peti, ſi deceptio interuenit ex ꝓpoſito: quia dolus futurus remitti non pōt, vt dictũ eſt: non aũt poteris peti,ſi deceptio interuenit re ipſa: quia pars potuit ſibi ex pacto prouidere.l.j.ff.depoſiti.vt in regula,cōtractus.& in regula,ſcienti.de reg.iur.lib. vj. Poterit aũt peti reſpectu lęſionis enormis, ex quo de tali non fuit expreſſum:quia renũciatio trahi non debet extra intētionē agentis.l.qui iniuriæ.ff.de fur. Et ita ſentit dom. Ant.in d.c.Quintauallis.& Bal.dicens, ꝙ magna, vel parua quãtitas dr̃ reſpectu ꝑſonarũ & cãæ.l.cũ filius.ff.de lega.ij.vide gl. in c.ſi. de re iud.lib.vj.Si aũt fuit dictũ, vt poſſit altè & baſsè in totũ,vel partē de iure vnius dare alteri: ſic non ligat ꝑceptũ arbitratoris, ſi fuit cōtra Deũ,ēt appoſita pœna,vel iurõ: vt ꝓbat Hoſt. & idē putat Pan.ſi eſt contra ius cōe nō remiſſibile ꝑ partes:vt ĩ c.examinata & in c.peruenit.de arb.& in c.ſi diligenti. de for.compe. Si aũt eſt contra ius priuatũ partis,peti pōt reductio, ſi deceptio interuenit ex propoſito, & dolo arbitri, ratione dicta, ſm Io.And.& Io.Cal.Bar.eſt cōe dictũ. non aũt pōt peti, ſi interuenit deceptio ſine dolo,ſm Io.And.Io.Cal.& Bar.do.Ant. Et hoc eſt verum ſm Pan.niſi fuiſſet appoſitum aliqđ verbum illius poteſtatis reſtrictiuum,ſ.altè & baſsè,ꝓut ſibi videbitur, aut placuerit: quia hęc verba importãt arbitrium boni viri:vt in l.Thais. ff. de fideic. liber. Dominus tñ Pet.de Anch.diſputãdo tenuit, ꝙ ēt ſi certi ſimus non eſſe dolum, peti pōt reductio prætextu enormiſſimæ læſionis: quia paria ſunt,dolum interuenire ex ꝓpoſito, vel in re ipſa.l.ſi quis.ff. de verb. obl. Sed cōis opinio eſt in oppoſitum,& l.ſi quis. loquitur qñ qs fuit deceptus ignoranter. ſed in caſu noſtro ſcienter & appenſatè dedit illã ampliſſimam poteſtatē arbitratori. Do. aũt Ant. vr̃ velle, ꝙ qñcunq; verba ſint largè concepta: nihilo minus data enormi læſione, ēt in re ipſa dabitur reductioni mediũ, quia talia verba in genere dñr ex cōſidētia diſcretionis,& amicitiæ arbitrorũ,ut beneuolētiã captēt,ne lædãtur.& ita non debet ita latè intelligi:quia de verbis facilè ſeruitur. Vnde ſi repererint ſe deceptos,debet eis ſuccurri,ēt ſi iuratum eſſet: quia abſoluentur,vel iudex ex officio ſuo ꝓuidebit. Et idem tenuit Pet. de Anc. & vt vr̃, hæc opinio habet æquitatē. & pro ea facit c.cum veniſſent.de inſt.& l.ſi libertus. ff. de ope. lib. & quia notarij ex cōſuetudine ſolēt apponere illa verba generalia,teneri pōt, vt dicit Pan.ꝙ niſi aliter appareat, non vr̃ quis pati voluiſſe enormē, vel ſaltē enormiſſimã lęſionē.arg.l.cũ de indebito,ff.de ꝓbat. Alia tñ opinio vr̃ verior de ſubtilitate iuris.Si aũt de dolo dubitatur:dicit Pan. ꝙ ſm Bart. pōt peti reductio ratione enormiſſimæ læſionis, ſaltē officio iudicis: quia præſumitur dolus in tanta lęſione:vt l.Lucius.§.creditor. ff. de his quæ in fraud.cred. Et ſic ſaluari pōt dict. Hoſt.ſcilicet ꝙ in maxima quantitate iudex ex officio ſuo pōt occurrere. Quod quãtum colligitur ex Pan.dupliciter eſt verũ. Primò qñ dubitatur de dolo.Secundò,qñ ex aliqua legitima cauſa,de qua cōſtaret,fuit deceptus arbitrator,vt dicit do. Ant. & Fran. de Aret.

8 †OCTAVO quęritur, pro quanta lęſione dabitur reductio: ſi nulla interuenit renunciatio,aut ſi interuenit, nō impedit reductionē? Et dicit Pan.ꝙ quia in hoc non reperitur ſpecificè prouiſum: inſurgunt opiniones:& quidã dicunt oportet,ꝙ fiat deceptio vltra dimidiũ iuſti pretij.Cy.verò & Pet. dicunt cōpetere hoc remediũ, quantacunq; ſit deceptio.Spe. vero dicit non ſufficere lęſionē modicã,& vr̃ eſſe de mēte Bar.& gl.in l.ſi de meis. ff. de arbi.dr̃ arbitratorem poſſe de iure vnius dare alteri.& Bar. ibi dicit, dummodo modicè:aliàs reductio fiat ad arbitriũ boni uiri.Aliã opi.ponit Bar.in d. §.iuncta l. vnde ſi Nerue.ff.pro ſocio.nititur ꝓbare, ꝙ arbitrator aſſumptus fuit ſuꝑ contractu,requiritur deceptio,ſaltem ĩ ſexta parte totius. Si autem ſuper lite: non conſiderabitur lęſio

ſimpliciter

ſimpliciter reſpectu quantitatis debitæ, ſed habito reſpectu ad qualitatē cāæ. Dom. autē Ant. dicit ſibi videri, ꝙ tex. in d. l. vnde ſi Neruæ. cū ſequenti, probat de dimidia. Pan. autē probat, & iudicio meo, bene, ꝙ ibi nec de ſex ta, nec de dimidia probatur: ſed probat, inquit ille tex. ꝙ læſus ꝑ arbitriū in tertia parte totius debiti, pōt dicere arbitramētū iniquū & petere reductionē ꝓdictā: nec tñ, inq̄t, ſemper requiritur læſio in tertia parte: quia ille tex. in hoc regulam non facit. ſed illud dictū eſt cā exempli. quæ aūt ſic dicuntur, non reſtringunt regulam: vt in c. j. & quod ibi no. ne cle. vel mon. Sed ꝓbatur ibi, ꝙ ex euidenti iniquitate reductio peti pōt. quę qñ dicatur, non credo poſſe dari doctrinam: ſed ex varijs circunſtantijs bonus vir, id eſt, iudex, arbitrabitur: q̄a facilius dēt arbitrator de iure vnius dare alteri, qñ pax aliter ſequi non pōt, q̄ ceſſante ratione pacis, & qñ ius eſt dubium, & inuolutum, q̄ quando eſt clarum: & quando eſt diues, quàm quando eſt pauper: & ſic de alijs circunſtantiis. & facit ꝙ notauit idē Pan. circa compoſitionem fiendam in c. j. de mutu. petitio.

9 †NONO quæritur, an petens dictam reductionem, & ſuccūbens, quia nō probauit iniquitatem euidentē, inciderit in pœnam cōpromiſſi, ſub qua ꝓmiſit ſtare arbitramento? Et dico, ꝙ Dy. q̄ originaliter conſuluit in hac quæſtione, tenet pœnā cōmitti, maximè qñ iurauit nō petere dictā reductionē, & poſtea petijt, & ſuccubuit, qđ cōſiliū refert Io. And. in add. Spe. in tit. de arb. & ibi refert Gul. de Cug. hoc limitaſſe, niſi habuerit iuſtam cauſam petēdi: vt quia probabiliter credebat arbitramentū iniquū. & alle. l. ſi quis. ff. de pœn. Pan. verò alleg. c. ſacro. de ſen. exc. & qđ no. in c. ſi. de do. & contu. Sed adde hic duas limitationes Bart. Prima eſt in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obli. vbi dicit, ꝙ incidit in pœnam ēt ſi ſnīa, ꝑ quā fuit declaratū, arbitramentū eſſe æquum, fuiſſet iniuſta. & hoc, per illum §. duo fratres. vbi vr̃ tex. in ſimili. Secundā ponit in d. l. Iulianus. vbi diſtiguit, ꝙ ſi iudex declarauit arbitramētum equum, & hęc cā expreſſa abſoluit reū incidit in pœnā. nec in hac quęſtione pœnæ admittitur pars ad ꝓbandū, ꝙ arbitramentū fuit iniquū: vt in d. §. duo fratres. & facit gl. ī d. l. Iulianus. Si aūt primò fuit reus ſimpliciter abſolutus vel iudex abſoluit, q̄a nō fuit ꝓbatū iniquū. tūc in q̄ſtione pœnę poterit de iniquitate ꝓbare. Nā ꝑ hanc ꝓbationē detegitur iniquitas ſnīæ, q̄ tranſit in rē iudi. & ſic nō obſtabit exceptio rei iudicatæ. Intellige aūt omnia cū limitatione Guil. & Io. And. ꝓdicta. Ex his infertur, ꝙ allegans iniquitatē arbitramēti, habet ꝓbare, aliàs ſuccūbit: q̄a ꝓſumitur ꝓ iuſtitia. l. ab ea parte. ff. de appel.

¶ Decimo, quæritur, quid ſi pro parte obtinuit, & pro parte ſuccubuit, vtrum committatur pœna in parte? Et dicit Bal. in l. ſi. C. de arb. quod ſi cap. in quo fuit læſus, erat ſeparatum ab alijs, committitur pœna in totum. ſecus ſi connexum, vel vnitum. ita ꝙ ſeparationem congruam non capiebat. Sed Pan. indiſtinctè tenet, ꝙ non committitur, ſed euitatur, quia iuſtè petijt reſtitutionem totius arbitramenti. Et cùm arbitramentum ſit quædam tranſactio ſuper toto, in authen. ſi verò contingit. C. de iudi. non poteſt iuſtè dicere ſe magis grauatum ſuper vno articulo, quàm ſuper alio: ſed grauamen reſultat ex toto compromiſſo ſimul, cùm ſit vnica tranſactio, ſeu vnus contractus. Sed tamen aduerte ſecundum Bal. ꝙ ſi arbitrator iuſſit dari decem, & iudex in cauſa reductionis iubet dari quinque: ſi iſta quinque non ſoluuntur, non cōmittitur pœna compromiſſi, etiā pro rata: quia nunc agitur nō ex cōpromiſſo, ſed iudicis ſnīa. vnde mutata perſona, ſtipulatio pœnæ non committitur. & dicit hoc placuiſſe Bar. Sed Pan. in hac concluſione dubitat: quia iudex aditus ſuccedit in locū primi arbitratoris, vt no. Inn. in c. pręſenti. hodie incipit, ſtatutum. de reſcri. lib. vj. & Bar. in l. j. ff. de leg. ij. & conſequenter eodem eſt iure cōſentiens cum primo: & deinde ſoluit, ac tandē dici poſſe concludi ꝙ ſi iudex ſimpliciter confirmat arbitramentum, habet locum pœna ſ̄m diſtinctionem poſitam in præcedenti quæſtione. Si autem reformat, tunc pęna ceſſat in reformatione: quia nō agitur amplius ex compromiſſo, ſed iudicis ſententia.

10. †VNDECIMO quęritur, quāto tempore duret poteſtas in arbitro, vel arbitratore? Et dicit Pan. vbi ſ. ꝙ in arbitro durat, quāto tempore durat actio: niſi tacitè, vel expreſſè hæc poteſtas reuocetur a partibus. qđ vr̃ probari in auth. ſi tñ. C. de tem. ap. & in cle. quandiu. de ap. Et ſimile eſt in iuriſdictione delegati, quæ niſi reuocetur, ſemꝑ durat, donec extinguatur: vt in l. falſo. C. de diuer. reſc. In arbitratore autem dicit eſſe idē, qđ in arbitro. quod probatur in d. auth. ſi tñ. quia licet ibi tex. loquatur in arbitro: tñ nihil apponit, ꝑ qđ appareat, ꝙ magis ſéſerit de arbi-

tro.

tro,q̃ de arbitratore,quibus arbitrium cõe: vt in d.§.arbitrorum. & nullus tex. ſpecificè facit mentionẽ de arbitratore, ſed cõiter loquuntur de arbitro. Vnde vbi materia nõ eſt magis proportionabilis arbitro, q̃ arbitratori,appellatione arbitri debemus intelligere de vtroq;vt in d. §.arbitrorum.Et hoc,niſi ipſe arbitrator dixerit ſe nolle acceptare compromiſſum,quia ſtatim expirat:vt in l.ſi merces.ff.locati.ipſę aũt partes poſt acceptationem poſſunt ſibi prouidere, faciendo illũ cõpelli ꝑ iudicem, vel communi cõſenſu ab illo recedendo.l.litigatores.de arbitris.

11 †DVODECIMO quęritur, quis ſit ipſe bonus vir,ad cuius arbitrium recurritur pro iniquitate arbitramenti? Et cõiter dr̃. ꝙ eſt iudex loci.l.continuus.ff.de ver.ob.& gl. in c.potuit.de loca.vbi dr̃,ſm̃ Pan. ꝙ vbi fit mentio de arbitrio boni viri in genere intelligitur de iudice.ꝑ d.l.continuus.no.ẽt gl. in c.ſtatutum. de reſcrip. & ſequitur ibi Gemi. & Spe.in tit.de arbi. Sed iſta intelligo vera ĩ foro contentioſo.in ſpectantibus aũt ad forum animę.bonus vir dr̃ prudens,& timoratus:& (vt inquit Bal.in l.j.circa medium. C. de ſol.)qui facit alteri,qđ vellet ſibi fieri.Sed reſultat alia queſtio: cum facit aliq̃s cõpromiſſum à clerico in laicum & econuerſo:vel ſi omnes compromittentes,& ẽt arbitrator, ſunt laici,ſed diuerſi fori:quia tunc dubitaẽ, an iſte iudex cõpetens ſit iudex arbitratoris, vel iudex rei,vel actoris. Et vt recitat Bar. in d. §. arbitrorum.cõiter tenent aduocati, ꝙ ſit iudex appellationis: cum iſta reductio ſit quędã ſpecies appellationis.l.non diſtinguemus.ff.de arbi.§.cum quidam.ipſe verò hoc non tenet:ſed potius ꝙ iudex,qui habet iudicare in principali cã,ita ꝙ ſi actor in cã originali petit reductionẽ, debet recurrere ad iudicem rei:ſi verò ipſe reus petit, habet recurrere ad iudicẽ ſuum.Et hoc placet do. Anto. niſi laudum eſſet iuratum,& dubitaretur ſuper reductione ꝑꝑ iur̃m: quia tunc deberet adiri iudex eccleſiaſticus:vt in d.c.Quintaualis.Et idẽ ſi laudum eſſet in materia pertinẽte ad eccleſiã,vt ibidẽ:vel ſi euidens nutriret peccatum:de iud.nouit Pan.tñ dicit, ꝙ ſi ex forma ſtatuti municipalis laudũ habeat executionẽ paratam, debet adiri iudex arbitratoris. & ꝙ vbicunq; pro parte eccleſię petitur reductio, ex ſpeciali priuilegio poterit adire iudicẽ eccleſiaſticum, ſi allegatur fraus,vel minus legitimus contractus:vt in omni caſu voluit Inno. vtrum autem à tali iudice in cauſa reductionis poſſit appellari, vide Pan.ubi ſupra.

12 †DECIMOTERTIO,vtrũ arbitrator debeat pronũciare partibus pręſentibus? Et dicit Cy.ꝙ ſic:aliter ſñia non valeret.& ſequitur Bar. licet recitet quendã ſolennẽ aduocatum conſuluiſſe contrarium. Fran.autẽ de Are.quẽ ſequitur do. Ant.dicit,ꝙ ſi partes ſunt præſentes in diſcuſſione,non eſt neceſſaria vocatio in arbitratore. Si aũt nõ fuerunt pręſentes in diſcuſſione,vel non conſtat, dicit ꝙ ſi non requiruntur,nõ ꝑꝑ hoc laudum eſt nullum:quia talis modus procedendi, nõ reperitur ſtatutus à iure in ipſis arbitratoribus,quia habent poteſtatẽ arbitrãdi equum ſine obſeruatione alicuius formę: debent tñ de honeſtate partes vocari:& ſi detractẽt venire,non cogitur iudicare: quia põt dicere, ſibi non liquere de cã: & hoc modo ſtare poterit ꝑ non venientẽ quo minus arbitretur. Et hanc opinionẽ ſequitur Pan. & originaliter fuit Guil.de Cu.& ſequitur Bal.& Car. & Hoſ.in eo,ꝙ ſentit arbitratorẽ poſſe teſtes recipere, & publicare, & ſñiam ferre partibus abſentibus.Et idẽ ſentit Inn. ſm̃ Pan. in eo, ꝙ dicit,corã arbitratore non eſſe iudicium, vel quaſi, ſed totum in ſua poſitum uoluntate.Sed tñ Pan.addit limitationẽ: quia ſi arbitrator ꝓceſſit ex abrupto,parte non audita, nec requiſita,laudum eſt nullum. Et conſentit Bal.& Bar.& ſic ad concordiã reduci poſſet cõtrarię opiniones.In arbitro autẽ, ſi partes non ſunt pręſentes in cõcluſione, & ſi in diſcuſſione ſñia non ualet,ſm̃ Pan.ꝑ l.dič.ff. de arbi.licet Ia.de Ra.Pet.& Cy.teneant contrarium? ¶Decimoquartò quęritur,ſi cõpromiſſum eſt in duos arbitratores, & diſcordant: nunquid iudex poſſit eligere tertium, uel cõpellere eos ad eligendum? Et ſm̃ Pan. de arbi.non eſt dubium, quia compelluntur eligere:ut in c.cum ſpeciali.de ap. & in l. idẽ ſi unus.ff.de arbi. Sed de arbitratoribus Bal. recitat fuiſſe reſponſum ꝑ quoſdã ſapientes, ꝙ non: quia arbitratores ſunt ad ſimilitudinẽ proxenetarum.l.ſi de meis.ff.de arb.in q̃bus proxenetis certum eſt, nõ eſſe tractandũ de electione tertij. Et hoc idẽ Bal. placet & Pan. quia in quinta perſona non arbitrante non receditur.l.ſi quis,ff. de verb. obl.& l. ſi merces.ff.loc.Siẽdum uerò,ꝙ totum qđ hactenus in hoc tit.dixi,in prędictis differẽtijs, & quęſtionibus,quę ſequuntur,de Pan. ſumptum eſt,ſuccisis multis allegationibus,quas ibi,ſ.i c. Quĩtauallis.de iureiu. vide ſi placet.

D E

13 †DECIMOQVINTO quæritur, in
quo differãt arbitria à iudiciis, ſiue quæ poſ
ſit iudex, & nõ arbiter? Et dico, ꝙ arbiter pri
mò non põt punire teſtẽ, ꝗ dicit falſum teſti
moniũ corã eo, vel partes producentes falſa
inſtrã, ſi ſolùm eſt arbiter, vel arbitrator, &
non alius iudex, habens merum imperium:
quia poteſtas puniendi nõ eſt attributa, niſi
per iuriſdictionem, qua caret arbiter, vt arbi-
ter, qđ patet, quia ab eius ſnĩa non appellaĩ:
nec ex ea oritur actio, vel executio: vt l. j. C.
de arbi. Itẽ poteſtas arbitri eſt ita limitata, ꝙ
de rebus extra cõpromiſſum, & partes cõpro
mitentis iudicare non valet, niſi de his ſuꝑ ꝗ
bus in eũ eſt cõpromiſſum, vel eis cohęrenti
bus: vt dicit gl. extra. eo. in c. cùm dilectus. Te
ſtis aũt in eũ non cõpromiſit: & eius falſitas
eſt omnino extra cãm, & ꝑſonas cõpromit-
tentes. Nec obſtat, ſi arbitria ſunt redacta ad
inſtar iudiciorũ: vt l. j. ff. de arbi. quia hoc eſt
verum, quantum ad ea tantùm, quę compro
mittuntur. De ſumptibus tñ põt condẽnare,
licet hoc nõ ſit expreſsè & compromiſſum:
quia cã ſumptuũ non eſt extra cãm, ꝑſonas
cõpromittẽtiũ. Si aũt eẽt arbiter, habẽs iuriſ-
dictionem à ſtatuto ciuitatis, vel iudex aliàs
habẽs merũ imperiũ, poſſet punire, nõ vt ar-
biter, ſed vt iudex: quia & iudex teſtẽ corã ar
bitro falſum deponentẽ punit. C. de teſti. l.
cũ app. hæc Ang. de Peru. ¶ Secundò, vt di-
ctum eſt arbiter iudicare non valet, niſi de
his, ſuꝑ quibus in eum eſt cõpromiſſum. ex-
trà eo. cùm dilectus. ĩ gl. Incedit enim ſtricta
via: quia id ſolũ venit in arbitriũ de quo di-
ctũ eſt, vt veniat. ff. eo. l. ſi cùm dies. ¶ Tertiò,
non põt punire contumaciam litigatoris, ſci
licet mulctando, niſi ad hoc actum ſit. ff. de
iudi. l. ij. Condemnare tñ põt, in expenſis cõ-
demnando: quia cognoſcit de intereſſe: nec
põt cogere, niſi in caſu, qui habetur de offi.
deleg. ſuſpicionis. ¶ Quartò, non põt pronun
ciare, niſi vtraq; parte præſente, niſi hoc in-
ter litigatores conuenit. ff. eo. l. diẽ. §. ſi quis.
¶ Quintò, non põt citare partes, niſi ad locũ,
in quo factum eſt cõpromiſſum. ff. eo. l. ſi cũ
dies. Sufficit tñ ꝙ citet in eadem ciuitate, in
qua compromiſſum eſt. ¶ Sexto non poteſt
delegare arbitrium. ff. eo. l. ſi cõpromiſſum.
¶ Septimò, nec corã eo præſtatur ſatiſdatio,
ſed ſufficit pœnæ promiſſio. Cùm enim par-
tes cõuenerunt ſtare ſnĩæ arbitri ſub certa pę
na, põt pœna peti ab ea parte, quę recedit à
ſnĩa qua ſoluta, cogi non poteſt, vt tali ſnĩæ
ſtet, niſi in cõpromiſſo dictum ſit, vt ẽt pęna
ſoluta, vel non ſoluta, nihilominus ſtetur ar-
bitrio. xxv. q. ij. quicunq;. Bar. in gl. ſuꝑ c. di-
lecti. extrà eo. ¶ Octauò, ĩ arbitrio mora pur-
gari nõ põt, vbi pręfixus eſt dies ab homine.
ff. eo. l. Celſus. ſecus in iudicijs. ¶ Nonò, ſnĩa
arbitri non infamat: quia non põt cognoſce-
re de crimine, qđ infamet. ff. eo. l. non diſtin-
guemus. In his omnibus, ſm Arc. diſtant ar-
bitria à iudicijs. ¶ Decimò ẽt in alio, quia ſi
partes renunciant appellationi, & faciunt pa
ctum de non recedendo ab arbitrio: nihilo-
minus recedere poſſent ſoluta pœna poſita,
vt dictum eſt: ſecus circa iudicia. Conueniũt
aũt in quibuſdam, quia ꝑ vtrunq; interrũpi-
tur præſcriptio: & quantum ad iurm de calũ
nia. Ber. ¶ Vndecimò, cõpromiſſum ſoluitur
per mortẽ alterius cõpromittentium: extrà,
eo. ex parte. & ẽt per mortẽ alterius arbitro-
rum: extrà, de offi. del. c. vno delegatorũ. niſi
fiat mentio in cõpromiſſo, ꝙ tranſeat ad hæ
redes vtriuſq; partis compromittentis. ſecus
in iudicijs: quia tranſeunt ad hæredes, etiam
ſi de ipſis mentio non fiat, Ber.

14 †DECIMOSEXTO quæritur, quis,
& qualis debeat eſſe arbiter? Dico, ꝙ nõ põt
eſſe mulier, vt dictum eſt ſ. §. ij. differẽtia vj.
nec monachus. ſm Spe. ſine vtilitate mona-
ſterij, & licentia abbatis: arg. c. ij. de poſtu. &
c. monachi. xvj. q. j. ſed arbitrator põt eſſe ex
ſola licentia abbatis. Et hoc placet Pan. De-
bent verò arbitri, ſm gl. in c. licentia, de app.
lib. vj. eſſe non ſuſpecti. aliàs poſſent, ſicut &
iudices, recuſari. Nec debent eſſe multùm re
moti, ꝑ c. ſecũdò requiris. de ap. Ex quo tex.
no. ꝙ recuſans iudicẽ vt ſuſpectũ, nõ tenetur
arbitros eligere in eo loco: ſed eligere poteſt
alibi, dummodo non valde remotè, ſm Doc.
vt puta non vltra dietas: ar. c. nonnulli, de re-
ſcrip. vel hodie vltra vnam. arg. c. ſtatutum.
de reſcrip. lib. vj. quia ſæpè iudex in loco eſt
tam potens, ꝙ recuſans non poterit in loco
inuenire idoneos arbitros. Debent ẽt eſſe in
locis cõpetentibus, vt poſſit haberi copia pe
ritorum. d. c. ſtatutum. ¶ Decimoſeptimò,
quot debent eſſe arbitri? Et dico, ꝙ debent
eligi vnus, vel tres: & vbi tres eliguntur, duo-
rum ſnĩa retinet vigorẽ. extrà. de arb. c. j. vbi
dicit gl. ꝙ hoc ex honeſtate, non ex neceſſi-
tate dr: quia ſi ẽt eligerentur duo, in quos cõ
promitteretur, tenet compromiſſum: & ſi nõ
concordauerint, cogendi ſunt, vt concordẽt,
vel tertiam partẽ aſſumant. Non tñ valere t
duorum ſnĩa tertio abſente, quæ valeret eo
præſente, & diſſentiente. ff. eo. l. ſi in tres. niſi

in compromiſſo ſit expreſſum, ꝙ duo ſine tertio procedant. Et idem in iudicibus delegatis:vide tamen j.§.xxj.

15 DECIMOOCTAVO queritur, vtrũ compromitti poſſit ſuꝑ rebus ſpiritualibus? Et dico,ꝙ extrà eo.c.contingit:dr̃, Generaliter prohibemus, ne ſuꝑ rebus ſpiritualibus cõpromittatur ĩ laicũ,ſ.vt in arbitriũ, vel arbitratorẽ,ſm Pan.& ſm gl. etiam incidẽter: quia laici eccleſiaſtica negotia tractare non debẽt.de iudi.decernimus.Dicit tñ gl.in d.c. contingit,ꝙ de rebus merè ciuilibus, quibus nullum ſpirituale annexum eſt, in laicũ põt compromitti: quia cum ibi prohibeatur de ſpiritualibus,de tẽporalibus ꝑmittitur:argu. quia quod de vno prohibetur,de altero conceditur. xxv. diſt. qualis. & in c. expoſita. de arb.Et intellige in merè ciuilibus,ẽt ſi eſſent bona,vel iura eccleſiaſtica. Vnde ſm Inn. in d.c.cõtingit.clerici cõpromittere poſſunt in laicũ arbitrum. de rebus tẽporalibus: ꝙ ſi de rebus ſpiritualibus cõpromittatur in laicũ, ſm Bar.non tenet arbitriũ,ſimiliter nec ſi cõpromittatur in laicũ, & clericum ſine auctoritate ſuperioris: interueniẽte aũt auctoritate ſuperioris,valet:tum quia non ſimpliciter in laicum: tum quia ſuperioris auctoritate: vt eod.tit.ꝑ tuas. Vnde,ut colligitur ex glo. in d.c.contingit. nullus citra Papam cõmittere põt cauſam ſpiritualem laico: vel auctorizare, ꝙ in ſolum laicũ de iure ſpirituali cõpromitti.poſſit. Quod vtiq; verum eſt, quia nullus diſpenſat contra conſtitutionẽ Papæ, niſi in caſibus conceſſis: vt in c. dilectus. de temp.or.& conſequenter cùm ſolùm ſit iure expreſſum,vt ſuperioris auctoritate compromitti poſſit in clericum, & laicum, per d.c. per tuas.in ſolum laicum non poteſt ſuperioris auctoritate compromitti.

16 † RATIO autem,quare laicus in cã ſpirituali prohibetur arbitrari,ſm Pan.in d.c.ꝑ tuas.eſt, non ꝑꝑ incapacitatem, ſed ratione honeſtatis:quæ honeſtas conſeruatur ex miſtura clerici, qui ſociatus laico facit eum capacem:etiam ſi laici eſſent plures,& clericus vnus: non tñ extendas caſum huius capituli ad actũ ſpiritualem: quia laicus effici non põt capax iuris ſpiritualis ꝑ miſturã clericorũ:vt in c.Meſſana.de elect.vide §.ſequent.

17 † DECIMONONO, vtrum epiſcopus poſſit clerico, & laico cãm ſpirtualẽ cõmittere,vel delegare, ſicut eius auctoritate in eos, de eadem cõpromitti põt? Et dico ꝙ non. Et ratio diuerſitatis eſt, quia ſm Ioan. And. in d. c.ꝑ tuas.arbitrium de re ſpirituali non eſt actus ſpiritualis. vnde meritò in clericum,& laicum põt cõpromitti:ſed iudicare de cã ſpirituali, eſt quid ſpirituale: vt in c. quanto.de iud. Laicus aũt non eſt capax iuris ſpiritualis,etiã aſſociato ſibi clerico:vt in d.c. Meſſana. põt tñ laicus cõiter ſm Doct. eſſe aſſeſſor iudicis eccleſiaſtici.

18 † VIGESIMO,quomodo debeant arbitri pronunciare ſñiam? Et dico, ꝙ cum ab vno de pluribus arbitris, vel iudicibus, alijs præſentibus & mãdantibus ſñia ſcripta recitatur,pro eodem eſt, ac ſi omnibus eſſet recitata:vñ oportet vt recitans vtatur verbo pluralis numeri dicendo: Nos arbitri,vel iudices tales pronunciamus, &c. niſi in arbitris ſuper electione, quæ fieri debet ab vno vice omniũ. de re iud. cùm ab vno. lib. vj.& præſentibus omnib.arbitris,ſm Pan.in c. ſane.de arbi.Dicit tñ Bar.in l.duo ex tribus.ff. de re iudi. ꝙ ſi tertius fuit præſens in diſceptatione ſuper meritis cãæ, & dicit quicqd uoluit, & monitus ab alijs duobus non uult eſſe præſens,nec allegat cauſam legitimã abſentiæ: tunc poſſent procedere duo ſine tertio. ¶Vigeſſimoprimò quæritur, quomodo arbiter teneatur ad intereſſe?Et dico, ꝙ ſi ꝑmittit tranſire tempus ex dolo, uel lata culpa,tenetur partibus ad intereſſe:aliàs non,niſi ſe obtuliſſet:quia tunc tenetur de leui.Multo magis aũt tenetur ad reſtitutionem,ſi dedit ſñiam iniuſtam ex dolo,uel lata, uel etiã leui culpa, qñ ſe obtulit. Arbitrator autẽ uſ teneri ſimiliter de dolo,& lata culpa, & etiã de leui ſi ſe obtulit, inde habens ſalarium: quaſi contractus ſit gratia utriuſque. Et iſta omnia deduci poſſunt ex dicendis infrà Cõmodatum.§.8.

## DE ARCHIDIACONO.

1 *Archidiaconi,qui de iure multa poteſt, officium in quo poſitum ſit,ac verſetur.Et ꝙ in hoc locorũ ſpectandæ ſint conſuetudines.*

2 *Archidiaconus iuriſdictionem num habeat. Et ibidem quæ poſſit:& quæ,prohibente epiſcopo, nõ poſſit.Et an ordinariam,an vero delegatam iuriſdictionem habeat.*

3 *Archidiaconus de iure communi, de quibus cognoſcere queat.*

4 *Archidiaconus animarum curam committere, aut ad illam inſtituere, num poſſit. Et ibidem ad animarum curam inſtitutionis genus triplex: & quid,ac quale vnumquodque.*

5 *Animarum curam,cum Archidiaconus habere dicatur,vbi quod cura dupliciter conſideratur. Et*

*num id recte ſecundum Hoſt.*

6 *Archidiaconus num excõicare queat. Et quid de prælatis iuriſdictionẽ a collegijs, vel ab alijs, quã epiſcopis duntaxat hãbẽtibus. Itẽ quid de religioſorũ antiſtib. ac præſertim eorũ, qui exẽpti ſunt.*

7 *Archidiaconus indignum præſentans, an ſolus ipſe puniendus ſit, ſi talis ad ordines promotus fuerit. Et ibidem de ſignificatione verbi, bonitas.*

8 *Archidiaconus de promouendi idonea qualitate interrogatus, epiſcopo reſpondens, quem idoneum eſſe, & id ſcire quatenus fragilitas ſinit humana num peccet, ſi promouendus idoneus non ſit.*

9 *Archid. ſi quem promouerit, num promoto ipſi de victu prouidere obſtringatur. Et quid ſi promotus in patrimonij titulo mẽtitur ſit. Et ibidẽ quid de his, qui ad titulũ ſuæ paupertatis promouẽtur.*

10 *Decani rurales, an inſtitui atque deſtitui per epiſcopum de ipſius Archidiaconi conſenſu debeant. Et num promouendis ad ordines, literas cõmendatitias Archidiaconus dare poſſit.*

1 ARCHIDIACONVS † multa de iure poteſt: ſed quia ſcdm Inn. in c. j. de off. arch. conſtitutiones & cõſuetudines per diuerſa loca præualent in officijs. de conſue. cũ olim. ipſis ſtabitur: quæ, ut Ray. dicit, fere tot ſunt in officijs archidiaconatus prepoſiti, uel decani, quot ſunt eccleſiæ. unũ in officio ſuo facit ſcdm qđ habet eccleſię ſuę conſuetudo pſcripta. Vbi uerò non eſſet talis cõſuetudo, uel ſtatutũ, locũ haberẽt capitula totius tituli iſtius, ſcdm Inno. & ſic poſt epm eſt uicarius in omnibus, & habet curã in clero tã in urbe, q̃ in parochijs habitãtiũ: & ipſos debet de tertio in tertiũ annũ, ſi eps nõ põt, uiſitare: ut in d. c. j. & debet auſcultare epiſtolam & Euangeliũ & reſponſoria ſic, ut nullus ea in eccleſia cãtet, niſi prius auſcultatus ab eo, & de iuſſu eius: & ceroferarios ordinare: ut ĩ c. ij. eo. ti. & ſi quid ex ſua negligentia uel alterius fraude perijt de rebus eccleſiæ, tenetur, niſi pro poſſe prouideat: ut eo. ti. ĩ c. ij. dẽt ẽt examinare clericos ad ſacros ordines promouendos. c. ad hoc. & c. ad nr̃m. e. ti. & abbates ac abbatiſſa ponere ĩ ſua ſede: ut ĩ d. c. ad nr̃m.

2 † PRIMO quæritur, utrum archidiaconus habeat iuriſdictionem? Et dico, q ſcdm Hoſt. in aliquibus eccleſijs habet officiũ, de quo dictũ eſt: & in aliquib. iuriſdictionẽ, de qua Io. An. in Nouel. in c. officium. eo. tit. ſic dicit: De iuriſdictione archidiaconi tractatur in multis locis. Primò enim iurgia audit. di. 25. perlectis. & de offi. archi. adhuc. Secundò inſtituit. lxiij. di. ſi in plebi. & eo. ti. cũ ſatis. Tertio pœnas infligit: ut de pœ. licet. Quartò, priuat beneficiis: de præb. referente. Quintò, ſubiectis præcipit obſequia: ut de exc. prælat. ad hæc. Sextò, habet perpetuã uicariam & curam, & conſequenter iuriſdictionẽ ordinariam. eo. ti. c. j. Sunt tñ quędam iura, quæ faciunt contra eum. Primò enim non inſtituit. 16. q. 7. nullus. eo. tit. cum ſatis. Secũdò, quia eſt uicarius, & conſequenter epo prohibente nihil poterit. eo. tit. c. j. ubi dr̃, Sciat archidiaconus poſt epiſcopum in omnibus ſe eſſe uicariũ. Tertiò, quia de paruis tantum cognoſcit, maiora refert: ut in c. ad hæc. eo. tit. per quod patet, q eſt pedaneus paruus, aut nullus iudex, aut delegatus. hæc Io. An. Sed ĩtellige, q inſtituit auctoritate & mandato epi. & non inſtituit auctoritate ppria: ut in allegatis iuribus patet. & ſic tollitur oppoſitio. ſed de hoc ĩ. §. iij. Intelligẽt q iudices pedanei dicũtur, quorũ officiũ eſt de minutis cauſis & infimis cognoſcere, licèt ſint ordinarij: maiores uerò cãs tenẽtur maiorib. referre, cũ ipſi per ſe terminare non poſſint. C. de ped. iudi. l. ij. ¶ Secũdò, utrũ habeat iuriſdictionẽ ordinariã uel delegatam? Et dico, ut recitat Archiep. Io. in gl. di. xxv. in c. perlectis. mota iſta qſtiõne arguit ad utranq; partẽ, nec determinat. Bar. aũt Brix. addit ſibi uideri, q ĩ ciuitate ſolus eps ſit iudex ordinarius. vij. q. j. ĩ apibus. niſi ſecus ſit de cõſuetudine pſcripta de of. arch. c. ult. Aug. uerò de Ancho. diſtĩguit, quia ſi eligitur ab uniuerſitate, & confirmatur per epm, habet iuriſdictionẽ ordinariã de iure: ut probatur in c. perlectis. eo. ti. c. j. & ult. Et idem eſt de eo, qui preficitur collegio uel uniuerſitati per epiſcopum diœceſis: argu. diſt. xciij. legimus. Si uero preficiatur in eccleſia per epm, maximè ubi ſunt plures archidiaconi, nõ creditur habere iuriſdictionẽ ordinariã, ſed tantùm delegatã: & tantum poterit exercere, quantum eps ſibi cõmittit. Et ſic intelligitur d. c. nullus. 16. q. 7. & eo. tit. cum ſatis. & hoc niſi plus obtineat de cõſuetudine preſcripta, cui ſemper ſtabitur.

3 † VERVM de iure cõi hęc uidentur ad eius officiũ ptinere, iurgia minora clericorũ examinatio ac preſentatio clericorũ ad ordines, ſtallatio platorũ ſiue inductio in poſſeſſionẽ, clericorũ preficiẽdorum examinatio, & uiſitatio parochianorum: q̃ omnia habentur eo. tit. c. ad hæc. & c. j. Hęc Archid.

4 † TERTIO, utrum archidiaconus poſſit animarum curã cõmittere, ſiue inſtituere ad illã? Et dico, q extra. eo. in c. cum ſatis. ſummatim dr̃, q hoc non pſumat ſine man-

dato epiſcopi, etiam obtentu alicuius cõſue tudinis:ſed Io.An. in Nouel. ſup d. c. ponit circa curam triplicem inſtitutionẽ.Prima eſt auctorizabilis,quæ ad ſolum epm ſpectat. de exceſ.præl.c.iij.& de offic.deleg. ſuper eo . q̄ habetur loco inſtitutionis, antequam nec p̄ſentatus,nec is,cui collata eſt eccleſia, debet adminiſtrare.de præb.cũ iam dudũ . qđ ſi fecerit,eũ dẽt epiſcopus amouere . de præben. cùm iã.niſi gratioſè diſpenſauerit. Et hæc eſt iuris huius ratio,quare cõſuetudini præſcribi nõ põt. Nã cũ ſine auctoritate epi nullus eccleſiã intrare poſſit,vel derelinquere:vt de renun.c.admonet.nec debeat aliquis talibus ſe ingerere: ſed qui vocatus eſt à Dño tanquã Aaron:vt de electione . qualiter. Ingerit aũt ſe,qui ſine diœceſani auctoritate intrat.de of. or.quoniam. Et quilibet debet per oſtium, id eſt Chriſtũ intrare: aliter fur & latro cẽſetur.Io.x.Cõcluditur, ꝙ q̄ ſine epo ĩtrat ſpreto oſtio,id eſt Chriſto.cuius eſt vicarius, beneficiũ eccleſiaſticũ ſibi vſurpat.viij. q. j. qui vos.& c.ſequenti. Secunda inſtitutio eſt corporalis ad archidiaconũ ſpectans de iure cõi, & ſequens authorizabilem, tanquam illius executoria.arg.de re iud.cùm Bertoldus . ibi de conſenſu epi.Et de hoc habetur eo.tit., ad hæc.& c.vt noſtrum. Eſt & tertia,quæ ꝓ collatione ponitur, quam poſſet archidiaconus habere de conſuetudine: vt de inſtit.c. cũ veniſſent.vnde & cõceſſio pro inſtitutione ponitur:de offi.lega.dilectus. Sed licet conferat archidiaconus, recipiens antequam corporali vtatur,ad auctoritatẽ epi habet neceſſe recurrere,pp rationem dictam, & iura allegata,ſm Ho.Et quamuis gl. in verbo, obtentu conſuetudinis, exponat de non præſcripta: quia præſcripta daret archidiacono poſſe cõferre curam animarũ.Hoſt.tñ reprobat dictã expoſitionẽ,dicens ꝙ nec præſcripta hoc poteſt ſibi dare:loquẽdo. ſ.de prima, ſiue authorizabili inſtitutione:ſecus de tertia,q̃ pſcribi poteſt:ſecundã verò habet de iure cõmuni.

5 † QVARTO, vtrum archidiaconus habeat curam animarum? Et Inn.in verbo, curam. diſtinguit ꝙ cura dupliciter dr̃. Primò ſtrictè:& eſt poteſtas ligandi,ſoluendi,in foro pœnitentiali: & hæc non eſt in prælato,q non eſt ſacerdos.diſt.xxj. in nouo. Secundò dr̃ cura large.& eſt poteſtas eijciendi & recipiendi in eccleſia,& corrigendi exceſſus. diſ. xxj.§.j.Et ſub hac cura eſt, excõicare, viſitare corrigere, & huiuſmodi. Et hanc habere poſſunt archidiaconi, & alij inferiores. Sed Hoſt.dicit,hanc diſtin.ſe nõ intelligere: quia prima non põt dici cura:nec ſm ius,cũ nullo iure caueatur, nec ſm naturalem rationem, imò omnino aliud eſt cura,aliud poteſtas:cũ multi habeant illam poteſtatem, qui non habent curam:ſicut ſacerdotes non curati,q ex licentia vel priuilegio audiunt confeſſiones aliorum.Et econtra,multi habent curam, q non habent illam poteſtatẽ:quia non ſunt ſacerdotes.Igitur potius dicendum eſt,ꝙ cura eſt poteſtas habendi aliquos in ſubditos illis cõferendo ſacrã ꝑ ſe,vel ꝑ aliũ, & alia faciendo,quæ ꝑtinent ad curã, vel ſalutẽ animarũ: vt corrigendo, & huiuſmodi, & hanc habet Archidiaconus,& alij prælati curati,etiam ſi non ſint ſacerdotes: ſed in foro pœnitentiæ abſoluere,vel alia ſacramenta conferre per ſe non poſſunt,ſi non ſunt ſacerdotes, ſed ſacerdotibus iſta committere.

6 † QVINTO, vtrum archidiaconus poſſit excõicare? Et dico,ꝙ in c. archidiaconus, eo.ti.Io.And.poſt Inno.dicit,ꝙ ius cõmune eſt,vt ipſe, & alij prælati iuriſdictionem habentes ab epiſcopis, ex collatione aut confirmatione officiorũ, vel dignitatũ, ad quas aſſumũtur,ſint iudices ordinarij, & poſſint excõicare,xj.q.j.nemo.& hoc niſi ſint mulieres.de pœ.& re.noua.Et quod dr̃ in d.c.archidiaconus.ꝙ excommunicare non poteſt:intelligitur,ubi eſt conſuetudo contraria,quæ dat iuriſdictionem: uel quia excõicare non poteſt cum illa ſolennitate, de qua xj. q. iij. debent. quia illud eſt epi ſolũ.Dicit etiam,ꝙ prælati habentes iuriſdictionem tantùm à collegijs,vel alijs q̃ epis, excõicare non poſſunt,licet habeant aliã iuriſdictionem: quia poteſtatem excõicandi concedere non põt, niſi epiſcopus. xxiij.qõ.iij.corripiantur.niſi collegiũ eligeret auctoritate epiſcopi,uel ab eo confirmarentur,vt dictũ eſt.Sciendum tñ ſm Archidiaconũ,ꝙ prælati religioſorum,p̄cipuè exemptorũ,cum habeant auctoritatẽ, ſeu iuriſdictionem quaſi epalem in ſubditos ſuos, excommunicare poſſint ſubditos ſuos ex auctoritate ſuorũ priuilegiorũ,à ſede apoſtolica eis cõceſſorum.hęc ille.Sed mihi uĩ, ꝙ ex iure communi poſſint, tãquam prælati collegialiter & canonicè electi, ꝑ c. cũ eccleſiarũ.de offi.ordi.de quo ĩ.Excõicatio.j.§.ij.

7 † SEXTO, utrum ſolus archidiaconus ueniat puniẽdus,ſi p̃ſentet indignũ? Et dico, ꝙ archidiaconus habet examinare ꝓmouendos ad ordines & p̃ficiẽdos in eccleſijs,ut i. c. ad hæc.eo.tit. Et hoc ſm Hoſt.niſi ex cã epiſcopus

ſcopus hoc ſibi interdicat:qui ēt pōt & alios adiungere q. ſimul cum eo examinent, ſicut & iterū examinare. Igitur ſm glo.ſi promoueat indignū, quãuis epiſcopus nō videatur puniendus,ſed archidiaconus,q. examinat,& præſentat epiſcopo indignū: arg. diſt. liiij. ſi ſeruus. tñ non eſt ſic: quia tenetur de facto eius qui examinat,cū fiat mandato eius. niſi fortè examinator talis fuiſſet, vt veriſimile nō ſit,ipſum mentiri:vt de pig.ſig. ſicut ēt dicūt Inn.& Ho.ꝙ ſi cōis opinio ſit de bonitate archidiaconi,excuſat̃ epiſcopus. & idē de alio examinatore,qđ ſm Arch. nō vr̃ intelligēdū de bonitate ſimpliciter.ſ.vitę:ſed de bonitate,id ē idoneitate ad examinãdū: vt ſ.ſciat i quibus ſit quis examinãdus, & fideliter agat,qđ ē dictū,vt ſit prudēs, & cōſciētiatus.

†SEPTIMO, vtrum dicēte epiſcopo, ſcis hunc eſſe dignum? peccet archidiaconus reſpondendo,ſcio quantū humana fragilitas ꝑmittit? Et dico ſm Inn.in c.vnico. de ſcrutinio in ordine faciendo.ꝙ ſi talis ordinandus præſentatur à probis, pōt ſana conſcientia reſpōdere:dūmodo nihil mali de eo ſciat:ar. de præſump.dudum. quòd ſi de eo ſcit aliquid mali ſecretū,obtinere debet à prælato, vt eo abſēte faciat ordinationē.qđ ſi nō pōt, vel nō ſine ſcandalo: tunc ēt pōt ſana conſciētia dicere: quia nō dicit niſi vt miniſtret, nō vt ipſe:& eccleſia,q̃ ꝑ illum loquit̃, nihil ſcit de occultis: nec dēt omittēdo talia dicere, indirectè publicare fratris crimē ſecretū. Si verò tale crimē eſſet publicū: tūc dicēdo, talia,peccaret mortaliter.2.2.q.ij.primū.niſi illud eēt crimē veniale:vt 25.diſ.§.criminis.

†OCTAVO,vtrū archidiaconus teneatur prouidere de uictu ei, quem promouet? Et dico,ꝙ ſi quis ſine titulo ordinatur, & ex ſe nō habet,vt dicit gl.in d.c.ad hoc tenetur ei ꝓuidere examinator, q. ꝑſentauit eū.ꝙ ſi non eſſet ſoluendo,tunc tenebitur ei eps,ne contingat eū medicare in opprobiū ordinis clericalis:quia ſaltē debebat prius videre eps quis, à quo, & ad quē titulū ꝑſentaretur: de ęt.& qual.ord.accepimus.Siverò archidiaconus fecit aliquē ſcribi ad titulū ſui patrimonij ordinandū:& apparet illū non habere patrimoniū, aut minus ſufficiens: ſi hoc archidiaconus fecit ſcienter, agetur primò cōtra eū,q. fuit in dolo, ſecundo contra epm, qui fuit in culpa:quia dolus ꝑponderat culpę.ff. ad legem Aqui. l. item ſi obſtetrix. Nec obſtat exceptio de dolo ordinati, ad cuius inſtantiā factū eſt.Ho. tñ placet, ꝙ imputetur ei,qui mētitus eſt: ideoq; ſibi ipſe uictū quærat.xc.diſt.clericus.& ꝑ hoc multis ſubtraheretur decipiendi materia, qui mentiendo ſe ſecerāt ordinari: ut ſuſtentarētur ab ordinatore,uel examinatore.Et placet, qñ ſolus eſt in dolo:alij uerò in culpa ſolùm. Qui aūt ſe faciunt promoueri ad titulum ſuę pauperta tis,ut mendicantes: illam ſequātur.

10 NONO,utrū decani rurales īſtitui debeant,& deſtitui ꝑ epm de cōſenſu archidiaconi? Et dico,ꝙ ſic:ut in c.ad hæc.eo.ti. qđ Io. An.melius dicit intelligi ſecundum çōſuetudinem Franciæ,vbi tales decani inſtituuntur ad tps pro maiori parte ꝑ epm & archidiaconū ad quædam officia eius communia.& cōſequenter ſm Inn.vbi non eſt talis conſuetudo,hoc non vendicat ſibi locum. Quod ſi in deſtitutione,aut inſtitutione concordare nō poſſent:ſm aliquos,vt recitat Inn.& Arch.ſequi vr̃.nihil agitur: cū vnus ſine alio nō poſſit.de offi.dele. cauſam. niſi conſuetudo haberet contrariū.Sed tamen alij dicunt, nominatum ab epiſcopo habere locū: cū eius auctoritas ſit principalis,& archidiaconi, quaſi vicaria.& hoc ſequitur Inn. addens, ꝙ ſi archidiaconus inſtitui videt indignū,poſſet ꝑ iure ſuo appellare,vel aliàs cōtradicere.¶Decimò, vtrū archidiaconus poſſit dare literas cōmendatitias promouendis ad ordines. Et, dico,ꝙ nō. vt in c.ſignificaſti.eo.ti. qđ gl. intelligit, qñ eps eſt pręſens.ſ.in diœceſi. nam ſi eſt abſens, & neceſſitas vel vtilitas ſuadeat ordinandorū, poterit eos alijs epis cōmendare, & ſic literas cōmendatitias dare: quia eo abſente ſupplet vices eius:vt in c.j.eo. tit. Et idem poſſet,ſm Hoſt. generalis vicarius epi, cui aliquis de ſpecialib.caſibus cōmiſſus eſt, cum clauſula generali:vt de offi.vic.c.ij. lib. vj.Sed in præſentia epiſcopi,qui ſic generaliter commiſit ſine ipſius licentia, non debet hoc expedire.de offi.leg.uolentes.

DE ARCHIEPISCOPO.

1 *Archiepiſcopus qui & Metropolitanus dicitur, quam & in quos iuriſdictionem habeat.& de quibus cognoſcere,& quatenus committere poſſit.*

2 *Archiepiſcopus in epiſcopi ſubditos, quot caſibus iuriſdictionem ordinariam habeat.& ibi ꝙ xii. de quibus ſigillatim.*

3 *Epiſcopali ſede vacante, quis epiſcopi vices ſuppleat.Et ibidem quid ſi eps,aut excōicatus, aut a Paganis interceptus,aut mutus,aut furioſus eſſe ctus ſit.Et num cathedrali vacanti eccleſiæ viſitatorē Archiepiſcopus dare poſſit. Et ceſſante ſuffraganeorum negligentia, an poſſit viſitationes*

*iterare, ac procurationes recipere. nu.14.*

5 *Archiepiſcopus ſubditos ſuffraganeorum ſuorũ num abſoluere queat. Et num Primate irrequiſito, concilium celebrare poſsit.*

6 *Archiepiſcopus num poſsit crucẽ ante ſe geſtari facere. Et ibidem quę ſic, cum multis aliis.*

1 ARCHIEPISCOPVS † & metropolitanus ſunt nõia ſynonyma ſignificantia idẽ: ſed archieps dr̃ ab archos, princeps, & eps, quaſi princeps eporũ. metropolitanus verò ἀπὸ τῆς μητρὸς καὶ πόλις. i. a Matrice vrbe, ex qua coloniç deductę. 6. q. 3. ſcitote, licet nõ ſit neceſſe, q̃ habeat illũ numerũ. ſ. decem eporũ ſub ſe. vt ibi dr̃. habet aũt ſm Hoſt. ius pinguius in epm, q̃ in ſubditos eius: & habet iuriſdictionẽ, & eam exercere põt in tota prouincia, tollendo prauã cõſuetudinem, & fulminando ſnĩam excõicationis inſeruantes eam, ſm Inn. quem ſequitur Pan. in c. ex frequẽtibus. de inſti. & ſentit gl. in Sum. ix. q. iij. & cognoſcere põt de crimine eporum. & eos punire: vt in c. ſacro. de ſen. exc. licet nõ poſſit procedere ad eorũ depoſitionẽ, q̃ ſoli papæ reſeruatur: vt ĩ c. ij. de tranſ. prela. De cã verò ciuili, cognoſcere poteſt indifferẽter, ẽt ſi ſubditus epi illum cõueniat: quia corã archiepo debet eũ cõuenire. Sed ſi eps habet cãm contra ſubditũ, nõ conuenit eum corã archiepo, quia nõ eſt iudex ſubditi epi, nec habet in illum iuriſdictionẽ, niſi in certis caſibus, de quibus infra: nec ẽt cõuenit eum corã ſe. quia nõ dẽt eſſe iudex in propria cã. Vnde eligi debẽt arbitri iuris. Et probatur hæc in c. ſi clericus aduerſus clericũ. xj. q. j. Non põt aũt cõpellere ſubditum ſuffraganei ſui ad ſuſcipiẽdum cõmiſſiones eius in cauſis: niſi ſit cõſuetudo de fo. cõpe. Romana. lib. vj. de of. or. paſtoralis. Su p quo c. dicit Hoſt. q̃ cum eps ſubſit archiepo, quia pinguius ius habet ĩ eum, q̃ in ſubditũ eius, põt epm cogere, vt cõpellat ſubditũ ad ſuſcipiẽdũ. qđ ſi intra certũ tps ſibi aſſignatum, hoc facere neglexerit, nec aliquod iuſtũ impedimẽtũ ptenderit, demũ põt cogere vtrũque: ar. de of. ord. quãto. in fi. & c. irrefragabilis. §. exceſſus. & cõcor. Bernar. ẽt ſi ab epo appellatũ fuerat. Iure tñ nouo archieps cauſas, q̃ per appellationẽ, vel alio iure metropolitico deferuntur ad ipſum non põt audire, ſeu cõmittere alibi, quàm in ſua ciuitate, vel diœceſi: aut in eis, in quibus appellatum exiſtit, vel cauſæ ipſæ conſiſtunt: niſi aliud ſibi competat de cõſuetudine, de off. ord. litigantes. lib. vj.

2 † PRIMO verò quæritur, ſi in aliquib. caſibus archieps habet iuriſdictionẽ ordinariam in ſubditos epi? Et dico, q̃ ſic ĩ multis, qui no. in c. paſtoralis. de off. ord. ¶ Primus eſt cũ deuiat in diuinis officijs à conſuetudine eccleſię metropolitanę. xij. diſt. de his. qđ tñ limitat Hoſt. niſi eccleſię prouinciæ haberent ſpecialẽ cõſuetudinẽ, quod Pan. placet, vt valet conſuetudo cuiuſcũq; eccleſiæ, dũmodo ſit aliàs rationabilis, arg. de trinit. de conſe. diſt. iij. Ad quod facit, qđ no. gl. in c. j. de ſum. tri in. in vj. vbi dr̃, q̃ in concernẽtibus fidem ſequi debemus cõſuetudinẽ eccleſiæ Romanę: ĩ alijs nõ tenemur, niſi papa diſponat. ¶ Secũdus eſt, qñ ſubditus epi delinquit in diœceſi archiepi. vj. q. iij. placuit. quia in hoc caſu efficitur aliquis de iuriſdictione cuiuslibet alterius. ¶ Tertius eſt, ſi habet prædium in diœceſi ſua. extra. de fo. cõpe. c. fin. & iſte ẽt caſus pertinet ad quẽcunq; alium. ¶ Quartus eſt, ſi cã defertur ad eũ per appellationẽ, de offi. leg. c. j. de offi. ord. duo. ſed hoc caſu diſtingue, vt ĩ. ¶ Quintus eſt, cũ abſolutus ab archiepo non vult parere epo. de offi. ord. ad reprimẽdam. ¶ Sextus eſt, ſi cauſa criminalis ſit inter epm, & clericum ſuũ: quia deduci debet ad ſynodum, ĩ qua archieps præeſt. vj. q. ij. c. j. ¶ Septimus eſt, ſi clericus habet ciuilem cauſam, cõtra epm ſuum. xj. q. j. ſi clericus. ¶ Octauus eſt, qñ eps eſt negligens in eo, quod facere debet. ix. q. 3. cum ſimus. Pro quo Pan. in c. ex frequentibus. de inſti. facit regulam generalem, q̃ ſola negligentia epiſcopi deferat iuriſdictionẽ in archiepiſcopũ. & gl. in c. Romana. de ſupplen. neg. præl. lib. vj. dicit, q̃ in negligẽtia epiſcopi, archiepiſcopus ſupplet vices eius, non autem in delicto, quod limita ſm Doc. & Pan. in d. c. ex frequẽtib. niſi delicta ſint notoria. ¶ Nonus eſt, qñ defuncto epo, eccleſia idoneos clericos non habet. xij. q. ij. non liceat. ¶ Decimus eſt, cùm euidens eſt, ſententiã epiſcopi eſſe iniuſtam. extra. de ap. ſolicitudinẽ. ¶ Vndecimus eſt, cùm viſitat puinciam: extra. de preſcri. cum ex officij. & de cenſi. ſopitæ. & c. cùm nuper. ¶ Duodecimus etiã põt addi, ſm aliquos, ratione notorietatis criminis, q̃ facit, vt in ſua diœceſi exiſtens ſua ſententia afficere poſſit ſubditos epi delinquentes: quia licet tex. in d. c. Romana, in §. notoria. loquatur dum viſitat: tamẽ Doct. in d. c. ex frequentibus. illud communiter extendunt, etiam dum viſitat. ſed hoc ego credo verum in caſu viij. qñ ſcilicet epiſcopus eſt negligens,

negligens.vide etiã ſ.Abſolutio ij. circa fin.

3 †SECVNDO, vtrum archieps ſuppleat vices epi per ſolam vacationem ſedis epiſcopalis? Et dico ꝙ non, ſed capitulũ ſupplet.extrà.de ſupp.neglig.præla.c.ſi eps.& c. eccleſiæ.lib.vj. & idem eſt ſi ſit excõicatus: vt in c.Romana. de ſuppl.negl.præl. vel captus à paganis: vt in d.c.ſi epiſcopus. & idẽ puto, eadem ratione in omni caſu, quo eps ſuum officium exercere,& committere non poſſit.puta, ſi efficiatur mutus, aut vertatur in furorẽ.¶Tertiò,vtrũ poſſit eccleſiæ cathedrali vacãti,dare viſitatorem? Et dico ꝙ nõ, niſi fortè capitulũ in ſpiritualibus, & tpalibus negligenter,aut malè adminiſtret: quia tũc vocato capitulo, & cãæ ſuper hoc agnitione præmiſſa, viſitatorẽ, ſeu miniſtratorẽ poterit deputare:qui quamuis habeat legitimã adminiſtrationẽ in ſpiritualibus,& tpalibus, tñ illa beneficia, quæ ad ſolã epi collationẽ pertinent,conferre non põt,ſi ab alio, quàm à Romano põtifice fuerit deputatus: vt in c.eccleſiæ.de ſupp.neg.præ.lib.vj.

4 †QVARTO, vtrum ceſſante ſuffraganeorum ſuorum negligẽtia,poſſit viſitationes iterare,& recipere procurationes? Et dico ꝙ ſic,non obſtante cõtraria cõſuetudine: & dum viſitat, poteſt confeſſiones ſubditorum ſuffraganeorum audire,& abſoluere,& iniungere pęnitentiã.extrà.de cen. ꝑpetuò. li.vj.ſed vtrũ aliqd poſſit recipere,vide ſ. Viſitatio,vbi de viſitatione eius multa dicẽtur.

5 †QVINTO, vtrũ abſoluere poſſit ſubditos ſuffraganeorũ ſuorũ? Et dicit Gemi.in c.perpetuo.de cenſi.lib.vj. ꝙ eos non poteſt ligare,vel ſoluere,niſi dum viſitat:vt ibi tex. innuit:nec etiam abſoluere ab excõicatione minori:vt in c.nup.§.j.Secundò verò de ſen. excom.& hoc verum niſi per appellationẽ cã ad eũ deuoluta ſit, vel in caſibus ſibi ſpecialiter à iure permiſſis, de quibus dictũ eſt. Sed tñ de his ẽt vide ſ. Abſolutio ſecũdo dubio v.vj.& vij.¶Sextò, vtrũ poſſit celebrare conſiliũ irrequiſito primate? Et dico ꝙ ſic. diſt.82. ſi qs eps vacãs. & ix.q.iij.c.ij.& iij.

6 †SEPTIMO, vtrum poſſit facere crucem portari ante ſe? Et dico ꝙ ſic, tranſiens per quæuis loca ſuæ ꝓuinciæ: & benedicere populo:in põtificalibus,& ſine põtificalibus celebrare,& celebrari facere, tã in locis exẽptis,q̃ non exẽptis: quæ etiã ſimiliter facere poteſt eps,etiã in locis exemptis ſuæ diœceſis:vt in cle.archiepiſcopo.de priui.ſed tñ,vt ibi dicitur, hæc fieri debent ſine exemptorũ præiudicio. Multa alia tangentia archiepiſcopum, vide ſ. Epiſcopus,per totum. & ſ. Pallium,& Prælatus,per totum.& ſ.Abſolutio ſecundò.§.vij.& ſequen.

## DE ARCHIPRESBYTERO.

1 *Archipresbyter, qui aliorum presbyterorum, id eſt, ſacerdotium, princeps eſſe dicitur, in duplici differentia eſt. Aut enim ruralis eſt, aut ciuitatenſis: Et quid vnumquodque, & in quibus poſitum, ſit vtriuſque officium.*

2 *Archipresbyter ciuitatenſis, num a caſibus epiſcopo reſeruatis abſoluere poſſit. Et quid de rurali, num poſſit omnes de epiſcopatu ad ipſum accedentes abſoluere. Et de quibus poſſit.*

3 *Archypresbiter ruralis, inſtituendi, aut confirmandi ſibi a patronis in eccleſiis ſub ſuo plebanatu, num auctoritatem habeat.*

1 ARCHIPRESBYTER,†Princeps dr̃ aliorũ presbyterorũ,id eſt,ſacerdotũ.Et duplex eſt.ſ.ruralis,qui præeſt ſolummodo plebi, vt in c.ſi.de offi. archipreſ. & ciuitatẽſis,ſiue eccleſię cathedralis,q alio noĩe dr̃ decanus:vt in c.ad hæc, de off.arch. & eſt ſub archidiacono,& eius ꝓceptis debet obedire.extrà eo.c.j.vbi dicit gl. ꝙ archidiaconus eſt minor ordine:cũ ille ſit presbyter, iſte diaconus:ſed dignitate, & adminiſtrõne eſt maior,quod ſm Inn.verum eſt,vbi ſic eſt de cõſuetudine,& in ſpectantibus ad officiũ archidiaconi de iure,vel cõſuetudine. In aliqbus aũt eccleſiis,vbi nõ eſt archidiaconus, ſed archipresbyter, uel ꝑpoſitus tñ loco archipresbyteri:ad talẽ archipresbyterũ,uel ꝑpoſitũ ultra ea,q̃ ſunt ſui officij, ꝑtinent ad eũ,q̃ de archidiacono dñr,prout habet conſuetudo loci,quę in hmõi dat iuriſdictionẽ. ¶ Primò uerò quæritur, quod ſit officium archipresbyteri ciuitatenſis? Et dico,ꝙ Leo in c. officium.extra, de off.archipreſ. ſic dicit: Officium archipresbyteri de vrbe conſtat,quando ibi præſul defuerit, vice eius officium inchoare: benedictiones presbyterales in eccleſia dare miſſam,quando voluerit, cantare,vel cui de ſacerdotibus iuſſerit: qñ verò epiſcopus miſſam canit, debet precipere ſacerdotibus, vt induant ſe veſtimentis ſacris,& qualiter ad miſſam procedãt. Debet enim ꝑcipere cuſtodi eccleſiæ,vt in ſacrario eccleſię eucharistia Chriſti, ꝑp infirmos nõ deſit,debet infirmis prouidere, & prouidendo præcipere ſacerdotibus,ne fortè ſine confeſſione, vel confirmatione corporis & ſanguinis Dñi noſtri Ieſu Chriſti moriantur. confeſſiones eorum, qui à foris veniunt,

 recipere

recipere cũ omnib. ſacerdotibus: & ex inde per prouiſionem pontificis magnam debet illis adhibere curam. Ad Chriſtianos quoq; faciendos, & baptizandos infantes, & ad ſuccurrendum: omnia à ſacerdotibus ꝑ iuſſionem illius fiãt. hæc ibi. vbi dicit gl. in verbo, benedictiones. i. in matutinis, qñ debẽt legi lectiones. Et dicit ẽt ĩ verbo, ſine cõfeſſione qđ ſi culpa uel negligẽtia pſbiteri moriatur ĩfirmus ſine cõfeſſione reus erit aĩę illius. 26 q. 6. ſi pſbyter. Et rurſus dicit in verbo, foris veniũt. i. extra ciuitatẽ: & eſt argm̃, inquit, ꝙ qlibet de epatu pt in eccleſia maiori ſacra recipere. quod uerũ eſt, ar. diſt. l. in capite. nec eſt contra quod dr̃ de pœ. diſt. vj. ꝙ eps non debet recipere parochianũ alterius epi: quia tũc recipit parochianũ alterius, ſed ſuũ: quia oẽs recurrere poſſunt ad archipresbyterum eccleſiæ maioris, vt hic dr̃. Et ſimiliter in verbo, cũ omnibus ſacerdotibus: dicit Io. And. i. oĩum ſacerdotũ: quia & ipſi archipreſbytero cõfiteri debent, ſm Inn. uel ſm Hoſ. hoc intendit, ꝙ ſi ipſe ꝑꝑ multitudinem nõ ſufficit ad confeſſiones audiendas, alijs ſacerdotibus cõmittit. ¶ Secũdò quæritur, ꝙ ſit officiũ archipresbyteri ruralis? Et dico, ꝙ de eo, in c. fi. de offi. archipr. ſic dr̃: Vt ſingulæ plebes archipresbyterũ habeant, ꝑꝑ aſſiduã populi Dei curã: qui nõ ſolùm imperiti vulgi ſolicitudinẽ gerat, verũ etiam presbyterorum, qui ꝑ minores titulos, i. eccleſias habitant, vita iugi circunſpectione cuſtodiat: & qua vnuſquiſq; induſtria diuinũ opus exerceat epo ſuo renunciet. Nec obtẽdat eps nõ legere plebem archipresbytero, quaſi ipſe eã gubernare valeat: quia etſi valde idoneus ſit, decet tñ vt ſua onera partiatur: ſicut & ipſe matrici eccleſiæ præeſt: ita archipresbyteri præſint plebibus, vt in nullo titubet eccleſiaſtica ſolicitudo. Cuncta tñ referant ad epm: nec aliquid cõtra eius decretũ ordinare pſumant. Hæc in d. c. vbi dicit gl. ꝙ ſicut c. ꝑcedens de quo. ſ. in priori §. loquitur de ciuitatenſi archipresbytero: ita præſens loquitur de rurali: quæ in Tuſcia cõiter dr̃ plebanus: alibi decanus. Et in verbo, referat, dicit: Præter minora, quæ ipſi determinare poteſt, cũ habeat ordinariam iuriſdictionẽ, vt in c. cũ ad eccleſiam. de offi. ord.

2 † TERTIO quæritur, vtrũ archipresbyter ciuitatẽſis abſoluere poſſit à caſibus epo reſeruatis? Et dicit Hoſt. ꝙ nõ, ſine cõmiſſione ſpeciali. qđ verũ credit Io. And. de pœ. & remiſ. ſi eps. lib. vj. licet abſoluere poſſit oẽs de epatu à nõ reſeruatis, vt dictũ eſt. Non poteſt etiam ſolenniter pœnitentẽ reconciliare, epo nõ cõſulto, ſm gl. in d. c. ij. niſi eo abſente, in maxima neceſſitate. ¶ Quartò queritur, vtrũ archipresbyter ruralis poſſit abſoluere oẽs de epatu ad eum accedentes? Et dico ꝙ non, niſi quantũ eps dat ei auctoritatẽ: quia ſolùm præeſt plebi: & nihil debet facere ſine relatione ad epm, ſ. quantũ ad maiora: vt in d. c. fi. poteſt tñ à non reſeruatis abſoluere oẽs pertinentes ad eccleſias, q̃ ſunt ſub ſuo plebanatu: vt patet: quia, vt dr̃ in c. fin. ſicut eps eccleſiæ matrici præeſt, ita ipſe præeſt plebi. licet gl. dicat, ꝙ ly ſicut, non dicit, ſiue non notat omnimodã ſimilitudinẽ, ſed aliqualẽ. quia ſ. hẽt auctoritatẽ ab epo, & non poteſt terminare maiora.

3 † QVINTO, vtrum archipresbyter ruralis habeat auctoritatẽ inſtituendi, ſeu confirmandi præſentatos à patronis in eccleſijs, q̃ ſunt ſub ſuo plebanatu? Et ſm Archi. certũ eſt, quod de cõi iure non poteſt: ſecus ex cõſuetudine præſcripta: ſicut accidit in archiepiſcopatu Florentino: quia vterq; archiepiſcopus. ſ. & archipresbyter ruralis, ſeu plebanus poteſt cõfirmare præſentatum ſibi: & ad quem primò recurritur, ille expedit.

## DE ARGVMENTATIONE IVRIDICA.

1 *Argumentationem, conſequentis ex antecedente illationem eſſe. vnde arguere, nil aliud eſſe, atq; id qđ implicite in quopiam continetur, explicare. Argumentatio autem iuridica quid ſit: quid itẽ iuridice arguere, ibidem plene diſſeritur.*

2 *Argumentatio a ſimili num efficax ſit. Et num legis vnius ad alterius legis ſpeciem, aut rationẽ extenſio fieri queat. Et quid in ſtatutis municipalibus, & conſuetudinibus. Et quid in pœnalibus.*

3 *Argumentatio ab etymo. num valeat. Et ibidem limitationes.*

4 *Scholares ſcholas duntaxat intrantes, non autem audientes, ac ſtudentes, priuilegio ſcholariũ gaudere non debent. Quod ad alias quoque artes priuilegio ſubnixas porrigitur.*

5 *Scholares, & item artifices, qui indigne priuilegio artis vſi ſunt, ac proinde collitigatores priuilegii occaſione grauarunt, & ab ijs quid conſecuti ſunt, nunquid ipſis grauatis ad reſtitutionem teneantur. Et quid de ipſorum rectoribus.*

6 *Argumentatio, quot modis in iure procedat.*

1 A † RGVMENTATIO, eſt illatio conſequentis ex antecedente: cum ſit conſequentia quedam. Et ſic arguere, eſt id, qđ implicitè continetur in vno, explicare:

dare vt: tu es homo: ergo habes rōnē. Argumentatio aūt iuridica eſt illatio cōſequentis ex antecedēte iuridico ſiue cōtento in iure. & arguere iuridicè, eſt illud, ꝙ īplicitè, & virtualiter cōtinetur in vna lege, vel ſnīa legali explicare: ſicut cū dr̄ de vno ſimili, infertur de alio: vt de cōſti. trāslato. vn̄ argumētatio iuridica, eſt quædam extēſio iuris, ſiue legis.

2 †PRIMO verò quæritur, vtrū valeat argumētatio à ſimili? Et dico, ꝙ ſic. ij. q. j. multi. in gl. & de conſti. trāslato. & ibi dicit Pan. ꝙ vbi eſt caſus ſimilis, & habet caſum ſpecialē in contrariū, extenſio fieri nō debet: quia nō debet fieri correctio legū ex ſimilitudine rōnis. vbi autem contrariū nō reperitur, benè fieri pōt extēſio. Et ſic intellige l. nō poſſunt. ff. de leg. & hoc no. Bar. in l. non dubiū. C. de legib. vbi dicit idē eſſe in conſuetudinibus, & ſtatutis: per l. de quibus. ff. de legi. Et ſic no. ꝙ ſtatutū municipale, & conſuetudo poſſent ad alios caſus ex idētitate rōnis extendi: dūmodo illi caſus nō habeāt legē contrariā. Et ſic intellige qđ no. in cōtra. deiniu. vbi tenuerunt multi, & malè, ꝙ ſtatutum nō debet extendi, quia eſt ſtricti iuris: ſed, vt dixi, illud procedit, qn̄ extenſio fieret cū legis correctione: aliàs ſecus. Nō debet ēt fieri in pœnalibus: niſi idētitas rōnis ſit expreſſa, vel indubitatè præſumpta, ſecundum eundē in collectione gloſſarum clem. in ti. de reſcrip.

3 †SECVNDO, vtrū ualeat argumentatio à noīs etymologia? Et dico, ꝙ ſic. xvj. q. j. placuit. el j. & ij. Sed limita primò, quia valet ſolū negatiuè: quia valet: Nō eſt teſtatio mentis: ergo nec teſtm̄. non aūt econtra: Eſt teſtatio mētis: ergo teſtm̄. Secundò valet ſolùm in noīe appellatiuo: quia ꝓpria ad placitum imponūtur: vt no. Bar. in proœmio Inforтiati, ſuper rubrica. Tertiò valet ſolū, qn̄ nomen ſumitur ex eſſentiali natura ſua, ſ̄m Pan. in c. j. de iud. ut mutuum & teſtm̄. Nam hoc uerum teſtm̄ eſt teſtatio mētis. l. j. ff. de teſta. vbi ergo non eſt teſtatio mentis, nec teſtamentū. Similiter mutuū eſt, quod de meo tuū fit. l. ij. ff. ſi cer. pet. ubi ergo de meo non fit tuum, nō eſt mutuum. Secus autē qn̄ imponitur nomē ex eo quod deberet ineſſe nominato: ſicut imperator dr̄ Auguſtus, quia deberet augere Rempublicam: ſed ſi nō auget, tn̄ Imperator eſt: ut notatur in proœmio ff. ueteris. Papa ſimiliter dicitur Pontifex, quia debet eſſe pons per uitæ exemplaritatem: quod ſi non facit, tn̄ Pontifex eſt: ut in c. j. d e con. lib. 6. Sic igitur intellige Inſt. de tut. in prin. ff. de uer. ſig. l. bonorum. & l. malum. C. de defen. ciui. l. de fenſores. la ij. Inſti. de dona. §. eſt & alius. C. de ferijs. l. à nullo. C. de offic. præfec. urbis. l. j. Ex quibus patet, ꝙ argumentū ſumi poteſt à nominis interpretatione. Et ſic limita, ſ̄m Bal. de naſ. mil. ꝗ arma bellica depoſuit illud prouerbiū, Si noīe priueris, nec rem hr̄e mereris, eſſe uerū, ſi nomen ſignificat ſubſtantiā, uel qualitatē neceſſariam ineſſe alicui ſubiecto: ut ff. de fideic. li. l. Lucius. ff. de pac. l. tale pactū. §. fi. Secus ſi ſignificat ſolam ſimplicem demōſtrationē. ff. de reb. dub. l. ſi cognatis.

4 †ET ex his patet eſſe uerum, ꝙ ſcholares ſcholas intrantes, non autē attendentes, nec ſtudētes, nō gaudent priuilegio ſcholariū: ut tenet Io. de Lig. in ꝓœmio cle. adducēs no. ꝑ gl. in l. una. C. de feu. li. vr. Ro. & valet tex. in l. ſi qs. C. de dome. ꝓte. Et idē ſi inhoneſtè viuūt. C. de decur. & ſta. l. agētes. aliàs īcipit, ꝑ id tps. Et ſimiliter ꝗ sūt de collegio alicuius artis, artē illā nō exercētes, nō gaudēt priuilegio eius: vt no. Bar. in l. ſp. ff. de iu. immu. ꝑ illū tex. ī §. negotiatores. xvj. q. j. gn̄aliter.

5 †ET faciunt tam contra ſcholares & artifices, ꝙ̄ contra eorum rectores, qui grauāt litigātes cum eis ratione priuilegiorum. Et ideò, ſ̄m aliquos, ſi hoc ſit manifeſtum, tenētur rectores ad reſtitutionem omniū, in quibus plus ſunt grauati: & ſimiliter ſcholares, ſi tales ſunt, ꝙ non gaudeant, quamuis non ſit manifeſtum. Sed hoc fortè non eſt uerū, niſi in foro conſcientiæ.

6 †TERTIO quæritur, quot modis valet argumētatio in iure? Et dico, ꝙ valet primò à ſimili eo modo, quo dictū eſt. Et ſecūdò, à nominis appellatiui etymologia: à nomine autem proprio fit quidē argm̄, ſed inualidū: vnde homines quærūt noīa bona, & dicebat vxor Io. An. ꝙ ſi uenderentur, deberent emi, pretio magno. unde ipſe extollit propriū nomen ſuū in proœ. cle. & ſimiliter Accurſius in l. ſacia. ff. ad Treb. ꝗa ex horrido noīe ſæpe interpretantur homines ſiniſtrum: putantes ab euētu prauo impoſitum. Et tertiò ab oppoſitis, uel cōtrarijs. viij. q. j. ſciendum. Et quartò ab exemplis gentilium. de ver. ſig. forus. de conſe. d. j. c. j. Et quintò ab auctoritate. xxxiiij. q. j. dixit. ſed ualet ſolùm affirmatiuè ſecundum dialecticos. Valet etiam multis alijs modis, pro quo uide Bal. in l. cōuenticula. C. de epi. & cle. uide etiam ī. Lex.

## DE ARRHA.

1 *Arrha, quæ realis quædā ſecuritas eſt, in duplici*

*poſita eſt differentia. Et ibidem de vndequaque.*

2 *Arrha vere tradita, num poſſit quis à contractu reſilire. Et quid tum perdit, qui à contractu ſic inito recedit.*

3 *Arrha ſponſalitia, quæ ſubarrhatio dicta eſt, cuius effectus ſit. Et matrimonio non ſecuto, num arrha reddi debeat.*

1 ARRHA † videtur eſſe ſignum, ſiue argumentum, & vadimonium, ſiue ſecuritas quædam realis. Et eſt duplex. vna ſcilicet data in ſignum, & ſecuritatem emptionis & venditionis contractę, vel contractus equiualentis: qui tñ ſine ea valeret. l. quód ſępe. in prin. ff. de cõtrah. emp. q̃ adueniente ſolutione ceſſat eſſe arrha, & tranſit in ptiũ: de quo vide l. ij. C. quã li. ab emp. diſce. tex. & doc. & hęc põt appellari arrha realis, id eſt, data in ſignũ ꝑ re veniali & pretio menſurabili. Alia eſt, q̃ datur ſpõſę ĩ ſignũ & ſecuritatẽ matrimonij contrahendi: & dr̃ arrha ſponſalitia, quę adueniente matrimonio, ꝑdito nomine arrhę, tranſit in donũ, vel dotẽ: vt anulus, pecunia & huiuſmodi. Et huiuſmodi arrhę datio ſubarrhatio dr̃ q̃ fit pcipuè ꝑ anuli immiſſionem, & vulgò dicitur deſponſatio.

2 † PRIMO quęritur, vtrum poſt realis arrhę dationẽ poſſit quis recedere à cõtractu? Et dico, ꝙ non, ſi data eſt nomine arrhę & in partẽ ſolutionis fiendę: q̃a cũ pars, vel q̃ futura eſt pars pretij, ſoluta eſt, res nõ eſt integra. C. qñ li. ab epi. diſ. l. vnica. ❡ Secũdò, vtrũ is, ꝑ quẽ ſtatur, ne cõtractus ꝑficiatur, qñ aliq̃d datũ ẽ ſolũ ꝑ arrha, aliqd ꝑdat? Et dico ꝙ is, qui eã dedit, eã ꝑdit: ꝙ vero eã recepit, reſtituet duplicatã. Inſt. de emp. & vẽd. §. ĩ his.

3 † TERTIO quęritur, quid operetur arrha ſpõſalitia, ſiue datio arrhę quę ſubarrhatio dr̃? Et dico, ꝙ ſi hoc inter ſpõſum & ſpõſam fiat, pręſumitur pro matrimonio niſi ꝓbetur contrariũ, vel eſſet contraria conſuetudo, vel ætas repugnare: vt notatur extrà, de deſpon. impu. c. tuæ. Si uerò hoc fiat à parentibus ſola ſponſalia contrahuntur, uel præſumuntur: ut ibi dicit glo. quod tamen intellige per modum, quo à parentibus ſponſalia contrahi poſſunt. de quo ĩ. Matrimonium ij. ❡ Quartò, utrum reſtituatur arrha ſponſalitia non ſecuto matrimonio? Et dico ꝙ ſi ſecutum non fuerit abſque alterius culpa, ut per ſuperuenientem mortem vel religionis ingreſſum, & huiuſmodi, ſic reſtitui debet arrha ſimpliciter. Si uerò non ſequitur ꝑp culpam dantis arrham, perdit illam. Si uero ꝑp culpam recipiẽtis, reſtituet eam in duplum. C. de ſpon. l. arrhis. & l. fi. Quod uerum eſt, ſi accipiẽs ſit maior 25. annis, aut ſi ueniã ętatis impetrauit, & eam in cõpetenti iudicio ꝓbauit, aliàs tenetur ſolùm in ſimplũ: ut in d. l. fi. & ad illud ſimplum, cùm ſit pœna, ſm aliquos non tenetur in foro pœnitentiæ, niſi fuerit ad hoc facta cõdẽnatio: ut colligi põt ex notatis ꝑ gl. ij. q. ij. fraternitas. Et de hoc ĩ. Hęreticus, ĩ. & Aſſaſſinus. §. ult. Sed & de hoc & de multis alijs ſpectantibus ad hãc arrham, ĩ. Sponſalia. & ĩ. Pœna.

ARROGANTIA, ĩ. Superbia.

ARROGATIO, uide ſ. Adoptio.

## DE ARTIBVS ET ARTIFICIBVS.

1 *Ars, quæ ab Ariſtot. recta ratio rerum a nobis factibilium definitur, proprie de mechanica dicitur cuius partes ſeptem ſunt.*

2 *Ars, ſeu corporale exercitium, num licite exerceri queat. & tum quot & quæ concurrere debeãt. Et num inter ſe licite conueniant artifices, vt alios non inſtituant: aut quæ facta ſunt, niſi certo modo diuendant.*

3 *Arma ac venena, quibus homines aut læduntur, aut intereunt, num efficere, ac parare liceat.*

4 *Rei flagitioſæ, quæ nullo modo per alterius acceſſionem vſui humano vtilis effici poteſt, nec emptio, nec ſocietas, nec mandatum ſubſiſtere põt.*

5 *Aleas, taxillos ac chartas, num facere, ac vendere liceat. Et quid de fucos, ac de uenuſtandæ faciei lenocinia parantibus.*

6 *Ars baliſtariorum num licita ſit. Et quid de hiſtrionatus exercitio. Item quid de his, qui ludos efficiunt, non ſine corporis ac vitæ diſcrimine, & periculo: cuius generis ſunt funãbuli, & ſimiles.*

7 *Ars conficiendorum inſtrumentorum muſicaliũ, nũ licita ſit. Et quid de his, qui aut tympana, aut citharã plectũt, aut qui tibijs, et violis voculãtur.*

1 ARS † eſt recta ratio rerum à nobis factibilium, ſm Ariſto. in lib. Ethi. & propriè dr̃ de mechanica, quæ diuiditur in ſeptem, ad quas omnes reducuntur, quæ his verſibus continentur: Lana, nemus, miles, nauigatio, rus, medicina. His ars fabrilis connumerari poteſt. Dicuntur tñ, & quædam ſcientię ſpeculatiuæ artes: quia ſcilicet ordinãtur ad aliquod opus rationis dirigẽdum: & ſunt ſimiliter ſeptem, de quibus nihil ad nos.

2 † PRIMO vero quæritur, vtrum ars ſiue corporale exercitium, licitè exerceri poſſit? Et dico ꝙ ſic ſi iſta concurrant. Primò, ꝙ huic exercenti non ſit ſpecialiter prohibitũ: ſicut clericis quędã prohibẽtur, vt ĩ. Clericus ix. per totum. Secundò, ꝙ non ſit etiam prohibitũ vel illicitum ex ſe, id eſt naturali iure,

nec

nec a Deo, ſine diuino iure, nec ab eccleſia, vel iure ciuili: ſicut exercitiũ fœnerãdi. & omne qđ nõ niſi ad peccatũ ordinatur. Tertiò, ꝙ fiat debitis circũſtantijs: puta debito tpe, & non feſtiuo: debito loco, & nõ in eccleſia: debito modo, & non cum fraude, dolo, vel mendacijs. Quartò, ꝙ fiat recta intẽtione: puta ne torpeat otio: vt ex lucro ſubueniat ſuis vel alienis indigentibus: vt decenter viuat, & huiuſmodi: quibus cõcurrentibus eſt impoſſibile aliquid eſſe illicitũ: cùm omne illicitũ ſit, vel quia eſt ꝓhibitũ, vel quia eſt malũ de ſe, aut ex circunſtantia, aut ex fine vel intentione. ¶ Secũdò, vtrũ licitè inter ſe cõueniãt & paciſcantur artifices, vt nõ inſtruant alios, aut non vẽdant niſi certo modo? Et dico, ſ͞m Inn. in c. ſignificante. de app. ꝙ peccãt, ſi hoc faciunt fraudulenter: ſecus ſi ex priuilegio, vel conſuetudine. C. de monop. l. vna. Vel dicit, ꝙ hoc locũ habet de ꝑſonis. & rebus. de loco aũt, vbi ſit venditio, benè licet paciſci. Vel dic tu, ꝙ pactum de non inſtruendo aliũ ſimpliciter & vniuerſaliter factũ, non tenet, & illicitũ eſt: quia inſtructio aliqñ poteſt eſſe bona, & debita. vnde ſi ĩteruениret iuramẽtum, eſſet de non faciendo aliquod bonum, & conſequenter mortale. Licet tñ põt quis aliquando negare inſtructionem: ſicut licitè aliquãdo nego eleemoſynam: & tñ nunquã licet paciſci de non danda eleemoſyna. Si aũt fiat pactũ de non inſtruendo alium non ſimpliciter, ſed in aliquo caſu, aut niſi concurrat aliqua conditio, poteſt eſſe licitum, ſi ex legitima cauſa fiat. Et idem dico de pacto non vendendi.

3 † TERTIO, vtrum liceat facere arma & venena, quibus homines lęduntur, aut moriuntur? Et diſtinguit Ray. quo ad intentionem, & quo ad opera ipſa ſic. Si enim artifices hæc faciant, aut vendant vt homines talibus abutantur: vel donent aut vendant his, quos ſciunt aut credunt abuſuros, mortaliter & grauiſſimè peccant, & rei ſunt omniũ, quæ inde ſequuntur xj. quæſtio. iiij. præcipue. xxvij. q. ij. ſi tu. & omnium debent pœnam ſuſtinere, cùm ſint cooperatores. ij. q. j. notum. Si vero habuerunt intentionem bonam, quia ſcilicet credebant iſta emi propter aliquem licitum vſum: vel animo indifferenti nihil ſuper hoc cogitarũt: vel ignorabant illicitum eſſe talia facere, aut vendere: ſubdiſtinguendum eſt. Nam ſi illa vtilia eſſe poſſunt ad vſus humanos, vt arma in bello iuſto: & quædam venena in quibuſdam medicinis, vel etiam in coloribus aptandis, & huiuſmodi nõ peccant, niſi ratione corruptę intentionis, vt dictum eſt: vel niſi ex qualitate temporis & perſonæ dictaret conſcientia, aut dictare deberet, ꝙ iſta non quæruntur niſi ad malum, quia tunc vendendo peccarent. xxiij. q. v. de occidendis. & v. q. v. non oĩs. ſicut, verbi gratia licet Ray. non dicat, peccaret vendens arma offenſiua, puta lanceas, gladios, ſagittas, machinas, iniuſtè bellantibus, ſi hoc eſt manifeſtum, quia cooperaretur peccato eorum: in dubio autem videtur vendens excuſabilis, ſecundum aliquos: qđ verum credo, ſi timens impetatur ab alio: non ſi impetat. Et ratio patet: quia eo caſu ſi vendit impetenti, exponit ſe periculo iniuſtè nocendi: & ſi non vendit ei, quia impetitur, exponit ſe periculo non iuuandi eum, qui debet iuuari. In armis etiam defenſiuis: puta galea, thorace, & huiuſmodi, quidam credunt, ꝙ excuſatur vendẽs, etiam in bello manifeſtè iniuſto. Quod ego verum credo, ſi emens impetitur, non aliter: quia ſunt occaſio exercendi offenſiua. Si autem ad nullum vſum ſunt vtiles, niſi ad peccandum: ſicut quædam venena mortifera ad nullum bonum vſum vtilia peccant faciendo, tenẽdo, vendendo, vel aliàs alienando talia. xxi. q. j. c. j. de conſecrat. diſt. v. fucare. argu. de libello famoſo, quem non debet quis oſtendere, ſed deſtruere: aliàs peccaret grauiter. v. q. j. per totum.

4 ET † EST optima lex ad hoc ff. de contrah. emp. l. quod ſæpe. §. vbi ponitur talis regula, ꝙ flagitioſæ rei, ideſt, quæ nullo modo per additionẽ alterius poteſt eſſe vtilis vſui humano, nec emptio, nec mandatum, nec ſocietas valere põt. Et idem tenet Inn. in c. j. ne cleri. vel mo. qui dicit, ꝙ in his nullo modo licet negotiari. Et concordat prædictis Hoſt. & San. Tho. Sed tamen aduertendum eſt, quòd Supple. inter ea, quæ nulli vſui humano ſunt apta, ponit exemplum de quibuſdã ſumptuoſis camiſiarum Sutoris, quas præcipuè faciunt Hiſpani, dantes pro factura vnius camiſię interdum plus quadruplo, quàm pro tota camiſia. Sed hoc non eſt verum: quia veniunt in vſum ornamenti, quod aliquando licere poteſt.

5 † QVARTO, vtrum liceat facere aut vendere aleas, taxillos, & chartas, & huiuſmodi? Et dico, quòd quo ad factores taxillorum, omnes conueniunt quòd de tali artificio viuere non licet: quia horum

rum uſus, vt in pluribus, eſt ad malum. Et Veruec.dicit, ꝙ non eſt ſecurum de talibus vtere, quorũ vſus frequentius eſt ad peccatum.qđ Arch.intelligit de mortali. Vnde tales nõ ſunt abſoluendi, niſi dimittant, de pę. di.5.falſas.& c.fratres. Quo ad factores aũt alearũ,ſeu tabularũ, Arch.dicit idẽ,qđ & de taxillis. Sed ꝗ dã alij dicũt nõ eſſe ſimile: ꝗa eis frequentius ludiť ad ſubleuationẽ tędij, uel laboris:& idẽ de ſcachis.Et hãc opi. Supple.dicit veram,ſi ſine peccato luderetur:qđ Hoſt.non videtur: aliàs idem dicendũ eſt de his,qđ de taxillis,ꝓꝑ eãdem rationem:quia vbi modo ratio eandem eſt, ibi idem ius. l. illud.ff.ad l.Aquil.Quãtum ad chartas quoque idem dicit Archid.qđ de taxillis. Sed tu dic, ꝙ circa hæc & ſimilia habetur vna maxima ex S.Th.2.2.q.169.& Piſa.& Archid. ꝙ nullus poteſt vendere ea,quibus homines benè uti non poſſunt, nec quibus vt plurimũ homines malè vtuntur, nec quibus vtũtur benè & malè, ſi probabiliter creditur, ꝙ ad uſum malum comparantur. Aleis autem & taxillis & chartis non vtuntur,vt in pluribus homines ad malum pluſquam fucis,maximè ad mortale, & ſi fortè ad veniale.& iõ non eſt in malo ſtatu,qui talia facit aut vendit niſi uẽdat ei, quem probabiliter dubitat hmõi vſurũ ad mortale. Vñ licet ſit ei conſulendũ,vt abſtineat,nõ tñ eſt abſolutio denegãda: quia ſi leges concedunt in caſu ludũ alearum,vt patebit, etiam ipſam earum fabricationem & emptionem concedunt. In aurea autem Roſa non determinaui ex propriis:ſed opinionem prædictorum recitaui.

¶Quintò quæritur, quid de factoribus aut venditoribus fucorum, & aliorum ornamẽtorum?Et Sum. Ang.dicit, ꝙ faciẽtes taxillos,chartas,põpas,curioſitates,& hmõi,quę frequentius ſunt peccatum mortale his qui vtuntur, abſolui non debent,niſi à tali arte abſtineant.Sed S.Thom.2.2.q.119. dicit,ꝙ quia mulieres ſe poſſunt ornare, vt cõſeruẽt decentiam ſui ſtatus, vel ẽt aliquid addere, vt placeant viris ſuis:conſequens eſt,ꝙ artifices talium ornamẽtorũ nõ peccẽt in vſu talis artis: niſi fortè inueniendo aliqua curioſa & ſuperflua. Archid.aũt diſtinguit, dicẽs ꝙ vẽdendo his, quos ſciunt aut credunt vſuros ad prouocandam laſciuiã, eſt mortale: quia cooperantur talibus in crimine.2.q.1. notũ, hoc tñ non debent de facili credere, niſi appareãt ſigna manifeſta,ut in meretricibus:ꝗa nemo eſt iudicandus immemor ſalutis æternæ.1.q.7.Iubemus.Sed vbi hoc ignorant, vel non cõſiderant, ſed ſolùm aduertunt de vanitate: cùm talibus vti poſſint mulieres cũ mortali & veniali, & licitè ẽm quantitatem exceſſus,& intentionẽ earum: cùm ẽt ſit temerarium iudicare, ꝙ intentio earũ,vt ĩ pluribus,ſit laſciuia,aut inanis gloria,quæ ſit mortale: exceſſum ẽt eſſe tñ,qđ faciat mortale,ſit difficile diſcernere, nõ vř ꝙ hmõi artifices peccẽt mortaliter: cùm minus ſit iſta facere,aut uẽdere,ꝗ̃ eis uti: ꝙ uti ẽt fucis,qđ maximè inter ornamẽta ad laſciuiã ꝓuocat, non eſt mortale,ut dictũ eſt: niſi fortè dicatur, ꝙ mulieres, ut in pluribus, his utuntur ut placeant uiris alienis: ſaltem ad inanem gloriam: ad qđ tñ dř,ꝙ inanis gloria, ex genere ſuo eſt veniale, ut dicetur.

6 SEXTO, † utrum ars baliſtariorũ,i.exercendi baliſtas,quæ ſcilicet ad artem militiæ reducitur,ſit licita? Et dico, ꝙ ſub pœna excõmunicationis prohibetur inter Chriſtianos, de ſagitta.c.unico. Sed cõiter intelligitur,primò contra catholicos, & ſcđò in bello iniuſto, ẽm gl.& Doct.ibi,qđ ẽt euidenter ꝓbatur ſcđm aliquos:ꝗa ut dicetur ĩ.Excõicatio.i.excõicatio nunquam infertur, à iure,niſi pro eo qđ eſt mortale: & conſequẽter nec ẽt iura eam comminãtur, niſi pro tali. Data aũt iuſtitia belli,licitum eſt quibuſcunque armis uti & pugnare;nec attinet ad iuſtitiã,utrum quis apertè uel ex inſidijs pugnet.23.q.2.dñs.pugna aũt baliſtarũ uř pugna ex inſidijs.Dicunt tñ cõiter Doct.ꝙ iſte canon non eſt latæ,ſed ferendæ ſñiæ.¶Septimò,utrũ licita ſit ars hiſtrionatus?Et dico ꝙ hiſtrio eſt,qui ſua perſona ludũ facit ſine uitæ periculo:& eius ars,ſecundũ B.Tho.2.2.q.168.& alios Doct.eſt licita,ſi fiat moderatè,loco,tempore,& à perſonis cõgruis, i.laicis: quia ordinatur ad ſolatium hoĩbus exhibẽdum: qđ humanæ uitæ neceſſarium eſt,ſicut cibo,ſale:& eo caſu licitè percipiũt mercedem:aliàs eſſet peccatum,etiam mortale:ut ſi fiant ſimilia tpe pœnitentiæ, uel in eccleſia,uel à perſonis eccleſiaſticis, aut cum iniuria Dei uel proximi:puta cum uerbis turpibus aut actibus repræſentãtibus turpia,aut incãtationibus.quod patet:quia talibus corpus Chriſti denegatur: ut in c.pro dilectione.de conſe. di.2.uñ non ſunt abſoluendi.Et de talibus loquitur Cypria. in d.c. pro dilectione. & Au. di.86. qui donant. ubi dicit, magnũ eſſe peccatũ dare aliquid talibus pro opere ſuo,quia in ſcelere ſuo fo uentur.

nentur. Et illud peccatum vñ mortale, q̃a eſt cooperatio ad mortale: & illud, qđ datur, ꝑtinet ad turpe lucrum, erogãdũ pauperibus de conſilio. Addit tñ Veruec. & Rodof. & Sũ. Conf. non eſſe mortale, ſi q̃s talibus dat, ne ab eis infametur aut vituperetur: ſiue ẽt ſi eis datur ad neceſſitatem ſuſtentandæ naturę. ſm Rod. Vtrũ aũt poſſit talis ordinari. ỹ. Ordinandus. ¶ Octauò, vtrũ licita ſit ars faciẽtiũ ex ſua ꝑſona ludũ cũ periculo vitæ: vt qui gradiunť ꝑ chordas in ſublimi, & hmõi? Et dico, ꝙ non, rõne periculi: ſed eſt peccatũ mortale non obſtante ꝙ non moriantur in pluribus qñ ſic ludunt, ſed ſemel tantum; q̃a ſufficit, ꝙ in pluribus moriantur tales artifices: & ſi nõ in pluribus, ſaltẽ freq̃ẽter & ſæpe. Vñ tormenta ſunt ꝓhibita ſub pœna priuationis ſepulturæ, hac rõne: q̃a ibi homines ſæpe moriuntur: extrà, de tornea. c. 1.

7 NONO, † vtrum licita ſit ars facientiũ inſtrumẽta muſicalia? Et dicit Archid. ꝙ cum uſus eorũ de ſe ſit licitus, licita eſt eorũ formatio & uẽditio: ſed tñ in uſu eorũ põt multipliciter eſſe peccatũ, ſ. vtendo ad laſciuiã, uel ad nimiã complacentiã ſenſualẽ: ꝑ maximè uerò in diuinis officijs pulſando in organis ballatas, & cantiones laicales; qđ vř magna irreuerentia Dei: & ſi non multi quidã tñ carnales & uani ꝑcipiũt de cantionibus, vñ magis ad carnalia q̃ ad ſpiritualia trahũtur. Sed utrũ mortale aut veniale, ſit uiderĩt ipſi facientes. hæc ille. Sed iſta procedũt, qñ cantiones ſunt laſciuæ, habentes uerba aut turpia, aut incentiua carnalis amoris: & ſũt ſatis vſitatæ, ita, ꝙ veriſimile eſt, aliquos iſta percipere. ſecus ubi non ſunt uſitatæ: quia ꝑ accidens, & rarò eſſet ꝙ aliquis inde moueretur ad malũ. Quæ aũt rara ſũt, ſub arte nõ cadunt. Sicut ẽt ex figuris ſanctorum aliqui malè mouentur, nec tñ penitus auferuntur de eccleſia: q̃a alij plures inde mouentur ad bonum. ¶ Decimò, utrũ licita ſit ars ꝓꝑ lucrũ ludentiũ in tympanis, ſiue taburis, & tibijs, & violis, & hmõi: qui. ſ. cõgregant homines ac mulieres, aut ad loca, ubi congregantur accedunt, vt ibi lucrentur. Et dico, ꝙ de ſe, id eſt, oĩ caſu iſta ars non eſt illicita: quia ſicut organiſtæ, ita & alij muſicantes licitè cõducũtur, vt ludãt in diuinis, & cã honeſtæ & neceſſariæ recreationis. de cõſe. di. 4. ꝑuenit. Et ſimiliter ut vř ĩ caſtris nuptijs: alioquin totus mũdus dãnaretur. vñ nõ põt eſſe illicita, niſi ex intentione, uel circunſtãtia loci, temporis, & hmõi: quæ quando ſunt peccatum mortale, uidere non eſt facile. Vnde ſicut non denegatur abſolutio choreizantibus ratione communis periculi, ſed ſolùm ratione malæ intentionis: ita nec iſtis uidetur deneganda: licet conſulendũ ſit, ut aliunde lucrentur & uiuant. ¶ De arte notoria ỹ. Sortilegium, ſecundò.

ARTICVLVS fidei. vide ỹ. Fides.

ARTICVLVS mortis, ỹ. Abſolut. 1. §. 5.

## DE ASSASSINIS.

1 *Aſſaſſini, qui duobus modis vulgariter dicti ſunt, qui nam cenſendi ſint.*

2 *Conſtitutio capitis, pro humani. de homicid. li. 6. in quo hominum genere locum habeat. Et quinã pœnis in ea conſtitutione cõtentis obnoxij ſint.*

3 *Aſſaſſini num impune occidi et interfici poſſint. Et bannire & diffidare idem eſſe. Et num qui clericum diffidatum occidit, ſit excommunicatus.*

4 *Bona diffidatorum, num eorum, qui ipſos intercipiunt, efficiantur.*

5 *Statutum uel lex, ſi aliquẽ bonis priuet, uel alioquin ipſo facto, et præterea addat nullã declarationẽ requiri, an ſit ſnĩa declaratoria neceſſaria.*

1 ASSASSINI † dñr dupliciter, ſcilicet ꝓprie & tranſſumptione ꝑ quandam ſimilitudinẽ, ſiue vulgariter. Aſſaſſini ꝓpriè qui fuerint, ſunt opiniones. Nã quidã dicunt, ꝙ ſunt, quicunq; ſub alicuius dominio pro pecunia occidunt hoĩes ad alicuius inſtantiã: ſed iuxta iſtã opinionẽ nũc mũdus eſſet plenus aſſaſſinis vel receptatoribus eorum, & innumerabiles ſubijcerentur pœnis capituli, pro humani. de homi. li. 6. nec hřet locũ d. c. ſolũ ĩ certo genere hoĩum: qđ non obſeruat conſuetudo, & ẽt rõ non patitur. Primò, quia oẽs aſſaſſini ſub vno dñio viuunt, vt colligitur apertè ex tex. dicti cap. ibi, cùm dicit, ꝙ nõnulli magnates taliter perimi &c. Scđò, quia ſunt infideles, qđ patet, tũ quia dicit tex. ꝙ magnates ab illo eorum dño redimunt uitã, non abſq; Chriſtianæ dignitatis opprobrio: tũ q̃a ipſis aſſaſſinis nulla imponitur pœna, q̃ magna imponiť mãdantibus & recipientibus uel occultãtibus: cuius nulla pt eſſe rõ, niſi quia ſũt infideles, de quibus papa nõ diſponit: cum foris ſint. Gl. uerò in uerbo, formidantes, ſic dicit: Aſſaſſini mortẽ nõ timẽt; & dñr eſſe del uexo dala montagna, & additio hẽt ꝙ iſte eſt quidã baro Sarracenus, & ꝓut dř, ſunt illi ſui ſerui ita nutriti, ꝙ parẽdo mandato dñi ſui credunt ſaluari. & ſcđm Hoſt. multi Chriſtiani principes ꝑ tales occiſi ſũt. Et hãc opinionẽ ſequitur Sum. Piſ. dicens ꝙ aſſaſſini fuerũt,

&

& fortè adhuc ſunt quidã infideles, qui ex quibuſdã falſis opinionibus de facili mittebantur ad occidendũ quemlibet Chriſtianũ non curantes ſi ob hoc occiderentur, & ipſi. Cõtra quorũ peſtẽ Inn.4. in d.c. ſtatuit, ut quicũq; princeps, vel plãtus, ſeu quis alia eccleſiaſtica ſecularisùe pſona quẽpiã Chriſtianorũ p prædictos aſſaſſinos interfecerit, uel mandauerit, quanquã mors forſitan ex hoc non ſequatur, aut eos receptauerit, uel defenderit, uel occultauerit, excõicationis, & depoſitionis à dignitate, ordine, honore, & beneficio incurrant ſniãs ipſo facto; & illa liberè alijs p illos, ad quos eorũ collatio ptinet, conferantur: ſint ẽt cũ oĩbus ſuis bonis expoſiti Chriſtianis, & perpetuò diffidati: ita q ex quo de prædictis, uel aliquo pdictorũ probabilibus conſtiterit documentis, nulla alia excõicationis, depoſitionis, ſeu diffidationis ſententia requiratur.

PRIMO verò †quæritur, utrum iſta cõſtitutio locum habeat ſolùm in certo genere perſonarum, i. aſſaſſinis propriè: an generaliter in oĩbus aſſaſſinis, ẽt uulgò dictis: qui ſcilicet licet ſint fideles, tñ aſſaſſinorum more Chriſtianos occidũt accepta pecunia? Et dico, q Ioã. de Imo. & do. Diminicus de S. Gemi. in d.c. pro humani. tenent, q habet locum generaliter, nec refert q ſint ſub alicuius dominio, vel infideles: ſed ſolùm, q pro pecunia occidant. quorum opinionem ſequuntur multi: ut Barto. in l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iureiur. & Sali. in l. ea quidẽ. C. de accu. Sed Io. And. & Arch. tenent, q habeat locum ſolùm in certo genere pſonarũ. Dominus autem Franci. de Are. in conſil. antepenul. incip. in Chriſti nomine. dicit, q ſi prima opinio eſſet approbata conſuetudine: ſtandum eſſet ei uirtute conſuetudinis, qua remota, non conſulerem, inquit, ſm eã. Et mouetur principaliter, tum quia tex. qui in principio loquitur de aſſaſſinis ſimpliciter, poſt loquitur in determinato genere pſonarum, referendo ſe ad nominatos in principio. & cõſequenter declarando, de quibus in principio intellexit: tum quia ſi intellexiſſet in genere, de omnibus, qui pro pecunia occidunt, eandem pœnã impoſuiſſet faciẽtibus ſcelus: ſicut mandantibus, qd non facit. Et huius rõ alia non eſt, niſi quia illi erãt infideles, de quibus papa non diſponit. Nec dẽt iſta decretalis extendi, cũ ſit pœnalis: & non ſit eadẽ rõ in alijs: quia illi contẽnentes mortẽ ultra oẽs hoĩes: ut ibi tãgitur p Doc. facilius & frequẽtius talia delicta cõmittebant. hęc ille. ¶ Scdò quæritur, qui ſunt hi q ligãtur pœnis cõtẽtis in dicta cõſtitutione? Et dico, q ſunt quinq; hoĩum gña, ut patet in tex. Primò, interficiens actu & de facto p aſſaſſinos aliquem Chriſtianũ: ſecus ſi Iudæũ uel Paganũ, de mẽte Ioã. And. q dicit, ſe quedã defendiſſe plãtũ, cõtra quẽ fuerat pbatũ, q occidi fecerat hoĩes p aſſaſſinos: ſed cũ hoĩes illi potuiſſent nõ fuiſſe Chriſtiani, nõ erat ſufficienter pbatũ. Scdò mãdãs, quãquã mors non ſequatur, ẽt ſi re integra mandatum reuocauit, ſm Io. And. quia prius ligatus erat ſolo mandato. Tertiò receptans, ſ. patenter, ſm Io. And. ut differat à ſequenti, ſ. occultãte: & iſti receptatores tanquã aggreſſores tenẽtur. C. de his q latr. occul. l. 1. & 2. Quartò defendens. Quintò occultans.

3 TERTIO qritur, utrũ taliter diffidati ĩterfici poſſint impune? Et dicit Ang. de Per. cõſ. 13. & ſequitur Gemi. in d.c. p humani. q ſic: ſed & p quẽcunq; priuatũ: quia idem eſt bannire & diffidare, qd ſtatuere & pcipere q impunè poſſint occidi. ut no. C. de acc. l. reos. q quãtũ ad cõſciẽtiã licitũ eſſet, ſi fieret bono fine, i. zelo iuſtitię: nõ aliter. uid ĩ. Homicidiũ. 1. §. 3. Quartò, utrũ pcutiẽs clericũ taliter diffidatũ ſit excõicatus? Et dico, qd nõ: qa ſm Ge. ibi, eſt ſpoliatus oĩ priuilegio clericali: & ſine alia degradatione occidi pt aut uerberari ſine excõicatiõe, uel alia pœna. De his tamen ẽt ĩ. Degradatio. in fi.

4 QVINTO, vtrũ bona pdictorũ ſint capiẽtiũ? Et dico, q ſic ſi ſũt bona mũdana: ſed tñ aduerte hic ſm Arch. & Io. An. q requiritur prius ſnĩa iudicis cõtra ipſũ aſſaſſinũ, vel fautorẽ taliũ, antequã liceat contra tales pcedere in pſonis, & bonis. Et ad tex. d.c. p humani. rñdẽt nõ requiri aliã ſnĩam, ſ. q det licentiã occidẽdi, & hmõi: quia ſufficit ſi ſit declaratus aſſaſſinus uel fautor. Faciũt aũt regulã generalẽ ualentẽ ad caſus infinitos, talẽ: Omnia iura mũdi, q dicũt pœnã imponi ipſo iure uel ipſo facto, debent intelligi, dummõ ſecuta ſit ſnĩa declaratoria, p quã declaratũ ſit, fuiſſe cõmiſſum id pp qd ueniebat imponenda illa pœna: aliàs illa pœna effectũ & executionẽ nõ ſortit. Et idẽ Alexã. de Imo. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. qd tñ fallit in pœnis ſecũ trahẽtibus executionẽ: vt excõicatio, & hmõi, q nõ requirũt ad executionẽ factũ hoĩs. de quibus diffusè Fel. in c. Rodulphus. de reſcriptis. Tenet tamẽ Pan. in c. cùm non ab homine. de iud. q ſi tale factum

ctum ſit notorium facti,ſ.quod non pôt aliquâ tergiuerſatione celari, non requiritur iſta ſnîa declaratiua:ſed in hoc non tenetur. Tenuit etiã idem in c.canonum.de conſt.ꝗ vbi alicuius bona ſunt ipſo iure confiſcata, talis non põt illa cũ bona cõſcientia retinere,quia ſtatim, inquit, ſunt acquiſita fiſco. Sed etiam in hoc reprehenditur ab omnib. & de hoc ĩ.Hæreſis.j.§.viij.

5 †NOTA tamen,ꝗ vbi lex vel ſtatutum priuaret aliquem bonis vel aliter ipſo facto: & adderet,ꝗ nulla requiratur declaratio. ẽt ſuper facto, tũc nulla requiritur declaratiua ſententia. Et ſic fecit Pau.ſecundus in extraua.quę incipit,ambitioſe.Et iſta eſt optima cautela,de qua s̃.Alienatio.§.xv.

ASSECVRATIO. vide infra Negotiũ.§.4.

ASTROLOGIA,infra Superſtitio.§.vj.

ASTVTIA,vide infra Simulatio.

## DE AVARITIA.

1 *Auaritia,quæ habendi inordinatus eſt amor, in tribus conſiſtere dicitur.*

2 *Auaritia in appetendo conſiſtens, num peccatũ mortale ſit. Et quot modis id contingat. Et quid de ea quæ eſt in acquirendo.Et item quid in retinendo.Et quænam ſint auaritiæ filiæ,ac ſpecies.*

1 AVARITIA, ſecũdùm S.Tho.2.2. q.118.eſt inordinatus amor habẽdi,ſ. exteriora bona diuitiarũ, q̃ in quadã menſura ſunt appetenda,ſ.vt ſunt neceſſaria ad vitam ẽm ſuam conditionẽ: quia omnia ordinata ad aliquem finem,ẽm illum,mẽſuram ſuſcipiunt,ſicut medicina ẽm ſanitatẽ: vt patet in primo Polit. &, vt ex dictis eius ibi colligitur,auaritia conſiſtit in tribus,ſcilicet in appetendo,in acquirendo,in retinẽdo inordinatè diuitias.

2 †PRIMO verò quæritur, vtrũ auaritia conſiſtens in appetẽdo ſit peccatũ mortale? Et dico,ꝗ ſic,tribus modis.Primò,appetendo habere animo deliberato aliquid notabile alienũ illicito modo:puta nõ dato pretio vel re nõ petita:quia eſt contra illud ꝑceptũ: Non concupiſces,&c.ſi tñ res eſſet modica, vel nõ eſſet aliena,vel nõ eſſet concupita haberi modo illicito,nõ eſſet mortale, ſed veniale,vel nullũ.Secũdò,appetẽdo aliquid illicitũ appetẽti: puta beneficiũ eccleſiaſticũ, cùm ſit ĩdignus.Tertiò, appetẽdo ſuperflua appetitu,qui ꝑpõderet appetitui charitatis Dei vel proximi: puta quia ꝓꝑ amorẽ diuitiarũ quis nõ veretur facere cõtra dei & proximi charitatẽ:ſed iſte appetitus non eſt peccatum actuale, niſi in duobus caſibus. ſ. qñ quis actu de hoc cogitat, deliberans potius admittere aliquod mortale,q̃ non conſequi aliquid diuitiarũ: vel qñ ex iſto appetitu ſit aliqua actualis trãſgreſſio, puta q̃a deierat, aut blaſphemat,aut percutit iniuſtè.¶ Secundò, vtrũ auaritia in acquirẽdo ſit peccatum mortale? Et dico,ꝗ ſic. quantũ eſt ex ſua ratione,niſi res ſit modica: quia omnis illicita acquiſitio eſt cõtra iuſtitiã. & omne q̃d eſt cõtra iuſtitiã, ex ſuo genere eſt mortale,ẽm S.Th. Vnde in acquirẽdo dupliciter eſt mortale.Primò,qñ acquiſitio fit ꝑ iniuſtitiã: vt furando,fœnerando,rapiendo,decipiẽdo,& hmõi.Secũdò, qñ fit ꝑ actus,qui etiam ſine acquiſitione eſſent peccata mortalia: ſicut. cùm quis turpiter agit cũ muliere diuite, vt indè ditetur,vel lucretur: aut ſimoniã committit, & hmõi:in quibus eſt quidẽ peccatũ vnũ,ſed duas habet difformitates. ¶ Tertiò, vtrũ auaritia in retinẽdo,ſit mortale? Et dico,ꝗ ſic tripliciter. Primò,cùm quis retinet ea q̃ reſtituere tenetur,& põt:vt ĩ c.ſæpe. de reſt.ſpol. & hoc eſt mortale toties, quoties hoc deliberat:ar.d.c.ſæpe. imo & ſi nõ deliberat,ſed omittit reſtituere,qñ occurrit tp̃s, locus,& caſus,in quo reſtituere tenetur. Secũdò,qñ quis retinet ea,q̃ ſunt ſuperflua neceſſitatis ſuæ & ſuorũ,vidẽs aliquẽ in extrema neceſſitate:quia tenetur ei de tali ſuperfluo, ẽt ſi illud ſit neceſſariũ ad decentiam, ſubuenire,ẽm S.Tho. & Ric. de quo vide ĩ. Eleemoſyna.§.j.Tertiò,ẽm aliquos,qñ quis retinet ſuperflua non ſolũ ſuæ neceſſitati & ſuorũ,ſed ẽt decentiæ, & videt aliũ indigẽtẽ ad neceſſitatẽ,vel ad decentiã ſtatus:quia de ipſis tenetur erogare eleemoſinas,ẽt non exiſtentibus in extrema neceſſitate:ẽm Rich.in iiij.diſt.xv.q̃d põt eſſe verũ, qñ retinet inordinatè,alias.ſ.non daturus:ſecus ſi retinet vt aliàs daret magis indigenti:vel vt det pluribus,& nõ totum vni.¶ De filiabus auaritiæ, quando ſunt mortale, vide ĩ.in titulis ſuis: & ſunt Proditio,Fraus,Fallacia, Periurium, Violentia,Inquietudo,& obduratio.

## DE AVDITORE.

1 *Auditor cameræ Apoſtolicæ, quam iuriſdictionem habeat,Et quid de Auditoribus.*

1 AVDITOR†cameræ Apoſtolicæ,ſecundum aliquos,habet iuriſdictionem ordinariam: alij verò auditores curiæ, id eſt,Rotales, ſecundum veritatem, habent ordinariam in cognoſcendo, & delegatum in pronunciando: ſuper quo vide gloſſ. in clem.auditor.de reſcrip.

## DE BALNEO.

1 *Balneum ingredi num quis die dominico poſſit.*
2 *Balnea ingredi, vtrũ clericis, vel religioſis liceat. Et quid ſi cum Iudæo quis ea ingrediatur.*
3 *Balneum cum mulieribus ingredi, an liceat. Et quæ pœna ſit ingredienti cum muliere aliena. Et an ſit mortale peccatum. num.ſeq.*
4 *Infamis habeatur, qui mulieres ad balneatorũ veſtes cuſtodiendas habeat.*
5 *C.non oportet 81.diſt.num præceptum inducat.*

1 BALNEVM † quæritur primò, vtrũ die dominica intrare quis poſſit? Et dico, ꝙ pro voluptate aut luxuria omni tempore prohibetur: pro neceſſitate aũt licet: ut eſt tex.de conſe.diſt.3.peruenit.ſed per uoluptatem, intellige delectationem ſuperfluam, quę ſemper eſt peccatum, licet nõ ſemper mortale: per neceſſitatem verò, intellige etiam honeſtam & opportunam recreationem: quæ etiam die feſto licet: imò ſecundario ad hoc dies feſtus uꝛ̃ inſtitutus, ne ſerui nimium fatigarentur.

2 SECVNDO, † vtrum liceat clericis, vel religioſis balnea intrare? Et dico, ꝙ ſic, cauſa neceſſitatis, ſm gl.24.q.1.omnis.Sed ad hanc neceſſitatẽ intelligo non ſolum infirmitatem, ſed etiam quamlibet licitã corporis refocillationem. Vnde, ut ibi dicit tex. Io. Apoſtolus ingreſſus eſt balnea gratia lauandi. ¶Tertiò, utrum liceat balnea intrare cum Iudęo? Et dico, ꝙ hoc nulli Chriſtiano licet: ſed ſecundum doctores eſt peccatum mortale, qđ patet: quia ſi clericus hoc facit, debet deponi: ſi laicus, debet excõicari. 28. q.1.nullus.imò hoc nõ licet cum aliquo infideli: quia non debemus lauari cum hominibus alienę ſectæ, ſm gl.24.q.2.omnis.vbi dicitur in tex. Ioannem aufugiſſe de balneis non lotũ, quia uidit ibi Chærintũ hæreticũ.

3 QVARTO † vtrum liceat balneum intrare cum mulieribus? Et dico, ꝙ nõ: ut eſt tex.in c.non oportet.81.diſt.ubi & gl. dicit, ꝙ uir ingrediens balneũ cum muliere aliena, priuatur donatione propter nuptias: & mulier dote, ſi cum uiro alieno. C. de repu.l. ult.§.inter culpas.

4 IMO † etiam infamis eſt, qui tenet mulieres cuſtodientes balneatorum ueſtes: ut ff.de his qui not.infa.l.athletas. Vtrum aũt ſit mortale, intrare cum aliena muliere: iudicãdum eſſet ex ſcandalo & periculo, ſi iſtud cap.non ſit pręceptiuum; tñ uix credo poſſe eſſe ſine periculo concupiſcentię mortalis.

5 VTRVM autem illud capitulum ſit ꝑceptiuum, iudicandum eſt ex his, quę dicuntur ĩ.præceptum.§.ſecundo.

## DE BANNO.

1 *Bannum iuxta idiotiſmum Gallorum ac Italorũ quidnam ſit. Quid item bannire & proſcribere. Itẽ quid proſcriptio. Et quis proſcriptus dicatur.*
2 *Bannientem iniuſte, ad amiſſorum ratione iniuſtæ bannitionis reſtitutionem teneri, & in mortale peccatum incidere.*
3 *Bannitus quæ amittere dicatur. Et an capax ſit teſtamenti conficiendi, & ex eo hæreditatem capiendi.*
4 *Bannitus occaſione delicti, ex quo bona publicationi obnoxia ſunt, & an deportato æquiparetur. Et quid ſit deportare, & relegare.*
5 *Iura, quæ bannitus retinet, quid præſtent.* Et *ibidem remiſſiones de bannitionis materia.*

1 BANNVM ſm vulgare Gallicorum & Italorum, vꝛ̃ eſſe edictum publicum, iuxta illud qđ dicit gl. de foro cõpe n. in c° qđ clerici, ꝙ preco Pariſienſis nunciat bannum nomine epiſcopi & regis. Bannire autẽ, ſm dicta uulgariũ, uꝛ̃ idem eſſe qđ ꝓſcribere: & bannitus quaſi proſcriptus de ciuitate: ut in procemio Digeſtorũ. Proſcriptio autem eſt aduerſus abſentem iudicialis pronunciatio, ut in poſterum procul agat, id eſt, maneat ab imperio: & proſcriptus eſt is, contra quem fit pronunciatio talis, & cuius bona palàm & apertè ſcribuntur.

2 PRIMO † verò quęritur, utrum iniuſtè bãniens, teneatur ad reſtitutionẽ de amiſſis ratione iniuſtæ bãnitionis? Et dico, ꝙ ſic, ultra mortale qđ incurrit, ſm Inn. ĩ c.ſi de his quæ ui met.cauſa fiunt.ff.quod metus cauſa.l.ſi cum exceptione.§.Pedius. quia bannitio fuit amiſſionis occaſio. d.l. ſi cùm.§.in actione. Nec ob. ff.eo.l.metum.la 3.ubi ſẽtiens armatos contra ſe uenire, ſi fugerit, & occupatus fuerit fundus, quem fugiendo dimiſit, non tenẽtur armati, quia loquitur qñ metus fuit vanus, quia fortè non ibant contra eum. ſed ſi promiſiſſent ire contra eum, & huiuſmodi, bene tenerentur de omni dãno, quod iuraret ſibi contigiſſe eorum occaſione. arg. dictarum legum, & d.c.fin. & 2. q.1.in primis.

3 SECVNDO † utrum bannitus amittat ea, quæ ſunt iuris ciuilis? Et diſtinguo ſecundum Bar. aut eſt bannitus taliter, ꝙ põt impunè offendi, & ſic ſi eſt bãnitus imperij ꝑdit ea: ſed ſi eſt bannitus alicuius ciuitatis aut regni, non perdit ea quæ ſunt iuris ciuilis ciuium Romanorum. ſed quæ ſunt pro-

pria

pria illius ciuitatis aut regni, ut no. Bar. in l. amiſſione. ff. de ca. di. Addit aũt, ꝙ ad hoc vt ſit talis bannitus, duo requiruntur: unum, ꝙ ſit inobediens, & aufugerit ab imperio cui ſubeſt, & ſic exbannitus: aliud ꝙ in hoſtium numerũ ſe conferat, & habeatur pro hoſte. Vñ ſi qs ſit bannitus, non tñ habitus ut hoſtis, nec poſſet offendi impunè ex forma ſtatuti: tunc talis non ꝑdit niſi ea, q̃ ſunt ciuitatis. Et ſic patet, ꝙ pōt bannitus facere teſtm̃, uel ſuccedere: quia hoc primus nõ pōt. ſ. bãnitus imperij: bannitus aũt ciuitatis pōt, & multò fortius bannitus, qui non pōt offendi, ſed ſecundus pōt ſm ius cõe; ſecus in ſucceſſione ſecundum ſtatuta ciuitatis.

4 ET SIC† patet, ꝙ bannitus ex delicto, ex quo ueniunt bona publicanda, non æquiparatur deportato, qui non ſuccedit nec ex teſtõ nec ab inteſtato. C. de hær. inſt. l. 1. q a talis ſuccedit, & pōt acquirere de nouo, ſi remanet liber. & hoc ſm diſpoſitionẽ iuris cõmunis: ſed non uigore ſtatutorum ciuitatis, uel terræ, de qua eſt bãnitus. Intellige tamẽ: ꝙ deportare, eſt aliquem exilio perpetuo damnare: relegare autem, ad tempus eſt. ff. de interdi. l. relegatorum.

4 TERTIO† quæritur, quid ualeāt hæc, cùm in dicta ciuitate, uel terra agere nõ poſſit? Et dico ſm Bar. in l. certa forma. C. de iure fiſ. pōt cedere alteri iura ſua; & non obſtabit ceſſionario ipſa bannitio. Qualiter puniatur banniens epiſcopũ. ĵ. Excõicatio. 7. §. 15. De bannis aũt, quę fieri debent in matrimonio. ĵ. Clandeſtinum. De bannitione, quę eſt diffidatio. ĵ. Diffidatio.

## DE BAPTISMO PRIMO QVANtum ad eius multiplicem ſubſtantiam, & formam.

1 *Baptiſmus quid & quotuplex ſit. Et ibidẽ quod in baptiſmo aliquid ſit res ſacramenti tantum: aliquid ſacramentum tantum: & aliquid res & ſacramentum ſimul.*

2 *Baptiſmi ſpecies ac formæ tres quibus conueniāt. Et an ſicut martyrizari & ſanctificari in vtero puer poteſt, & baptizari. Et quid ſi Iudæus filiam a Chriſtiano prægnantem in Chriſti deſpectum abortiri faciat.*

3 *Triplex illud baptiſmi genus, quomodo inter ſe ſe habeat, & cohæreat. Et ſubinde, quænam baptiſmi forma ſit. Et quæ verba ſint de eius ſubſtantia, & quæ non. Et quid efficiat ſubſtantiarum omiſſio.*

4 *Formam baptiſmi, num ſicut Apoſtoli immutarunt, baptizantes in nomine Chriſti: ita et nunc mutare, ſaltem per æquipollentia uerba poſſimus. Et an baptiſmus in Chriſti nomine datus, foret uerus baptiſmus: an vero rebaptizandus eſſet, qui tale baptiſma ſuſciperet.*

5 *Forma baptiſmi ſi quid ſubtrahatur, aut ſi quid addatur, aut ſi uerba corrupte proferantur: nũm baptiſmi uim habeat, quod agitur. Et quid ſi interruptio, tranſpoſitio, aut uocum uariatio fiat.*

6 *Ex his quæ de baptiſmo dicta ſunt, quot concluſiones deciſoriæ certorum caſuum colligantur.*

7 *Baptiſmus, ſub Græcorum forma ab ipſis Græcis, latus num uerus ſit. Et quotupliciter in baptizandi forma Græci a nobis differant. Et an liceat Latinis ſub forma Græcorũ baptiſma dare.*

1 BAPTISMVS† vel baptiſma, aut ẽt baptiſmũ, à nr̃is dici pōt immerſio, vel ſintinctiõ: quia dr̃ à baptizo, qđ eſt immergo, uel, ſm aliquos à baptes, qđ eſt flumẽ, uel aqua. & ſm S. Tho. baptizare in Gręco eſt lauare: & ſic baptiſmus dr̃, uel ipſa aqua, in qua fit lotio, q̃ dr̃ lauacrũ: uel ipſa lotio, quæ eſt uſus lauacri. Et ſic ſumit̃ baptiſmus proprie: ſed tranſſumitur ꝑ ſimilitudinem ad quædam alia: quo fit ut triplex dicatur baptiſmus, ſm Damaſ. & Aug. libr. 4. de unico baptiſmo. & de conſec. diſt. 4. c. baptiſmi uicem. Primò, ſ. baptiſmus ſanguinis: de quo Ioan. 12. Baptiſmo habeo baptizari: & hic eſt potentiſſimus. de conſecr. di. 4. c. catechumenus. & idem eſt: qđ martyrium. Et ſecundò baptiſmus flaminis, i. Spirituſſancti. de quo Actuũ 2. Vos aũt baptizabimini Spirituſancto. & eſt propoſitũ ſuſcipiendi baptiſmum proprie dictum modo debito, ſi dabitur facultas. Et tertiò baptiſmus fluminis, i. aquæ, de quo Io: 3. Venit Ieſus in terram Iudæam, & baptizabāt. Et ſm Hug. de S. Vic. baptiſmus definitur eſſe aqua &c. ſed ſm magiſt. in 4. eſt ablutio facta ſub præſcripta forma uerborum: & hæc diffinitio, ſm S. Tho. eſt magis propria: quia aqua nõ ſignificat aut cauſat mundationem, niſi ut eſt abluens, uel quaſi. eodem mõ, ſm Augu. eſt tinctio in aqua uerbo uitæ ſantificata: vel ſecundùm Dire. li. 1. tit. 4. eſt ablutio exterior cum certa forma uerborum, ſine quo nemo ſaluari pōt. de cuius ſubſtantia tria ſunt, materia elementi, forma uerbi, & intentio miniſtri, copulãs formã materiæ, ut dicit Aug. ꝙ accedit uerbum ad elementum, & fit ſacramentũ. 1. q. 1. detrahe. Et intellige verbũ. ſ. uocale: aliter nihil fit. ſm S. Bonauẽ. in 4. & facit c. detrahe. 1. q. 1. Vñ in hoc baptiſmo aliquid

aliquid eſt res ſacri tm̃,ut infuſio gr̃æ,& remiſſio peccati, aliquid ſacr̃m tm̃,ut aqua & ablutio,intellige cũ debita forma verborũ, aliquid res & ſacr̃m,ſ.character. Aqua ergo eſt ſacrũ propriè, ut ſpecies panis: character aũt ſecundariò, ſicut corpus Chriſti uerum.Tertius dr̃ baptiſmus propriè. duo uerò reliqui metaphoricè: quia.ſ. uterque inſtat baptiſmi habet purificare, & conſequẽter uicem eius implere.

2 PRIMO †verò quæritur,quib.iſti baptiſmi cõueniant? Et dico,ꝙ ſicut tertius, ita & primus cõis eſt adultis & paruulis:quia ſi paruuli nondum baptizati occidantur pro Chriſto,puta in deteſtationẽ fidei Chriſtianæ,quã tenent parentes:ſaluantur,ſm̃ Theologos.Vñ Pet.de Palu.dicit in 4. probabiliter,ꝙ puer in utero martyrizari põt,ſicut & ſanctificari,licet non baptizari.Vñ ſi Iudæus filiam fœcundatam à Chriſtiano in deſpectũ Chriſti abortiri faciat, vr̃,ꝙ puer fiat martyr,habẽs cauſam,& pœnam:ſicut ſi mulier prægnans ꝑꝑ Chriſtũ interficiatur, vterque martyr eſt. Secundus uerò non competit,niſi habentibus uſum rationis. de cõſec. diſt.4.baptiſmi. quia eſt propoſitum, ꝙ ſolis adultis conuenit.

3 SECVNDO † queritur,quõ ſe habeãt inuicẽ ibi baptiſmi? Et dico,ꝙ ſi cõparemus ſm̃ & tertiũ,ſ.flaminis, & fluminis, dico,ꝙ ſm̃ æquipollet tertio. quoad remiſſionem culpæ originalis & mortalis, & pœnæ æternalis,ſed non quoad remiſſionẽ pœnæ tẽporalis: quia nõ remittitur in eo tota, ſicut in tertio. ſed plus & minus ſm̃ deuotionẽ ipſius.Item per ſm̃ nõ imprimitur character: & priuatur iſte eccleſiaſtica ſepultura, ſicut & catechumeni, quamuis pro eis oret eccleſia:& in eo requiritur contritio ad ſalutem: nõ aũt in tertio,ſed attritio ſufficit. Si uerò comparemus primum & tertium ſunt æquales in uirtute,quo ad remiſſionẽ culpę & pęnæ,modo adſit contritio: ſed primus excedit tertium, quo ad præmium accidentale, qd̃ eſt aureola,& quo ad eſſentiale,ſm̃ Pet. de Palu. quia plus de gratia cõfert, ſicut eſt ibi maius opus, & econuerſo, tertius excecedit primum, quo ad impreſſionem characteris, quæ non eſt in primo, ſed in tertio. ¶Tertiò quæritur,quæ ſit forma baptiſmi? Et dico ſm̃ S.Th.in 4.& in 3. parte, qd̃ ſm̃ Græcos eſt hæc:Baptizetur ſeruus Dei talis in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Sed ſm̃ Latinos,ut ẽt hr̃ de baptiſmo & eius effectu.c.1.eſt hęc.ſ.Ego te baptizo in nõie Patris & Filij & Spiritus ſancti.& in Sũ.Cõfeſ.lib.3.ti.24.additur,amen.licet, ut ibi dr̃, non ſit de ſubſtantia. Quæ q̃ dẽ forma cõuenietior eſt Græca, ſm̃ S.Th. q̃a in ea exprimitur nõ ſolũ principalis cã baptiſmi, i. trinitas, ſed ẽt inſtrumẽtalis.i.miniſter.In qua q̃ dẽ forma noſtra aliqua sũt de ſubã ſacri. ſ.primò inuocatio Trinitatis ſm̃ S. Tho. & Petr.de Pal.& oẽs,vt ẽt hr̃ de cõſec.diſt.4.in ſynodo.& ſcd̃ò expreſſio actus baptizandi: & tertiò expreſſio ꝑſonę baptizatæ,ut in d. c.1.Aliqua ẽt non ſunt de ſubã.ſ.primò expreſſio ꝑſonæ baptizantis:quia Græci cõferunt uerũ baptiſma, & illã non exprimunt, ſed tñ eſt de ꝓcepto eccleſiæ Latinorũ: & ſecundò ly ego,ſm̃ Inn. in d. c.1.cũ gl. & idẽ Rich.& S.Th.quia intelligitur ſub ly baptizo:ſed tñ ſic ſtatuit eccleſia;& tertiò ly amẽ ut dictũ eſt,ꝙ ẽt nõ eſt d̃ ꝓcepto eccleſię,ſed de quarundã eccleſiarũ more:& iõ ubi eſt d̃ more,dici dẽt ad confirmationẽ totius. Igitur ſciendũ,ꝙ,ut dicit Pan. in d.c.1.ubi aliqua uerba ſunt deforma ſubſtantialia alicuius actus, omiſſio alicuius uerbi uitiat totũ actũ.Secus ubi omitterentur aliqua uerba,q̃ non ſunt de ſubſtantia,ſed de ſolennitate:puta ſi presbyter omitteret catechiſmum, uel ſalis impoſitionem,uel unctiones, & hmõi, de conſe.diſt.4.mulier. nec ꝑꝑ hoc dẽt iterari baptiſmus:tñ ſi ſuperuiueret infans, deberet ſuppleri ꝑ ſacerdotẽ quæ fuerunt omiſſa.In dubio tñ forma baptiſmi eſt hæc: Si es baptizatus, ego non te baptizo: ſed ſi nondum baptizatus es, ego te baptizo &c. extra,eo.c.2.

4 QVARTO†quæritur,q̃d iuris ſi mutetur dicta forma,ut fecerunt apoſtoli baptizantes in nõie Chriſti? Et dicit Dir.li.1.ti.4. ꝙ non licet eã mutare, ẽt ꝑ æquipollentia verba. Et S.T.in 4.dicit,ꝙ id qd̃ de ſubã formæ eſt,nulli licet mutare: & ſi mutetur, nihil agitur, & incurritur culpa.Si uerò mutetur aliq̃d,qd̃ eſt de inſtitutione eccleſiæ: incurritur q̃dẽ culpa,ſed nihilominus eſt ſacramẽtũ. Apoſtoli aũt mutarũt formã,nõ quãtũ ad intellectũ,q̃a in nõie Chriſti tota trinitas itelligitur: ſed quãtũ ad uocẽ,ex familiari cõſilio Spiritus ſancti:ut nomẽ Chriſti,qd̃ .ſ.incredulis erat odioſũ, amabile redderet, ad cuius inuocationẽ dabatur Spiritus ſanctus,qd̃ ẽt nũc poſſet eccleſia ex ſpãli ꝓcepto Spiritus ſancti, nõ aũt ex propria auctoritate.Vñ nõ ſic dicendo,q̃s nõ eſſet baptizatus.

tus,licet quidam dicant contrarium. Quod autem dr̃ uirtualiter,de conſec.diſt.4.in c.à quodã Iudęo.in tex.ꝙ talis eſſet baptizatus intelligitur ſm̃ Arch. in d.art.ſ.qñ fieret ex ſpeciali conſilio Spiritus ſancti. Vñ glo. inquit Io.in d.c.& Ber. in d.c.1.de bap. dicẽs, ꝙ baptiſmus datus in nomine Chriſti eſſet uerus:quia.ſ.in hoc noĩe intelligitur ungẽs, inunctus,& unctio,ſm̃ Ambr.falſa utiq; eſt: nec ſentit Ambr.ꝙ poſſit ſub hac forma baptiſmus cõiter dari:ſed ut dicit S.Tho. in 3. parte.uult oſtẽdere,qũo fuit cõueniẽs diſpẽſatio Spũs ſãcti ꝓ illo tp̃e:cũ ẽt ſic dicendo trinitas nõ excluderet. Sũ. tñ Ang.dicit hũc rebaptizandũ.quaſi ĩ dubio. 1. cõdõnaliter. Sed primũ.ẽ ueritas,ut ſit rebaptizandus ſimpliciter;q̃a cõiter,ſm̃ oẽs ferè theologos, niſi tota trinitas uocet̃ ĩexplicite, nihil fit,niſi ex p̃cepto Dei, uel in caſu mortis:ut §. ſeq.

5 QVINTO quæritur, quid ſi de dicta forma aliquid ſubtrahatur? Et dicit S.Tho.ꝙ ſi ſubtractum ſit de eſſentia formæ,incurritur peccatum,& nihil fit:erit autẽ baptizatus; ſi omittatur id, qđ non eſt de forma quãtum ad neceſſitatem ſacri,ſed ex inſtitutione eccleſiæ,ut expreſſio perſonæ baptizantis.Dicit etiã, ꝙ ſi expreſſa una perſona baptizandus moriatur,creditur ſuppleri inuiſibiliter. Et ſic dicunt intelligendũ eſſe uerbum Ambr.dicentis, ꝙ ſi fides totius Trinitatis corde teneatur,& una tm̃ ꝑſona ſit noĩata,plenum eſt ſacr̃m.Petr.ẽt & Ala.& Sũ.Conf.li. 3.ti.24.q.11. quantum ad ſubſtantialia diſtinguunt,ut recitat Suppl. quia ſi dimiſſio eorum ſit ex uoluntate,uitiat baptiſmũ: ſi uerò eſt ex neceſſitate, piè creditur qđ ſuppleat ſummus ſacerdos: ut ſi moriatur puer ante formę ꝑfectionẽ:unde ſepeliẽdus eſt in cœmeterio, ſi moriatur talis. ſi aũt uixerit, rõne dubij eſt ſub cõditione rebaptizãdus. hęc ille.qui intendit tangere duos caſus: in quorũ uno moriatur puer ante formæ complementũ,& ſepelitur in cœmeterio:in alio uerò moritur, aut impeditur ſacerdos: & puer conditionaliter rebaptizatur.¶ Sextò, q̃d ſi dictæ formę aliq̃d addatur? Et dicit S. Th.in 4.duo hic obſeruãda: unũ ex parte addentis:quia ſi hoc facit intẽdens illud additum eſſe de forma, quaſi uolens inducere nouum ritum,nõ intendit proferre formã, qua utitur eccleſia; & conſequenter nec facere.qđ ipſa facit: uñ nõ eſſet baptiſmus.Secus ſi adderet ex aliqua cã, puta ex deuotione:ut dicẽdo,in noĩe Pr̃is & Filij & Spũs ſã. cti.& B.Marię inuocatæ.ſ.ꝑ modũ interceſſionis, aliud ex parte addit:q̃a ſi eſt corruptiuũ formæ,nõ eſt baptiſmus, ſicut ſi dicat̃.ĩ noĩe Pr̃is maioris,& Filij minoris, corrũpit̃ fides,q̃ forma ꝓfitetur. Si uerò non ſit eius corruptiuum,ſicut ſi additur,& B.Mariæ,ꝓbabilius ur̃,ꝙ ſit baptiſmus.& cõcordat Pe. & Ala.Et intendit S.T. ꝙ ſi aliquid addatur ad ĩducẽdũ nouũ ritũ,euacuatur baptiſmus ſiue illud corrũpat formã,ſiue nõ.Si verò additur ex deuotione, euacuat baptiſmũ,ſi corrũpit formã,nõ aliter.Si aũt dubitatur utrũ additũ ſit corruptiuũ formæ,necne, recurrẽdũ eſt ad ĩtentionẽ ꝓferẽtis. & ſi intẽdit aliqđ erroneũ,nihil agit̃.alias ſecus.¶Septimò q̃d ſi uerba corruptè ꝓferant̃? Et dicit S.T.ĩ 4.ꝙ ſi q̃s hoc facit ex induſtria, nõ eſt baptiſmus:quia nõ vr̃ intẽdere qđ eccleſia. Sivero hoc facit ex ignorãtia uel defectu lĩguæ, nõ eſt baptiſmus:ſi corruptio ſit tãta, ꝙ auferat oĩno ſenſũ.Intellige ſm̃ inſtõnẽ vel accõmodationẽ uſus: eſt uerò baptiſma.ſi remaneat ſenſus.ſ.quantũ ad vtrũq; horũ, vel ſaltẽ alterũ.Et idẽ intellige,ſi fiat ex ioco:vt in c.retulerunt.de cõſe.di.4. Et ſubdit S.T. ꝙ p̃cipue nõ mutat̃ ſenſus, qñ corruptio fit in fine:cuius exẽplum eſt in c.retulerunt, vt dicẽdo, in noĩe patria & filia.mutatio verò inquit,ex parte principij uariat ſig̃ationẽ; ideòq; nõ eſt baptiſmus :ſed intellige: ut in plurib. ita.ſ.ꝙ ſi in aliqua lĩgua mutatio ex parte principij nõ mutaret ſenſũ,ſaltẽ ſm̃ accõmodationẽ uſus nõ uitiat̃ baptiſmus,ſm̃ Pet.& Sũ.Cõf.ubi ſ̃.Credo tñ, ꝙ ſicut dictũ eſt in §.5.de ſubtractiõe, ita & de corruptione ſit dđm.ſ.ꝙ ſi nõ ſit facta ex malitia, ẽt ſi ſẽſũ tollat,ſi moriat̃ puer Deus ſupplet, & ĩ cœmeterio ſepelit̃: ſi aũt uixerit rebaptizabitur cõdõnatè.¶Octauo,quid ſi fiat interruptio? Et dicit S.T.in 4.ꝙ ſi ita ſit ut intercipiat intẽtionẽ baptizãtis,nõ ẽ baptiſmus: ſicut ſi dicatur,in noĩe Pr̃is,& interpoſita lõga fabula diceretur,Filij.Si aũt fuerit parua: ut puta uerbi nõ corrũpẽtis formã, ſicut dicẽdo:in noĩe Pr̃is oĩpotẽtis:aut interruptio ſilẽtij uel tuſſis,& hmõi, qđ intẽtionẽ nõ diſcõtinuet,eſt baptiſmus.Et idẽ eſt ſi incępta forma dicat,taceatis,vel hmõi,& deinde ꝓſequat̃.¶Nonò,quid ſi fiat trãſpoſitio? Et dicit S.T.ubi ſ̃.ꝙ ſi talis ſit,q̃ mutet intẽtionẽ, nõ eſt baptiſmus. Vt ſi dicatur in noĩe Pr̃is baptizo te,& Filij.Secus ſi intẽtionẽ nõ mutet:ut,in noĩe Pr̃is & Filij,& Spũs ſancti baptizo te.Et ſic ĩtellige dictũ Petri, ꝙ mutatio

tio ex ſimplicitate non nocet, quã .ſ. ſenſum non tollit: ex malitia aũt nocet, etiam ſi ſenſum non tollat: ſicut de corruptione dicit S. Th. quia tollit intẽtionẽ in miniſtro. Quidã tñ dicunt in forma baptiſmi non poſſe fieri mutationem, quæ ſenſum tollat: quia licet ad fidẽ ꝑtineat non ſolũ numerus, ſed ẽt ordo ꝑſonarum, tñ quia illa non eſt durationis aut vocalis exꝑſſionis, ſed originis, ſufficienter exprimitur nominibus ꝑſonarũ qualitercunq; mutatis. Sed iſta ſtare nõ poſſunt: & inſtantia eſt dicẽdo, baptizo in te nomine Patris, vel baptizo in nomine te Patris & Filij, & in nomine Spiritus ſancti: quia nullus eſt ſenſus. Similiter & trãſponẽdo ſyllabas, vt in noĩe triſpa. vñ melius loquitur S. Do. & ſecurius. ¶ Decimò q̃ritur, q d ſi fiat variatio vocũ? Et dico, ꝙ duobus modis fit variatio. Primò q̃tũ ad voces tm̃, nõ q̃tũ ad ſignificata: & hoc non tollit baptiſmũ. Vñ Hebraicè, Grecè, Latinè, & vulgariter forma cũ effectu ꝓfertur, dẽt tñ ſm S. Th. eſſe uſus uocabulorũ, q magis ꝓpriè ſunt in uſu ad ſignificãdũ ꝑſonas, & alia q ſunt de eſſentia formæ. Secundò fit uariatio uocũ & ſignificatorũ ſimul. qđ ſi fiat totaliter: ut te balneo ut quietius dormias, nihil fit. ẽt ſi fiat principaliter. i. in principali ſignificato: ut dicẽdo, in noĩe Trinitatis. qđ pricipaliter ſignificat numerũ ꝑſonarũ, nõ ꝑſonas: uel ĩ noĩe genitoris, qđ nõ ſignificat principaliter ꝑſonã, ſed actũ ꝑſonæ, ẽt nihil fit. Si aũt fiat in ſignificato nõ principali: ut dicẽdo nos, ubi ego: & baptizamus, ubi baptizo, ad ſignificãdã dignitatẽ baptizantis, eſt baptiſmus, licet peccet baptizãs. Nec obſ. ꝓdictis, ꝙ ſm S. Th. dicẽdo ĩ nomine Chriſti, uariatʳ forma quãtũ ad uocẽ nõ ſignificatũ: & conſequẽter uĩ ibi eſſe baptiſmus, cõtra eũ: quia dico, ꝙ ſignificatũ eſt quidẽ idẽ, ſed non eodẽ modo ſe habet ad duas formas: quia trinitas perſonarũ per earũ nomina ſignificatur principaliter & explicite: per ly Chriſti uerò ſecundariò & implicitè.

6 † VNDECIMO queritur, quot cõcluſiones ſequuntur ex p̄miſſis deciſiuæ aliquorũ caſuũ? Et dico, ꝙ multe: ſed p̄cipuæ quatuor: quarũ hec prima: Si ĩ forma omittatur ly ego, eſt baptiſmus: quia ly ego, non eſt de ſubſtantia. ſed ſi dimittatur ly te, nihil fit, ſm Inn. in d. c. j. quia eſt de ſubſtãtia. & hoc niſi loco eius poneretur nomẽ ꝓpriũ baptizati: quia ſm Aureo. eſſet baptiſmus, licet peccaret baptizans. Et ratio eſt, quia mutata uoce & nõ ſignificato ſtat effectus. ¶ Scđa, ſi ꝑ ly ego, dicatur ly nos: & ꝑ ly baptizo, baptizamus. ad ſignificandũ plures baptizãtes: & nõ eſt baptiſmus, ſm S. Th. ut dicetur j. Baptiſmus. iij. Sed ſi hoc dicatur ad cõſignificandũ ꝑſonæ dignitatẽ, ſicut magnates dicũt, nos dicimus aut facimus, hoc loquentes de uno ſolo, eſt baptiſmus, ſm S. Bon. ĩ 4. diſt. 5. quia ſ. ſtat principalẽ ſignificatũ: cũ ꝑ ly nos. intẽdatur idẽ qđ ego: & idẽ eſt ſi ꝑ ly te, ponatur ly vos, ſiue ad cõſignificãdã dignitatẽ baptizati eadẽ ratione: ſiue ẽt ad ſignificãdam pluralitatẽ baptizatorũ. de quo j. Baptiſmus. iij. §. ix. ¶ Tertia, ſi nõ dicatur baptizo, ſed loco eius dicatur linio, uel huiuſmodi: ſm Pe. Aure. non eſt baptiſmus: quia oportet exprimi ablutionem. Similiter nec ſi dicatur, intendo te baptizare, ſm S. Th. in 4. q aliquid facere intendit, non eſt conſequens, vt faciat, & conſequenter hoc pertinet ad corruptionẽ formæ. ¶ Quarta, ſi intermittatur ly in, non eſt baptiſmus, ſm Gualdẽſem. Et ratio eſſe põt, quia nõ ſtat ſenſus uerus, cum ſignificetur, ꝙ id, quo quis abluit vel baptizat, ſit nomen trinitatis. nec ſimiliter ſm S. Th. & Pe. dicẽdo, in nominibus: quia. ſ. dicere in nomine eſt dicere in uirtute, quæ ibi eſt vna tantũ vel in nomine ſm S. Th. in inuocatione Trinitatis. Similiter nec ſi dicatur, in nomine Trinitatis: vt dictũ eſt. Similiter nec ſi dicatʳ in nomine genitotis, aut geniti, aut ꝓcedentis: aut nominãdo ꝑſonas diuinas aliter, q̃ ꝑ nomina ꝓpria ſm S. Tho. & cõiter Theologos. Inn. Goſ. & Io. tenent oppoſitũ. vñ ſm aliquos in dubio eſſet rebaptizãdũ. Similiter nec ſi ĩtermittatur ly &, niſi loco eius ponatʳ ly que, qđ ęquipollet: & hoc dicit Inn. ĩ d. c. j.

7 † DVODECIMO quæritur, vtrũ baptiſmus datus ſub forma Grecorũ Grecis ſit verus: vt dicẽdo, baptizetur ſeruus Chriſti. Nicolaus in nomine Patris &c. Et dicit S. Th. ĩ iiij. ꝙ ſm opi. eorũ de neceſſitate formæ eſt actus baptiſmi quantũ ad ſignificatũ: ſed nõ quantũ ad conſignificatũ. ſ. ꝑſonã baptizantẽ, q non eſt de neceſſitate formę: quia ex ea baptiſmus efficaciã non habet: ꝑſona aũt recipiẽs eſt de neceſſitate formæ: quia actus ad ſuſcipiẽtẽ terminatur. Igitur differunt in forma à nobis, quantũ ad tria. ¶ Primò, quia nõ exprimũt ꝑſonarũ miniſtri: ad remouẽdũ errorẽ attribuentẽ efficaciã baptiſmi, baptizãti, vt patet j. Cor. iij. Secundò, quia ſignificãt actũ ſub alia. i. ſub tertia ꝑſona: & ſub alia. i. ſub optatiuo vel ſubiunctiuo modo: ad ſignãdũ ꝙ actus interior expectatur ab extra.

¶ Tertiò,

¶Tertiò, quia pſonã baptizatã ponũt in nominatiuo caſu, & in tertia pſona: quia quandoque baptizatus non habet intellectum, vt ad cũ poſſit dirigi ſermo. Quidã aũt dicunt, ꝙ mutant aliquid de ſubſtantia formæ: vt ſic oporteat rebaptizari. tñ hoc nõ eſt determinatũ, ſed dubiũ apud quoſdam, quibus vr̃ ꝙ ad perfectionem ſacramenti ſufficiat actũ baptiſmi ſignificare, in quo ſcilicet includitur perſona in quam trãſit: cum ſignificationis aũt determinatio fit ex eccleſiæ inſtitutione. Hoc aũt certũ eſt, ꝙ forma, qua vtimur, eſt melior: tũ quia pfectior, vt patet ex dictis: tum quia magis cõſonat Euangelio, qđ miniſtros dicit baptizantes: tum pp auctoritatem eccleſiæ Romanæ tradentis hanc formam ab apoſtolis retentã: quę nunquam à vera fide legitur deuiaſſe. Et ideo nõ licet, pręcipuè Latinis, in forma Græcorũ baptizare: qđ ſi pręſumerent, ẜm quoſdam, non eſſet baptiſmus: ẜm quoſdã eẽt, ſed grauiter peccarẽt. hæc ille. Vnde patet ꝙ omnis baptizatus ſub illa forma, ſiue à Græco, ſiue à Latino, rebatizãdus eſt ſub cõditione; quia caſus eſt dubius. licet cõior opinio ad hoc mãgis declinet, ꝙ Græci conferant verum baptiſma.

## RVRSVS DE BAPTISMO II. quo ad materiam.

1 *Baptiſ. quotuplex materia, quæ ſufficiens ſit, & qualis eſſe debeat.*

2 *Liquor ſpeciem aquæ habeat necne, qualiter internoſcendum ſit. Et ſi aqua permiſta ſit, aut nõ pura, num huius ſacramenti materia eſſe poſſit. Et an ſanctificatam per ſacerdotis orationem, vt nouum chriſma, eſſe oporteat.*

3 *Corollaria ex his, quæ de baptiſmo ſecundo conſiderato dicta ſunt, quotnam conſequantur.*

1 BAPTISMVS †ſecundò quãtũ ad materiã eius, vt innoteſcat, ſciendũ, ꝙ duplicẽ materiã habet ẜm Pet. de Pal. propinquam ſcilicet, quę eſt ipſa exterior ablutio, de qua ſ. Baptiſmus. vj. & remotam, quæ ẜm S. Th. eſt aqua, q̃ in ſua proprietate conſiderata, eſt materia quaſi remota: ẜm aũt, ꝙ eſt ad hoc ĩſtituta ex tactu carnis Chriſti, eſt materia propinqua: ẜm verò, ꝙ cõſideratur ſub forma verborum, & quaſi iam in forma. Eſt, in qua, ẜm eum, aqua naturalis, quantũcũq; alterata, vel cõmiſta, dũmodo ſpecies aquæ nõ ſoluatur. & in hoc oẽs doc. cõueniunt, licet in aliquo particulari differant, vtrum ſit aqua, necne, ut in brodio. Sed tñ intellige primò, ꝙ quidam doc. dicunt, aquã debere eſſe purã, vel ſimplicẽ: non quia nullo modo ſit miſta, cũ oẽs velint, ꝙ poſſit fieri baptiſmus in aqua maris, quæ non eſt pura, niſi fortè in fundo. ſed quia nõ eſt ſic miſta vt perdita ſpecie trãſeat in aliud, ſicut trãſit in vinũ, ſi ipſa ſit modica: vel ambo trãſeunt in tertiũ, ſi ſint ęqualia in virtute. Et ſecundò, ꝙ pđicta aqua eſt materia, inquantũ eſt apta baptizare, uel abluere: vnde nõ eſt materia baptiſmi, vt eſt in pãno lineo infuſa, niſi exprimatur: nec vt eſt in glacie, niue, grãdine, pruina, & hmõi, niſi diſſoluãtur: nec vt eſt in luto, niſi exprimatur. Hoc aũt eſt valde cõueniẽs ẜm S. Th. & alios ſanctos. primò, quia ſacr̃m oĩbus & vbiq; neceſſarium, debet habere materiã, q̃ omnibus & vbiq; facile adſit. & ſecũdò, quia cùm ſacr̃m ſignificet quod efficit: materia baptiſmi debet habere proprietates ſignificantes effectus baptiſmi. & hmõi eſt aqua: tum quia habet humiditatẽ: & ex quo ſignificat generationem ſpiritualẽ, quam facit baptiſmus. Generatio enim plantarũ, & animaliũ incipit ab humido, & ſemina humida ſunt: tum quia eſt ablutiua ſordiũ prius & purius quocunq; liquore: cũ aliis liquoribus nõ cõueniat ablutio, niſi inquãtum participãt naturam aquæ, & aliqualiter locum inficiunt: & per hoc ſignificat purgationẽ peccatorũ, quã facit baptiſmus: tum quia refrigeratiua: & baptiſmus fomitẽ reſtringit: tum quia eſt corpus diaphanũ, per quod viſio fieri põt: & baptiſmus ĩ his, quæ fidei ſunt, illuminat.

2 PRIMO † verò q̃ritur, qũo cognoſcatur, an aliquis liquor habeat ſpẽm aquę necne? Et dicit S. Tho. ĩ 4. ꝙ ſicut diuerſitatẽ ſpeciei ĩ aliquib. iudicamus eã ex diuerſitate figurarũ: ita in elemẽtis iudicamus eã ex diuerſitate rari & dẽſi. Vnde ſi tanta fiat alteratio, vel permiſtio aquæ ꝙ recedatur à termino raritatis & denſitatis aquæ in actu, uel potẽtia, ſignum eſt, ꝙ ſit ſpecies aquæ tranſmutata. Et dico, inquit, in potentia, qñ humor aliquis nõ condenſatur & rareſit calido, vel frigido, ſicut aqua: ſed aliter. ſicut patet ĩ vino, lacte, & hmõi. hæc ille, qui intendit, ꝙ ille liquor non eſt aqua, qui eodẽ frigido non põt habere denſitatem, quam habere põt aqua: licet fortè habeat eam, quã illa habet in actu: ſicut vinum nõ ita denſatur p cõgelationẽ vt aqua: nec ipſa p calidũ ita rareſcit vt lac.
¶Scđò, vtrũ aqua permiſta, vel nõ pura poſſit eſſe huius ſacr̃i materia. Et dico ex S. Th. 3. par. & in 4. ꝙ duplex eſt miſtio, vel ĩpuritas aquæ: vna. ſ. quæ tollit ſpeciẽ eius. quod dupliciter fit. Primò per alterationẽ: ſicut cum

tranſit in vinum per digeſtionem aut putrefactionem. Secundò per additionẽ alterius liquoris: ſicut ſi parũ aquæ additur multo vino, ipſa tranſit in vinũ, vel ambo in tertiũ, ſi additũ ſit virtute æquale. Alia ẽt eſt, q̃ ſpeciẽ aquæ non tollit: qđ etiam dupliciter fit. Primò, qñ ipſa alteratur ſecundum aliquod accidens manente ſpecie: ſicut patet in aqua calefacta: & ſecundò qñ additur aliquid aquæ qđ uel nõ cõmiſcetur ei: vt ſolidũ, puta lapis: vel ſi cõmiſcetur vt humidũ aliquod, tñ eſt tam paruæ quantitatis, ꝙ non facit miſtionem, ſed in aquam penitus conuertitur: vt ſi gutta vini addatur dolio aquæ. Prima impuritas facit, vt non poſſit eſſe huius ſacramenti materia, non ſecũda. ¶ Tertiò, vtrum aqua debeat eſſe ſanctificata ꝑ orationẽ ſacerdotis, vt chriſma nouũ? Et dicit S. Bon. in 4. de aqua, ꝙ non eſt neceſſarium, ſed cõgruũ: ita ꝙ extra neceſſitatẽ peccaret mortaliter ſacerdos baptizans ſine aqua totaliter ſanctificata: prohibitũ eſt ẽt ne fiat baptiſmus niſi cũ chriſmate nouo, ſcilicet illius anni, ꝑter quã ĩ caſu mortis. de conſe. di. iiij. ſi quis de alio. & idem de confirmatione: & tanto magis, quãto ipſa eſt minoris neceſſitatis quàm baptiſma. ar. de ſen. exc. quoniam. li. vj.

† QVARTO quæritur, quot corollaria ſequãtur ex premiſſis deciſiua dubiorum: Et dico ſequi primò, ꝙ baptiſmus fieri poteſt in aqua elementari, ſiue ſit terreſtris, vt maris, ſtagni, fluminis, fontis: ſiue celeſtis, immediate generata ex vaporibus, ut pluuialis: vel nõ generata immediatè ex eis, ſed reſoluta immediatè ex ĩmediate generato: puta glacie, rore, pruina, vel grãdine: quia oẽs iſtę habent verã ſpeciẽ aquæ, ſm Pet. de Pal. quibus ſm S. Th. & Ric. adde ẽt aquã paludis: niſi, inquit S. Tho. eſſet tantũ ingroſſata, ꝙ recederet ab aquæ vera raritate. ¶ Secundò ſequitur, ꝙ fieri poteſt in aqua ſulphurea & lixiuio & aliis aquis tranſeuntibus per terram: quia ſtat ſpẽs aquæ. Cuius rõ eſt, ſm Pe. de Pal. quia licet aqua elemẽtaris nõ ſit ſuſceptiua ſaporis: tñ ſapor, q ꝑcipitur in hmõdi aquis, quib. vtimur, nõ eſt in ipſa aqua, ſed in vaporib. ei cõmiſtis, ſm S. T. ẽt vt innuit iij. par. q. 66. ar. 4. ad 4. quia licet aqua elemẽtaris nõ ſit de ſe laporoſa: tñ ſuſcipere põt impreſſionem saporis à corpore ꝑ quod tranſit. ¶ Tertiò, ꝙ fieri poſſit in brodio: de quo tamen eſt q̃ſtio q̃buſdam dicentibus, ꝙ ſic, quia ſtat in eo ſpecies aquæ: quibuſdam verò ꝙ non, quia non ſtat. Veritas aũt eſt, quã docet S. Th. iij. parte. q. lxvj. ar. iiij. ad ſecundũ, dicens, quòd admiſtio chriſmatis nõ ſoluit ſpeciem aquæ: ſicut nec etiã aqua decoctionis carnium aut aliorum, ſcilicet deſinit à ſpecie aquę: niſi, inquit, forte ſit facta tanta reſolutio corporũ lixatorũ in aqua, ꝙ plus liquor habeat de aliena ſubſtantia, q̃ de aqua: qđ ex ſpiſſitudine ꝑcipi põt, ſi tñ ex liquore ſic inſpiſſato exprimatur aqua ſubtilis, ſic põt in ea fieri baptiſmus, ſicut & in aqua expreſſa ex luto: licet in luto baptiſmus fieri nõ põt. ¶ Quartò, ꝙ fieri potuiſſet in aqua fluente de latere Chriſti: quia ſec. S. Th. fuit vera aqua. ¶ Quintò, ſequitur, ꝙ fieri nõ poſſit ĩ aliquib. humoribus ꝓductis à natura: ſicut eſt humor ſtillans de plãta, vrina, ſudor, ſaliua, aqua ſupernatans cruori, quæ dr̃ colera, vel phlegma: quia nõ ſunt uera aqua. ¶ Sexto ẽt, ꝙ nec aliquo humore producto ab arte: ſicut eſt aqua roſacea, & aqua ardẽs, & gñaliter lambicata ex aliquo miſto, vt ceruiſiã, & huiuſmodi: quia huiuſmodi ſpecies differãt ab aqua naturali. Si tñ lãbicaretur aqua naturalis elemẽtaris, liquor inde factus videretur eſſe eiuſdẽ ſpeciei cũ aqua pluuiali, q̃ gñatur lãbicãte ſole, & attrahente vapores ex aqua principaliter. ¶ Septimò, ꝙ nec in humore reſoluto ex ſale, qđ eſt corpus miſtũ: quia ſm S. Th. in iij. parte. vbi ſ. ad 5. ideo fieri nõ põt in aqua roſcea, quia eſt humor roſę reſolutus. & ita eſt hic. nec eſt ſimile, inquit, de aquis pluuialibus, q̃ generãtur ex maiori parte ex ſublimatione vaporum reſolutorum ex aquis: minimũ autẽ eſt ibi de liquoribus corporum miſtorum.

## RVRSVS DE BAPTISMO III. quo ad miniſtrum.

1 *Baptiſmum dare in neceſſitate etſi quilibet, ſiue clericus, ſiue minime, ſiue vir, ſiue mulier, quinetiam hermaphroditus: Iudæus, & infidelis ac paganus, poteſt: extra tamen neceſſitatem nullus licite, niſi ſacerdos conferre potis eſt.*

2 *Infidelis qui credit eccleſiam in conferendo baptiſmo decipi, & nihil facere quomodo poſſit animum ad id faciendũ intẽdere, quod eccleſia facit. Et quot modis verum baptiſma conferat.*

3 *Angelus, itẽ aĩa a carne ſeiuncta, nũ baptizare queat. Et an ſaltẽ ipſis baptizãdi cõferri poterit.*

4 *Mali homines ſine diuino miraculo hic apparere non poſſunt.*

5 *Miniſter malus, nũ æqualis efficacia cũ bono miniſtro, baptiſmũ cõferre poſſit. Et nũ miniſter malus baptizãdo peccet. Et quid de petẽte, vel recipiente, nu. 7.*

6 *Conteri de peccato quot modis quis teneatur.*

8 *Miniſter*

8 *Miniſter ab eccleſia non præciſus, ſi adeo malus ſit, vt baptiſmũ conferre, non data pecunia, nolit, quid baptizando, ſi adultus ſit, aut baptizandum puerum offerenti, agendum ſit.*
9 *Plures vnum num baptizare poſſint. Et quid ſi, ex his vnus mutus ſit, alius mancus. Et contra, nũ vnus pluribus baptiſmum conferre queat.*
10 *Monſtro num baptiſmus dare debeat. Et an quis ſibiipſi baptiſmum conferre poſſit.*
11 *Baptiſmo conferendo, num baptizantis ac baptizandi propoſitum ac intentio requiratur*
12 *Intentio actualis in baptiſmi miniſtro num requiratur. Et an ea quidem recta.*
13 *Baptiſmus nũ verus ſit, ſi in baptizando error interuenerit. Et quid de eo, qui quẽ ex ira baptizat.*

1 BAPTISMVS † tertiò quo ad miniſtrũ vt ĩnoreſcat, ſciendum eſt, ꝙ ſm omnes doctores, præcipue S.Th. & Pet. de Pal. omnis homo dare põt verum baptiſma ſi ſeruet eccleſię formam, & materiã, habeat intentionẽ baptizandi. & hoc ſi ſit clericus aut laicus, vir aut mulier, aut vterque ſimul, id eſt, hermaphroditus, ſm Pet. de Pal. etiam ſi eſſet infidelis, id eſt, Iudæus, aut paganus: vt patet in c. à quodã Iudæo. de conſe. di. 4. Et qđ Gre. ij. ſcribit Bonifacio epo, huiuſmodi eſſe rebaptizãdos, intelligitur, vt dicit S.T. qñ forma eccleſię ſeruata nõ fuerat. vñ, vt dicitur in c.j. de ſum. Trin. ſacramentum Baptiſmi in forma eccleſię à quocunq; collatum proficit ad ſalutẽ. Extra caſum tñ neceſſitatis nullus licitè baptizat, niſi ſacerdos, cuius hoc eſt proprium, extra eo.l.ſi quis. ẽt ſi eſſet diaconus cardinalis, alioquin omnis talis, ſi ſit vir, eſt irregularis: vt in c.j. de cler. non ord. mi. imò nec ſacerdos dẽt baptizare niſi parochianum ſuum, vel de licẽtia curati, aut ex priuilegio ſuperioris, vel licẽtia epi: quia ſacra à ſuis p̄ſbyteris parochialib. ſunt recipienda. xvj. q.j. interdicimus. non tñ efficitur irregularis ſacerdos cõtra faciens: quia non eſt expreſſum in iure. In neceſſitate autẽ, in qua q libet baptizare põt, iſte ordo ſeruãdus eſt, ſm S.Th. ꝙ vbi plures reperiuntur, minor debet cedere maiori: & ſi laicus p̄ſente clerico, vel nõ ſacerdos p̄ſente ſacerdote, vel mulier p̄ſente viro baptizent, peccant, niſi, vt dicit Pet. de Pal, formã, quã ſcire nõ tenẽtur omnes, ſed quibus incumbit ex officio id eſt, curatus & obſtetrix, melius ſciat minor ꝙ maior: quia tũc baptizabat minor. Addo ẽt, niſi maior eẽt ab eccleſia p̄ciſus: ita ꝙ p̄ſente ſacerdote excõicato, vel hæretico, vel ſuſpenſo, melius eſt baptizari à laico.

2 † PRIMO verò quęritur, quomodo infidelis poſſit intendere facere id quod facit eccleſia, cũ credat eccleſiã decipi & nihil facere? Et dicit S.Th. in iiij. ꝙ quãuis ille q nõ credit baptiſmum eſt ſacr̃m, aut habere aliquã ſpiritualem virtutem, nõ intendat dum baptizat conferre ſacr̃m, tñ intendit facere qñq; quod facit eccleſia, ẽt ſi illud reputet nihil eſſe: & quia eccleſia aliquid facit, ideò ex cõſequẽti & implicitè intẽdit aliquid facere, q̃uis nõ explicitè. hęc ille. Inn. etiã in c.j. co. tit. dicit, ꝙ baptiſmus habebit effectum. etiã ſi baptizans nec ſciat, nec credat quid ſit baptiſmus, ſed hoc reputet truffam: & ẽt ſi nõ ſciat quid ſit eccleſia. nec gerat ĩ mẽte facere qđ facit eccleſia: imò ſi gereret contrarium, ſcilicet non facere, qđ facit eccleſia, ſed tñ facit, & formam ſeruat, dummodo intẽdat baptizare: vñ ſi requirat eum quis in neceſſitate dicẽs: Baptiza me ſm formã. & ille baptizat eũ ſm intẽtionẽ petẽtis, & intendens facere, qđ alij baptizantes faciunt, eſſet baptiſmus. Secus ſi intenderet ſolum lauare. hęc ex illo. Pro quo ſciẽdum eſt, ꝙ infidelis q credit baptiſmũ nihil eſſe, nunquã cõfert baptiſmũ ſerioſe, niſi ad cõplacẽdum alicui petenti. Et conſequenter colligo, ꝙ duobus modis confert verum baptiſma. Primò, qñ ad petitionẽ alicuius, uel cõplacentiã intẽdit eũ baptizare eodẽ mõ, quo eccleſia baptizat quãtũ ad exteriora, id eſt, materiã & formã, licet credat eccleſiã decipi quantũ ad interiora: ſicut qñ aliqua vana facimus ad cõplacendũ phrenetico, vel inſano. Secundò qñ nihil cogitat immediatè de faciẽdo, qđ eccleſia facit, ſed forte potius facere oppoſitum, ſi illud ſciret: tñ ad petitionẽ alicuius intendit ei conferre, qđ ille petit: & conſequẽter implicitè & mediatè intendit facere, quod facit eccleſia: quia hoc intendit petens, cui ipſe complacet.

3 † SECVNDO, vtrum angelus, vel anima ſeparata poſſit baptizare? Et dicit S. Th. in iiij. ꝙ dæmon in figura ſacerdotis apparens, immergere quidẽ põt, ſed non conferre ſacr̃m, p̄p duas rationes. Primò, ſacramentorum diſpenſatio eſt conceſſa hominibus ſolùm, qui cum incarnato verbo, à quo ſacramẽta fluxerunt, cõueniunt in natura, & ſunt ex ſpirituali & corporali natura cõpoſiti: ſicut in ſacramẽtis eſt ſpiritualis virtus in corporeis elementis. Secũdò, quia ſemp̄ timẽdũ eſſet, nec faceret nõ intẽtione baptizãdi, ſed decipiẽdi: quia non eſt veriſimile ꝙ homini tãtũ bonũ p̄curaret: Angelis ẽt bonis licet

conferri potuerit baptizādi ptās,quia Deus ſuā potētiam nec ſacramentis nec miniſtris ſacramentorū alligauit:tamen nō eſt collata.Primò,quia non habent pdictam conuenientiam cum ſacrō & Chriſto.Secūdò, qa non ualeret ad neceſſitatem ſacri ptās eis conceſſa,cum non ſint in promptu hominibus:ſi tamen conſtaret,ꝙ bonus eſſet Angelus,qui baptizaret aliquē,non eſſet rebaptizandus,quia nō baptizaret niſi ptāte ſibi cōceſſa:ſicut etiam templum per Angelos cōſecratū,iudicatū eſt non oportere recōſecrare.De ſancto æternæ uitæ idē dicit Aure. ſicut de Angelo bono,ſ.ꝙ non pōt: cū hoc ſit uiatorū:factū tñ teneret. Et idē dicunt aliq de anima ſeparata quo ad poſſe: tum quia non eſt ī uia:tum quia non habet naturam corporalem:& quo ad ratitudinem ſi deceſſit in gratia.Sed S.Tho.in 3.parte,dicit non eſſe ſimile de Angelis & hominibus beatis quantum ad ſacra.Cuius rō uř eſſe:quia poteſtas miniſtrandi ſacramenta, ideſt, character,eſt indelebilis, & conſequenter, manet in anima ſeparata: ſed de hoc non eſt ſolici
4 tandus: quia mali† homines ſine diuino miraculo hic apparere,nō poſſunt, beati verò ſi quid facerent, ratum eſſet, quia ſine diuina uoluntate non facerent.

5 TERTIO,† utrum miniſter malus dare poſſit baptiſmū tantæ efficaciæ ſicut bonus? Et dicit S.Tho.in 4. ꝙ ſubtracta bonitate miniſtri,adhuc eſt ſacrum: quia ipſa non eſt de ſubſtantia ſacramenti,cùm ſit quādoq; ignorata,& non certa omnino, quæ aūt ſunt de ſubſtantia ſacramenti,oportet eſſe certa. Et non ſolùm dat talis ſacrum: ſed etiam rem ſacramenti,i.gratiam: quia agens inſtrumētale non oportet habere formā inducēdā,q. ſ.hic eſt gratia,ut ſe diſponentē,ſed p modū intentionis:ut de forma ſcamni patet in ſerra.Cum etiam effectus per ſe alicuius ſit,ꝙ p ipſum ad hoc ordinatum producitur, ſicut domus ædificatoris, effectus uerò per accidens,qđ coniungitur effectui per ſe. ſicut ſi habitatio domus dicatur effectus ędificatoris:dico,inquit, ꝙ effectus p ſe baptiſmi ęqualiter eſt,à quocunque detur,à malo, vel bono, cæteris paribus ex parte baptizati: ſed cum effectu baptiſmi pōt aliquid aliud baptizato conferri, ſiue pertineat ad ſalutē corporis,ſiue animæ ex merito baptizantis. & hoc non eſt propriè effectus baptiſmi: q a baptiſmus non eſt cā niſi inſtrumentalis: & non eſt inſtrumentum agens in uirtute miniſtri,quia etiam ipſe inſtrumentum eſt uirtute Chriſti,& Dei,hæc ille.Et idem hř.1.q.1.ſi iuſtus fuerit.de conſec.diſt.4. ego dico. & c.Romanus.Cuius ēt rationē aſſignāt alii & eſt etiam mens S. Tho. quia ſacramētum qđ efficaciam habet ex opere operato, i.nō à miniſtro,ſed uirtute ſibi collata,non uitiatur ex demerito miniſtri operantis. oīa aūt ſacra nouæ legis ſunt hmōi. ¶QVARTO utrum malus miniſter baptizando peccet? Et dicit Sanct. Tho.in 4. ꝙ quicunque exiſtens in mortali exhibet ſe miniſtrum eccleſiæ,etiam in quocunque ſpirituali peccat,ſecundum opinionem quorundam ſatis probabilem,unde ſacerdos baptizans cum ſolennitate miniſtrum eccleſiæ ſe exhibēs,peccat mortaliter:ſi aūt ſimpliciter baptizat in articulo neceſſitatis,non quaſi miniſter eccleſiæ,ſed ſicut uetula baptizare poſſet: non peccat.hæc ille,qui huius opinionis, quàm indubitanter tenet,rōnem aſſignat in 3. parte.q.64.art.6.quia miniſtri debent ſuo dn̄o iuſto conformari,ſm illud Leuit.19.Sancti eritis,qm̄ ego ſanctus ſum. Qui autem baptizat ex neceſſitate,non exhibet ſe miniſtrū: ſed ſubuenit neceſſitatem patienti.hæc ille. Cui conſentit Ric.Alij uerò dicunt,ꝙ in nullo caſu pōt malus miniſter baptizare, quin peccet.Pe.aūt de Pal.concordat has opinio dicens, ꝙ uera eſt ſecunda opinio, qn̄ ſine ſolennitate baptizans aduertit de peccato, & non conteritur,ſed uult in eo manere; & tamen uult baptizare,ſciens ꝙ iſta ab immūdis tangi non debent etiam ſi baptizet intuitu neceſſitatis,& non ex libidine,uel contēptu,quia non excuſatur ab irreuerentia: eſt uerò prima uera,qn̄ baptizat cum tremore dolens de peccato in generali, & proponēs poſtea cōteri perfectè: licet p p hoc ſciat ſe non mundari à peccato:& ei deficit tempus ad cogitandum de ſingulis peccatis p p uici
6 nū periculū baptizandi. hęc ex illo. †EGO uerò dico,ꝙ dupliciter tenetur quis conteri de peccato,& non aliter,ex mente S.Tho. Primò, quia occurrit memorię practicę. i. ſub rōne peccati,& deplorādi.Secūdò, quia imminet ſibi aliquid faciendū,qđ ſine contritione facere non pōt;ut ſuſcipere,uel exhibere ſolenniter ſacramēta. Baptizās autē in neceſſitate,nō tenetur ad hoc rōne ſcđi: quia ibi nō hēt locū rō,quā adducit S.Tho. ſ.miniſtrū nō cōformari dn̄o. Nec ualet dici,ꝙ eſt ibi irreuerētia, quia ipſa nō ſemper eſt mortale:alioquin peccator ſignans ſe ſi-

gno crucis,aut adorans hoſtiã in miſſa, pec caret ſp mortaliter: niſi eſſet contritus. Et conſequenter tenetur ſolum rõne primi: & conſequenter ſi non recolit peccatũ, aut ſi recolit ſpeculatiuè tñ, non practicè,i. ſub ratione deſſendi:non peccat:& ſi ibi eſt peccatum,non eſt,quia baptizat, ſed quia committit uel omittit contra aliud pręceptum Et rõ eſt,quia eo caſu baptiizare põt canonis pmiſſione, ſiue auctoritate, etiam Paganus,& hęreticus.de conſe.diſt.4.c.conſtat.c. mulier.c.in neceſſitate.& tñ ſine dubio ſunt in mortali. Qđ autẽ ſit canone permittente ſtultum eſt dicere,ꝙ ſit mortale: ut in c. qui peccat.23.q.4.Vnde tunc non tenetur quis conteri ex hoc,ꝙ uult talem actũ exercere: ſed ſi tenetur,aliunde tenetur:& ſi peccat,aliunde peccat,ut dictũ eſt.Et ideo male Sũ. Ang.opinionem Richard.quę eſt S.Tho.& Alber.& Archi.& cõiter aliorum Theologorum, ꝙ ſcilicet non peccat malus miniſter baptizans in neceſſitate ſine ſolennitate, limitat,quando non aduertit de peccato.

7 QVINTO,†utrum petens,uel recipiens à malo ſacerdote baptiſmũ,peccet? Et dico, ꝙ Pet.de Pal.poſt S.Th.diſtinguit. Si enim miniſter ſit ab eccleſia pręciſus:ut quia hereticus,excõicatus,ſuſpenſus,& hmõi, nõ peccat,qui offertur baptizandus carens uſu rõnis, nec oblatus aut offerens habens uſum rationis,ſed probabiliter ignorans preciſionem:peccat uerò mortaliter tam oblatus,q̃ offerens hoc ſciens,ſi hoc faciat extra caſũ neceſſitatis,in quo id licitè peteretur à Iudęo,uel Pagano. Et ratio eſt,ſm Pe. de Pal. quia eodem pręcepto p̃cipitur ab eccleſia p̃ciſis ne ſe ingerant diuinis,& quibuslibet ne eis communicent in eiſdem.Si aũt miniſter eſt quidem malus, ſed non p̃ciſus, non peccat ab eo recipiens baptiſmum,etſi ille peccet conferens,ꝑ duo,ſm S.Thom.Primo, quia iſti certũ eſſe non põt,ꝙ ille ſit in peccato mortali,cũ in uno inſtanti Spiritus Sãctus operetur hominis iuſtificationem. Secundò,quia iſte petit qđ iuſtum eſt: quia à ſuo ſacerdote debet ſacra recipere: nec ꝑ hoc cogit, uel inducit eum ad peccandum, quia ille põt reddere,qđ debet nõ peccãdo.

8 SEXTO,† quid ſi miniſter non p̃ciſus, ſit adeò malus,ut baptizare non uelit,niſi data pecunia,qđ eſt ſimoniacũ? Et dicit S.Th. ꝙ ſi baptizandus eſt adultus, ſufficit ei ad ſalutem petere baptiſmum:quia baptizatur baptiſmo flaminis:nec dẽt propter hoc cõmittere ſimoniã.Si uerò ſit puer, potius dẽt ipſe,qui offert,uel alius,puerum baptizare, q̃ dare pretium pro baptiſmo ſimoniace. licitum tñ eſt ei,aquam emere, ſi aliàs hr̃e nõ põt:quia aqua non eſt ſacramentum:& ſi ſit ſanctificata,non operatur ad baptiſmum de neceſſitate eius exiſtens, quaſi ſanctificata, ſed quaſi aqua:iõ non emit aquã ſanctificatã,ſed aquã.Quidã tñ dicunt,ſ.Ala.ꝙ poteſt pretiũ dare: quia hoc non eſt cõmittere ſimoniam:ſed ſuam redimere uexationẽ. ſed primum eſt melius,hęc ille.

9 SEPTIMO, †utrũ plures poſſint baptizare unum? Et S.Th.in 4.diſt.6.dicit,ꝙ ſi plures immergerent ſimul,ita ꝙ uterq; intenderet baptizare non baptizatũ,& diceret, ego te baptizo,&c.eſſet baptiſmus: quãuis peccarent ritum eccleſię non ſeruantes: nec tñ puniendi eſſent quaſi baptiſmũ iterantes,niſi hoc intenderent: quia contingit eandem actionẽ ab uno,& à pluribus exerceri: non aũt cõtingit eãdẽ actionẽ eſſe, q̃ in diuerſis tꝑoribus ſit.Si aũt dicant,Nos baptizamus, ſ.ſtãte ly nos, ꝓ pluribus,nõ erit baptiſmus: quia non ſeruatur debita forma. In 3.parte autem dicit, ꝙ ſimul plures non poſſent baptizare:quia actus multiplicatur ſm multiplicationem agẽtiũ,ſi perfectè ab unoquoque agatur.Et ſic ſi cõuenirent duo, quorũ unus eſſet mutus,non potens uerba proferre,& alius carens manibus nõ potens exercere actũ,nõ poſſent ambo ſimul baptizare, uno dicẽte uerba, & alio exercente actum. hęc ille in forma.Sed loquitur,qñ plures baptizant ut plures:& dicẽdo,baptizamus.Qđ patet ex ſua rõne quã ſubdit:quia,inquit, actus multiplicatur ſm multiplicationẽ &c. loquitur ẽt de poſſe iuridico,ſ.quod eſt ſine peccato.qđ patet: quia poſt pauca loquens aduerſatiuè dicit, Pñt aũt,ſi neceſſitas exigat,plures ſimul baptizari.Vbi patet,ꝙ loqtur de poſſe iuridico: aliàs nõ ſolũ in neceſſitate, ſed ſine ea multi ſimul poſſent baptizari. Sed tñ aduertẽdũ eſt ꝙ tripliciter multi poſſent unũ baptizare.Primò, quia unus prius alio formam profert.& ſic primus baptizat:& ſecũdus iterat,ſi quilibet ex contẽtione,uel alia cã hoc intẽdit.Secundo, quia ſi multi immergunt,& proferunt formã, & quilibet dicit,Ego te baptizo, & tunc baptizant,ut unus, inquantum oẽs ſunt unum in Chriſto & repręſentant unam perſonam Chriſti principaliter baptizantis, & conferẽtis unum ſacrm:unde conferunt unum bap

 tiſma

tiſma. Vñ S. Th. 3. parte q. 82. ar. 2. loquens de pluribus ſacerdotibus cõſecrãtibus ſimul vnã hoſtiã, dicit. ꝙ ſi quilibet eorũ operaret in uirtute ꝓpria, ſuꝑfluerent alij celebrãtes vno ſufficiẽter celebrante: ſed quia ſacerdos nõ conſecrat, niſi in ꝑſona Chriſti: multi autẽ ſunt unũ in Chriſto: ĩõ non refert utrũ ꝑ unũ, aut ꝑ multos hoc ſacrũ cõſecretur, niſi ꝙ oportet ritũ eccleſiæ ſeruari. Hæc ille in forma. Tertiò, quia ſimul imergũt, & ꝓferunt, ſed dicũt, Baptizamus in plurali: & ſic nil faciunt formã mutantes. Et rõ eſt, q̃a hõ non baptizat, niſi ut miniſter, & uices gerẽs Chriſti, qui eſt unus: & cõſequẽter oportet miniſtrũ eius eſſe unũ: hic aũt plures, ut plures cõueniunt ad unũ ſacrũ conferendũ, & ad ſpiritualẽ gñationẽ: licet fortè intendant integrare unũ agens, ſicut in gñatione carnali, ſm Pet. de Pal. pt fieri unum immediatũ gñans, cõmiſto ſemine duorũ hoĩum in matrice ſupueniente ſemine ſcdi: uel dæmone ſuccubo recipiẽtes ſemina à duobus, & ſimul ea infundente, qđ tñ in ſpirituali gñatione eſt impoſſibile: quia ſpũales [illegible]utes nõ cõmiſcentur, ſed quilibet totum [illegible]cit. Quidã tñ dicunt, ꝙ dicendo, baptizamus, eſſet uerũ baptiſma: quia non eſt de neceſſitate ſacri, ꝙ miniſter exprimatur, ut patet ex forma Græcorũ. Sed falluntur: quia & ſi neceſſe non ſit miniſtrũ exprimi: tñ ſuppoſito ꝙ exprimatur, neceſſe eſt illũ exprimi, ut cõuenit miniſtro, i. ut unum. Vñ ſi dicat, Ego principaliter baptizo te: nihil agitur: quia repugnat miniſtro eſſe agens principale. Et ſimiliter ſi dicatur baptizamus: quia exprimitur, ꝙ unus Chriſtus operetur ꝑ duos miniſtros immediatos unũ effectum. ¶ Octauò, utrũ in neceſſitate plures, quorum unus ſit mutus, & alius mãcus, poſſint baptizare unũ uno dicente uerba, & alio exercente actum? Et dicendum eſt ꝙ non, ſm S. Th. in 3. parte, ut dictum eſt §. priori. & in quarto: quia neuter facit totum, ſed partẽ tñ: & ſic eſt cõtra caput, quorundã: diſt. 4. 2. Et hãc opinionẽ firmat Ray. & Hoſt. dicens, illum nõ eſſe baptiſmum. Sed Pet. de Pal. vr̃ ſẽtire ibi eſſe baptiſmum, diſtinguẽs, & dicẽs, ꝙ in ſacris, q̃ non ſunt neceſſitatis, unus dẽt facere totũ aut omittere: & ſic loquitur d. c. quorundã. ſed in ſacro neceſſitatis omitti pt. qđ nõ eſt de neceſſitate ſacri, cuiuſmodi eſt unitas miniſtri: ut oẽs cõiter dicũt; ſed tñ, inquit, oportet non eſſe mendacium in forma: quia nihil fieret, ſicut nec ex falſa materia: vñ mancus dicet, baptizetur ſeruus Chriſti, &c. vel, iſte te rebaptizat ĩ noĩe &c. ſed ꝯ iſta dictũ ẽ in §. priore. ¶ Nonò, utrum unus poſſit baptizare plures? Et dicit S. Th. vbiq; ꝙ ſic in neceſſitate, aſpergendo, uel aliter: & oportebit dicere ĩ forma, Ego baptizo uos: nec erit mutatio formæ: q̃a uos, eſt idẽ qđ, te & te. dicẽdo aũt, nos mutaretur: quia nos, nõ ẽ idẽ, ꝙ ego & ego: ſed ego & tu. Et iſta opi. vt dicit Pet. de Pal. cõiter tenetur: ſicut ẽt ſacerdos ſimul cõſecrat hoſtias plures: & forma baptiſmi una materialiter, & formaliter, habẽs tñ unã uirtutẽ, eſt uirtualiter: & realiter plures habẽs duos effectus, ſm duo ſubiecta, ſicut ĩ igne ab uno calore eſt unum calere ĩ illo: ſed in calefactis ſunt duo uel plura. Dicit autem idẽ Pet. aliã eẽ opinionẽ, ꝙ hoc eſſe nõ poſſit, quã & ſequi vr̃ dicẽs eã eſſe cõformiorẽ doctrinæ cõi, ſ. ꝙ de lege cõi non ſunt plures baptizandi, niſi baptiſmus pluribus realiter, & formaliter. Sed hoc uerũ eſt extra neceſſitatẽ, quo caſu intelliguñ eã q̃ §. ſeq. de mõſtro dicẽtur: q̃ & ipſo adducit, ſatis incõ-
10 gruè ad cõfirmationẽ dictæ opi. † Decimò q̃rĩ, quõ mõſtrũ baptizãdũ ſit? Et dicit Pet. de Pal. poſt Lau. Hẽ. & S. T. ĩ quoli. ꝙ ſi certũ eſt ibi eſſe duas aĩas rõnales, puta q̃a ibi sũt duo capita, duo pectora, & ꝯñter duo corda, baptizari dẽt, ut duo. & q̃uis ꝑſumatur, ꝙ plures ſimul poſſint baptizari, dicendo, Ego uos baptizo: tñ tutius eſt eos baptizare ſigillatim, ꝙ intellige, niſi periculũ eſſet ĩ mora. Si uerò nõ eſt cẽtũ, eos eſſe duos, ut q̃a nõ ſunt duo capita bñ diſtincta, & hmõi, tunc baptizato prius vno, pt alter dubiè baptizari dicẽdo: Si tu nõ es baptizatus, ego te baptizo, &c. nec baptizet intentione uaga: quia nihil ageret, ſed determinet ſe ad unum, ſm Hen. in quolĩ. ¶ Vndecimò, vtrum idẽ poſſit baptizare ſeipſum? Et dicit S. T. ĩ 3. parte, ꝙ nõ: q̃a dicẽdo, Ego baptizo me, forma mutaretur. Et idẽ virtualiter dicit in 4. addẽs, & ſm Aug. nulla res ſeipſã gignit, ut ſit. Baptiſmus aũt regñatio qdã ẽ. Et idẽ hr̃ extrà eo. c. debitum. Qđ aũt dicit Inn. 3. in quadã decretali, ꝙ Iudæus, qui ſeipsũ immerſit in aquã dicens, Ego baptizo me in noĩe &c. ad patriã ſi deceſſiſſet euolaſſet: intelligẽdum eſt, inquit, ꝑ vim contritionis, & deuotionis: ex cuius magnitudine hoc procedere ẽ uidebatur, ut inter Iudæos exiſtens, quaſi periculo mortis ſe offerret. hęc ille. ¶ Duodecimò † q̃rĩ, utrũ ĩ baptiſmo req̃rat ĩtẽtio baptizãtis & baptizãdi? Et dico, ꝙ de baptizãdo

do dicet̃ j. Baptiſmus, 4. De baptizãte verò dicit S. T. in 4. di. 6. q. 1. ar. 2. q. 1. ꝙ ſic: & intelligit nõ de actuali, ſed de virtuali, de qua j. 6. ſeq. & in hoc oẽs conueniunt. Et rõnem ibi ipſe aſſignat: ubi uide, ſi placet. Sed tamẽ ibi ad ẽm argũ, qđ fuerat hoc: q̃a ſi intẽtio requiritur baptizantis, quæ, ſ. nulli, niſi ſibi certa eſt: ſequitur, ꝙ nullus erit certus ſe eſſe baptizatũ: & conſequenter hõ erit in dubio ſalutis. qđ ĩcõuenit: dicit, ꝙ ẽm aliquos, ſi deſit mẽtalis intẽtio miniſtri, non eſt baptiſma: tñ in adulto ſupplet fides baptizati: ut inde ꝑiculũ nõ ꝓueniat: in puero autẽ piè creditur, ꝙ ſuppleat ſũmus ſacerdos. qđ tñ ſi non facit, iniuſtè non facit: ſicut nec in illo qui ſacro non ſubijcitur. Alij uerò dicunt, ꝙ in ſacris habẽtibus in forma actum exercitũ, nõ req̃ritur intẽtio mẽtalis, ſed ſufficit expreſſio intẽtionis ꝑ verba ab eccleſia inſtituta: vñ ſi forma ſeruatur, nec aliq̃d exterius dr̃, qđ ĩtẽtionẽ cõtrariã exprimat, baptizatus eſt. Non. n. ſine cã in ſacris neceſſitatis, ſ. baptiſmo, & q̃buſdã alijs actus baptizantis, tã ſolicitè expreſſus eſt ad intẽtionis expreſſionẽ. hæc ille. Itẽdit aũt iſta opinio, ẽm Pet. de Pal. ꝙ ſufficit intẽtio faciẽdi exterius, qđ eccleſia facit. Et ẽm eũdẽ prima opinio eſt tenenda: ſc̃da aũt ſuſtineri pt. Sed S. T. vr̃ tenere ſecundã in 4. diſ. 5. q. 2. ar. 2. q. 1. in cor. ubi dicit ꝙ ea q̃ ſunt de ſu b̃a ſacri, oportet eſſe certa: intẽtio aũt interior miniſtri nõ p̃t eſſe certa. Et ſimiliter vr̃ hæc opinio eſſe de mẽte dñi Bon. ĩ 4. di. 3. ar. 2. q. 2. dicẽtis, ꝙ q̃a baptiſmus nõ eſt ſacr̃m ſingularis ꝑſonæ, iõ fides ꝑſonæ nihil ꝓdeſt, vel obeſt: ſed eſt ſacr̃m eccleſiæ Chriſti. vñ q̃cq̃d ſit de fide cordis ꝑſonæ baptizantis, iudicãdũ eſt ẽm expreſſionẽ oris. hæc ille. qui idẽ diceret, ut vr̃ de interiori intẽtione baptizantis. Et eadẽ ur̃ tenere Aureo. q̃ dicit, ꝙ oportet miniſtrum intendere, uel ſaltẽ apparere ꝙ intendebat baptizare. Poſſet aũt dici hæc iõ eſſe, quia ibi adeſt intẽtio eccleſie & Chriſti, quæ noluit, quẽlibet hoĩem eẽ huius ſacri miniſtrũ, & cõſequẽter nõ eſſet ſimile de demone, đ quo s̃. §. 2. vñ idẽ S. T. 3. q. 64. art. 8. ad ẽm, recitata priore opinione, & reprobata, q̃a deuotio accedentis nõ ſupplet quo ad characterẽ: & ſi quo ad gr̃am, ſubiũgit. Et iõ alii melius dicunt, ꝙ miniſter ſacri agit in perſona totius eccleſiæ cuius eſt miniſter: in uerbis autem, quæ proferuntur, exprimitur intentio eccleſiæ, quæ ſufficit ad ꝑfectionẽ ſacri, niſi cõtrariũ exterius exprimatur ex parte miniſtri, & recipientis ſacr̃m.

12 DECIMOTERTIO, utrum in miniſtro requiratur intẽtio actualis? Et dico ẽm mẽtem S. Tho. & Lan. & Scoti, ꝙ nõ ſufficit intẽtio habitualis præciſè: quia eſt ẽt in dormiente: nec requiritur actualis neceſſario, qñ quis profert uerba: quia cogitatio eſt ualde labilis: ſed oportet dare mediam, id eſt, uirtualem: quæ eſt, qñ præceſſit actualis dandi baptiſma: & deinde ex illa mouetur quis ad baptizandum uel proferẽdũ uerba, nulla interueniente intentione cõtraria: ſicut cum quis deliberat baptizare, & cœpto opere uagatur, nihil cogitans de uerbis, quę ꝓfert. Ex quo ẽt patet, ꝙ furioſus, & ebrius qñ oĩno carẽt uſu rõnis baptizare nequeũt, quia nõ pñt hr̃e intentionẽ. ¶ Decimoquartò, utrũ requiratur intentio recta? Et dicit S. Th. in quarto, ꝙ cũ rectũ ſit, cuius mediũ nõ diſcrepat ab extremis: tunc eſt intentio recta, qñ baptizans, vel baptizatus ordinat ſacr̃m ad effectũ ſacri, qui eſt ſalus. Igitur ſi in baptizãte adſit intẽtio, q̃a intendit baptizare: ſed deſit rectitudo, q̃a ordinat ſacr̃m ad finẽ indebitum: nõ propter hoc in recipiẽte impeditur receptio ſacramenti, quia ad hoc fertur intentio baptizantis: neque effectus ſacri, quia mũdatio interior nõ eſt à miniſtro. unde ad hoc nihil facit eius intẽtio. Si aũt in baptizato ſit intentio percipiendi ſacr̃m, ſed deſit rectitudo intẽtionis: recipit quidem quod intendit. ſacr̃m, ſed non rem ſacri: quia per intẽtionem prauã ponit obicẽ Spiritui Sancto. & de hoc j. Baptiſmus 4.

13 DECIMOQVINTO, vtrũ ſit uerũ baptiſmã ubi interuenit error? Et dico ẽm Ho. ꝙ putans ſe baptizare puerum. imponẽs ei nomen Petrus, & baptizat puellã: ſi intendit baptizare ꝑſonam cuiuſcunq; ſexus eſt baptizata: ſi uero marẽ tñ, nõ eſt baptizata. ſi autẽ ſimpliciter baptizat. ſ. non cogitãs de mare aut fœmina, eſt baptizata: q̃a. ſ. intẽdebat baptizare hãc ꝑſonã, q̃cquid eſſet. Et concordat S. T. dicẽs in 4. di. 30. q. 1. ar. 1. ad tertiũ, ꝙ ſi quis baptizat Ioannẽ credens ſe baptizare Petrũ, nihilominus Ioãnes eſt verè baptizatus. ¶ Decimoſexto, quid de baptizante aliquem ex ioco? Et dico ꝙ ſi intendit baptizare, eſt baptizatus: ſi uero non intendit baptizare, ẽm opin. ſuperius recitatã, eſt baptizatus, dummodo iocoſitatem non oſtendat exterius: ſed ſecundum opinionem aliõ, non eſt baptizatus: in dubio autem ſecundum Aſten. eſt baptizandus ſub cõditione.

RRV-

## RVRSVS DE BAPTISMO IIII. quo ad ſuſcipientes.

1 *Omnes homines poſt Chriſti paſſionem omnino baptizari ex Dei præcepto tenetur, etiam qui in vtero ſanctificatus foret. Et ibidem, eo quo tempore cœpit hæc obligatio.*

2 *Puer vel in toto, vel in parte in matris vtero exiſtens, num baptizari poſſit. Et qui ſecundum totũ in vtero eſt, Deo non eccleſiæ notus eſt, vnde miniſterio ipſius miniſtrorũ minime ſubÿciẽdus: ſed nec ob id materia viua aperiri, aut ſecari dẽt.*

3 *Amentes ac furioſi an ſint baptizandi: item quid de dormientibus, & quid de peccatoribus.*

4 *Pueri infidelium, an ſint baptizandi. Et quid de Iudæorum pueris infra pubertatem, an poſſint inuitis parentibus baptizari.*

5 *Iudæi, quatenus ſecundum iura ſerui eſſe dicantur. Et an liceat ipſius ſua auferre, aut eiuſdem moleſtias inferre.*

6 *Pueri infidelium parentibus inuitis ante rationis vſum baptiſmo loti, ſacramentũ nũ ſuſcipiant. Et hic vſus rationis ante quem huiuſmodi pueri baptizandi non ſunt, qualiter intelligendus ſit. Et quid de puella Iudæa, quã pater de licita quantitis dotare tenetur, ſi baptizata nubat.*

7 *Expoſiti & inuenti, huiusque modi alÿ, quorum baptiſmus neſcitur, aut in dubium venit, num ſint baptizandi.*

8 *Proiectus in flumen de ponte: ob ſuſpicionem inſtãtis mortis, ſi vixerit, poſtquam deiector dixit: Ego te baptizo, an baptizatus intelligatur: an verò ſit rebaptizandus. Et an proiector huiuſmodi ſi puer extinguatur, homicida ſit.*

9 *Iudæus, paganus, vel alius adultus, baptiſmum petens num ſit ſtatim, ſi periculum ob moram immineat, baptiſmo donandus.*

10 *In baptizando fides nũ requiratur, & cuius. Et quid de conſenſu, ac voluntate, ſeu baptiſmi recipiendi intentione. Et an de peccatis ante baptiſmum commiſſis attritio deſideretur.*

11 *Fictio baptizandi, num baptiſmi efficaciam impediat. Et quid ſit fictio. Item, fictum quem eſſe, quot modis contingere queat. Et an recedente fictione, baptiſma effectum aſſumat, & conſequatur. Et quomodo valere incipiat.*

12 *Adulti baptizandi, num præſentia, ac reſponſio propria neceſſaria ſit, an vero procuratore ad hoc conſtituto, aliena reſponſio ſufficiat.*

1 BAPTISMVS † quartò, quo ad ſuſcipientes, vt plenius innoteſcat, ſciendũ eſt ꝙ ẽm omnes doc. poſt Chriſti paſſionẽ oẽs homines mundi tenẽtur ex præcepto Dei ſuſcipere baptiſmum, iuxta illud Io. iij. Niſi quis renatus fuerit ex aqua &c. Et hoc ẽm S.Tho. ẽt ſi quis eſſet ſantificatus in vtero: tũ ad acqrẽdũ charactẽrẽ, quo annumeretur populo Dei: & quaſi deputetur ad percipienda ſacramenta diuina: tum vt paſſioni Chriſti ẽt corporaliter cõformetur: tum ꝓ obedientiæ bonum: quia ꝓceptũ de baptiſmo omnibus datũ eſt. Qñ aũt incœperit dicta obligatio, ſunt opiniones: ſed S. Tho. tenet, ꝙ in paſſione inſtitutum eſt præceptum de baptiſmo ſuſcipiẽdo: ſed illud non cœpit obligare niſi poſt promulgationem. Et idem ſentit Rich. iiij. diſt. iij. dicens, ꝙ non fuerunt omnes homines obligati ad ſuſceptionem baptiſmi ſtatim poſt Chriſti reſurrectionem: quia nullus tenetur neceſſariò obſeruare legem antequã promulgetur: nec etiam poſt promulgationem, quouſq; ſibi innoteſcat: niſi defectus eius ſit in cã, quare non ſtatim ſibi innotuerit promulgatio legis: q̃ promulgatio in propoſito fuit, qñ dictũ eſt Mar. vltimo, Euntes docete omnes gentes, baptizantes, &c. hæc ex illo. quæ ſunt valde notanda: quia ex his habetur, ꝙ in foro conſcientiæ nulla lex obligat ignorantem, niſi ignoret ex ſua negligentia, & intellige notabili.

2 † PRIMO verò quæritur, vtrũ baptizari poſſit puer in vtero matris exiſtens in toto, vel in parte? Et dico, ꝙ ſi eſt natus, ẽt cum pelle ſecundina, baptizari poteſt ẽm Aureo. & etiam ſi eſſet mõſtrum: vt ſ. baptiſ. iij. §. x. Si aũt totaliter eſt in vtero matris, non apparens ẽm membrum aliquod, vel partem mẽbri, baptizari non poteſt, ẽm omnes: vt in c. qui in maternis de conſe. diſ. iiij. quia inquit S.Tho. talis natus eſt Deo, non eccleſiæ, nec ſubijcibilis opationi miniſtrorũ eius: & nec aperienda eſt mater adhuc viuens, ẽt ſi eſſet ob partum moritura, vt talis baptizetur: quia ẽm Apoſtolum, non ſunt facienda mala, vt veniant bona. ſecus autem ſi iam extincta eſſet: vt ff. de inof. teſt. l. poſthu. Si autem apparet aliquod mẽbrum, & non eſt plenè natus: expectanda eſt totalis egreſſio, niſi periculũ mortis imineat, ẽm S.Th. & oẽs. ſed ſi periculũ timeatur, ſunt duę opiniones extremę, & vna media. Quidam enim dicunt, ꝙ baptizari non poteſt, niſi plenè naſcatur. vnde glo. in c. ſi ad matris. de conſe. diſt. iiij. tenet ꝙ baptizari non põt, per d. c. qui in maternis. Ratio, quia non perfectè natus non põt di ci homo. l. quod certatum. C. de poſt. hæ. inſt. vbi oportet ꝙ ſit totus natus quis, vt poſthumus dicatur. Quidã verò dicunt: ꝙ baptizari põt, quacunq; parte eius apparẽte, ſic ꝙ ſi baptizetur

manus

manus aut pes, nõ erit rebaptizãdus. Et iſtã opinionẽ Sum. Roſel. adſcribit Inn. & Pan. & vr̃ eis cõuenire in c. debitũ. extra eo. Quidam verò dicũt, ꝙ egreſſa parte principali, id eſt capite, debet baptizari, ſ. ita ꝙ nõ rebaptizetur, ſi vixerit, ſecus de alijs, ſcilicet pede manu, vel huiuſmodi: q̃a baptizandus eſt q̃dẽ: & ſi deceſſerit, ſepeliẽdus eſt in cœmeterio: ſi aũt vixerit, rebaptizãdus eſt ſub cõditione, ſi nõ es &c. Et hæc eſt opi. Lãdu. & Ridñi Car. in cle. fidei. de ſum. trin. & S. Tho. in iiij. di. vj. q. j. arti. j. q. j. ad tertiũ. vbi obſcure loquitur, dicẽs ꝙ egreſſa parte principali, i. capite, ĩ quo operationes animę magis manifeſtantur, vt quidã dicũt, baptizari debet: ſecus aũt eſt de alijs partibus, vt de manu, & pede: quãuis nõ noceat. ẽt ſi illæ partes aſpergantur baptiſmali aqua: quia diuina miſericordia nõ eſt arctanda. Si tñ poſtea plenariè naſcatur, nõ eſt rebaptizãdus, ſm̃ quoſdã. ſed nihil periculi accidit, ſi ad maiorẽ cautelam baptizatur ſub hac forma: ſi nõ es: &c. hæc ille. qui intendit, ꝙ egreſſo capite baptizetur, non rebaptizandus: egreſſa verò alia parte aſpergatur aqua, i. baptizetur ſed rebaptizãdus. & hoc patet clare 3. par. q. 68. ar. xj. ad quar.

3 † SECVNDO, vtrũ baptizari poſſint amentes, & furioſi? Diſtinguit S. Tho. in iij. par. & in iiij. cuius diſtinctio ad hoc reducitur: quia ſi nunq̃ habuerũt vſum rõnis, baptizari poſſunt eo modo, quo pueri in fide eccleſiæ: ſi verò aliquo t͞pe habuerũt vſum rationis, quia. ſ. nõ ſunt a natiuitate ſtulti: aut ſi ſunt, habẽt lucida interualla: ſi nũq̃ habuerunt volũtatẽ baptiſmi, nõ poſſunt baptizari: ſi aũt eam aliqñ habuerũt, baptizari poſſunt rõne periculi in amentia ſi cõtradicãt: imò vt dicit Pe. ſi oporteat eos ligari, vel ẽt ſi faciant iniuriã ſacramẽto, vt mingendo in aquam, vel hmõi: ceſſante verò periculo melius eſt vt expectetur vſus rõnis. Conſentit c. maiores. extra eo. ¶ Tertiò, quid de dormiẽtibus? Et dicit S. Tho. ꝙ rõne periculi baptizari poſſunt, ſi prius in eis apparuit volũtas baptiſmi: ſicut de amentibus dictũ eſt: & de amico ſuo factũ narrat Aug. iiij. li. Cõfeſſio. nõ aũt baptizandi ſunt, ſi periculũ mortis nõ immineat, nec ſi ante volũtatẽ baptiſmi nõ habuerunt. Et habẽtur hęc oĩa in d. c. maiores. ¶ Quartò, quid de peccatoribus? Et dico ꝙ de peccatoribus ſic dictis, à voluntate peccãdi, i. de volẽtibus ꝑſeuerare ĩ peccato, dicit S. Tho. qđ nullo mõ ſunt baptizãdi. Et vr̃ velle, ꝙ tales peccẽt mortaliter, quaſi euacuãtes effectũ ſacramẽti. ſ. gratiã. ſi tñ baptizantur, recipiũt ſacramẽ. q̃a ſm̃ doct. nõ rẽ ſacramẽti: nec ſũt rebaptizãdi. Sed peccatores ſic dicti ꝑꝑ reatũ p̃teritũ peccati aut maculam, ſunt baptizãdi: q̃a ad hoc ſpãliter baptiſma inſtitutũ eſt, vt ꝑ illud ſordes mundẽtur.

4 QVINTO, vtrum pueri fidelium ſint baptizandi? Et dicit S. Tho. ꝙ ſic, quàm citius: nec eſt expectandũ. Primò, quia ꝑꝑ imbecillitatẽ naturæ de facili mori poſſunt. Secundò, quia diabolus non habet tantã poteſtatem nocendi ſpiritualiter & corporaliter poſt baptiſmũ, ſicut prius. Tertiò, q̃a à pueritia facilius ad ea, q̃ ſunt Chriſtianæ religionis ĩducũtur, & ea firmius retinẽt. ¶ SEXTO vtrum pueri infidelium Iudæorũ ĩ. pubertatem poſſint inuitis parentibus baptizari? Et dico ꝙ eſt vna opinio, quã Aureo. Landu. & Sco. & Arch. & Ant. de But. tenẽt, & vr̃ Do. de S. Gemi. ꝙ ſic, ꝑ principes vel eorũ dños, non aũt per priuatas perſonas. Hoc ſequitur Sum. Ang. & totum fundamentũ huius opi. eſt: quia Iudæi ſunt ſerui facti per paſſionẽ Chriſti, extra, de Iudęis. ſi Iudęos. & hoc fuit executioni mandatũ ꝑ Conſtantinũ: vt nõ. Hoſt. in c. conſuluit. de Iudęis. & idem tenet Arch. in c. q̃ ſyncera, xlv. diſ. & idẽ S. Tho. in epiſtola ad duciſſam Lotharingiæ. Sed iſta opinio eſt falſa & vana cũ ſuo fundamento. Primò, q̃a ſi eſſet vera, hoc eſſet, quia Iudęi ſunt ſerui Chriſtianorũ. qđ eſt falſum, quãtũ ad baptiſmũ: quia nullus eſt ſeruus in ſpectãtibus ad ius diuinum aut naturale, ſed ciuile tñ. Vnde ſi Iudęus doceat filiũ malos mores, puta furari, & adulterari, qđ pertinet ad ius ciuile: eſt ei auferendus. C. de epi. aud. l. ſi lenones. nõ aũt ſi eũ doceat malã fidẽ: quod pertinet ad diuinũ: quia hoc nullo iure cauetur. Secũdo. nã princeps nõ plus, ſed minus, dñatur ſuꝑ filio Iudei, q̃ ſuꝑ patre, gr̃a cuius filius eſt ſeruus: & tñ patrẽ nõ põt cogere ad ſuſcipiẽdũ baptiſmũ ĩ ſe. licet Sco. hoc malę cõcedat: quia hoc dixit Iac. Hermogeni. & Apoſtolus. Quid ad nos, inquit, de his q̃ foris ſunt iudicare? Et tex. ĩ c. ſicut Iudęi. de Iudęis. & xlv. di. de Iudęis. iſtã cõpulſionem ꝓhibet: ergo nõ põt inferre vim filio, aut patri in filio, vt baptizetur: cũ volũtas patris ſi alia ante vſum rationis inſpectantib. ad prædicta iura. Tertiò, nam vt dicit Car. Flo.

5 † LICET Iudęi ſint ſerui ſm̃ iura, tamẽ hoc nõ eſt verũ ſimpliciter quo ad oĩa, ſed quo ad q̃dã: quia de cõſuetudine non eſt ꝙ habeãtur ꝓ ſeruis, aut vẽdi poſſint: & prohibitum

bitũ eſt eis auferre quã aut aliter inferre moleſtias. Sed tñ S. Tho. tenet, q eis poſſent auferri bona ſeruato victu, niſi leges hoc prohiberẽt: vt ĩ opus. xxj. vnde dic tu q eſto, qđ vẽdi poſſint inuiti, qđ eſt iuris ciuilis: nõ ſeq tur q poſſint baptizari, qđ eſt diuini. Eſt aũt alia opi. S. Th. q hoc ſit illicitũ. 2. 2. q. x. arti. xij. & iij. par. q. lxviij. ar. x. & rurſus in quolibe. & ſuũ fundamẽtũ eſt duplex. ſ. naturalis equitas: quia hoc naturali iuſtitię repugnat. Nam filius naturaliter eſt aliquid patris: & primò quidẽ a parentib. nõ diſtinguitur ſm corpus, quandiu matris vtero cõtinetur: deinde vterũ egreſſus ante vſum liberi arbitrij ſub parentũ cura, ſicut ſub quodã ſpirituali vtero, cõtinetur, non differens ab irrationali animali: vnde ſicut bos, vel equus iure ciuili eſt alicui, vt eo vtatur vt libet: ita filius iure naturali ante vſum rõnis. Secũdũ eſt eccleſiæ cõſuetudo, q maximã habet auctoritatẽ, & in omnib. eſt æmulãda, & cui magis ſtãdũ eſt, q auctoritati Aug. vel aliorũ doctorũ, q ab eccleſia habẽt auctoritatẽ, q hoc nunquã habuit: cùm tñ retro actis tpib. fuerint multi catholici principes potẽtiſſimi, vt Cõſtãtinus & Theodoſius, quib. familiares fuerũt ſanctiſſimi epi, vt Syluester, & Ambr. q nullo modo pmiſiſſent hoc ab eis impetrare, ſi non eſſet conſonum rõni. Vnde dr de pueris antiquorũ, q ſaluati ſunt in fide parentũ. p qđ datur intelligi, q ad eos ſpectet prouidere eis de ſalute. hæc ex illo. Et hanc opinionem ſequitur Car. Flo. de Iudeis. in c. ſunt Iudei. & Gaſpar. de Calde. in conſilijs. & gl. ſup c. Iudæorũ. xxviij. q. j. & Pe. de Pa. Pan. & Io. de Ana. in c. ſicut. de Iudę. & ibi do. Maria. & Feli. dicunt iſtud cõiter teneri. & Alberi. in Sum. Roſ. in verbo, Iudæus. quã etiã adhuc confirmat S. Tho. quia oppoſitũ derogaret fidei, dum pueri baptizati auerterẽtur à fide ſuaſione parentũ. Et ſi dicatur, q debent eis auferri: dico, q eſt contra omnia iura, ante vſum rationis. Idem autem à fortiori dicendum eſt de pueris aliorum infidelium.

6 † SEPTIMO, vtrum pueri infideliũ inuitis parentib. ante vſum rõnis baptizati, ſuſcipiant sacrm? Et dicit Pe. de Pal. q nõ: quia in his, q ſunt fidei, ſicut parẽtes coacti baptizati nihil recipiunt: ita nec filij ſine ſua, aut parentũ voluntate: licet ſufficiat voluntas alterius parentũ. Archi. aũt adſcribit S. Tho. q ſint verè baptizati, & ad ſeruandã fidem cogendi. Et hanc opinionẽ dicit ſibi magis placere: quia ſufficiens cã baptiſmi eſt materia, forma, & voluntas ppria baptizandi, aut parentũ. i. offerẽtiũ, q ſunt parẽtes ſpirituales, ſicut olim ſaluabãtur in fide parẽtũ ſpiritualium, i. eccleſiæ. Sed iſta ĩ S. Tho. nõ memini mę legiſſe: ſunt tñ vera indubitatè, ſaltẽ qñ iuſtè eſſent ſubtracti à cura parentũ. Et licet S. Tho. iij. q. lxviij. ar. ix. ad ſm teneat q filij infideliũ baptizati in fide eccleſiæ conſequãtur ſalutẽ, & intelligãtur offerri ab oib. quib. placet, q offerãtur, & quorũ charitate ad cõionẽ Spiritus ſancti adiungũtur, & nõ tm ab his, quorũ manib. feruntur: tñ loquitur, qñ baptizantur inuitis quidẽ parẽtibus, ſed iuſte ab eis ſubtracti, vt vr: vel qñ & ipſi parentes cõſentiunt: non ut pueri ſint fideles, ſed alio reſpectu: puta ne ſint fœtẽtes, aut energumeni. i. vexati à diabolo: ſicut nunq faciunt, vt dr, fere oẽs nobiles Sarraceni: nec mihi dubiũ eſt, quin tales pueri ſaluentur, ſi decedant ante vſum rõnis. ¶ Octauò qritur, quo intelligatur vſus rõnis, ante quẽ infidelium paruulis ipſis inuitis nõ ſunt baptizandi? Et dico ſm S. Tho. in 4. di. 27. q. 2. ar. 2. q reſpectu vſus rõnis triplex gradus notaſ, ſm Philoſophũ j. Ethic. Primus, cùm quis, nec p ſe intelligere, nec capere ab alio põt. Secundus, cũ per ſe intelligere nequit, ſed capere põt ab alio. Tertius, cũ accipere põt ab alio, & p ſe conſiderare. Et primũ ſtatũ obtinet hõ ante primũ ſeptenniũ: ad ſm aũt incipit venire in fine primi ſeptẽnij: vñ tũc pueri ponũtur ad ſcholas: ſed ad tertiũ incipit venire in fine ſecũdi ſeptennij, quãtũ ad pertinẽtia ad perſonã ſuã, in qua ratio naturalis citius cõualeſcit: ſed quantũ ad illa, q extra ipſum ſunt, in fine tertij ſeptẽnij. Et ideo ante primũ ſeptẽniũ nulli cõtractui homo eſt aptus: ſed in fine primi ſeptennij incipit eſſe aptus ad aliqua pmittendũ in futurũ, præcipuè de his, ad q ratio naturalis inclinat magis: non aũt ad ſe obligandũ vinculo perpetuo: quia adhuc nõ hẽt firmam voluntatem: ideoq; tunc poſſunt ſponſalia contrahi: ſed in fine ſecũdi ſeptennij iam ſe põt obligare de pertinẽtibus ad perſonã ipſius, vel ad religionẽ, vel ad cõiugiũ: poſt tertiũ verò ſeptẽniũ põt etiã ſe obligare de alijs: & ſm leges conſtituitur ei poteſtas diſponendi de rebus ſuis poſt xxv. annũ. Poteſt tamẽ homo antè peccare mortaliter q ſponſalia cõtrahere. i. ante ſeptẽniũ primũ: quia ad peccatũ mortale ſufficit conſenſus præſens: in ſponſalibus aũt eſt conſenſus in futurũ. ad qđ requiritur rationis diſcretio maior. hæc ex illo. Dico

ergo

ergo q.vt patet ex dictis,ille vſus eſt,qui cõi
ter habetur in fine ſecundi ſeptennii: ſed ta-
men Gaſpar de Cal.in quodã ſuo cõſilio de-
terminat, q puer Iudæus duodennis bapti-
zari põt inuitis parentibus:quia ſatis præſu-
mitur de aliquo rationis vſu in eo: & ſic in
fauorem fidei poterit baptizari, licet in eo
omnino nõ clareſcat uſus rationis: dumõ in
eo cõtrariũ nõ appareat. Et idẽ de puella Iu-
dæa dicendũ eſt: quã ẽt pater tenebitur ſm
facultatem dotare de bonis licitè acquiſitis,
ſi baptizata nubat, ſecũdum Archidiaconũ.

7 † NONO,vtrum baptizari debeãt infan
tes expoſiti,& inuenti,vel alij, de quibus ne-
ſcitur,aut dubitatur an ſint baptizati, & be-
ne baptizati? Et dico ſm Doct.q ſi certũ eſt,
omnia,q̃ ſunt de ſubſtãtia ſacri, cõcurriſſe, li
cet cætera,q̃ ſunt de ſolennitate, defuerint:
puta, quia vetula verba bene protulit, & in
aquã merſit, ſed defuit catechiſmus & exor-
ciſmus,nullo mõ eſt rebaptizãdus, ſm Pe. de
Pal.nec ſimpliciter, nec ſub conditione: ſed
ſupplẽdũ eſt qđ ex neceſſitate, vel in cautela
fuit omiſſũ.Si aũt cõſtet aliquid de ſubſtãtia
libus defuiſſe: iterãda ſunt omnia ſubſtantia
lia,q̃ ſimul cõcurrere oportet:&ſimiliter ea,
q̃ ſunt de ſolẽnitate, ſm Theologos:quia qñ
confertur ſacrm,& patitur tps, debita ſolen-
nitas adhibẽda eſt.nec eſt vis, ſi repetũtur, q̃
ſacra non ſunt:aut ẽt,quæ ſunt de ſubſtantia,
qñ nihil factum eſt, quia non fuit ſacrm: &
conſequenter nec fit iniuria ſacro. Nec ſtan-
dũ eſt in hoc dicto Iuriſtarũ dicentiũ, nihil
eſſe iterandũ,ſed ſupplendum tantũ, qđ erat
omiſſum, quod eſt friuolum:Quia ſi quid de
ſubſtãtialibus erat adhibitũ, & aliquid omiſ
ſum:ſi adhibitũ nõ repetatur, nõ erit ſacrm
ſecunda vice, pp defectum adhibiti prima
vice:ſicut nec prima vice,pp defectum abhi-
biti ſecunda vice:ſicut ſi primo dictum erat ĩ
nomine Patris & Spiritus ſancti, & ſecunda
vice noĩe Filij:nec primò, non ſecundò erit
baptiſmus.Si aũt erit pbabiliter dubium: vt
quia puer in nemore expoſitus inuenitur,nec
apparet aliqua ſcriptura de baptiſmo: bapti-
zãdus eſt ſua cõditione,q̃ habetur extra e. c.
ij.pmiſſa negatiua, ſi non es &c. Et idẽ dicit
Ric.de expoſito quolibet,qñ nõ inuenitur à
quo ſit expoſitus,aut baptizatus.De eo aũt,
q ex Chriſtianis natus, & inter Chrianos cõ
uerſatus eſt,nõ ẽ reuocãdũ ĩ dubiũ,ſm Pe.de
Pal.niſi euidẽtiſſimè pbaret nõ baptiza.ext.
de pſby. nõ bapt.c.fi.Si verò vno teſte, puta
obſtetrice, pbet̃,baptizatus,credendum eſt.

8 † DECIMO,vtrũ baptizandus ſit,ſi vi-
xerit is, quẽ qui ad baptizandũ longe porta-
bat, irruẽte morte in via piecit in flumẽ de
ponte cũ intẽtione baptizãdi, aut in puteũ,
dicẽs,Ego te baptizo,&c.Et dico caſum iſtũ
accidiſſe de facto,teſte Pan.in partib.Mõtis
ſpeſſulani. vbi, vt ipſe dicit, quidam lector
Theo.de ordine Prædicatorũ, dixit iſtũ non
eſſe baptizatũ:cuius dictũ deteſtati ſunt mul
ti Canoniſtæ,cũ ibi nec verbũ,nec elementũ
defuerit. Sed poſtmodũ ipſe magiſtrũ ſuum
conſuluit,& dixit,q nõ erat baptizatus: qa
in baptiſmo non ſolũ requirit̃ immerſio ſed
ẽt eleuatio ab aquis in ſignũ reſurrectionis
Chriſti.Sed hæc rõ, inquit Pan.nõ cõcludit:
quia immerſio nõ requirit̃ neceſſariò, & cõ
ſequẽter nec eleuatio.Et ſic cõcludit,q ſi cõ
ſtare poſſet,q puer vixerit q̃diu baptiſmus
fuerit cõpletus, q ſatis dicat̃ baptizatus: ſed
qa potuit pdecedere in via anteq̃ baptizare
tur,ſuſtẽtari poſſet alia opi. hæc ille.cũ quo
tranſit Roſella. Sed licet bñ impugnet rõnẽ
ſui magiſtri:tñ dicit duo falſa. Primũ,q ille
ſit baptizatus, ſi vixit vſq; ad finẽ baptiſmi:
quia ĩ baptiſmo neceſſaria eſt ablutio, q̃ eſt
materia pxima,& quã importat ly baptizo:
in caſu aũt illo nõ fuit ablutio, ſed ſubmer-
ſio,& extinctio, vel periculum extinctionis:
nec ille actus ex ſui natura ordinatur ad ab-
lutionẽ,ſed ad ſubmerſionẽ:quia q abluitur
pprie,& vſitatè, aut educitur de aquis cõti-
nua manu,aut aquæ fluunt ab eo. Vnde pec
cauit mortaliter,tãq̃ homicida,ille pius ba-
ptizator.Secũdũ,quia ſuppoſito, q ibi eſſet
baptiſmus durãte vita,dicit,q ſi predecedat
puer,nõ erit baptiſmus:cuius oppoſitũ oſtẽ-
ſum eſt s.Baptiſmus.j. §.j. ex dictis Theolo-
gorum, quibus in hac materia ſtandum eſt:
quia Deus in tali caſu ſuppleret.

9 † VNDECIMO, vtrũ baptizãdus ſit
ſtatim Iudæus,vel Paganus, vel alius adul-
tus petens baptiſmũ, ſi periculũ ſit in mora.
puta,qa timetur ne alij infideles hoc ſciẽtes
illũ interimãt,vel aliter ĩpediãt? Et dico,ſm
Hoſt.q ſic,expoſita fide eodẽ mõ,quo poſſi
bile eſt,de cõſ.di.4.ne qđ abſit.Sed ſi nõ ad-
ſit periculũ,tunc p octo mẽſes, vel aliũ ter-
minũ arbitrariũ dẽt differri,& inter catechu
menos teneri.de cõſe.diſt.4.Iudei, & c.ſeq.
Et hmõi rõnem aſſignat Doct.Angelicus.in
4.par.Primò,ad cautelã eccleſiæ,ne decipiat̃
fictè accedentib. tribuens ſacrm. Secundò,
vt plenè ante baptiſmum inſtruatur de fide.
Tertiò,pp reuerentiam ſacramenti, dum ſ.
in præcipuis

in pcipuis ſolennitatib. vt paſchæ, & pentecoſtes, ad baptiſmũ hoĩes admittuntur. Hæc tñ, inquit, dilatio duplici rõne ꝑtermittẽda eſt. Primò, qñ baptizãdi apparẽt perfectè inſtructi de fide & ad baptiſmum idonei: ſicut Philippus ſtatim baptizauit Eunuchum, & Corneliũ Petrus. Act. 8. & 10. 2. ſi neceſſitate infirmitatis, mortis, obſidionis, perſecutionis, & naufragij vrgerẽtur: quia ſ'm Leo. Papam, omni tpe poſsũt baptizari. Qui aũt expectans tps ſtatutũ ab eccleſia præuenitur à morte, ſaluatur, licet per ignem: qui verò differt vltra illud, peccat, niſi ex cauſa neceſſaria, & de licentia prælatorum. hęc ex illo.

10 †DVODECIMO, vtrũ in baptizãdo requiratur fides? Et dico ſ'm Pe. & Doct. Angeli. ꝙ in paruulis. & naturaliter ſtultis, & huiuſmodi, qui ꝑ ſe credere nõ poſſent, nõ requ'itur fides ꝓpria, ſed ſufficit aliena: ĩ alijs verò requiritur fides ꝓpria ad ſuſcipiendũ ſacramẽtũ, & rem ſacri. i. gratiã: non aũt ad ſuſcipiẽdũ ſacr'm tñ, ſiue characterẽ: quia etiã ſine ea reciperetur character. hæc ex illis. Et exẽplum eſt, ſi baptizetur infidelis, non quia credat, ſed vt ſanetur, vel careat fœtore, aut vexatione diabolica. ¶Decimotertiò, vtrũ in baptizando requiratur cõſenſus? Et dicit Aure. ꝙ in puero non: in adulto ſic, verè, vel interpretatiuè. Vnde ſ'm cõem doctrinã, in c. maiores. eo. ti. ſi quis baptizetur vi, aut dũ reclamat, nihil recipit, nec rem. ſ. nec ſacr'm: ſi tñ adſit cõſenſus, qui ab aliquib. dr̃ interpretatiuus, quia. ſ. conſentit quis per minas, aut pęnas, habẽdo voluntatẽ coactã coactione cõditionali, eligẽdo. ſ. potius baptizari, q̃ mori, vel aliud pati: recipit quidẽ characterẽ, ſed non gratiã, ſ'm Pet. de Pal. & S. Tho. & in d. c. maiores. circa fi. vnde cogendus eſt fidẽ ſeruare. Quod tñ limita, niſi intẽderet illudere, & pœnas euadere, nõ aũt ſuſcipere ſacr'm: quia tunc nõ ſuſcipit ſacr'm, cum ẽt intẽtio neceſſaria ſit, vt dicet §. ſeq. ¶Decimoquartò, vtrũ in baptizando requiratur voluntas, ſeu intẽtio recipiẽdi baptiſmũ? Et diſtinguit Pe. de Pa. poſt S. Tho. Nam ſi actu hẽt vſum rõnis, intentio neceſſaria eſt, aliàs nihil reciperetur: non tñ eſt neceſſaria rectitudo intẽtionis. Vnde recipiens baptiſmũ ꝑꝑ quæſtũ, vt faciũt crebro Iudęi: verũ recipiũt baptiſma, licet nõ rem baptiſmi, i. gratiã: nec etiã eſt neceſſaria intentio, ſeu voluntas ſpontanea, ſed ſufficit coacta conditionaliter, vt in priori §. dictum eſt. Si aũt vſum rõnis habuit aliqñ ſed non qñ baptizatur ꝑꝑ phreneſim, vel amẽtiam, vel dormitionẽ, & huiuſmodi, requiritur intentio, quæ præfuerit tpe vſus rõnis, qua præcedente baptizari põt in articulo neceſſitatis: & cõſequitur ſacr'm, & rem ſacramẽti, ẽt ſi coactè baptizaretur coactione abſoluta, vt patet ex dictis: ſed ceſſante tali articulo expectandus eſt rõnis vſus. ſ. ſi ſperatur: ſed ſi ante contradicit, nihil recipit, ſi baptizetur. Si verò vſum rõnis nũq̃ habuit, baptizatur in intẽtione parentũ, vel offerentium, vel baptizantis, ſi ipſi duo ſoli eſſent. ¶Decimoquintò, vtrum in baptizando requ'ratur contritio de peccatis commiſſis ante baptiſmum? Et dicit Alex. de Ales, ꝙ ſic. Sed per contritionẽ largè intellige, ẽt attritionẽ: quia baptiſmus de attrito facit cõtritũ multo magis, q̃ pœnitentia. Eſt, inquam, neceſſaria, inquit, quo ad omnia mortalia, de quib. recordatur. & de venialibus in genere: & fortè ĩ particulari quo ad venialia maiora, quorum recordatur: aliter non ſuſcipit gratiam baptiſmalem, i. gratiam, & remiſſionẽ peccatorũ, ad quod requiritur voluntas ſine omni indiſpoſitione: ſed bene recipit ſacr'm, i. characterem, de conſ. diſt. iiij. oſtẽditur, ad quod requiritur voluntas recipiendi ſacr'm. Sed tñ intellige, ꝙ in baptiſmo multa per ordinem recipiuntur, niſi defectus interueniat. Primò ſacr'm. i. character. Secundò, gratia gratũ faciens. Tertiò, remiſſio oĩum peccatorũ, quo ad culpam, & pęnã. Et ſic gratia baptiſmalis dr̃ dupliciter. ſ. incompleta, i. gratia gratum faciens: & cõpleta. i. dicta gratia cum plenaria remiſſione, ẽt venialiũ. Et de his vide S. Tho. 4. diſt. 4. q. 3. art. ij. q. j. Igitur ſi nõ adſit contritio de veniali, ſaltem virtualis, ſiue in genere, nõ impeditur gratia baptiſmalis primo modo: quia illa ſtat cũ veniali: ſed ſecundo modo: q a ſtãte volũtate ad veniale, illud remitti nõ põt: cũ ſtante cauſa, ſtet effectus. Confeſſio aũt in baptizando nõ requiritur.

11 †DECIMOSEXTO, vtrũ in baptizando requiratur, ꝙ non ſit fictus: ſiue, vtrũ fictio ĩpediat effectũ baptiſmi? Et ex S. Tho. in iij. parte. q. lxix. art. ix. & 4. diſt. 4. q. 3. ar. ij. & q. ij. ar. j. q. j. ad tertiũ. ſic reſpõdetur. Fictio propriè eſt, cũ quis dicto, vel facto aliquid oſtendit, q̃d non eſt in rei veritate: quæ oſtẽſio ſi fiat hac intentione, tunc fictio eſt ſpeciale peccatum. & ſic nõ loquimur hic. aliàs aũt eſt peccatum gñale: & ſic accipitur hic. Quicunque enim ad baptiſmũ accedit, oſtẽdit ſe vitam nouam inchoare abrenunciãdo vetuſtæ: vnde ſi voluntas eius adhuc in vetuſtate

ſtate vitæ remaneat aliud oſtendit, q̃. ſit in veritate, ideoq; eſt fictio, & peccatum. Hoc aũt quadrupliciter contingit: vt probatur in iiij. diſt. ea. q. iij. Vnde ſm Aug. quadrupliciter eſt quis fictus. ſ. qui nõ credit, qui indeuotus accedit, q contemnit, q aliter celebrat. i. contra prohibitionẽ eccleſiæ, nõ varians tñ ea, quæ ſunt de eſſentia ſacri. Et ſumitur hic deuotio pro voluntate conſequendi baptiſmum, quantũ ad ſacrm, & rem: & contritionem includit. Contẽptus ẽt non ſumitur ꝑ eo, quo quis abijcit ſacrm nõ recipiẽs illud: ſed quo quis illud paruipendit, nõ æſtimans in eo eſſe efficaciã ad ſaluãdũ, vel ſm alios, quo quis iocando, & ridẽdo accedit. Sed tñ aduertendũ eſt, ꝙ cũ fictio ſit peccatũ: fictio ſimpliciter, eſt peccatũ ſimpliciter. i. mortale: fictio verò ſm quid, eſt peccatũ ſm q d. i. veniale: & prima ſimpliciter, i. totaliter impedit effectũ baptiſmi, quãtũ ad remiſſionẽ culpæ: ſecũda verò, ſm quid tñ: reſpectu tñ aliorũ ſacrorum veniale põt facere fictũ, ſm Pe. de Pa. ſicut in cõicando riſus, & iocus, & vagatio mẽtis: & cõſequẽter aufert effectũ. ¶Decimoſeptimò, vtrum & qũo recedente fictione baptiſmus ſuum effectũ conſequatur? Et dico ꝙ recedente fictione conſequitur ſuum effectũ: & valere incipit ad ſalutẽ, ſm Aug. de conſe. diſt. iiij. tunc valere. qđ tñ intellige, ſi fuit baptiſmus: quia ſi fictio illud totaliter abſtuliſſet, ſicut eſſet fictio circa intentionẽ ſuſcipiendi: nunq̃ valeret. Et idem dicũt aliquid de fictione circa fidem. ſed eſt falſum: quia infidelis põt conſequi verum baptiſma, vt dictum eſt. Quomodo aũt incipiat valere, triplex eſt opi. Pima eſt Io. in gl. d. c. tunc valere. & Iuriſtarũ dicẽtiũ, ꝙ ceſſante fictione non fit remiſſio peccatorũ virtute baptiſmi, ſed virtute contritionis, & pœnitentiæ. Sed illa gl. deſtruit tex. dicentẽ, ꝙ incipit valere baptiſmus, non contritio. Secunda eſt quorũdam modernorũ dicentiũ hoc eſſe ex ordinatione diuina, ꝙ ad characterẽ gratia infallibiliter cõſequatur, vel tunc qñ baptiſmus ſuſcipitur, vel recedente fictione. Sed iſta opinio reprobata eſt à S. Tho. vbi ꝓbauit in ſacris nouæ legis eſſe virtutẽ gratię cauſatiuã. Tertia eſt S. Th. dicẽtis, ꝙ generaliter ſimul cũ forma ſtatĩ recipit effectũ formę, niſi aliquid ĩpediat: quo tñ remoto forma generari ꝑficit effectũ ſuũ: ſicut graue generatũ ſtatim mouetur deorſum, niſi q d impediat: quo impedimento ſublato, fertũr deorsũ. Et ſimiliter ĩ baptiſmo, q ſcilicet eſt quædã ſpiritualis generatio, accipit baptizatus characterẽ quaſi formam, & conſequenter proprium effectum, q eſt gratia remittẽs omnia peccata qui per fictionem qñq; impeditur: vnde ea per penitentiã remota, ſtatim baptiſmus conſequitur effectum ſuum, quẽ prius habuiſſet, ſi fictio nõ fuiſſet: ideoque peccata ꝑcedentia baptiſmum remittit quo ad culpã, & pœnã: ſequentia verò remittuntur, quãtũ ad culpã virtute cõtritionis amouentis fictionẽ: nõ aũt quantum ad penã totaliter. hæc ex illo. Et hanc opinionẽ Pet. de Pal. vt veriorẽ firmat, addens primò, ꝙ ſpecialis neceſſitas ſortiẽdi effectum abiecta fictione, eſt ĩ ſacris imprimẽtibus characterẽ: a lis eorum effectus haberi nõ poſſet, quia nõ iterantur: & ſecundò ꝙ ad delendam fictionem ſufficit attritio. ¶Decimooctauo, vtrum in baptizãdo adiutor requiratur ꝙ ſit præſens: & reſpondeat, aut poſſit procuratorem conſtituere ad reſpondendum, vt fit in paruulo? Et dico ꝙ non poteſt. & tex. eſt in c. cum pro paruulis. de conſe. diſt. iiij.

## RVRSVS DE BAPTISMO .V. quo ad ritum, & modum.

1 *Circa baptiſmum conferendum, quinque diligenter obſeruanda eſſe & quæ ſint.*

2 *Ablutio baptiſmalis, quot modis effici poſſit. Et quis modus tutior. Et ĩmerſio aq̃ in baptiſ. quid notet. & quoties interari dẽat. & quota ſufficiat.*

3 *Ablutio num verborũ formam comitari debeat. Et an baptiſmus in debita materia, ac forma dari ſæpius poſſit. Et quænam ſit denuo baptizanti pœna. Et quid de rebaptizato.*

4 *Sacramentalia, q̃ ante baptiſmũ, vt exſufflatio, inſufflatio, ſalis immiſſio, & reliqua: & q̃ poſt baptiſmũ fiunt, vt in vertice cryſmatio, cerei ĩpoſitio, veſtis candidæ applicatio, quid ſignificent.*

5 *Ad baptiſmum tenere puerum quis, & quot poſſint. Et ad quid teneantur tenentes.*

1 B†APTISMVS quintò quo ad ritũ & modũ ſeu circunſtãtias obſeruãdas, vt plenius innoteſcat ſciẽdũ eſt, ꝙ quinq; principaliter obſeruãda ſunt. Primò, modus circa ſubſtãtialia ſpectantia ad formã & materiam, i. actum ablutionis, quia de materia, q̃ eſt aqua, dictũ eſt. Secundò tꝑa cõgrua baptiſmo. i. ſabbatũ Paſchę, & pentecoſtes: qđ, ſm S. Tho. nõ eſt intelligẽdũ quãtũ ad ſubſtantiã baptiſmi, quia die qualibet conferri põt, ſed quantũ ad ſolẽnitatẽ. Tertiò, ꝑparatoria ad baptiſmũ ſimul cũ eo concurẽtia, i. catechiſmus, q eſt inſtructio credẽdorum: & exorciſmus, ꝑ quẽ dæmonis ptãs expellitur. Quartò,

Quartò, ipſa ſacramentalia, quæ baptiſmum comitantur, & ſequuntur. Quintò ipſi leuantes baptizatum de fonte.

2 † PRIMVM verò q̃ritur, quis vel qualis actus debeat exerceri exterius circa baptizatum, correſpondens illi verbo baptizo, id eſt abluo? Et dicit S. Tho. in iij. parte. q. lxvj. & in iiij. diſt. iij. q aqua aſſumitur in ſacro baptiſmi ad vſum corporalis ablutionis: q̃ fieri põt nõ ſolùm ꝑ modum immerſionis, ſed ẽt aſperſionis, vel effuſionis. Vnde quãuis ſit tutius baptizare ꝑ modum immerſionis, quia hoc habet cõmunior vſus: tñ ẽt baptizare põt ꝑ modum aſperſionis vel effuſionis, ſm illud Ezec. xxxviij. Effundã ſuper vos aquã mundam, &c. ſicut & beatus Laurentius legitur baptizaſſe. Et hoc præcipuè in neceſſitate: vt quia eſt magna baptizãdorum multitudo: ſicut tria aut quinq; millia vna die crediderunt. Act. ij. & iij. vel aquæ paucitatẽ, vel debilitatẽ miniſtri nõ valentis ſuſtentare baptizandũ: vel debilitatẽ baptizandi, cui ex immerſione poſſet imminere periculum mortis. Et omnibus dictis modis ſignificatur ſepultura Chriſti: q a aliqua pars corporis baptizandi aquæ ſupponitur: licet expreſſus hoc fiat in immerſione. Et ſi totũ corpus nõ poſſit aqua perfundi ꝑꝑ eius paucitatem vel aliã cãm: oportet perfundere caput, qđ eſt principalis pars corporis, p̃cipuè inter membra exteriora. hæc ex illo. Sed qđ dicit, oportere perfundi caput, intellige extra neceſſitatẽ, vt patet ex dictis. Ex his patet primò, q proijciens puerum in puteum, vel flumen de põte, nõ baptizat, vt etiã s̃. dictũ eſt: & ſecundò q batizat, q in dicto caſu puerum deponeret per funem ĩ caniſtro immergẽs, & extrahẽs, ſm Ric. & tertiò, ſm S. Tho. qđ immerſio licet debeat eſſe trina, ſ. vbi eſt cõſuetudo, in ſignum tridui mortis Chriſti & Trinitatis perſõnarum, niſi neceſſitas ſuadeat aliter: tñ nõ eſt de neceſſitate, ſed ſufficit vna, de conſe. diſt. iiij. de trina, quæ ſignificat vnitatẽ mortis Chriſti, & Deitatis: & in ea perficitur baptiſmus, ſi vna tm̃ ſit intẽta: vel ſolùm in tertia perficitur, ſi tres a baptizante intendãtur. Ex diuerſis tñ cauſis qñq; inſtitutũ eſt, vt ſub trina immerſione baptizaretur, & quandoque ſub vna.

3 † SECVNDO, vtrum ablutio ipſa comitari debeat formam verborum? Et dicit Laud. in iiij. diſ. vj. q ſic: ſed nõ punctualiter, qđ eſſe vix poſſet. Vndé ſm Rich. in 4. diſ. 3. ſufficit. q verborum ꝓlatio ante incipiat q̃ terminetur ablutio, vel econuerſo. ¶ Tertiò, vtrũ baptiſmus in debita materia, & forma dari poſſit pluries. Et dico q nõ, ſm omnes doc. & j. q. j. qđ quidã. & huius multiplicem rõnem aſſignat S. Tho. in iiij. diſt. vi. q. ij. art. j. q. j. & pœna denuò rebaptizantis eſt, q ſi hoc faceret ſcienter, vel per ignorãtiã iuris: irregularis eſt, nõ diſpẽſandus, niſi per p[illegible] nec dubiũ quin mortaliter peccet: extr. [illegible] apoſt. c. ij. ſi verò ꝑ ignorantiã facti, [illegible] aliter excuſatur: ſed rebaptizatus, q ignorabat ſe baptizatũ, eſt irregularis, nec ꝓmoueri poteſt: vt hr̃, de conſe. diſt. 4. qui bis. qđ ſm vnã gl. intelligitur, ſi poſtq̃ ſciuerit, ratũ habuit. Et ſic ẽt tenet Sum. Piſa. allegans c. cõfirmãdum. di. l. Aliàs aũt ignoranter rebaptizati, vel coacti, abſolutè ꝓmoueri poſſunt de iure, ſm aliquos, vel de diſpẽſatione, ſm alios, ſi magna neceſſitas cogat, qđ eſt tutius. de conſ. di. 4. eos, & c. q bis. Sunt & aliæ pœnæ interãtis baptiſmũ, ſm canones, & ſm leges eſt vltimũ ſuppliciũ. C. ne ſan. bapt. l. j. & hoc tam rebaptizanti, q̃ rebaptizato ſcienter.

4 † QVARTO, quid ſignificent ſacr̃alia, q̃ fiunt in baptiſmo? Et dico ſm Pet. de Pal. q ante baptiſmũ fiunt ſacr̃alia quædã ſignificãtia hoc modo. Nam exſufflatio & inſufflatio ſignificant ſpiritus mali expulſionẽ, & boni introductionẽ: immiſſio ſalis gratiã & ſapientiã & p̃ſeruationẽ à putredine peccatorum, ſaliuæ contractus ad aures & nares, ſenſum ſpiritualiũ apertionẽ: vnctio olei in pectore & inter ſcapulas, diuinæ legis amorem, & deuotã ſubiectionẽ. Tria quoq; alia fiunt poſt baptiſmũ, ſ. chriſmatio in vertice, ſignificans gratiam Chriſti in mente: impoſitio cerei, ſignificans fidei. & morũ claritatẽ: veſtis candida, ſignificans innocẽtiæ reſtitutionem. Conſentit Sum. Confeſ. in qua additur, q licitũ eſt pannũ, quo ligantur confirmatorũ frontes, & veſtem, q̃ ponitur in capite baptizati, iteratò ſumere ad idem officiũ. de conſ. diſ. 4. ſi quis voluerit. in tex. & in gl. ¶ Quintò quæritur, quis & quot tenere poſſint ad baptiſmũ, & ad quid teneãtur? Et dico primò, q tenere non põt abbas, monachus, vel religioſus. de cõſe. diſt. 4. non licet. el j. & xvj. q. j. placuit cõi. Si tñ tenent, ſunt compatres. nec ſecundò pater vel mater, ſi ſunt in matrimonio. xxx. q. j. ad limina. aliàs contraherent cognationẽ ſpiritualẽ. ſicut ẽt baptizando extra neceſſitatẽ, vt ibi. nec tertio is, qui non eſt baptizatus. de conſec. diſt. 53. in baptiſmate. licet poſſit baptizare: & ſi tenet,

tenet,nō eſt compater:quãuis,ſm aliquos ſit,ſi baptizat, vt j. Matrimonium.8.§.7. in neceſſitate tñ tenere põt,ſm aliquos,cũ poſ ſit baptizare: ſed primũ eſt verius.Ratio, q̃a baptizans eſt de neceſſitate ſacri:non aũt leuans,ſeu tenens. Tenere aũt debet vnus tm̃. de conſ.diſt.4.in catechiſmo. & c.non plures.ſed tñ de conſuetudine non ſeruatur.Tenentur aũt admonere quos tenuerunt: vt caſtitatem cuſtodiant,iuſtitiã diligant, & charitatẽ teneant:& ante oĩa ſymbolum, & orationẽ dñicam docere.de cõſe.diſt.4.vos autem.& ſm magiſtrum in 4.diſt.6. à patrino exigitur diligens cura circa eum ꝓ quo reſpondit.quod S.Tho.limitat verum, qñ parentes notabiliter ſunt negligentes. De catechiſmo,exorciſmo,patrinis, & eorũ reſponſis,habes j.Catechiſmus.

RVRSVS DE BAPTISMO VI. quo ad eius effectum.

1 *Baptiſmi effectus ſex,& ſaluberrimi,& mirabiles.Et qui ſint.*

2 *Baptiſmus num irregularitatem tollat. Et quid de infamia.*

3 *Non baptizatus ſi ordinetur,num ordinis characterem recipiat.Et an in ſacerdotio conſtitutus, corpus Chriſti conficiat.*

4 *Baptiſmi effectus,num ſit in omnes æqualis.*

1 BAPTISMVS ſextò, quo ad effectum,vt plenius innoteſcat, ſciendũ eſt ꝙ,vt colligitur ex S.Tho. in diuerſis locis,effectus baptiſmi eſt multiplex, & mirabilis: quia primò effectus eius eſt character in aĩa adſcribẽs populo Dei, & dans viã, & ianuã,& poteſtatẽ ad oĩa ſacra ſuſcipiẽda,& ſcđo delectio culpæ originalis, cõtra quam principaliter ordinatur, & actualis mortalis præteritæ,& qñq; venialis,imò ſemper, niſi ſit indiſpoſitio in ſuſcipiente.Tertiò abſolutio ab omni pęna præteritę culpe:ita ꝙ moriẽs poſt baptiſmũ,ſtatĩ euolat ad cęlũ.Quartò,abſolutio a pęnis & infectionibus peccati originalis quo ad ꝑſonã, licet nõ quo ad naturã,niſi in fine.Quintò,preſeruatio à culpis futuris,Sextò,gñatio ĩ ſpiritualẽ vitã,& ĩcorporatio ad Chriſtũ, cõferendo vel augendo gratiã & virtutes,& aperiendo ianuã regni.

2 †PRIMO verò quæritur, vtrũ ꝑ baptiſmum tollatur irregularitas? Et dico,ꝙ non tollitur illa,q̃ ꝓuenit ex defectu ſacri. Vnde bigamus ante vel poſt baptiſmum, non põt ꝓmoueri:nec corrupta velari.Et de his xxvj. diſt.acutius. Similiter nec veniẽs ex defectu natalium: ſed proueniẽs ex peccato tollitur cõiter.ſm doc.licet ſm aliquos, nõ tollatur irregularitas homicidij veniens ſine peccato,vt in iudice:ſicut nota.xxvj.diſ. c.deinde. Sed tñ verius dicunt alij,ꝙ tollitur,qualitercunq; proueniat. Et hoc ſequitur glo.in c.ſi quis viduam.di.l.& diſt.lj.§.cccc.¶ Secũdò, vtrum tollat infamiã? Et dico,ꝙ ſic,ſm gl. in c.ſine pœnitentia.de conſec.diſt.4. Et rõ, quia per illum tolluntur peccata, & quæ ſequuntur ex illis ſub ratione qua ſunt peccata,cuiuſmodi eſt infamia.

3 †TERTIO,vtrũ non baptizatus,ſi ordinetur,recipiat characterẽ ordinis? Et dicit S.Tho.in 4.diſt.24.ꝙ non baptizatus nõ poteſt ordinẽ recipere,nec conficere, nec abſoluere,nec ordinare: piè tñ credi põt, ꝙ ſummus ſacerdos ſuppleat,quantum ad vltimos effectus ſacrorum: & ꝙ nõ permitteret hoc ita latere, ꝙ inde eccleſiæ poſſet imminere periculum.Albe.tñ putat talem ſi ordinetur ad ſacerdotiũ,cõficere,nõ in virtute ſua, ſed eccleſiæ,quod Sum.Ang.ſequitur,& falsò attribuit S.Tho.ſed primum eſt verius.

4 †QVARTO, vtrũ effectus baptiſmi ſit æqualis in omnibus? Et dico ꝙ ſic, ſm.Pe.& S.Tho,quantũ ad caracterem, & remiſſionẽ culparum atque pœnarum: non aũt quantũ ad fomitis depreſſionẽ, & infuſionẽ gratiæ, in adultis: quia poteſt eſſe inęqualis diſpoſitio volũtatis: in paruulis autem eſt æqualis, quantum ad omnes effectus per ſe: quia ipſi ſunt æqualiter diſpoſitis:& paſſio Chriſti æqualiter perficit æqualiter diſpoſitos.

DE BELLO PVBLICO.

1 *Bellum,aut publicum,aut priuatum eſt. Et horum quinam effectus, cũ limitationibus.Et quid ſit vnumquodque.*

2 *Bellum ſeu publicum,ſeu priuatum ſit, vt iuſtũ cenſeatur,quænam intercedere oporteat. Et vniuerſale bellum,num cuiquam ſine Principis auctoritate indicere liceat.*

3 *Bellum priuatum,ſeu particulare,vt iuſtum ſit, quot concurrere debeant.& quæ,ac qualiter intelligantur.*

4 *Bellum,quod Imperator iniquus Papæ corrigenti inducit,an iuſtum dici poſſit, cum ex Imperatoris edicto indicatur.*

5 *Bellum in dubio iuſtum ne, an iniuſtum præſumi debeat.*

6 *Principes bellum moturi quid in ipſius belli motione & apparatu facere poſſint, & debeant.Et quid de vaſallis ac militibus, reliquiſque ſubditis. habes hic per quatuor conſectarias concluſiones.*

7 *Subditi a dño in bellũ vocati, qualiter reſponderе debeant. Concluſionibus vndecim expeditur.*

8 *Accedentes ad bellũ metu ꝓprio, ac non vocati, qualiter belli principē ſibi obligent, & qua actione ad eũ ipſum agere queant. Concluſionibus definit. Et quid de Stipendiarijs, ſi culpa ſua toto tempore operę locatæ, ſubſeruire nolunt, aut infirmentur, aliumue ſuo ſubſtituant loco.*

9 *In bello iuſto, quid liceat, atque permiſſum ſit. Concluſionibus quatuor planum facit.*

10 *Belli occaſione q̃ quis ab hoſtibus aſſecutus eſt, qñ reſtituere non teneatur. & id quoq; quatuor concluſionib. expedit. Et inter hæc, num in foro pœnitentiario, nõ liquidi compenſatio fiat. Et an capta in bello iuſto, cum debito principali compenſentur. & ibidem limitationes.*

11 *Belli occaſione, quæ ab hoſtibus obuenerunt, quando quis reſtituere teneatur. Concluſionibus octo palam fit.*

12 *Occupata per principes Chriſtianos, qui hodie propria inter ſe temeritate bella gerentes, quod vnus ab antiquo poſſedit, alius nouiter vſurpat, an ſint reſtituenda.*

13 *Domini ac Principes, qui inter ſe bella geſſerunt, num poſſint mutuo de ſubditorum damnis componere, & tranſactione decidere.*

14 *Dñi appellatiõe, quid ꝓprie, ac ſtricte cõtineat.*

15 *Caſtra extruere, ac facere noua num liceat.*

1 B † ELLVM duplex eſt. Primũ eſt publicũ, ſiue ſit iuſtũ, ſiue iniuſtũ, qđ ꝓpriè dr̃ bellũ. & eſt illud qđ inducitur auctoritate principis ſuperiorẽ nõ recognoſcẽtis: cuiuſmodi eſt, ẽm Hoſt. Papa & Imperator, ſ. in dñis tẽpalib. xxiij. q. j. c. j. ff. de capti. l. hoſtes. & ff de ver. ſig. l. hoſtes. cuiuſmodi ẽt eſt is, qui ſuperiorẽ nõ recognoſcit de facto, vt rex Franciæ. Hiſpaniæ, & hmõi. ẽm Inn. in c. olim. el j. de reſ. ſpo. & Bar. in d. l. hoſtes. ff. de capti. quia habẽt iura principis. Huiuſmodi belli natura, ſi iuſtum ſit, eſt primò, ꝙ capti efficiũtur ſerui: licet hodie inter Chriſtianos non ſeruentur iura captiuitatis aut poſtliminij quo ad ſeruitutẽ ex conſuetudine, cui ſtãdum eſt, vt no. Bar. in d. l. hoſtes. ff. de capti. Et ſecundò bona eorum efficiuntur capientium, licet debeant poni ad cõe, & aſſignari capitaneo, vt cuiq; ẽm merita diſtribuat, ẽm Bar. in l. ſi quid bello, ff. de cap. aliàs eſt rapina. diſt. ij. c. ius militare. & xxiij. q. v. dicat. ꝙ limita, niſi conſuetudo haberet, ꝙ quiſq; ſibi retineret qđ cepit: quia tunc non tenetur aſſignare: cùm illud intelligatur actum, qđ eſt conſuetum. l. qđ ſi nolit, §. qui aſſidua. ff. de adil. edic. Limita etiam ẽm Pan. vbi ſ. de mobilibus: quia alia publicantur. l. ſi captiuus. §. expulſus. ff. de capti. Limita etiam ẽm Roſel. de captis poſt victoriã: quia capta antè efficiuntur capientiũ. l. ſi quid bello. ff. de capti. Summa tñ Ang. nõ diſtinguit ante & poſt: ſed vt patet in d. l. ſi quid. veritas eſt, ꝙ diſtinguendũ eſt. Et tertiò ſequitur ius poſtliminij, qđ eſt ius amiſſæ rei recipiendæ ab extraneo in ſtatum priſtinũ reſtituendæ, moribus legibusq; conſtitutũ: vt dicit tex. in l. poſtliminiũ. ff. de capti. qđ quidem ius quãtum ad res, ſeruandum eſt: vt ſ. is, qui aliqua perdidit in bello, quantũ ad eum iuſto, integrè reſtituantur illi, ſi recapiantur. Vnde beſtiæ ab hoſtibus ablatę, & à noſtris ſtipẽdiarijs recuperatæ, reſtitui debẽt his, quorũ primò erãt. l. ſicut liberis. & l. ab hoſtibus. la ij. C. de capti. & poſtli. re. qđ verũ eſt in reb. habẽtibus poſtliminium, vt equus, naues oneratæ, currus & boues, & alia ꝓ p vſum belli parata, de quibus in d. l. ab hoſtibus. Et ideo nõ currit p̃ſcriptio cõtra eũ, ẽm gl. in c. prima actione. xvj. q. iij. Armata tñ de rigore nõ reſtituuntur ijs, qui amiſerunt: quia vituperosè amiſerunt. ff. de capti. l. ij. ſed ẽm cõſciẽtiam ſunt ẽt reſtituẽda, iuxta Sum. Ang. ſed verius dicit Roſ. ꝙ non. Et ratio eſt: quia lex ſic ſtatuit in pęnã ignauiæ. Aliud eſt bellum particulare, qđ impropriè dr̃ bellum, & eſt multiplex, ſ. duellum, de quo ĩ. Duellũ, & repræſaliæ, de quo ĩ. Repręſalia. Et omne bellum motum vel acceptatum auctoritate nõ publica, ſed alicuius inferioris principis recognoſcẽtis ſuperiorem: de quo bello Pan. in c. ſicut. el iij. de iureiur.

2 † PRIMO verò queritur, quid requiratur ad bellũ eſſe iuſtum, ſiue ſit cõe, ſiue ſit particulare? Et dico, ꝙ ad iuſtitiã belli cõis tria requiruntur, ẽm S. Tho. 2. 2. q. xl. artic. j. Primò, auctoritas principis: quia ad perſonã particularẽ non pertinet bellum mouere, cũ poſſit ſuũ ius proſequi iudicio ſuperioris: & non poſſit conuocare multitudinẽ. qđ fieri oportet in bellis. Et intellige principis, ſiue eccleſiaſtici, vt quãdo pugnatur ꝓ eccleſia: ſiue ſecularis. xxiij. q. j. quid culpatur. & q. ij. c. j. Quam auctoritatẽ licet S. Tho. non ſpecificet, habet Imperator, qui & dicit, ꝙ nulli nobis inſcijs atq; inconſultis quorũlibet armorum moliendorum copia tribuitur. C. vt armo. vſus inſcio princ. l. j lib. xj. Habet etiã ẽm Ray. cui conſentit Inn. & Pan. in c. ſicut. el iij. de iureiur. princeps nullum recognoſcens ſuperiorẽ, ſiue Imperator, ſiue Rex: & hoc

hoc tã contra ſubditos, q̃ contra extraneos, qui etiam põt dare ſubditis ſuis auctoritatẽ mouendi bellum contra eoſdẽ eodẽ modo. Verùm quia nullus præter papam caret ſuperiore, Supple. credit neceſſariam auctoritatem papæ in omni bello. Sed dicta ſuperioritas intelligitur in ordine t palium dñorum, in quo ſupremo, i. Imperatori auctoritas cõuenit ipſo iure cõi; licet papa eam coercere poſſit: alijs aũt non recognoſcentibus ſuperiorẽ, conuenit ex cõſuetudine vel aliquo iure ſpeciali. Habet etiam ſm Hoſt. eps præcipuè qñ pugnatur pro fide, vel contra eum qui excõicatus pro mortali nõ vult parere. Sufficit ẽt, ſm Veruec. auctoritas inferiorũ dignitatũ ad defenſionẽ ſubditorũ, qñ quis per iudicẽ aliter ſe iuuare nõ poſſet. Sufficit ẽt auctoritas dñorũ & ciuitatũ, vt vñ, qui iura imperij pſcripſerunt: vt in c. ſuper quibuſdam. de ver. ſig. Et de hoc ſic dicit Io. de Lig. Bellũ vniuerſale nulli licet indicere ſine principis auctoritate, quia nulli licet violare ius principũ. qđ violat, qui ſine iuris auctoritate manu regia ius ſibi dicit, vbi habeatur copia ius dicentis. Soli ergo principi competit ſua auctoritate: cùm nõ habeat ſuperiorẽ ꝓ cõſequenda iuſtitia. Hodie tñ, quia ſunt populi nõ recognoſcentes ſuperiorẽ de facto, nõ requiritur ſuperioris auctoritas: imò tota die bella indicũtur à populo cõtra populum, nullo alio requiſito. Hæc Io. de Lig. Sed Io. de Pla. Inſti. quib. mo. ius pa. po. ſolu. dicit, ꝙ in bellis, q̃ quotidie ab vna ciuitate indicuntur alteri ſine principis auctoritate, dicuntur latrunculi: ideo capta ab eis ſubiacẽt reſtitutioni: vt in l. q̃ à latronib. ff. de teſta. Sed primũ magis placet, quia Imperator hodie in Italia ius non miniſtrat. Secundũ, qđ requiritur, eſt cauſa iuſta: vt ſ. qui impugnantur, hoc mereantur ꝑꝑ aliquã culpã. Vnde dicit Aug. in li. iiij. ꝙ iuſta bella ſolẽt diffiniri, q̃ vlciſcũtur iniurias. ſi gens vel ciuitas plectenda eſt, q̃ vel vindicare neglexerit quod à ſuis improbè factũ eſt, vel reddere qđ ꝑ iniuriam ablatũ eſt. xxiij. q. ij. dñs. Tertiũ, eſt intentio bellantiũ recta, q̃ intẽdit vel vt bonũ ꝓmoueatur, vel malũ euitetur. Vnde bellare nõ licet ex odio, vel hmõi, ſed ꝑꝑ iuſtitiã & charitatẽ: vt in d. c. quid culpatur. & c. militare. Sed iſtud tertiũ intellige requiri ad vitandam culpã: nõ aũt ad licitè retinẽda q̃ capiuntur in bello: quia iniqua intentio nõ variat rerũ inæqualitatẽ vel æqualitatẽ, ex quibus dependet ius retẽtionis & reſtitutionis.

Sunt ẽt duo alia, q̃ adducũtur à quibuſdã. Primum eſt, vt perſona ſit cui liceat bellare: nõ aũt cui nõ liceat, vt clericus. xxiij. q. viij. clerici. Sed hoc eſt ꝑꝓ ꝓhibitionẽ ſpecialẽ, vt dicetur. Secundũ eſt, vt fiat ꝓ repetitione rerũ vel patriæ defenſione & hmõi. xxiij. q. ij. c. j. Sed hoc reducitur ad iuſtam cauſam.

3 † A D iuſtitiam verò belli particularis, qđ nec duellum eſt, nec repreſaliæ, ſm Angelicam Summã, requirũtur quinq;, q̃ ſunt iam recitata, ſed deficit in multis. Primò, quia ſi, vt dicit, ad iuſtitiã particularis belli requiritur auctoritas ſuperioris: iam particulare bellum erit cõe & publicũ. Secũdò, quia ſi requiritur, ꝙ nõ ſit clericus: ſequitur, ꝙ clericus ſe defendere nõ poterit. Tertiò, quia alleg. gl. ſummariã. 23. q. 2. q̃ non loquitur de bello particulari, ſed de publico. Vnde dico, ad iuſtitiam huius belli vnũ ſolùm requiri, & ſufficere, ſ. ꝙ ſit ad reſiſtẽdum iniuſto inuaſori perſonæ vel bonorũ: & huius iuſtitiã fundari in regula iuris naturalis & poſitiui. ff. de iuſt. & iu. l. vt vim. ſ. ꝙ vim vi repellere licet cũ moderamine inculpatæ tutelæ. Et de hoc Pan. vbi ſ. dicit. Quoddã eſt bellũ impropriè dictũ, i. non per principẽ, ſed per inferiores recognoſcentes ſuperiorem indictũ: & iſti, ſi non habent iuſtã cãm pugnandi: vt quia nõ pugnant ad eorũ, ſeu rerũ ſuarũ defenſionẽ, bellum iniuſtũ eſt, & ipſi latrunculi dicũtur, vt in l. hoſtes. ff. de capti. Si verò habẽt iuſtã cãm pugnandi, vt quia non pugnant niſi ad proſecutionẽ & defenſionẽ iurium ſuorum: tunc, ſm Inno. is, qui bellum infert, ſi habet iuriſdictionẽ ſuper eos, quos impugnat tanquam cõtumaces & rebelles, põt cuiq; concedere, ꝙ res eorum inuadat, & faciat ſuas: & eos captos detineat, quouſq; aſſignet domino. Si verò iuriſdictionẽ non habet, & tñ iuſtè pugnat, ſ. defendendo ſe vel ſua: licet ei defendendo & repellendo hoiem percutere, & etiam occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ: de quo in c. cùm olim. el j. de reſti. ſpo. & j. §. ſeq. ſed non licet capere aduerſarium aut bona eius. & capiẽdo ſua facere, aut etiã inuaſorem detinere, niſi ĩ ſui & ſuorum recõpenſationẽ. diſt. j. ius gentiũ. xxiij. q. vij. ſi de rebus. cui tñ inuaſori, ſi in ipſa inuaſione ſpolietur aut verberetur, actio vi bonorum raptorũ, & etiã iniuriarũ denegatur: quia exceptio paris criminis obſtat ei. de adul. intelleximus. Sed tamen bene põt res, quibus ſpoliatus eſt, vendicare. quarum remanet dominus ſicut prius. ff. de rei vendi.

l.in rem actionem. hæc Inn. qui etiam dicit locum habere quod dictum eſt de habentibus iuriſdictionem, etiam in prælatis habentibus iuriſdictionem temporalem. & quod dictum eſt de iuriſdictionem nõ habentibus locum habere in clericis, & etiã ſi percutiat clericum cum moderami ne,&c.

4 † SECVNDO, cùm dictum ſit bellum propriè indici ex Imperatoris edicto, quæritur vtrum iuſtũ ſit bellũ ex parte Imperatoris, ſi Imperator iniquus indicit bellũ papæ corrigenti? Et dicit Pan. in c.ſicut.el.3.de iureiur.ꝙ ſm eos,q dicunt duarum iuriſdictionum, ſcilicet tẽporalis & ſpiritualis, vnam nõ ſubeſſe alteri, & ꝙ nihil ad eccleſiã de tẽporalibus, oportet fateri, q ſit iuſtum, quod ſm Io. And. & Hoſt. abſit à fidelium cordibus: quia Imperator ex officio eſt aduocatus eccleſiæ: vnde non debet eam impugnare, ſed liberare oppreſſam. de natis ex li. ventre. c. vno. imò tãta pertinacia, ſm eos, vix cauere poſſet labe hæreticæ prauitatis. Ad hoc qđ no. de hære. excommunicamus. Et in tanta iniquitate ẽt ſi papa in temporalib. eſſet inferior, fieret ſuperior ꝑ ꝑ eius peccatum: tñ certum eſt, ꝙ eſt ſuperior: vnde electum examinat, approbat, & improbat. de electio. venerabilem, vnde concludunt, tale bellum eſſe iniuſtum, & in hoc ſenſu teneri omnes fideles, adhærere eccleſiæ contra iniquum principem: quos ẽt ſi ſunt vaſalli Imperij, põt papa in hoc caſu abſoluere ab obſeruantia p̄ſtiti iuramenti ſuꝑ fidelitate. xv. q. vj. nos. Et addit Pan. ꝙ papa ex cã ardua põt Imperatorẽ & Reges priuare, & contra eos bellum mouere publicum: vt in c. venerabilem. de elec. & in c. nouit. de iu. quia ex cã ardua iuriſdictionẽ in tẽporalibus, quã à Deo ſuſcepit in habitu deducere p̃t ad actũ cõtra quoſcũq;, pro quo vide, inquit, quæ no. in d. c. nouit. hęc ille. Pro quo aduerte, ꝙ ipſe & dicti Doc. non loquuntur de iuſtitia belli ratione cãæ, ſed ratione auctoritatis: alioquin non ſequeretur, vt dicunt, in tali caſu bellũ eſſe iuſtum ex parte Imperatoris, ſi tẽporalis iuriſdictio non eſſet ſub ſpirituali: imò ẽt nec ſi eſſet ſ. quia iniquum eſt bellum inditũ contra iuſtitiam, nõ ſolùm ab ęquali, ſed ẽt à ſuperiori. Vnde ſubdit Pan. ꝙ bellum non dr̃ iuſtũ eo ipſo, ꝙ papa vel Imperator illud mouet contra inferiorẽ: quia & ipſi poſſunt peccare. xl. di. ſi papa. quia ſummi prĩcipes à Deo habẽt poteſtatẽ paſcẽdi & rectè iudicãdi ſubditos: nõ aũt delinquẽdi, ſeu opprimẽdi. xl. diſt. c. j. & conſequenter oportet ſubeſſe legitimã & naturalẽ cãm: vt quia eſt contumax & rebellis. Sed tñ admitti poſſet, ꝙ in dubio præſumatur legitima cã in principe: iuxta no. per Legiſtas in l. preſcriptio, & in l. fi. C. ſi contra ius vel vti. publi. & per Canoniſtas in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. Puto etiam inquit, ꝙ ex legitima cã poteſt Imperator indicere bellum contra perſonam papæ, non dico cõtra eccleſiam: vt ſi papa eſſet hæreticus, & iudicari non poſſet per eccleſiam, aut ſchiſmaticus, vel aliàs incorrigibilis, & eccleſia non habeat quid faciat. De quo remitto ad ea q̃ habentur in c. princeps. & c. regũ. 23. q. v. & ĩ c. in nomine domini. 23. di. & in c. nec licuit. 17. diſt. & ad notata in c. cũ nõ ab homine. de iud. & c. nõ nos. & in c. de Liguribus. 23. q. v. in gl. in c. tua. de decimis.

5 † TERTIO, vtrum in dubio debeat bellum præſumi iuſtum, vel iniuſtum? Et dicit Pan. vbi ſ. ꝙ ſi bellum indictum eſt à principe ſummo, in dubio p̃ſumitur iuſtũ, & in prĩcipe legitimã eſſe cãm, iuxta dict. in priori §. Sed ſi indictũ ſit à recognoſcẽte ſuperiorẽ: in dubio p̃ſumit̃ iniuſtũ. Et ſic intellige Hoſt. dicentem, ꝙ regulariter omne bellũ iniuſtũ præſumitur & damnatũ. C. de gladi. l. j. li. xj. & c. j. de purg. cano. cum ſuis concor.

6 † QVARTO q̃ritur quid poſſint, & quid debeãt facere principes, & ſimiliter vaſalli, & ſubditi in belli apparatu & motione? Et reſpondeo ꝑ multas concluſiones. ¶ Prima. Si Imperator cõtra eccleſiam mouerit bellum: ſubditi eius non tenentur obedire, bellando contra illam, vt dictum eſt: imò indicendo contra eam bellum, meretur perdere priuilegiũ indicendi, cùm eo abutatur. 21. q. 3. priuilegiũ. Io. de Lig. Si verò papa mouet contra Imperatorẽ ſchiſmaticum, hæreticum, vel aliàs vſurpantẽ iura eccleſiarũ: omnes fideles tenentur papã iuuare: & vaſalli imperatoris abſolui poſſunt à iuro quo tenentur, vel declarari non teneri. xv. q. 6. nos ſanctorũ. & c. iuratos. idẽ Io. de Lig. Aliter tñ eſt ſi moueat contra ꝑſonã ſummi pontificis, vt dictũ eſt. ¶ Secũda. Si rex nõ ſubiectus Imperatori hẽt cãm contra illũ, vel ecõtra: nõ eſt alius, corã quo proponatur querimonia, niſi papa: tamẽ paſſus iniuriam peccaret mouendo bellum, ſi aliter ſatisfactionem offert. Guil. ſi autem nõ offerret, ẽt ipſe rex bellũ mouere poſſet: vt patet ex dictis: quia habet iura prĩcipis, id eſt, Imperatoris: vnde ſunt pares: ſaltẽ negatione ſuperioritatis. ¶ Tertia. Si comes aliqđ habet

habet cõtra regẽ,& rex humiliter requiſitus ꝑ partes curiæ ius exhibere nõ vult:nõ pec cat,ſi ius ſuũ defendat armis cũ moderamine. Impugnare verò regẽ ꝓpria auctoritate nõ poterit,ſed papæ denunciabit:qui excõicare poterit,& creſcente cõtumacia dare au ctoritatẽ mouendi arma cõtra illũ: vel conqueratur corã Imperatore, ſi rex illi ſubſit, & eius auctoritate mouebit, ſi oportuerit: Guliel. ¶Quarta. Si comitis vaſallus contra comitẽ aliquid habet,requirẽda eſt auctoritas regis.Si verò comes habet aliquid cõtra ſubditũ ſuũ, non ꝓp hoc debet ſibi ius dicere:ſed vel auctoritate principis ſuꝑioris gladium ſumat:vel recurrat ad diœceſanũ vaſalli:cui ſi vaſallus obedire recuſauerit,excõicabitur rõne peccati.extra,de iudi.nouit. & ſi ꝑ annũ perſtiterit, diœceſanus ipſum & res eius capiendas exponat. arg.ij.q.3.rurſus.& c.quiſq;.extra.de hære.capite, excõicamus.

7 †QVINTO quæritur,quõ obedire tenẽtur ſubditi,ſi à dño vocentur ad bellũ? Et reſpondeo per multas cõcluſiones.¶Prima. Si baro vnius regis,puta Hiſpaniæ, moueat bellum regi,mandans omnib. ſuis vt iuuent eum cõtra regem:obedire nõ tenentur,licet iurauerint eum iuuare cõtra oẽs hoĩes: quia baro incidit in l.Iuliam maieſt.l.j. ff.ad leg. Iul.ma.& vj.q.j. §.verò. quia rex Hiſpaniæ eſt princeps in regno ſuo. Et quia opem nõ fert, qui peccando iuuat. 14.q.vj. ſi res. nec ꝓceptũ eos excuſaret.2.q.3.ſi dñs.nec ſacrm ad hoc ligat:quia nõ eſt inuentũ,vt ſit vinculum iniquitatis.22.q.3.inter cætera. ¶Secũda. Si baro vnius regis, puta Hiſpaniæ,mouet bellum cõtra aliũ baronẽ, & rex ipſe cõtra aliũ regem,puta Granatæ: & vterq; mandat ſubditis baronis,vt ſe iuuent:& mandata cõcurrunt:vr̃, ꝙ teneantur primo iuuare baronem, quia ſubijciuntur ei rõne fidelitatis,& iuriſdictionis;regi aũt ratione iuriſdictionis gñalis tm̃:vr̃ etiã, ꝙ teneãtur primò iuuare regem:quia vocati à rege, vocati sũt ad maius tribunal,quod eſt pręferendũ.diſt. xviij.ſi eps.& etiã,quia rex vocat pro cõi bono & defenſione coronæ: & ſic iure gentiũ obediendũ eſt,23.q.3.fortitudo. nam ꝓ defenſione patrię licitum eſt interficere patrẽ. ff.de rel.& ſum.fu.l.minimè.& hæc eſt veritas Io.de Lig.¶Tertia. Si vaſallum nõ legiũ diuerſorũ dominorũ,qđ. ſ. eſſe põt ratione diuerſorũ feudorũ,vterq; dominus ſimul requirat vt eum iuuet in bello: quidam dicũt locũ eſſe gratificationi: exẽplo ſerui duorũ dñorũ, qui ſi viderit vtrũq; interfici,iuuare poterit quem voluerit. Alij verò dicunt,ꝙ iuuabit priorem dñm,& cui primò iurauit: quia priori fidelitatẽ ſeruare tenetur.Tutius tñ eſt,ꝙ primò ſeruiat perſonaliter,ſecundo verò ꝑ ſubſtitutũ,ſi hoc patiatur natura feudi.Io.de Lig. Et idẽ dicendũ eſt de ciue duarum ciuitatũ:ſi quæratur vtrum teneatur iuuare vnam contra aliã. ¶Quarta. Si quis eſt alicuius dñi vaſallus,tenetur iuuare dominũ filius contra patrẽ, & dñm pater cõtra filiũ, ſm gl.xxij.q.v.de forma. quia filius ſolũ vinculo naturæ obligatus eſt patri: uaſallus aũt dño uinculo iuri.Sed gl.in c.qm̃ multos.xj. q.3.aliqualiter cõtrariũ ſẽtit Io.aũt de Lig. putat ponderandã qualitatem impendendi ſubſidiũ. uide ĩ. Bellum ij.§.v. ¶Quinta.Si uaſallus uocatur à dño ad bellandũ contra barbaros in partibus tranſmarinis,tenetur illum ſequi,ſi eſt talis ſtatus & conditionis,ꝙ ꝓdeceſſores, & ipſe illuc accedere conſueuerunt,& uaſalli ſequi:exẽplo liberti,qui teneẽ ad operas conſuetas.ff.de ope.li. l.operæ.ꝓſtabit aũt dñs ſumptus moderatos arbitrio bõi uiri.Si uerò dñs talis ſit,ꝗ hoc nõ poſſit, nec cõſueuerit:ſequi nõ tenetur. Quod ẽt tãgit Spe.ti.de feu.§.ipſum.De ſeruis aũt non eſt dubium, ꝙ ſequi tenentur dñm ubiq; ad bellum, cũ in eos dñi plenã habeãt poteſtatem:dum tñ nimis in eos nõ ſeuiant.Liberti aũt tenentur ad operas ſolitas: nec inſolitæ poſſent eis imponi.Io.de Lig. ¶Sexta.Si dñs uocat cõfederatos ad bellum, cùm ſint plenè liberi ad aliqua obligati ex pacto, ſeruanda eſt conuentio & modus cõuentionis ad unguẽ.ff.de pac.l.j.¶Septima. Si dñs uocat ad bellũ ſubditos rõne iuriſdictionis tm̃, ꝗ non ſunt uaſalli:tenẽtur accedere, niſi ſint perſonæ excuſatæ ab onerib. perſonalib. ut minores,grauati ſenectute, aut infirmitate, uel numero liberorũ,uel ꝓfeſſione,uel ſexu, ut mulieres.Io.de Lig.Sed tm̃ limito, ſi dñs uocet,ꝓ cõſeruatione ſtatus, & pręſtet ſumptus,ſi ei ſuppetunt facultates. ¶Octaua. Si mãdauit dux exercitus,ſub pœna capitis ĩpetũ in hoſtes nõ fieri: & miles cũ ſua comitiua,cui præerat,irrupit,& uicit:nihilo minus capite puniri dẽt.ff.de re mi.l.deſertorẽ,§.in bello,ꝗa malũ nõ excuſatur ꝓp bonũ,quod ſequitur.di.56.undecũq;.& facta nõ ſunt ab euẽtu notãda. 23.q.5.de occidẽdis,põt tñ à duce,uel principe ipſa pœna remitti. ff. de pœn.l.beſtias.Io. de Lig. ¶Nona. Si uaſalli a dño uocẽtur ad iuſtum bellũ,ſm Inn.non

tenentur ire cũ equis & armis, ꝓprijs expenſis, niſi obligati ſunt ad hoc ex pacto ſpeciali, cũ ipſi non teneãtur ad perſonalia, nec de iure teneãtur niſi ad ea, q̃ ſunt in canone, de forma xxiij.q.v. Io. de Lig. ¶ Decima. Si quis vocatus libere accedat ad bellum in ſeruitiũ alicuius, & incidit in dãna, vt quia perdit arma. equos, vel captiuatur eundo, aut redeundo: & ſi accedit vocatus ꝙ rogatus à dño, & non ꝓprio motu, habet actionẽ mãdati cõtra dñm, ſi cõtingat illũ aliquid perd... : niſi appareat, ꝙ cauſa pietatis, humanitatis, vel parẽtelæ hoc facit. xxiij. q.iij. nõ inſerenda. ij.q.iij. dixit dñs. & ſi opponatur dñm nõ teneri, quia talia perduntur fortuito caſu, de quo quis nõ tenetur. extra. de homi. c. Ioannes. dico, ꝙ iſte caſus fortuitus potuit, & debuit ꝓuideri: quia veriſimiliter iſta cõtingũt in bellis: quia varius eſt euẽtus belli. ij. Reg. ij. Et ita notauit Inn. in c. ſicut. el iij. de iure iur. Io. de Lig. & ibi Pan. idẽ ſentit, dicens, ꝙ vocati à dño, q̃ iure nõ tenebãtur, agere poſſent cõtra vocãtẽ actione mãdati, ẽt ad damna cõtingẽtia caſu fortuito. dũ veriſimiliter cõtingere potuiſſent: quaſi vocãs hoc à principio debuerit cogitare. Secus in caſu nõ veriſimiliter cogitato: vt in l. inter cauſas. §. nõ oĩa. ff. man. q̃ verba ſunt notãda, maximè in materia fideiuſſionis: licet ſecus ſit in cõmodato: quia cõmodatarius nõ tenetur de caſu fortuito ſicut mãdans, quia mãdatarius agit ad cõmodũ mãdantis. Et intellige ꝑdicta in eo qui gratis ſuſcipit mãdatum: quia ſi quid accepit, eſt locator, cũ mãdatũ ſit gratuitũ. Vnde iſti, q̃ accedunt ſtipendiati, nõ agũt ad dãna cõtingẽtia ſine culpa ſaltẽ leui mãdantis: quia iſte cõtractus eſt gratia vtriuſq;: mãdatũ autem explicatur gratia mãdantis tm̃. ¶ Vndecima. Ad ſciendũ qñ ſubditus teneatur adire bellum, diſtinguendũ eſt. Nam aut dñs vult inuadere alios ꝓ libito voluntatis, nõ fauore reipub. & nõ tenẽtur eum ſequi ẽt vaſalli ꝓpriè. i. feudũ tenẽtes ab eo: ar. xxiij. q.v. de forma. niſi aliud habeat conſuetudo, vel pactũ. Aut dñs inuaditur: & tũc ſi timor eſt ſubitaneus & improuiſus, oẽs apti ad pugnam vel cuſtodiã tenẽtur fauere reipublicę: quia hoc caſu ẽt clerici tenẽtur ad cuſtodiam. c. peruenit. & qđ ibi no. de immu. ecc. facit c. omni timore. xxiij. q. viij. aut non eſt timor talis: & tunc tenẽtur vaſalli ꝓpriè dicti, ꝑ d. c. de forma. & ſimiliter milites veri. i. qui iurant, q̃ ponit gl. in l. pe. ff. ex quib. cau. maio. q̃ ſunt ĩ. Miles: tenẽtur ꝑ d. l. pe. vaſalli aũt ĩpropriè. i. ſubditi rõne originis, aut domicilij, nihil tñ ab eo tenẽtes: & milites non veri, ſed tm̃ reſpectu honoris, q. ꝑdicta nõ ꝓmittũt. & alij ꝓꝑ hoc nõ ſunt cõpellẽdi, dũmodo dñs de ꝓ ſe ſufficiat ex redditib. quos hẽt à loco: quia ꝓꝑ hoc hẽt gabellas & redditus, vt eos defendat. ar. xxiij. q.v. princeps, & c. regũ. Si verò non ſufficit per ſe: tunc oẽs tenentur ꝓ ſalute dñi: vt patet ex c. ſi nulla. & d. c. omni timore. xxiij. q. viij.

8 † SEXTO quæritur, quid dicendũ ſit de accedentib. ad bellum ꝓprio motu nõ vocatis? Et rñdeo per multas concluſiones. ¶ Prima. Si id agunt animo donandi: vt cauſa pietatis, humanitatis, vel parẽtelæ, nõ agunt cõtra eũ, in cuius ſeruitiũ vadunt: vt in d. c. non inferenda. Si verò agunt animo obligandi illum, cuius negotiũ gerunt, & ille nõ cõtradicit: agent vi negotiorũ geſtorũ: & ſufficit vtiliter geſtum cęptum. Si verò ille cõtradicit, vr̃, ꝙ agant ſeu obligent illũ vtiliter incipiẽdo, & feliciter cõſummãdo: ad ſimilitudinẽ eius, qui trahit aliquẽ inuitum de domo ruitura. xxiij. q. 4. ipſa pietas. quia inuito poteſt concedi beneficium. xlv. diſt. & qui emẽdat. & ſic tenet gl. in medico medente alicui cõtra eius voluntatem. lxxxiij. diſt. in Summa. Tamen licet illa gl. verum dicat in infirmo, qui nõ vult curari: in caſu tñ iſto credo contrarium: quia ille infirmus ꝑſumitur mentis inſanæ, nõ aũt iſte, qui non vult iuuari: quia poſſibile eſt, ꝙ hoc faciat timens proditionem. Vnde nõ credo gl. illam ꝓcedere in caſu, quo infirmus bene vellet ſanari, ſed non vult medicũ iſtum. Io. de Lig. Sed adde ecõuerſo, ꝙ ſi iſte nõ vult iuuari, q a eſt inſanus: ille eum ſibi obligat in cõſcientia eadem ratione, licet non in foro cõtentioſo ratione ꝑſumptionis in contrariũ. Regulariter. n. gerẽs alterius negotiũ eo inuito, aliquid petere non põt, niſi ꝓ bene geſtis ante ꝓhibitionem. C. de neg. ge. l. fi. qđ limita, niſi eſſet inſanæ mentis. ¶ Secunda. Si aũt vadunt, quia tenentur ad antidota: puta quia ſimile, vel aliud ſubſidiũ receperunt, agent cõtra eum quem iuuant ad perdita: ſi vadunt vt ſupponitur, & animo diſſoluendę obligationis naturalis, q̃ tñ deduci non põt in ciuilem, nec de ea excipi põt ſi in iudicio, extra. de teſta. cum in officijs. & ſic infertur, ꝙ vadunt animo obligandi. Ioan. de Lig. ¶ Tertia. Si aũt vadunt propter gloriam conſequendam: nõ agent, nec obligant ſibi illum quem iuuant: quia aut teneretur mãdati, aut negotiorum

geſtorũ. ſed nõ primum: quia actio mandati non oritur niſi interueniẽte mãdato, qđ hic nullum eſt: nec ſm: quia non acceſſit animo gerendi negotia eius, imò ꝓpria. Io. de Lig. ¶Quarta. Si aũt vadunt conſtituto ſalario, locãt operas ſuas, & rem, puta arma, vel equũ: vnde ſi conductor vtatur ſolùm ad id, ad qđ cõducit, non tenetur ſi amittãtur. l. ſi quis domum. ff. de loca. & cõ. & hoc niſi ſpeciale pactum interueniat, vel aliud inducat cõſuetudo: vt in Italia, vbi præſtantur emendæ equorum cõductorum in ſeruitio cõducentis. Io. de Lig. ¶Quinta. Si verò accedũt animo ſpoliandi, nulli dubiũ eſt, ꝙ talibus nulla cõpetit actio: quia ſuꝑ re turpi nulla inducitur obligatio. ff. de verb. ob. l. veluti. Io. de Lig. ¶Septimò q̃ritur, quid de ſtipẽdiariis, vtrũ ꝑdãt totũ ſalariũ, vel partẽ, ſi culpa ſua nolunt ſeruire toto tꝑe ſuæ firmæ, vel infirmẽtur, aut alium ſubſtituãt loco ſui? Et dico, ꝙ officiorum, ad quæ quis eligitur, quædã ſic ſunt indiuidua, ꝙ aliquo omiſſo reſiduũ nihil releuat: & in talibus totum ꝑditur. & exemplum eſt in legato. C. de lega. l. ij. Quædã verò ſic ſunt diuidua, vel diuiſibilia, ꝙ aliquo omiſſo reſiduũ releuet. Et exemplũ eſt in poteſtate, & ſtipendiario, & tunc nõ ꝑdit totum, ſed ſolum pro futuro tꝑe: tenetur tñ pro futuro tꝑe ad intereſſe: vt ſi nihil interſit, nihil ſoluatur. Si aũt infirmantur, ſeruire videntur, vt eis debeatur ſalarium: vt in l. ſi hæres. §. Stichus. ff. de ſta. libe. Si aũt ſeruiunt per ſubſtitutum, dicit Inn. in c. cũ Bertoldus. de re iud. hoc fieri poſſe in his, quorũ opera, & labor, non induſtria, eligitur, vt ĩ ſtipẽdiarijs: intellige ſi ſubſtitutus æquiualeat. Hoſt. verò ibi tenet cõtrarium, & credo opinionẽ Inn. veriorem: tutius tamen eſt, vt fiat cum aſſenſu domini, vt ſaluetur opinio vtriuſq;. Io. de Lig.

9 †OCTAVO quæritur, quid liceat in bello iuſto? Et reſpondeo ꝑ multas concluſiones. ¶Prima. Vti inſidijs in bello iuſto licitum eſt indiſtinctè, ſm gl. xxiij. q. ij. dominus dicat, dummodo fidem non rumpamus: vt eadẽ cã. q. j. noli. & gl. in c. vtilẽ. xxij. q. ij. Sed S. T. 2. 2. q. xl. dicit, ꝙ inſidiæ propriæ dicuntur quæ tẽdunt ad aliquẽ fallendũ verbo, vel facto. qđ dupliciter contingit. Primò, ſi dicatur falſum, vel nõ attẽdatur ꝓmiſſum: & hoc ſemꝑ illicitum eſt. Secundò, quia non aperimus ei noſtrum propoſitum, & ſecretum: & ſic licet. vt patet Ioſue j. vbi Dñs mandauit Ioſue, ꝙ poneret inſidias poſt ciuitatem Hai. Sed tñ adde, ꝙ frãgenti fidẽ, fides frangatur eidẽ, aliàs aũt hoſti fides ſeruanda eſt 2. q. j. noli. ¶Secunda. Non licet omni tꝑe indeſtinctè bellare, ſed diebus feſtis licet bellari neceſſitate vrgente, nõ aliter ſm S. Th. vbi ſ. quia feſtum non vetat facere pertinentia ad ſalutem hominis ẽt corporalem, vt in medico patet: & multo magis licet prouidere bono cõicatis alicuius: qđ fit per bellum iuſtũ. Et ceſſare à bello in neceſſitate, eſſet Deum tentare. Et idem de tꝑe Quadrageſimæ dicẽdũ eſt, qđ de feſto. 23. q. 8. ſi nulla. iuncta gl. Tꝑe etiam treugæ bellare non licet. c. j. de treuga & pace. Quod intellige in impugnatore, non in defenſore: vt no. ꝑdicta gl. ¶Tertia. Chriſtiani habẽtes iuſtum bellũ, ad ſui defenſionem vti poſſunt, ſm Io. An. in addi. ſuper totum Spe. iuris, de Iudæis & Sarrac. infidelibus pacificis nõ habentibus guerrã actiuè aut paſſiuè nobiſcum imminente neceſſitate: aliter non. ſ. ſi viget guerra, vel noſtrum bellum eſt iniuſtum, vel iuſtum, ſed neceſſitas non vrget. Et facit c. cùm olim. eo. tit. qđ diſtinguit talia tẽpora. & qđ habetur ij. Paralip. xix. Impio ꝑbes auxiliũ: & his q oderunt Dñm, amicitia iungeris. & quod habetur xxiii. q. j. qđ verò. Et idem ſentire videtur ex quodam ſimili Nic. de Lyr. i. Reg. xxviij. vbi dicit, ꝙ Dauid quia habebat ius ĩ regno Iſrael, & armorum virtute poterat illud acquirere facultate oblata: licitè in tali bello vti poterat infideliũ Philiſtinorũ conſortio & auxilio, vnde poſuit ſe ad iuuandum Lachis, vt ꝑ illum poſtea regnũ obtineret regreſſis Philiſtæis poſt victoriã ad propria. Et idẽ ẽt tenet Io. de Nea. in quolibet. cõcludens ꝙ mõ nõ liceret Sarracenorum & Turcarũ auxilijs vti cõtra fideles, dũ guerra durat cũ eis. Et idẽ vr̃ tenere Arch. ¶Quarta. Moriẽtes in bello eccleſiæ pro defenſione eius cæleſte regnũ cõſequuntur, vt ꝓbatur xxiij. q. viij. in c. omni. decedentes verò in alijs bellis iuſtis ẽt ſaluantur: dũmodo decedant ſine alio mortali, decedẽtes verò in illicito & cũ illo ſolo mortali pereũt. de pe. di. v. fratres. Io. de Lig. Sed intellige mori ĩ bello iuſto eos, q iuſtè. i. licitè accedũt ad bellũ, vt ſubditi ĩ bello dubio.

10 †NONO quæritur, qñ quis non teneatur reſtituere, quæ ſibi obuenerunt ab hoſtibus ratione belli? Et reſpondeo ꝑ multas cõcluſiones. ¶Prima. Secundũ Monal. quamuis bellum ſit iniuſtum ex cauſa, animo, perſona, & auctoritate, tamen ſi res ſubſit, quia. ſ. ꝓ rebus repetẽdis factum eſt, intellige ex interuallo, q bellũ mouit, reſtituere nõ tenet,

qđ accepit: niſi acceperit, vel damnificauerit ultra q̃ aduerſarius habuerit iniuſtè de ſuo. & hoc in foro pœnitentiali, ubi locum hēt cōpēſatio, ēt non liquidi, i. non conſtantis per probationes ad liquidum, quæ locū non hēt in foro contentioſo. Vñ iudex pœnitentiarius iniunget quidē pœnitentiā pro furto commiſſo, ſed nō reſtitutionē, niſi aduerſarius poſtmodū ei reſtituerit ablata: idē Hoſt. ſed tñ intellige, q̃ in foro pœnitentiali fit compenſatio non liquidi, i. non cōſtantis ꝑ euidentem probationē, qñ illud nō liquidum eſt nihilominus certum: non aūt ſi ſit dubium. Vnde iniungitur reſtitutio ei, q̇ ſubripuit decem à Titio: quia dubitat, uel leuiter credit Titium ſibi ſurripuiſſe tantūdē. ¶ Secunda. Secundum Hoſt. is, qui iuſtè pugnauit, non tenetur ad reſtitutionē p̄dæ, ſed fit capientis. 23. q. 7. ſi de rebus. Ex quo infert, q̃ capta in bello iuſto nō cōpēſant̄ cū debito principali: ut ēt tenet Arch. 23. q. 2. Dominus noſter, ubi dicit, q̃ ſi quis plurima in bello iuſto occupauit, nec deinde ſatisfacere vult is cuius erāt: non tenetur qui occupauit reſtituere occupata, & recipere ſatisfactionē: q̄a qđ q̄s iure occupat, iure gentium ſuum efficit. Et idē Arch. Qđ verū intellige, quouſq; ſ̄m ſanā conſcīam ſit ſatisfactū de iniuria, vel debito, vel intreſſe: ſiue ceperit de rebus iniuſtè pugnantis, ſiue uaſallorum eius, ſiue hoīum ſuorum, i. illum ſequentiū in bello iniuſto. De alijs aūt non præſtantibus conſiliū, auxiliū uel fauorē, hoc nō creditur. uide ĩ. Repræſaliæ. §. 1. Prædicta aūt fallunt in clerico, ſ̄m Mon. de quo. ĩ. Bellū 3. §. 4. ¶ Tertia. Si ſubditus bellū mouet dño iubente, & bellum ſit iuſtum, reſtituere non tenetur capta ab hoſtibus, niſi iuxta edictū domini ſui: ſed ſi iniquū ſit, & ipſe nouit, tenetur: quia plus Deum, q̃ hoīem debuit timere. Si uerò dubitat utrū iniuſtum ſit, nec ne: iterum non tenetur. 23. q. 1. qđ culpatur. quia excuſatur ꝑꝑ obedientiam, licet dominus peccauerit, ſi fortè malè præcepit. Et cōſētit Mon. & Hoſt. & Ric. & Alberi. ſed Ray. dicit hoc uerū. ſi quantū potuit, inquiſiuit, & cōſuluit peritiores: & ſemper dubius permanſit. alioquin affectator ignorātiæ, ſicut expers ſcientiæ puniretur. de clā. deſpō. cum inhibitio. Et hæc uera intellige, quouſq; dubitat. Vñ alia litera hēt interim, nō tenetur. Cū aūt ſciuerit, aut probabiliter crediderit bellū iniuſtum, reſtituere tenetur oīa q̃ hēt. arg. c. ſi. extrà, de p̄ſcri. & ēt q̃ ſunt cōſūpta, ſi ſemper fuit dubius: quia non fuit poſſeſſor bonę fidei. Vnde obedientia excuſauit à peccato, non à reſtitutione recognita. Si autē probabiliter credebat bellum iuſtum. nō tenetur de conſumptis, niſi inquantum ex hoc ſit factus locupletior. C. de rei uen. l. certum. ¶ Quarta. Licet ſubditi excuſentur in dubio, ut ſtatim dictum eſt: non tñ eſt ſimile de amicis, cognatis, ſtipendiarijs, & huiuſmodi, ſ̄m Veruec. q̄a non excuſat eos obedientia: nec in dubio debent cōmittere ſe diſcrimini, ut iuuent aliquē in alterius p̄iudicium. 14. q. 5. deniq;. Nec eſt ſimile de aduocato, quē excuſat bona fides, quādiu credit cām eſſe iuſtā: q̄a eſt illi iudex ſuperior, qui cām examinat iudicās de allegatis. In bello aūt uiribus uincitur. & concordat Vldr. tñ mihi vr̃, q̃ ubi non dubitant, ſed probabiliter credunt, excuſentur: quia aliter uix aliq̄s poſſet militare. Stipendiarius aūt paratus cū quocunque militare, non cogitans de iuſtitia uel iniuſtitia belli, ſed tñ de ſtipēdio, eſt in malo ſtatu: nec dēt abſolui, ſ̄m Arch. niſi renunciet arti, uel ſit paratus non eſſe in bello, niſi quod ſciuerit iuſtum; adde uel quod probabiliter iuſtum crediderit.

11 DECIMO † quæritur, qñ quis reſtituere teneatur quæ ſibi obuenerunt ab hoſtibus rōne belli? Et reſpondeo per multas concluſiones. ¶ Prima. Quicunque bellum mouet iniuſtū, uel ita iuuat, q̃ ſine eo nō fieret, ultra mortale tenetur hoſtibus de oībus dānis datis, & ſuis de dānis receptis ab aduerſariis iuſtè repugnantibus, ſi iuerant bona fide, vel inducti conſilio eius timore, uel coactione, qñ de ſe non erant facturi: ſecus ſi iuerunt mala fide ſcientes iniuſtitiā belli, & uoluntarij: quia ex turpi cā nulla cōtrahit̄ obligatio. Inſt. mand. §. illud. ff. eo. ſi remunerandi. Similiter tenētur oēs, qui in tali bello fuerunt principales, ita q̃ non fieret ſine eis: alii uerò tenentur de damno qđ intulerunt uerbo, aut opere. Gul. ¶ Scđa. Dñs, aut alius q̄libet, mouēs iuſtū belū: ſi aīo craſſandi, uel malitioſè intulit dāna, cū aliàs ſibi poſſet cōſulere: ultra mortale, reſtituere tenet̄. Secus ſi bona fide pugnando commodè abſtinere non potuit: vñ cōpenſabūtur illa dāna cum damnis ꝑꝑ q̃ bellū mouit. Et ſimiliter ſi habēs iuſtū bellū fuit notabiliter negligens in defendendo ſuos, tenetur eis de dānis acceptis, nō aliter: quia ſe & ſua tenētur exponere, ꝑ dño: tenentur ēt oībus, quos uocauit, de dānis acceptis; niſi uenerit ex debito, uel cauſa

cauſa humanitatis, aut cōſanguinitatis. 23. q.3.c.nō inferendi.& ſeq.Gul. uel niſi cōuenerint aliquid accipere ꝓ certa mercede: de quo ꝫ.Mandatum.Et hoc intellige de damnis,quæ mandans,ſeu uocans potuit uériſimiliter puidere.¶Tertia habens iuſtū bellū, uel ſe in illo reperiens: ſi ſpoliauit clericos, religioſos.uel cōuerſos,aut peregrinos,quāuis eſsēt cū hoſtibus,reſtituere tenet̃:& mortaliter peccāt tales,niſi licētiā haberent à p̄latis eccleſiaſticis habentibus iuriſdictionē. ſupra illos: uel niſi eſſent uictualia eccleſiarū.aut clericorū,rapinā ēt cōmittunt,ſi ſpoliant ruſticos, aut uiatores,aut exiſtentes in agricultura. & aīalia, q̃bus arant, & ſemina portāt ad agrū.extra,de treu. c.innouamus. Imò ſubditi dñi iniuſtè bellantis, nō p̄ſtantes conſilium,auxilium,uel fauorem directè uel indirectè non ſunt ſpoliandi, uel in aliquo puniendi, ſed tenentur reſtituere,ne pœna excedat auctores,ar.de his quę fi.à maio. parte ca.q̃ſiuit.& 1.q.4.c.1.Qđ Sū.Angel.dicit uerum,niſi dñs directè,uel indirectè ex ꝑſonis uel rebus eorū iuuaret̃. Alij uerò hoc dicunt uerum,ēt ſi dñs in bello uteretur bonis eorū ab eis ablatis: ſed ueritas eſt, ꝙ tm̄ pōt iuſtè pugnans in eos, & in eorū bona, quantū uictoria requirit,qua ſtabilita,reſtituere tenetur quæ ſuperſunt. A fortiori aūt reſtituere tenetur damnificās innocentes nō ſubditos hoſti, niſi hoc faceret pręter ſuam intentionē:puta ſi nō ualens capere ciuitatē dat eā ad ſaccū,uel incendit: nō aliter potēs punire multos nocentes, niſi inuolendo aliquos nocentes.¶ Quarta. Qui in bello iuſto ſinè ſuperioris ordinatione incendit domū, agrum,aut victualia ēt hoſtiū, incendiarius eſt, & ad ſatisfactionē tenetur.23.q. 1.quid culpatur.& ſi fiat ſuꝑ hoc excōicatio, & publicetur,eſt caſus papalis. Et idē eſt de habēte bellum iniuſtū,ſi id facit ex mandato.ſm Archi. ¶Quinta. Habens iuſtū bellū,ſi ultra id qđ ſatisfactum eſt ſibi & ſuis,de omni dāno& operis labore,uel donec ſe aduerſarius offerat ad ſatisfactionē plus abſtulit,uel dānificauit, de illo pluri tenetur:niſi forrè talis eſſet hoſtis, ꝙ ꝑꝑ hæreſim, uel aliud huiuſmodi bona eius eſſent publicata ꝑ edictum.Gul.¶Sexta. Omnes exiſtentes in bello iniuſto ſm Monal. tenentur inſolidū de oī damno ſuo auxilio, conſilio, uel fauore dato,qđ aliter datū nō fuiſſet.ar. 17.q.4.oēs 2.q.1.notādū.in fi. Qui uerò ꝓbabiliter credit ſuo auxilio,cōſilio,uel fauore alios non plus feciſſe,q̃ aliàs erant facturi,nō tenetur, niſi de his,q̃ ipſe habuit,uel de dāno qđ dedit ipſe,uel aliquis de familia ſua,directè, & occaſionaliter.arg.de ſē. & re iud. c.1.de æta,& quali.ord.c.tuam.& de hoc ēt ꝫ.Furtū. ¶Septima. Qñ neuter rapientium dñs erat, nec unus magis altero ſociū animauit, ſed ſimul conuenerunt de faciendo inſultum, uel rapina committenda:ſm Hoſt. quilibet tenetur inſolidū,uel uerius alij dicunt, ꝙ ſolum pro ſua parte,qñ alter erat facturus: uel inſolidum, ſi facturus non erat. Et licet ſm Ray.qñ plures ſimul uadunt quaſi exercitus quilibet teneatur inſolidū,quia alios iuuat: tñ ſm Veruec.hoc uerum eſt,quando unus ſine alio non feciſſet: aliàs quilibet tenetur pro damno qđ intulit.& hoc teneas.¶ Octaua.Ea,quæ dicuntur de bello licito, locum non habent,ſm Io. de Pla. quando pars de ciuitate pulſa bellum indicit ciuitati: q̃a nō eſt bellum.ſed ciuilis diſſenſio: ex qua Reſpub.læditur: unde ibi capta ſubiacent reſtitutioni. ꝙ limita.niſi raptor aliàs fuerit iniuſtè aliquibus ſpoliatus: quia recipere poteſt à ſpoliatore & à ciuitate, quæ ſpoliatorem reſtituere non compellit.

12 VNDECIMO†vtrū occupata ꝑ principes Chriſtianos,q̃ hodie inter ſe ꝓpria temeritate bella gerētes, qđ unus ab antiquo poſſedit, alius nouiter uſurpat ſint reſtituenda? Et dicit d.Anto.in c.qđ ſuꝑ his.de uoto.ſm Hoſt.ſe nō uidere quō iuſtè teneāt:aut cōfeſſores eorū peccata quāquā notoria palpitēt aut ab eiſdē eleemoſynas aut poſſeſſiōes accipiāt,aut eos abſoluāt. Vñ caueāt,ne cateruatim ruāt ad īferna,& alios ſecū trahāt:nec credit ꝙ ī Italia p̄ſcribi talia poſſit.c.fi.đ p̄ſc.

13 DVODECIMO,†utrū dñi,q̃ bella geſſerunt, poſſint inuicem cōponere de dānis ſubditorum? Et dicit Veruec. ꝙ ſtandum eſt cōpoſitioni,ſi fiat de dānificatorū cōſēſu, ſ. libero.aliàs qui mouit bellum iniuſtè, non pōt ſubditis præiudicare ꝑ ſuā cōpoſitionē, quin ipſe teneatur eis de proprio,niſi ipſi in culpa fuerint pariter cum eo.& cōſētit Monal.Qui autē habuit iuſtum bellum, ꝓcurare d t ꝙ ſubditis ab aduerſarijs dāna reddātur:aliàs ipſe tenetur eis.qđ ſm Mon.& Veruec.uerum eſt. non de expenſis. ſuꝑ quibus cōponerę ſua auctoritate conſueuerunt, uel pertranſire;ſed de dānis incēdiorum,& rapinarum,& hmōi,ſuꝑ q̃bus ēt cōponere p̄t ex cā ꝓbabili; puta ſi uideat aliter ſe nō poſſe hr̄e bonū pacis.aut bellorū ꝑiculis carer̃:q̃a

utiliter

vtiliter gerit negotium ſubditorum. arg. eorum quę notan. in l. fi. C. ſi contra ius uel utili. pub. & c. quæ in eccleſiarum, de cõſtit. ubi patet, ꝙ ex cā rõnabili põt princeps ſtatuere contra ea, q̃ ſunt de iure gentiũ, & de iure naturali, ut patet de pſcriptione. Itẽ tollere rẽ unius, & alteri tradere. & ꝑ delicta cõfiſcare bona ſubditorũ. & ibi Pan. dicit, ꝙ licet Imperator non habeat dñiũ rerũ priuatarũ: tñ ex cā rõnabili põt eas occupare. Et exemplificat de cā legitima, dicens, ꝙ huiuſmodi eſt fauor publicus: ut l. ita uulneratus. ff. ad l. Aq. & hmõi rõ eſt, carere bello: qua rõne non põt eſſe maior. Et hoc, ſm Hoſt. uerũ eſt, ẽt ſi partes non conſentiant, qñ aliter pax haberi non põt. & allegat l. cõuẽtionum. ff. de pac. Et idem dicendum eſt in dominis inferioribus, maximè qui pſcripſerũt iura Imperij. Quæ tñ uera ĩtellige, qñ prius fecerũt iuxta poſſe, ut ſubditus fieret reſtauratio, & obtinere nõ pñt. Si aũt à principio ſubditi contradicunt ne fiat cõpoſitio, niſi damnis ſuis inſtauratis, nõ pt dñs ipſa dãna quietare, ſm Sũ. Piſ. qđ tñ intellige ſolũ, qñ põt aut uincere aut pacificare dãnis non remiſſis: nõ aliter, rõne ſuperius dicta. Nec obſtat rõ, quã adducit Supple. quia, inquit, gerens negotium alterius eo inuito, non põt aliquid petere, niſi pro bene geſtis ante ꝓhibitionẽ. C. de neg. geſ. l. fi. quia hoc non ꝓcedit in domino, qui ſubditũ cogere põt ex cā ſed in pari. Poteſt tamen deſiſtere à bellando contradicentibus ſubditis: quia apud eũ ſicut mouendi bellum, ita & deſiſtendi à bello reſidet auctoritas. Concordat Hoſtiẽ.

14 ADVERTE † tamen, ꝙ ſm Pan. nomine damni propriè & ſtrictè uenit diminutio patrimonij ꝑ alium facta. l. 3. ff. de dã. infec. vñ non ueniunt nomine dãni expenſę factę propria uoluntate, ẽt coacta. Qđ notãdũ eſt pro ſtatutis & hmõi odioſis. Prædicta tñ remiſſio quo ad eccleſiarũ & eccleſiaſticarum perſonarum dãna, nõ ualet, niſi conſentiant earum prælati, ſm Archi. & alios Doct. quia de hmõi diſponere non poſſunt: ut diſt. 96. Prædictã tamen relaxationẽ quãtum ad laicos, & clericos Arch. intelligit quo ad cõſumpta: quia extantia, ſi bellum fuit iniuſtũ, uel ſi ſublata ſunt ab his, à quibus non poterãt, tenentur, qui habent, reſtituere ueris dominis, ſi poſſunt: alias pauperibus. Et idem dicit, ſi dubitatur de iniuſtitia belli.

15 DECIMOTERTIO, utrum liceat facere noua caſtra? Et dicit Inn. in c. Piſanis. de reſt. ſpo. ꝙ non cũ iniuria uel æmulatione alterius, nec etiam incaſtellare uetera, q̃ non probantur habitata. C. de ædifi. priua. l. 3. ff. de oper. pub. l. 2. & C. de fun. limi. li. 11. qđ Pan. ibi uerum intelligit in poſſeſſore iniuſto ſeu tyrãno: ſi aũt eſt iuſtus, diſtĩguit: quia ad iniuriã alterius uel æmulationem, ſ. ut alteri noceat, & ſibi non proſit, non licet: quia ſic ẽt re propria vti non licet: & ad hoc agere põt epiſcopus, ſm Inn. ut deſtruantur uel reducantur in priſtinã formã: arg. extrà, de Iudeis. cõſuluit. & non ſolum ipſe, ſed & quilibet habens ibi reditus: quia iuſtè pro vitãda ſui pr̃imonij diminutione quiſq; agit. arg. ĩ d. c. Piſanis. Idẽ Hoſt. Si uerò hoc faciat nõ ad alterius iniuriam ſed ad cõſeruationẽ ſui patrimonij uel honoris; putat hoc licere nec poſſe prohiberi ꝑ alium, ẽt ſi inferat alij dãnũ, uel timorẽ. Et ad hoc tex. in l. de meo. ff. de aq. plu. ar. nec poſſet ad hoc allegari pſcriptio, ẽt ſi lõgiſſimo tẽpore non refecit, uel inhabitauerit: quia cùm ille actus ſit meræ facultatis, & nihil poſitiuè actum ſit in ſui iuris præiudicium: præſcriptio non currit. de cler. coniug. c. Ioannes.

## RVRSVS DE BELLO II. Quando eſt priuatum.

1 *Bella priuata cum iuſta ſunt, quotuplici iure nitantur. Et quando dicatur affuiſſe tutelæ inculpatæ moderamen ac temperamentum. Et qui pugno impetitur, nũ licite ſe armis defendere poſſit.*
2 *Conſideratio gloſſæ in l. ſcientia. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. coarguit. Et ibidem pro iudicis informatione elegans diſtinctio.*
3 *Iniuriam repelli incontinenti debere.*
4 *Inuaſus quãdo licite poſſit inuadentẽ percutere.*
5 *Defenſio ab iniuria an ſit omnibus licita.*
6 *Sacerdos puerum baptizans morientem, an poſſit cum deſerere ut ſe defendat.*
7 *Defenſio an cuilibet aduerſus quemlibet liceat.*
8 *Defendere tertium cui ſit licitum.*
9 *Vaſallus partẽ teneaturne defendere neglecto domino.*
10 *Defenſio an pro rebus licita ſit.*
11 *Precarium & precaria quid ſint.*
12 *Vim ui repellere quando, & pro quibus rebus liceat.*
13 *Occupare an liceat rem propriã citra iudicis auctoritatem.*
14 *Defenſio an tolli poſſit ꝑ ſuperiorẽ.*
15 *Defenſio manualis cuius ſit iuris. Et quid defenſione exhibenda a iudice.*

1 BELLVM † priuatũ vel particulare qñ dr̃, & qñ ſit licitũ, dictũ eſt titulo priore in principio, & totũ quantũ ad ſuã iuſtitiã fundatur in regula iuris naturalis, & ciuilis. ff. de iuſt. & iu. l. ut uim, ſ. ꝙ uim ui repellere

pellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ. ¶ Primò verò quæritur, qñ dicatur in defenſionẽ adeſſe moderamen inculpatæ tutelæ: & utrum inuaſus pugno licitè ſe defendat armis. Et dicit Pan. in c. olim. de reſt. ſpo. breuiter colligi ex gl. in c. ſignificaſti. de homic. & Bar. in l. 1. C. unde ui, hoc moderamẽ eſſe, quando id fit, quo omiſſo, iniuria repelli non poterat. intellige ſine periculo ꝑſonę uel ẽt rerũ, ſm Bar. q̃a hoc nulli imputatur, ut probatur in l. ſciam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. Et ſi modum quis excedit, nõ tenetur, ſm Inn. Hoſ. & d. Ant. niſi fecerit ex propoſito. ff. ad leg. Aquil. ſi ex plagis, §. tabernarius. qđ uerum, eſt q̃ tum ad dãnũ illatum, de quo loquiř ille §. & ſm Ray. quo ad ſñiam excõicationis, ſi perſona percuſſa ſit eccleſiaſtica: quantum uerò ad pœnitentiã, & irregularitatẽ, ſi ĩde mors ſequatur, tutius creditur, ꝗ teneatur de exceſſu. de quo dic, ut ĩ. §. 3. & 7. ſed intellige, ꝗ tenetur de exceſſu arbitrio iudicis, ſm Bald. in c. 1. de pa. te. in uſi. feu. Sed de hoc, an. ſ. ſteterit in finibus defenſionis, ſeu recuperandæ poſſeſſionis, certa rřa dari nõ p̃t: ſed bonus iudex arbitrabiř cõſiderata qualitate ꝑſonarũ et actuũ.

2 ET † per hoc relinquitur ſuperflua cõſideratio glo. in d. l. q̃ dicit in hoc moderamine tria attendi. Primo. ſ. modum qui aggreſſus ſine armis, uel paruo baculo, reſiſtere nõ dẽt armis. Scđò, tp̃s, ut. ſ. id fiat incõtinẽti, nõ ex interuallo. Tertiò, cãm: ut. ſ. fiat ad defenſionẽ, non ad uindictã. Sed certè dari nõ põt regula certa, quo ad primum: ut ẽt noț. in d. l. quia aggreſſor plus aliquãdo pugno p̃t, vel baculo paruo, q̃ aggreſſus enſe: nec quo ad ſm, uel tertium. Sed tamẽ pro informando iudicis arbitrio diſtinguẽdum eſt: quia ſi uis infertur perſonę, põt quis incontinenti percutere, antequã percutiatur, ad euadendum percuſſionem, uel iniuriã: quia hoc eſt iniuriam repellere potius, q̃ inferre. qđ tamen Bar. limitat, ſi ueriſimilia præcedunt indicia & actus manifeſti, ꝗ ille uolebat oſtendere: & iſte aliter ſe defendere non poterat. facta uerò iniuria perſonæ, non eſt licitum percutere ẽt incontinẽti; quia non eſſet defenſio, ſed uindicta: niſi fortè, ſm Inn. timeretur geminata ꝑcuſſio. & idẽ Bar. ſi tamẽ ꝑcuſſus inſequitur percuſſorem iã nolentẽ percutere, & uulnerat, puniri nõ dẽt, ut doloſus, ſed ut culpabilis: quia inconſultus calor uitio calumnię caret: ut ĩ l. 1. ff. ad Turp. Si autem uis ĩfertur rebus, diſtinguit Iac. de Are. quia ſi aliter ꝑ uiã iudicij reparari non p̃t, percutere non licet, ẽt ſi res aliter ſalua eſſe non poſſet: ſi autẽ reparari non p̃t per uiam iudicij, dicit, licet ſm aliquos male: ut ĩ. Homicidium, primò. §. 2. & 4. & plenius. ĩ. Excõicatio. 6. §. 4. caſu 9. ꝗ licet defendere etiã occidendo: ut l. furem. ff. ad leg. Cor. de ſica.

3 SED † tamẽ iniuria repelli dẽt incontinenti, i. q̃ primum quis poterit, licet iniuria ſit facta: quia non eſt uindicta, ſed defenſio q̃dam. Et quando dicatur incontinenti hoc caſu: dicit glo. in c. ſignificaſti. 2. de homi. ꝗ dẽt hoc facere, q̃ citius poterit collectis amicis. ff. de acq. poſ. l. quod meo. §. fi. & Io. An. & Ho. dicunt hoc uerum, ut licitum ſit reſiſtere cum amicis ad recuperationem inuaſæ rei, ſi hoc fiat antequã ad alia diuertatur; aliàs eſſet guerra & uindicta. Bar. uerò in l. 1. C. unde ui. ſentire uř, ꝗ hoc fieri debeat ĩtra tres dies, ſed melius dř: ꝗ hoc eſt q̃ primum poterit, non diuertendo ad alia: relinquendo arbitrio boni uiri, rerum qualitate penſata: quia ſi nobilis eijciatur de caſtro forti, intra ſex menſes non faciet ſe ſatis fortem ad rehabendum. & dictum Io. An. procedit quando res per uiam iudicij poteſt rehaberi: quia tunc non licet eam defendere niſi dum eſt in ipſo rapi: ut ĩ. §. 7.

4 SECVNDO, † utrum percutere poſſit inuaſus, qui poſſet euadere fugiendo? Et dicit Arch. ꝗ non: ſed dicit Pan. in d. c. olim. quoſdã diſtinguere: quia ſi aggreſſo eſt magnum dedecus fugere, non tenetur fugere, ſed percutere p̃t ad iniuriã repellẽdã. Si verò nõ eſt ſibi uerecundia: ut quia aggrediens eſt lõgè ꝓſtantior, tunc ſecus. Bar. uerò tenet indiſtinctè, ꝗ quis fugere non tenetur: quia fuga eſt iniuria. l. item. apud Labeonem. ff. de iniu. & conſequenter ad eã repellendã & propulſandam percutere licet. Item pro rerum defenſione licitum eſt armis reſiſtere: ut in d. c. olim. & in d. c. dilecto. de ſen. exc. li. 6. & etiã occidere ſm ius ciuile, ſi aliter res ſaluæ eſſe nõ poſſunt. iuxta no. ĩ l. furẽ. ff. de ſica. Quælibet aũt iniuria corporalis maior eſt rerũ iactura. l. in ſeruorũ. ff. de pœ. qđ t̃n temperandũ eſt, ut no. Bar. in l. 1. ff. e. ti. & conſequenter pro hac propulsãda licitum eſt ꝑcutere. Sed tamen Pan. dicit, ꝗ hoc caſu licet quis ꝑcutiendo euitare peccatum: non t̃n irregularitatem, ſi occideret, aut mutilaret: quia eã quis ſolũ uitiat, qñ mortẽ propriã aliter uitare non põt. Facit. quod legitur, & not. in cle. ſi furioſus, de homi. & gl. in §. 1. 33. q. 8.

TERTIO,

5 TERTIO, vtrum licita ſit prædicta defenſio ꝓdicto mō uniuerſaliter oībus? Et dico ꝙ licitum eſt oī perſonæ, non ſolū laicis, ſed ēt clericis & religioſis, ēt ſine licentia ſuperioris, qñ commodè hri nō pōt. ſm Ioā. de Ligna. quia hoc competit iure naturali. diſt. 1. ius naturale. & quo ad actus naturales religioſi non cenſentur mortui. 16. q. 1. Et opinio Vgo. tenentis, ꝙ peccat mortaliter occidens ne occidatur, reprobatur. & cōtrarium manifeſtè dr̄ in clem. ſi furioſus, de homic. tamen ſm S. Tho. nullus ad hoc tenetur, ſ. ut occidat ne occidatur: ſed eſſe maioris perfectionis ſi ſe permitteret occidi, q̃ ſi ſe defendendo occideret: cùm aliter euadere non poſſit. Licita eſt in omni loco, ēt in eccleſia. ꝑ ꝑ periculum quando ſequeret̄ homicidiū hoc non faciēdo. Nec obſtat eccleſiæ pollutio per ſanguinis effuſionē: q̄a magis ponderanda eſt hoīs conſecratio, cū ſit irreſtaurabilis, q̃ eccleſię, quæ recōciliari poteſt. & fortè dici poſſet, ꝙ ad eius pollutionem requiritur effuſio ſanguinis iniurioſi: ut no. in c. uno. de conſec. eccl. lib. 6. Licita eſt ēt occupato in quocunque officio, ita ꝙ ēt celebranti ſi inuadatur, & aliter euadere non poteſt, licitum eſt ſe defendere, & occidere; quia ꝑ ꝑ impedimentum corporale ſuperueniens inchoatum officium dimittitur inexpletum. 7. q. 1. illud. & c. nihil. hic aūt euenit impedimentum celebranti: imò periculum mortis, & conſequenter licitum eſt ei, ꝓtermiſſo officio, ſe de imminenti periculo expedire: & ſi ſe defendendo occiderit, poteſt reaſſumpto officio celebrare: dū modo aſſuerint ea, de quibus loquitur cle. ſi furioſus, q̄a ut in ea probatur, nec peccatum, nec irregularitatem incurrit. Et idem de baptizantibus, ordinantibus, confirmantibus, pœnitentias iniungentibus, & ſingula ſacramenta conferentibus, ſi inuadantur: quia licitè poſtponunt illorum ſacramentorum collationem inchoatam propter ſui tutelam. Ioan. de Ligna.

6 QVARTO † queritur, ꝑ dictis in §. priore. utrū ſacerdos baptizans actualiter puerū in mortis periculo conſtitutū, q̄ æternaliter dānabit̄, ſi ſacerdos omiſſo baptiſmo ſe defendat nullo alio exiſtente q̄ baptizet: licitè omittat baptiſmū ut ſe defendat? Et dico ꝙ nō licet: ſed ꝑeligēda eſt mors corporalis ſacerdotis morti ſpūali pueri: q̄a ſi ita fiat, ſequit̄ unū malū tm̄, & illud eſt tꝑale, ſ. mors, corporalis ſacerdotis: aliter uero ſequuntur duo & ſpūalia, ſ. mors æterna pueri, de cōſecra. diſt. 4. firmiſſimè. & neglectus curæ aīarum. qđ ſacerdoti eſt mortale. extra. de æta. & quali. cū ſit ars. preeligēdū aūt eſt minus malū maiori. 13. diſ. nerui. Vbi aūt foret dubium probabile de uita aut morte pueri antequam periculum eſſet expletum, & conſtaret de morte ſacerdotis, niſi diuerteret adhuc creditur præeligenda mors ſacerdotis, & maximè proprij & parochiani. Io. de Ligna. infrà. Caſus. §. 2.

7 QVINTO, † utrum licita ſit ꝓdicta defenſio cuilibet cōtra quēlibet inuaſorē? Et dico eam eſſe licitā. Primò cōtra ſuperiorē generaliter: qñ. ſ. conſtat, ꝙ iniuſtè inuadit. C. de iure fiſ. l. prohibitum. & maximè cum aliquid extra officium ſuum agit ad ipſum nō ſpectās, ſed ſi iuſtè agit, nō eſt reſiſtendū. 2. q. 3. qui reſiſtit. Et ſcđò cōtra iudicem, uel ꝑtātē iniuſtè inuadentē, ut occidat. Et tertiò contra patrem agentem aliquid cōtra filiū ēt degentē in patris ꝑtāte, ſi excedit ſibi cōceſſa ex iure patriæ poteſtatis: & multo magis ſi agit cōtra filium emancipatū. Et quartò, contra abbatē ꝓprium, uel alios ꝓlatos, ſi contra monachū aliquid attētaret in his, quæ non pertinent ad officiū ſuum iure, vel conſtitutionibus modificatū, maximè ī his, q̄ ꝑ ꝑ moram periculum ingerunt; utpote ſi abbas monachū inuaderet ut occideret ſubito: ſed ſi attentet prælatus contra monachū de permiſſis à iurecōi, vel cōſtitutionibus ordinis corrigendo, & ſimilibus, monacho reſiſtere non licet, imò nec in hoc caſu audiretur appellās, extrà, de appel. c. de priore. Et quintò, ſeruo cōtra dñm, ſi attētet aliquid à iure nō permiſſum: in permiſſis autē à iure non licet ei ſe defendere. Et eſt hodie reſtricta dñorū ꝑtās ī ſeruo: quia nec trucidare, nec acriter eos affligere pñt. Et idē dicē dū eſt de uaſallo contra dominū, diſcipulo contra magiſtrum, & uxore contra maritū: qui, ſ. pñt ſe defendere, ſi ultra debitū iuris aliquid attentent: aliter non. Ioan. de Lig.

8 SEXTO, † vtrum licita ſit dicta defenſio ēt pro alio? Et dico, ꝙ eſt licita pro filio, ꝓ uxore, imò pro ſponſa, & pro aliis ꝑſonis cōiunctis: quia ſi licita eſt ꝓ rebus, licita eſt ēt pro coniūctis: & amicis inuaſis, cū ēt homo hoī offm̄ dēat. ff. de ſeruis ex. l. cū ſeruis, & uaſallo ꝓ dño, imò ad hoc tenetur: aliàs ꝑdit feudū: & militi pro belli ꝓpoſito, ſi pōt: aliàs capite punitur: imò ēt extraneū defendere dēt, ſi pōt quilibet ſine periculo ſui. 23.

q.3. non in ferenda. 83. diſt. error. Imo, ſm Bar. in l. ſi quis in ſeruitute. in fi. ff. de furt. & in d. l. ut uim. & ibi gl. & 23. q. 7. §. 1. in gl. & Cy. & Pet. in l. 1. C. unde ui. q̃libet de populo põt quẽlibet impunè defendere. Cõſuluit tñ Bar. in d. l. ut uim. ad tollendũ oẽ dubiũ, ꝙ faciat quis ſibi mandari, ut defendat clamãdo defendite, uel ſuccurrite, uel ſimilia; ut ẽt no. Bal. in d. l. 1. quia tunc ſm omnes licitè, & impunè defendit. & facit argum. in l. Gracchus. C. de adult. Sed tñ iſta intellige de pœna ciuili: nõ aũt de irregularitate. Hic tñ diſtinguẽdũ eſt quo ad incurſionẽ, uel euaſionẽ penæ ciuilis, aut canonicæ, ſm Arch. q loq̃ vr ex Ioã. de Lig. Nam occidẽs, vel mutilans defendendo ſeipſum, euitat pœnam irregularitatis: nõ aũt ſi alterũ defendat, ẽt patrẽ, uel filiũ: ut no. gl. in c. ſi furioſus. de homi. in cle. pœnã aũt excõicationis ꝑcutiẽdo clericũ euitat, nõ ſolùm defendendo ſe, ſed ẽt patrem, matrem, uxorẽ, filium, uel filiam, ſm Inn. non aũt defendendo extraneũ, ẽt ſi miles mandato iniuriati hoc feciſſet. qđ ur̃ intelligendũ, qñ occideret, mutilaret, uel grauiter læderet clericũ. aliàs nõ ur̃ ĩcurrere, ſm Arch. imò dico, ꝙ nec ſi grauiter ſeruato moderamine: quia excõicatio iuris nunquã eſt ſine mortali. Quantũ uerò ad euitationẽ pœnæ perſonalis aut pecuniariæ: ſi uolentes uim repellere ab iniuriato, ſunt coniuncti: euitant pœnam ſm modũ. ff. de iuſt. & iur. l. ut uim. limitando eam per l. in priuatis. ff. de iud. ſimiliter ſi ſunt extranei deputati pro comitiua uiolẽtiam paſſi: ſi autem non erant ſic deputati, ſed uocãtur in auxilium per paſſum iniuriã: ſic ẽt euitãt pœnam uim ui repellendo incontinenti tãtùm: non ex interuallo, neq; ſi non aduocantur in auxilium ꝑ paſſum. hec omnia. Arch. Sed uerius eſt, qđ de Bar. dictum eſt, ꝙ quilibet quemlibet poſſit defendere, & de hoc ĩ. de excommunicatione percutientium clericos, notabili. 4. §. 9.

9 QVI † ẽt ſubdit, ꝙ vaſallus citius iuuabit patrẽ iuaſũ ad mortẽ, q̃ dñm, ſi utrũq; nõ põt: quia patri tenetur filius naturali, & ciuili iure, dño autem ciuili tm̃. Itẽ q̃ quis iuro adſtrictus ſit ad iuuandũ dñm: tñ hoc iurm intelligitur ſaluo uinculo ꝓcedenti: q a ius alteri q̃ſitum non tollitur ꝑ ſecundã obligationẽ extrà, de iureiu. c. petitio. Secus vr̃ de patre inuaſo inq̃tum ad ſtatũ, uel aliqua bona: ut ſ. Bellum. 1. §. 5. Itẽ in ſimili caſu magis patrem iuuabit, q̃ epm ſuum: quia in bñficijs tẽpalibus cuius ſunt ſubdita, uita; & hmõi, tenetur quis magis patri carnali, q̃ ſpirituali: ut no. gl. 30. q. 1. ca. 1. & di. 86. non ſatis.

10 SEPTIMO, † utrum licita ſit ꝓdicta defenſio pro rebus? Et dico, ꝙ Io. de Lig. diſtinguit. Aut. n. uolens propulſare uiolentiam ſibi pro rebus illatam, iuſtè poſſidet, aut iniuſtè. Si iuſtè, hoc põt incontinenti. & cum dicto moderamine. & hoc pro rebus ſuis, & ſibi depoſitis, & cõmodatis, & pro rebus amicorum, & propinquorum, eos. ſ. adiuuãdo. diſt. 83. qui conſentit. ex interuallo autẽ nõ licèt, ut ſ. §. 1. Si aũt poſſidet iniuſtè, aut poſſidet iniuſtè ab aliquo alio ab eo cõtra quẽ uult uim ui propulſare: & tũc licet ei ꝯ illũ aliũ qñcũq; uolentẽ uiolẽtiã inferre, uim vi repellere. Aut poſſidet iniuſtè ab eo, cõtra quẽ uult uim repellere: & tunc aut poſſidet primò ui, aut ſcđò ꝓcario, aut tertiò clam.

11 PRECARIVM † eſt, qđ precibus petẽti utendum cõceditur tandiu, quandiu is, q conceſſit, patitur. ff. de preca. l. 1. & precaria dr̃ ad preces aliquorum uſque ad quinquennium contractus initus: ut extrà, co. c. 1. In primò caſu ſi ſtatim uenit, ut recuperet, non licet reſiſtere ui. C. vñ vi. l. 1. Si aũt uenit ex interuallo, licet reſiſtere: quia neq; ex interuallo licet alicui auctoritate propria recuperare ablata. In ſcđo aũt caſu, cum. ſ. precariò poſſidet: tunc poſt denegatã reſtõnẽ licet illi, ſ. petenti rem ſuã ſtatim uim ui repellere, nec licet ei, qui ſic poſſidet, reſiſtere: quia denegando ur̃ ſpoliare: ſed ante denegatã reſtitutionẽ non poſſet uim repellere: licet poſſit reuocare ꝓcariũ. In tertio uerò caſu. ſ. cũ poſſidet clandeſtinè, nõ licet uim ui repellere. ſed licitum eſt ingredi. & ſi ille nõ admiſerit, ex tunc fit uiolentia. de quo §. ſeq.

12 ET † notandum primò, ꝙ licitũ eſt pro rebus uim ui repellere contra omnes, cõtra quos licitum eſt pro perſonis: ſi tñ uim repellere uolentis poſſint hr̃e bona: ut excludantur ſerui, monachi, & ſimiles: ſed tñ moderamẽ inculpatæ tutelæ diuerſificari dẽt attẽta uaria ꝑſonarũ qualitate: q a aliter & mitius cõtra patrẽ, q̃ cõtra penitus extraneũ: & ſic de alijs, q̃ cõſiderãda venirẽt. Et ſcđò, ꝙ vi ui repellẽdo pro reb. incurrit irregularitas, ſi clericus, vel alius occidat, vel mutilet: non aũt incurrit excõicatio, ſi q s cũ ꝑcutiat ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, q a excõicatio nõ incurrit ſine dolo, uel diabolica ſuaſione. 17. q. 4. ſi q s. ſed irregularitatẽ q s ĩcurrit ẽt ſine dolo: vt patet ĩ iudice reũ cõdẽnante.

ante.hęcõmnia Io.de Lig.Pro cuius dictis aduerte,ꝙ aliquando vim repellit poſſeſſor: aliquãdo ſpoliatus volens rẽ ſuã recuperare. vide etiã ĩ.Excommunicatio vj.§.4. caſu ix.

13 †OCTAVO, vtrum aliquo tenẽte rem meam,liceat mihi illam auferre? Et dicit Pã. in c.ſicut.el iij.de iureiu. ꝙ ſic,ſi recuperatio fiat incontinenti, quia uim vi repellere licet. Si aũt non fiat ſtatim,debet eã quis recuperare ꝑ iudicem,ſi põt:alioquin ſi non põt, põt dominus in defectu iudicis rem ſuam violenter recuperare.ſi aliter non põt:arg. l.nullus. C.de iudi. in glo. & l. ait ꝑtor. ff. de his q̃ in frau.cre.no.Inn.in c.olim.el j.de reſt.ſpol.& ſi aliter rem ſuã habere non põt, licet furto eã tollere:nõ tñ licet per mendacium: quia mentiri non licet pro vita alterius.xxij.q. ne quis.& ſic limita gl.in c.cupientes.de ele. li. vj.Quomodo autem liceat rem meam, uel aquiualens furari,vide ĩ.Furtũ.§. 12. & 13.

14 †NONO,vtrum prædicta defenſio poſſit auferri per papã,vel principẽ,vel legẽ vniuerſalem:aut municipalem? Et dicit Alberi.in l. oẽs. C.de epiſ. & cle. ꝙ ſm aliquos,defenſio tolli non poteſt, cum ſit de iure naturali: & vt expreſſum ĩ cle.paſtoralis.§.pe. de re iud. Dominus autem Gabriel de Oſſeletis in ſuo tractatu tenet,ꝙ ſi ſtatuto cauetur,vt procedi poſſit nulla data defenſione, valet, Pro quo facit: quia licet appellatio ſit ſpecies defenſionis,tamen in multis caſibus tollitur.C. quorum app.non reci.per totum.Item quia iura volunt in multis caſibus nullam dari defenſionem.C.de ſica.l.fi.C.de adult.l.j. C. de fal.mo.l.ij.cum ſimilibus.

15 †VERITAS autem eſt,ꝙ defenſio manualis eſt de iure naturali, & auferri nõ põt: & de iſta d.l. vt vim. ſed defenſio danda per iudicem reo petenti, uel non petenti, eſt de iure gentium,uel ciuili: & conſequenter per aliud ius poteſt auferri.& conſentit Alberi.

## RVRSVS DE BELLO III. VT eſt cõe tangens clericos,uel eccleſias.

1 *Clericis an bellum agere, aut arma portare, & quando liceat.*

2 *Prælatis eccleſiæ bella indicere,num licitum ſit. Et id cuius occaſione:Et aduerſus quos.*

3 *Epiſcopis, vel clericis, num bellis intereſſe licitũ ſit. Et ſubinde, ꝙ nec clerici manu propria depugnare poſſunt:nec cohortari,nec eſſe in ipſo actuali conflictu,nec ante conflictum ad occidendum, vel mutilandum exhortari poſſunt.*

4 *Bellis qui interfuerint, num clerici effici poſſint. Et an clericus quæ cum domina in bello iuſto adeptus eſt,reſtituere teneatur.Et quibus.*

5 *Eccleſia ad alicuius tuitionem, & defenſionem, num incaſtellari queat. Et qui in bello iuſto eccleſias incendunt,& euertunt, an ad emendationem teneantur.*

6 *Eccleſiarũ bona,qui in bello rapiunt,an clericorũ agentiũ in illius diſtrictu,contra quẽ bellũ geritur,nũ reſtituere teneantur. Et ibidẽ, qui iuſte belligerantibus de eccleſiis rapere liceat.Et quid de cõfugiẽtib.ad eccleſias, dũ hoſtes irrumpunt.*

1 BELLVM† tertiò ſcilicet commune, ut clericos tangit, uel eccleſias, ut plenius innoteſcat,ſciẽdũ eſt, ꝙ clericis interdictũ eſt bellare.13.q.8.per totũ. & huius duplicẽ rationẽ aſſignat S.Th. 2.2. q.xl.imò etiã arma portare nõ debent abſq; iuſta cã: puta ſi tranſeant per loca periculoſa,ad terrorem latronum, licet percutere nõ debeãt.ar. 23.q.4.Maximianus. & nota. de vi. & hone. cle.el j. in gl. & ſi tertiò moniti non deſtiterint, perdunt priuilegium illius canonis, ſi quis ſuadente.17.q.4.

2 †PRIMO uerò quæritur, utrum prelatis eccleſię liceat indicere bella? Et dico,ꝙ ſic ratione temporalis iuriſdictionis:ut no.Inn. in c.qđ in dubijs.de pœ.imò.& ſine tali iuriſdictione põt eps indicere bellum pro cã ſpirituali:puta,pro extirpandis peccatis, uel bonis eccleſię defendendis:pro quibus licet uti bello,ut probat tex. in d. c. Maximianus:& huiuſmodi,quia dicit Hoſ.in Sum.ꝙ eius autoritate fieri põt bellum,ꝑcipuè pro fide,uel cõtra eum,qui excõicatus pro mortali parere nõ uult: pro qualibet autem cã ſpirituali põt excõicare:& cõſequenter ſi mãdatis eius non obtemperetur,poterit indicere bellum. Põt etiam ꝑlatus indicere bellum pro iniuria ſubditi ſui. de qua iuſtitia non fit.& alios quaſi iniuriantes in bello capere,ut no. Inn. in c.dilectus.de app.& c.ſicut.de iureiu.Non tamen debet eps, uel eccleſia bella indicere contra Iudęos,ſm Arch. quia ubiq; ſunt parati ſeruire:nec perſequuntur Chriſtianos.ſecus de Sarracenis,qui Chriſtianos perſequuntur.& eſt tex.13.q.8.diſpar. & ibi no. glo. ꝙ nec etiam Sarracenis forent indicenda, niſi Chriſtianos perſequerentur.

3 †SECVNDO, utrum liceat epis, uel clericis intereſſe bellis? Et dicit S.Th.2.2.q. xl.ꝙ prelati, & clerici ex autoritate ſuperioris poſſunt intereſſe bellis:non quidẽ ut pugnẽt manu ꝓpria,ſed ut iuſtè pugnãtib.ſubueniãt ſuis exhortationib. & abſolutionib. & alijs huiuſmodi ſpiritualib.ſubuentionib. ſicut

ſicut & in veteri lege mandabatur, Ioſue vj. qđ ſacerdotes ſacris buccinis in bellis clangerent. Et ad hoc primò, fuit conceſſum, ꝙ epi. vel clerici ad bella procederent ꝙ autem aliqui propria manu pugnent, abuſionis eſt. hæc ille. Io. autē de Ligna, vř diſtinguere de bello inuadente, & defendēte: dicens, ꝙ epis non liceat accedere ad bella ſine licentia Papæ: maximè cum vocātur ad bella ſecularia: ſecus ſi iura ſua defendant. Innocentius etiā in dicto capite qđ in dubijs. non variat, vt ei imponit Pan. ſed diſtinguit. Nā, inquit Pā. Primò dixit, ꝙ prelatus habens iuriſdictionē temporalem poſſet ex iuſta cā bellum indicere, & alios incitare ad pugnam ante conflictum, quod ſi faciat in ipſo conflictu dicendo, pugnate fortiter: vel emittendo voces exhortatiuas ad pugnam, forte incurrit irregularitatem: imò ſine fortè, ſm Hoſt. ſi inde ſequitur mors, aut mutilatio: ſed quia obuia ſe videbatur c. penul. de homici. & de cleric. percuſ. c. pen. poſtea dixit, ꝙ cā defenſionis poſſunt clerici intereſſe. Et ſubdit ipſe Pan. ꝙ ſi ipſe clericus infert bellū, non debet intereſſe: ſi verò fuit ibi cā defenſionis, ſed neceſſitas non erat ineuitabilis: & tūc efficitur irregularis, ſi ex ꝑcuſſione ſua ſequitur mors, aut mutilatio, vt in d. c. penul. de homici. ſecus ſi ex aliena. Adde tu, ꝙ ſi neceſſitas eſſet ineuitabilis, non eſt irregularis, ēt ſi occidat. Ex quibus omnibus collige, ꝙ clerici nō poſſunt, Primò pugnare manu ꝓpria, quia ſunt ad meliora deputati. Secūdo, nec cohortari, vel eſſe in ipſo actuali conflictu, niſi pro defenſione. Tertiò, ꝙ nec ante cōflictū poſſunt exhortari ad occidēdū, vel mutilandū, ſed ſolùm ad liberādū fidē vel patriā. & ſi inde aliq moriantur, non imputatur eis: imò peccarēt, ſi non facerent, 23. q. 5. de occidendis. & de homi. poſtulaſti. & xxiij. q. iij. tua nos.

4 TERTIO, vtrū qui bellis interfuerint poſſint fieri clerici? Et dicit Ray. ꝙ ſi quis interſit bello licito, nec interficit, mutilat, aut præſtat cām mortis: ſi aliter ſit idoneus, promoueri pōt diſpenſatione non indigens. Si verò interſit bello illicito, & ibi homines ſūt occiſi, ēt ſi nō ꝑ illū, imputabitur illi ꝑꝑ culpam præcedentem: & ita non poterit promoueri. xv. q. j. c. vlt. extrà. de cleri. percu. preſentiū. & de homic. continebatur. & concordat Godofr. & Hoſt. Et addit Ray. ꝙ credit, cum talibus epiſcopum poſſe diſpenſare: dummodo nec mors nec mutilatio fuerit ſubſecuta, ſcilicet per illos promouendos, ar. de cleri. pugnan. in duel. c. j. & ij. ¶ Quartò, vtrum teneatur reſtituere clericus, qui iuit cum ſuo domino habente iuſtum bellum, & inde aliquid aſſecutus eſt de bonis hoſtium. Et dicit Veru. ꝙ ſi datū fuit illi ab his, quibus licuit rapere, pōt illud retinere: ſi verò ipſe rapuit, tenetur ad reſtitutionē dānificato quidem ſi ſit: alioquin pauperib. quia ſicut bellandi, ita rapiēdi non potuit ei ſuus dñs autoritatē dare; poſſet tñ illud retinere de conſenſu domini, qui iuſtè pugnauit, ſi cōſenſerit, dū guerra durat: quia perinde eſt, ac ſi dominus rem illam dediſſet ei. & idem dicit Monal.

5 QVINTO, vtrum eccleſia poſſit incaſtellari ad aliquē defendēdum? Et dicit Arc. in c. ſanctorum patrum. x. q. j. ꝙ nō eſt aliqua eccleſia incaſtellanda ad aliquē offendendū. & ſic intelligitur prædictum c. cū ſimilibus. ad defenſionē verò bonorum, & eorum, qui in caſu licitò ad eam confugiunt, incaſtellari poteſt. ar. de immu. eccl. cū eccleſia. & in hoc concor. Inn. & Hoſt. ſed Hugo intelligit, ꝙ incaſtellari non debet etiam à clericis: ēt ſi laici velint inſultū facere cōtra eā, vel ꝑꝑ obligationes vel ꝑꝑ alios, vt ipſis laicis reſiſtatur: niſi interueniat autoritas Papę: ſed forte qđ ꝑmittitur, verius eſt. Arch. Et cū prima opinione cōiter tranſeunt ibi Doc. vt dicit Pan. Sextò vtrum hi, qui in bello iuſto eccleſias incendunt, vel euertunt, teneantur ad emendam. & Vltr. & Veruec. dicunt, ꝙ tenētur, cōcurrentibus duobus. Primò, ꝙ nō ſint incaſtellatæ. Secundò, ꝙ à propoſito hoc faciant: non autem tenentur, ſi ſunt incaſtellatę ab his, qui habent iuſtum bellum. etiam ſi hoc faciant à propoſito: nec ſi non ſunt incaſtellatę, qñ hoc non fit à propoſito, ſed à caſu, ſcilicet dum iuſtè bellantes preſtant operā rei licitę incēdēdo machinas hoſtium, & huiuſmodi ſicut ſm Sum. Confeſ. qñ incendūt villam, aut caſtrum, quod aliter commodè capere nō poſſunt. Et intellige à caſu, id eſt, pręter voluntatem, licet non pręter ſcientiā: ſicut quando Dux ſcit eccleſiam comburendam, cum reliquis ædificijs: tamen ſi poſſet, vellet eam non comburi.

6 † SEPTIMO, quid de rebus, quę rapiūtur de eccleſia, aut quę ſunt bona eccleſiarū, uel clericorum exiſtentium in terra illius, cōtra quem bellum gerit? Et dicit Veruec. ꝙ raptores horum reſtituere tenentur, niſi primò de autoritate prelati eccleſiaſtici hoc fieret: uel ſecundò, niſi eſſent uictualia, & huiuſmodi intellige, ſi cū hoc nō ſunt bona eccleſiæ,

eleſiæ,vel clericorum, vt colligitur ex Sum. Confeſ. Et ſic collige, ꝙ de eccleſia rapere nõ poſſunt iuſtè bellantes, niſi victualia hoſtiũ, & huiuſmodi: puta, eorũ arma, & alia ſua, q́-bus iuuabantur cõtra hoſtes. ¶ Octauò, quid de confugientibus ad eccleſiam dũ hoſtes ir rũpunt? Et dicit Veru. ꝙ ſi tales incaſtellaue runt eccleſiam, aut inde impugnauerunt iu-ſtos hoſtes, gaudere nõ debent immunitate eccleſiæ, quam ipſi primò violauerunt inde pugnando: ſimiliter ſibi victualia reponant, quibus ſuſtententur in hoſtium impugnatio ne, non peccant rapiẽdo iuſtè pugnantes: nec reſtituere tenentur. Et idem Vld.

## DE BENEDICTIONE, ET REbus eccleſiaſticis benedicendis.

1 *Benedictio duplex eſt, nempe rerum, ac perſonarum. Rurſus perſonarum duplex quoque eſt. Et item rerum quoque benedictio bipartita eſt. Et vnaquæque abs quo fieri poſſit, & debeat.*

2 *Epiſcopo quæ conueniunt, an poſſint de iure, aut conſuetudine ſimplici conuenire ſacerdoti. Et epiſcopo quippiam conuenire, quot modis poſſit. Et nũ ab inferioribus aduerſus ipſum Epiſcopum, in his præſcribi queat.*

3 *Benedictio calicis, corporalium veſtimentorum, & huiuſmodi, ordinis ne ſint an iuriſdictionis, an vero dignitatis. Et quando ab Epiſcopis benedictiones huiuſmodi fieri poſſint.*

4 *Benedictio calicis, ornamentorum, & huiuſmodi ad miſſas celebrandas, nũ a ſacerdote fieri queat. Et quid Sixtus quartus conceſſerit ſacerdotibus ordinis minorum, & prædicatorum.*

5 *Abbates, quænã ex his, quæ ſuperius dicta ſunt, benedicere poſſint. Et eorum, quæ ad altaris ſacrificium pertinent, quænã benedicenda ſint, & quibus benedictio neceſſaria non ſit.*

6 *Rurſus benedici ex his, quæ ſupra dicta, quænam debeant, & quando.*

7 *Ad vſus humanos num aliqua ex his, quæ ſupra dicta ſunt, conuerti poſſint. Et quid de his, quæ iã vſu, & vetuſtate attrita ſunt. Item quid de hoſpitali, aut monaſterio epiſcopi authoritate extructo, an ſi nondum conſecratum ſit, ad ſeculare habitaculum conuerti queat.*

8 *Corporalia, an poſſint per laicos ablui, & an per moniales. & vaſa ſacra, palla, & corporalia huiuſmodi contingere queant. Et an veſtibus ſacris mortui indui poſſint. Et quid de epiſcopis, & ſacerdotibus.*

9 *Benedicere aliquid præter ſupradictos, num alij poſſint. Et qui, ac quando. Et quid de muliere. De benedictione autem nuptiarum, remiſſiue.*

1 BENEDICTIO ministrorum eccleſiæ eſt duplex. prima rerum, puta aquæ, de qua ſupra, Aqua benedicta. & veſtiũ, ac vaſorum. Et ſecunda perſonarum, quæ dr̃ benedictio ſuper populum: & duplex eſt. Prima, ſcilicet ſolennis, quæ cum illa fit ſolennitate, Adiutorium &c. & hanc facere poſſunt epĩ, ſolùm in tota ſua diœceſi: & archiepiſcopi in tota prouincia, cùm viſitant. Et legati ĩ terminis ſuæ legationis: & abbates, quibus ex priuilegio conceſſum eſt, vt notatur 26. q. 6. miniſtrare. de conſec. diſt. j. cũ ad celebrãdas. de exceſ. prçl. accedentibus. de priuil. Abbates. li. 6. Secunda eſt ſimplex, & hęc fit à ſacerdotibus in miſſa abſente epõ, aut de mandato eius interpretatiuo, cũ præſens eſt xxj. diſtin. denique. xcv. di. ecce ego. Et hoc dixit Ray. & gl. eius, vt in Sum. Confeſ. l. 3. tit. 27. q. x. vbi & dr̃, ꝙ presbyter celebrans pręſente epõ, innuere debet ei an velit bñdicere: & ſi velit, ipſe non benedicat. ſi verò nolit, benedicat ipſe ſimplici benedictione, nulla alia expſ̃ſa licẽtia petita: quia ex quo ꝑmittit celebrare miſſam, intelligitur ſpectantia ad illud ꝑmittere: arg. de off. deleg. præterea. Huiuſmodi aũt eſt benedictio. de conſe. diſt. j. miſſas. Benedictio ẽt aliarũ rerũ eſt duplex, vt patet ꝑ notata in d. c. Abbates. quædam ſcilicet cũ ſacra vnctione, vt benedictio altaris: q̃dã aũt eſt verbalis ſolùm, vt benedictio veſtium.

2 † PRIMO verò quæritur pro notitia dicendorũ, vtrum ea, q̃ conueniunt epõ, conuenire poſſint de iure, vel conſuetudine ſimplici ſacerdoti? Et dico ꝙ tripliciter aliqua epõ conueniunt. Primò ſcilicet ratione ordinis: & hæc ſ̃m gl. in c. tranſmiſſa. de elect. & tex. in c. quamuis. lxviij. diſt. ſunt velut clericos ordinare, vel deponere, conficere chriſma, cõſecrare virgines, eccleſias, vel altaria, baptizatorũ frontes chriſmate benedicere, & huiuſmodi: de quibus dicit Pan. in c. tranſmiſſa. ꝙ in electũ confirmatum non tranſeunt, niſi poſt conſecrationem, id eſt, poſtquam habuerit ordinẽ epalẽ, qui in ipſa cõſecratione confertur. Et ſecundò, ratione iuriſdictionis & de his gl. c. tranſmiſſa: exẽplificat; ſicut eſt iudicare, excommunicare, corrigere, iuramẽta recipere à vaſallis, confirmare, inueſtire, cõferre beneficia, & ſimilia. Et tertiò ratione dignitatis epalis: vt cognoſcere de cã matrimoniali, publicas pęnitentias imponere, vel dare indulgentias, & huiuſmodi: de quibus Pan. in c. accedentibus. de exceſ. p̃l. igitur, q̃ conueniunt ei primo modo, per inferiorem acquiri

acquiri nō poſſunt per conſuetudinē quantumcunq; vetuſtam, ut patet ex c.qñ. de conſue. vbi ēt oēs Doct. concordāt. ſed q̄ conueniunt ei ſecūdo modo, per inferiorē clericū præſcribi poſſunt: vt patet per c. auditis. & c. olim. de præſcri. & in hoc ēt ibi concordant Doct. & ſimiliter præſcribi per inferiorē poſſent ea, q̄ ſunt dignitatis ep̄alis: ut patet per d. c. auditis. & c. cùm olim. & c. accedentib. vbi Pan. dicit iſta bene poſſe acquiri per cōſuetudinē: ex quo habetur, ꝙ dicuntur eſſe potius iuriſdictionis, q̄ ordinis: vñ poſt confirmationē, & ante conſecrationē electus in ep̄m, concedere pōt indulgentias, ēt ſi nō ſit ſacerdos: vt patet per Doct. & Pan. in d. c. accedentibus. quia iſtud eſt iuriſdictionis. Et idem dic de cognitione cauſarū matrimonialium, & impoſitione pœnitētiarū publicarum. Ad hmōi tñ præſcribenda, ſ̄m Pan. in c. auditis. requiritur titulus putatiuus, cū ius cōe reſiſtat: vel tm̄ tp̄s, de cuius initio memoria hoīum non exiſtit: vt in c. j. de p̄ſcr. lib. 6.

3 †SECVNDO, vtrum benedictio calicis, corporalium, & veſtimentorū, & hmōi, ſit ordinis, vel iuriſdictictionis, vel dignitatis ep̄alis? Et dico hoc multis eſſe dubium quibuſdam dicentibus, ꝙ ſunt ordinis: quia ſi eſſent iuriſdictionis, vel dignitatis ep̄alis, præſcribi poſſent, vt patet ex dictis, non ſolū per abbates, ſed etiam ꝑ inferiores, & conſequēter iſti poſſent etiam corporalia benedicere: ꝙ eſt abſurdum, nullibi auditum, & contra omnē conſuetudinē. Quibuſdam verò econtrario dicentibus, ꝙ ſunt iuriſdictionis, vel dignitatis: quia ſi eſſent ordinis, p̄ſcribi nō poſſent per abbatem, aut alium inferiorem ep̄o: & conſequenter abbas nō poterit benedicere, etiam veſtes, aut alia paramēta: quod abſonum & contra cōſuetudinē vr̄, cum benedicat paramenta non ſolum ſuarum eccleſiarum, ſed etiam vndecunque venientium. Dico autem, ꝙ de iure vel cōſuetudine omnia iſta ſunt ordinis ep̄alis, ſ̄m cōem doctorum ſententiam: quam etiam tenet Pan. in c. aqua. de conſecr. eccl. vbi quærit, quare delegari non poſſunt ea q̄ ſunt ordinis ep̄alis, ſed alia? Et ſi rn̄det, ideo eſſe, quia poteſtas exercendi ea quæ ſunt ordinis à nuda voluntate ſuperioris non dependet: ſed conſiſtit in certa forma per eccleſiā tradita. & iſta eſt ratio decidendi tex. in d. c. aqua. q̄ verò ſunt iuriſdictionis conſiſtunt in nudo exercitio voluntatis: ideoq; delegari pñt cuicunq;, ſecus in his, quæ ſunt ordinis. hæc ille. Ex quibus patet propoſitum. ſ. qđ prædicta ſunt ordinis, quia eorum benedictio conſiſtit in certa forma per eccleſiam tradita: ut in benedictione calicis patet: ubi requiritur unctio, & ſpiritualis oratio, & benedictio; in benedictione autem corporalium requiritur alia, ſpiritualis forma: & alia in benedictione veſtium: unde oēs hmōi benedictiones ſunt ordinis ep̄alis. Et ad rōnē ꝓbantē, ꝙ non dico, ꝙ horum quędā ſunt ordinis ep̄alis ꝓpriè, ut quæ numerātur in d. c. quamuis. & gn̄aliter oīa, quæ unctione benedicuntur, & q̄dā reductiue, uel largè fortè rōne cōſuetudinis: vt ea q̄ ſuꝑ addunt doctores. uñ abbates p̄ſcribunt horum q̄dam, & non oīa, ut benedictionem ueſtium, non autē uaſorum, ſiue, calicum. Et præterea idem probatur conſuetudine gn̄ali: quia tales benedictiones nunquam niſi poſt conſecrationem conferunt, ſi autem eſſent iuriſdictionis, uel dignitatis, poſt confirmationem, & ante conſecrationem conferre poſſent, ſicut & alia huiuſmodi conferuntur.

4 TERTIO, †utrum benedictio calicis, paramentorum, & hmōi, promiſſis celebrādis, fieri poſſit à ſacerdote? Et dicunt doc. ī cle. attendentes. de ſta. reg. ꝙ non: quia ſunt potius ordinis ep̄alis. Et idē tenēt ī c. abbates. de priui. li. 6. & Sum. Roſel. & hoc hēt cōſuetudo: & ſimiliter ſtylus curię dātis priuilegia ordinibus religioſorū: ut bn̄dicere poſſint paramenta, excepto corporali, ꝙ fruſtra fieret, ſi hoc iure, vel cōſuetudine poſſēt. Sū. Ang. dicit ſuo iudicio ſacerdotes poſſe bn̄dicere paramēta, hac rōne: quia oīa q̄ ſūt ordinis pñt, niſi ſint ordinis ep̄alis, uel ſint eis ſp̄āliter interdicta. c. q̄uis. 98. diſ. & d. c. ecce. & 58. diſt. legimus. Sed benedictio paramentorum non eſt ordinis ep̄alis: quia competit abbati ex conſuetudine, ut tenent docto. in d. cle. attendentes. qđ fieri nō poſſet, ſi eſſet ordinis epiſcopalis, ar. eorum quæ notātur in c. pe. de conſe. eccl. uel alta. non eſt ēt eis prohibitum: unde credo, inquit, ꝙ poſſint omnia pertinentia ad celebrationem miſſarum. quæ cum ſacra unctione non fiunt, nec ſunt eis ſpecialiter prohibita, poſſunt benedicere. Sed iſta ratio aſſumit duo falſa. Primum, ꝙ ſimplex ſacerdos poſſit, quicquid non eſt ordinis epiſcopalis, uel ei ſp̄āliter interdictū: & īſtātia eſt de his q̄ de cōſuetudine reſeruantur ep̄o: ſicut eſt abſolutio ab homicidio. Sc̄d̄m eſt, ꝙ bn̄dictio ueſtiū non ſit ordinis epiſcopalis: quod ſaltem de

conſuetudine falſum eſt. Recitat tñ Sũ. Roſ. Sixtũ quartũ hoc conceſſiſſe ſimplicibus ſacerdotibus ordinis Minorũ, vt bñdicere poſſint omnia eccleſiæ vel altaris ornamenta, & veſtes ſacerdotales, & huiuſmodi, excepto corporali. & conſequenter idem poſſunt ſimplices ſacerdotes ordinis Prædicatorum.

5 †QVAERITVR etiam tertiò, vtrum abſtinendũ ſit à diuinis, ſeu ſacris aliorũ peccatorũ in crimine iacentiũ? Et dicit Pan. vbi s̃.diſtinguendũ eſſe per tria membra: quia aut ſunt ſuſpenſi ab hoĩe, ſiue præciſi: vt excõicati, depoſiti, vel ſuſpenſi ab officio: aut ſunt ſuſpenſi, vel præciſi à iure, aut neutro modo. Si ab hoĩe: non eſt licitũ ab eis recipere aliqua ſacr̃a, vel audire diuina: q̃a nullo modo poſſunt dici tolerari, ex quo ꝑ ſententiã cõdẽnati ſunt: vt in c.veſtra. & 9.q.j. c.j.& ij.& no. Inno.in c.qualiter & qñ.el ij. de accuſ. Poſſet tñ dubitari de baptiſmo: & potius credo, inquit, ꝙ licet: quia & ab heretico in neceſſitatẽ licitè ſuſcipitur. pro quo vide tex.in ratione eius.32.diſt.§.verum. Si verò à canone, ſubdiſtinguendũ eſt: quia ſi factũ eſt occultũ: ſentiunt doctores in c.veſtra. ꝙ abſtinendũ ſit à ſacris volũtarijs, niſi ſit ſcandalũ: ſed non à neceſſarijs. Sed ſi factũ eſt notoriũ: nullo mõ recipere licet aliqua ſacr̃a à talibus, excepto baptiſmo, & corpore Chriſti, q̃ in neceſſitate licet ab iſtis recipere: ſicut dr̃ de fornicarijs & ſimoniacis in ordine: vt in d.§.verum. vbi vide bonam gl. quare potius permittantur iſta, q̃ alia. Si verò nec ab hoĩe neq; à canone ſunt præciſi: poſſumus ſine ſcandalo abſtinere à ſacramẽtis voluntarijs: nec tñ non abſtinẽdo peccamus: quia non ſunt ſuſpenſi quo ad nos: vt in c.fi.

in c.fi.de coha.cle.& mu.hæc oĩa Pan.bene: cui in hoc cõtrariatur d.Ant.qñ peccatũ inducat ꝑuiſionẽ,vel nõ inducat:vt patet in q. ſeq.Aduerte tñ,ꝙ qñ Pan.dicit,aliqua ſacra neceſſaria à peccatore licitè ſuſcipi: ſemper limitãdũ eſt ĩ neceſſitate.i.qñ haberi iure & cõmodè nõ poſſunt ab alio:quia cũ peccent mortaliter ſacramenta miniſtrãdo.c.fi.de tẽ. ord. non debeo eos ad hoc ſine neceſſitate inducere: imò ẽt ſi ad hoc eſſent parati, adhuc nõ liceat ſine cã rationabili ab eis ſuſcipere,qñ habere poſſumus ab alio:licet contrarium teneat Sũ. Ang. quia licet tunc eos non inducamus: tñ eis peccãtibus ſupponimus materiã vnius peccati mortalis. qđ aliter nõ cõmitterẽt: ſicut peccat mulier ſine cã ſupponẽs ſe oculis eius.quem ꝓbabiliter credit paratum concupiſcere omnẽ mulierẽ viſã, quia dat occaſionẽ vnius peccati mortalis diſtincti à priore,vel ſaltẽ occaſionẽ cõtinuãdi ꝓcedẽs. Et idẽ dico de eo,q cõmodè hře põt mutuũ gratis,ſi accipiat à parato fenerari. Non tñ debet quis facile credere aliquẽ eſſe in mortali:cũ ſubitò conteri poſſit.

5 †QVAERITVR quartò,vtrum omne peccatum notorium inducat ꝑuiſionem ſeu ſuſpẽſionẽ à canone,ſicut & fornicatio? Et dicit d.Ant.ĩ d.c.veſtra.vt ibi recitat Pan. ꝙ ſic:quia omne peccatum notorium interdicit officium ſine diſpenſatione: de temp. ord.c.fi.quã opinionẽ Pan.reprobat ꝑ tex.ĩ c.fi.de coha.cle.& mul.quia tex.ibi ſe reſtrĩgit ad peccatũ notoriũ,qđ eſt fornicatio. & idẽ dicit tex.ĩ c.nullus.diſt.32.ad c.aũt fi. de tẽp.or.dicit ſe fateri,ꝙ ſacerdos peccat grauiter celebrãdo: nõ aũt alij miſſam audiendo.Sũ.aũt Roſ.dicit hanc opi.Pan.tenendã: quia cùm materia ſit pęnalis, eã vltra terminos ꝓprios extendere nõ debemus: vt ĩ. dicetur in tit.Leg. Sed Sum. Ang. cõtra dicit, 6 opi.do.Ant.eſſe veriſſimã:† QVIA cõſtitutio pœnalis ẽt quo ad pœnã extenditur ad caſum ſimilẽ ex identitate rationis,ſi ratio ĩ ea cõſtitutione eſt exꝓſſa:vt in l.his ſolis. C. de reuo.do.de quo vide ĩ.Lex.§.18. di. aũt. c.veſtra.ratione notorietatis peccati cõcludit notoriũ cõcubinariũ ſuſpenſum: vñ erit idẽ in omni mortale notorio. Tu verò dic primã opi.eſſe verã.& ad motiuũ Ang. dic, ꝙ in d.c.veſtra. cõtrariũ nõ ꝓbatur ꝑ notorietatẽ peccati in cõi,alioquin veniale notoriũ illũ inferret,ſed peccati,de quo mẽtio ꝑceſſerat. ſ.fornicationis. Et ꝑterea nõ eſt ratio eadẽ de peccato notorio ſpirituali & carnali:qđ habet maiorẽ elongationẽ & irreuerentiã reſpectu ſacrorũ ſpũaliũ:† VNDE ꝑ 7 peccata carnis ẽt poſt cõfeſſionẽ dꝫ q̃s à celebrãdo abſtinere ad tp̃s,vt ĩ. Euchariſtia.3. §.x.& xv.qđ nõ legitur de ſuperbia.† DICO 8 igitur, ꝙ vbi alterius ſacerdotis copia non ſuppetit,licitè capio ſacra ẽt nõ neceſſaria à notoriè inuido,vel ſuperbo. VTRVM †aũt 9 clericus fornicator ſit ſuſpenſus, vel efficiatur irregularis celebrãdo.aut q cũq; aliàs.peccator,vide ĩ.Cõcubinarius.§.4. & ĩ.Luxu.§.3.

RVRSVS de Clerico tertiò,quantum ad licita.quibus tenetur abſtinere.

1 *Clericus,a quibus abſtinere debeat,& an negotiari poſſit.Et quid ſi egeat.*

2 *Artificium,aut negotiationem honeſtam aliquã exercere num poſſit clericus.*

3 *Clerici negotiatoris quænam ſit pœna. Et huiuſmodi clericus per quem ac quoties, vt ab huiuſmodi negatione deſiſtat,admoneri debet.*

4 *Clericus num tabernarius, aut macellarius eſſe queat.Et quid ſi huiuſmodi officia exerceat,ſed nõ publice,aut in pſona.Itẽ quid de alijs viliorib.*

5 *Cleri. nũ hiſtrionẽ agere poſſit.Et an arma deferre.*

6 *Clericus nũ in laici manibus iurare poſſit.*

7 *Clericus matrimoniũ contrahere nunquid poſſit.*

1. CLERICVS† Tertiò debet eſſe alienus à quibuſdam ſecularibus actibus aliàs licitis:de quibus patebit ꝑ ſequentes quæſtiones. Primò enim quæritur, vtrũ clericus negotiari poſſit? Et dico,ꝙ nõ, quo ad negotia ſecularia, maximè inhoneſta. ne cler.vel mo.c.j.de vi.& ho.cle.c.fi.Sed tñ notandũ eſt ſm Pan.in rub. ne cle. vel mon. ꝙ negotiũ ſeculare dupliciter dr.Primò largè,vt comprehendat omne viuens ex carnali concupiſcentia.nõ frænata ratione: id eſt, illud,per quod viuitur omnino ſeculariter,ſiue ſm carnem & ſeculum: non ſm ſpiritum & Deum.Et,hoc innuit tex.in d.c. j. in prin. & hoc prohibetur etiã laicis:ſed magis clericis:vt in d.c.j.¶Secundò ſtrictius,vt comprehendat omne pertinens ad Rempublicã mũdanã,& ſeculares homines.qđ quidem licet ſit permiſſum laicis,tñ clericis nõ licet.vñ l. placet.C.de epiſ.& cler.dicit tex.ꝙ clerici nihil cõe habent cum publicis actibus, vel ad curiã ꝑtinentibus,cuius corpori nõ ſunt annexi.ꝑ qđ patet,ꝙ nullũ officiũ habere poſſunt in Repub. ¶Tertiò,adde tu, ꝙ ſumitur ſtrictiſſimè,& ꝓpriiſſimè,vt negotiũ ſit exercitiũ mercatoris, & negotiatoris, q emit vt rem immutatam maiori pretio vendat: de quo ĩ.Negotiatio. Igitur clerico negotiari non

non licet. Primò intendendo rebus emendis & uendendis pretio maiori, vt inde lucretur, quod eſt propriè mercari & negotiari. diſt. 88. fornicari. ne cler. vel mo. c. j. iūcta gl. vbi & dr̄. ꝙ negotiari pōt ꝓꝑ neceſſitatem. Sed intellige operādo ſuis manibus, vel emēdo rem, vt habeat materiā ad aliquid operandum. & vide ibi gl. in verbo, cōductores. Quòd ſi clericus ſuccedit conductori: licitè ſtare pōt in illa cōductione vſq; ad pfinitum tp̄s locationis. Si etiam bladū emptū prȩter propoſitum ſuperſit, & vendat carius: nō eſt illicitum, ſm Hoſt. Nec ſecūdò, intendendo quæſtionibus in iudicio ſeculari, ſ. aduocando & procurādo. Vnde dicit Pan. in c. ij. ne cle. vel mo. ꝙ pōt eſſe procurator generalis in cauſa eccleſiaſtica corā iudice eccleſiaſtico: non aūt in cauſis ſecularibus in iudicio vel extra. Et hoc ſi habet beneficium, etiam ſi ſit in minoribus. Et ſimiliter ſi beneficium non hēt, ſed eſt in ſacris. Et hoc niſi pro ſe & eccleſia, & miſerabilibus perſonis. de poſtul. c. j. vel niſi ſuam iniuriā proſequatur. 3. q. 4. omnibus, vel iniuriā ſuorū, aut quācunq; honeſtā eorū cauſam, ſi neceſſitas immineat. de poſtu. cū ſacerdotis. Nec tertio, ſuſcipiendo gubernationes aliarum rerum, ſeu procurationes alienorū negotiorum: pōt tn̄ ſuſcipere tutelas à lege impoſitas, ſi vult: licet nō tutelā datiuā, id eſt, quæ datur à iudice, qn̄ nō eſt per teſtm̄: ſed ad tutelā cōmunem, & curam orphanorum ac viduarum, quæ inde ſenſæ ſunt, aut earum perſonarū, quæ maximè eccleſiaſtico indigēt adminiculo, oēs clerici & monachi tenentur. Recipere poſſunt etiā de licentia epōrum gubernacula eccleſiaſticarū rerum: vt in c. peruenit. diſtin. 86. de quo etiā ī. Tutela. §. 3. nec quartò exercēdo quaſcunq; negotiationes. quod ꝓꝑ hoc verbum maximè notauit Pan. in d. c. clerici officia. ubi dicit tex. Clerici, officia vel commercia ſecularia nō exerceāt, maximè inhoneſta. Vbi glo. dicit, imò nunquam de manu ſua exeat pſalterium. de cōſe. diſt. v. nunquā. Sed hoc verum eſt, qn̄ nō eget: ſecus ſi eget. quo caſu vti pōt negociationibus honeſtis, & victum manibus quærere. xci. diſtin. clericus. & c. j. de celeb. miſſ. & in c. j. ne cleri. vel mo. vbi dicitur, ꝙ negotiari poteſt propter neceſſitatem. quod intellige vt dictum eſt: ſed de hoc in §. ſequen.

2 SECVNDO † quæritur, vtrū aliquod artificium vel alia honeſta negotiatio clerico liceat? Et dico ſm Ray. ꝙ ſi clericus eget, pōt honeſto artificio q̄rere neceſſaria, imò ſm Arch. ſine hoc. dumtamen ꝓꝑ hoc nō deſit ab officio diuino. diſt. xcj. ꝑ totum. de cōſe. diſt. v. nunquam. ne cler. vel mo. c. j. Nec obſt. d. c. j. & 88. diſt. per totum. vbi clericis oīs negotiatio prohibetur: quia ſm gl. in c. canonum. 14. q. 4. emere chartā pro libro cōſcribendo, vt ſic lucretur victum, nō eſt negociatio propriè, ſed artificium: in iuribus aūt allegatis ꝓhibetur negociatio, propriè. Poteſt ēt recipere poſſeſſiones excolēdas ad quartā vel quintā partem, & huiuſmodi, ſeu ipſas cōducere ad ſuſtentationem ſui & ſuorum. arg. di. 86. peruenit. in verbo, auaritiæ cauſa. vbi hoc ſentit gl. & in c. clericus. diſt. xcj. & ſatis concordat Hoſt. & Pan. in c. ſecūdus. ne cle. vel mo. Poteſt ēt locare animalia, vt oues & boues. ſ. ſi hæc habet ex decimis, vel ſucceſſione, aut aliàs ſibi data: aut ſi habens paſcua multa emit ea vt illa depaſcerent ad ſuſtentationē ſuā ſuorum, & pauperū, non aūt ſi emit vt traderet ad crementū: vel aliud ageret ī fraudē negociationis, ſm gl. Ray. & Sū. Con. Pōt ēt vt addit Verucc. emere rem, vt eā melioratā vendat carius: puta equi pullum nutriendum, vel tabulā vt imaginē faciat: quia in talibus non eſt negociatio, ſed artificium: vt no. 14. q. 4. canonū. de conſe. diſt. v. nunquam. & de his Sum. Cō. li. ij. tit. 7. q. xlj. & tit. 8. q. ij. & 3.

3 TERTIO † quæritur, q̄ ſit pȩna clerici negociatoris propriè? Et dico, ꝙ mortaliter peccat ſm mentē Doct. maximè Pet. de Pal. & Arch. q. hoc arguit ex pȩna impoſita: quia dēt excōicari. extrà, ne cle. vel mo. ſm. quia pro quolibet mortali, à quo quis non vult corrigi, pōt excōicari. xj. qūo. 3. nemo epiſcoporum alias incipit, ſm inſtituta. & ſi ſe non correxerit, dēt deponi. xcj. diſt. clericus. extrà. ne cle. vel mon. ſed nec ita tn̄ ꝙ religioſi diſtrictius alijs puniantur. vt in d. c. nec in foro penitentiæ iniungi dēt vel ſaltē conſuli, vt lucrū huiuſmodi pauperibus erogent. 14. q. v. habetis. ad hoc tn̄ non tenentur, ſm gl. Ray. & Sum. Cōf. & hoc vr̄ ſequi Zenc. & Car. in cle. j. de vi. & ho. cleri. licet Matth. ibi teneat, ꝙ tenentur. Poſtquam aūt quis tertiò monitus nō deſtiterit, perdit priuilegium clericale. de vita & hone. cle. c. fi. Quanquam verò Doct. ſint varij: tn̄ credo, ꝙ mortaliter peccet negociādo religioſus, etiam conuerſus: vt dicit Pet. de Pal. & clericus in ſacris: non autem clericus exiſtens in minoribus, ſiue coniugatus ſiue nō: quia

poteſt impunè redire ad ſeculum: & laicare. vtſ. Apoſtaſia. §. ij. maximè, ſi non habet beneficium. Si tñ non eſt coniugatus, cogi põt ꝑ priuationẽ priuilegij clericalis fori, quo ſ. cauetur ne clerici vexentur exactionibus in perſona uel bonis: vt l.ij.C.de epiſ. & cle.de vita & hon.cleric.c.fi. nõ aũt forte per priuationem priuilegij canonis, ſi quis ſuadẽte.17.q.4.ẽt ꝑ trinã monitionem: nec etiã ꝑ priuationem priuilegij fori, quo ad hoc vt poſſint ꝑ laicum cõdemnari ꝓ criminibus vel exceſſibus, criminaliter aut ciuiliter: quia clericus coniugatus quem oportet ſecularibus negocijs intẽdere: vt in c.Ioã.de cler.coniug. is gaudet: ſi contraxit cũ vnica & virgine, & defert habitum ac tõſurã: vt in c.vnico.de cler.coniug.li.6. Si verò ſit coniugatus, cogi nõ põt ꝑ priuationem dicti priuilegij quo ad vexationẽ in perſona vel bonis: quia ipſo facto ꝑ cõtractum mrĩmonij illud perdidit: vt in d.c.vnico. Et ſicut exiſtẽtes in minoribus, ita & religioſi, & clerici in ſacris cõpelli poſſunt ꝑ dictã priuationem. ❡Quartò quæritur ꝑ quẽ & quoties neceſſarium ſit fieri dictã monitionẽ? Et dicit Pa. in c.cõtingit.el ij.de ſen.excõ. ꝙ fieri nõ dꝫ ꝑ iudicem ſecularem: ſed oportet eã fieri ꝑ epm̃, vel ꝑ habentem iuriſdictionem epiſcopalem ſuꝑ monendum: nec refert vtrum eã habeat ex priuilegio, vel cõſuetudine, vel à iure, ſm̃ gl.in c.ſi clericos.de ſent.excõ.li.6. Et dicit idem Pa. in c.fi.de uita & hon.cler. ꝙ oporteat eã eſſe trinã: quia vbicunq; agitur de pęna incurrenda, & ius exigit trinam monitionẽ aut citationem, non ſufficit vna peremptoria: vt voluit gl.not.in c.j.de uita & ho.cler.& Io.And.in c.ex tuæ.de cle.non reſi. Et ſi obijciatur, quia vbi à iure requiritur trina citatio, ſufficit vna perẽptoria: quę hẽt vim trinę: vt in l.tres denunciationes.C. quo.& quan.iud. Sum. Ang.ſoluit, ꝙ in citatione ſufficit vna, nõ in monitione: quia iura ita voluerunt. Sed quia Pan.de utroq; ꝑmiſcuè & indifferenter vbiq; loquitur, quãtũ ad hoc: ideo dico, ꝙ vbi agitur ad pęnã, nõ ſufficit vna monitio ꝓ trina, nec ſimiliter vna citatio, niſi vrgeat neceſſitas, vt dictu eſt ſ. Citatio.§.j. Si tñ fieret monitio. ẽt in pęnalibus, ꝑ viã ſtatuti valeret: q̃a ſtatutũ hẽt vĩ legis: & p̃latus põt ſtatuẽdo augere pęnã iuris, & infligere pęnã ſine monitiõe verbali: aliàs requirit monitio. de cõſti.c.2.li.6.

4 QVINTO † q̃ritur, vtrũ liceat clerico exercere officium tabernarij aut macellarij? Et dico, ꝙ clericus nec miniſtrare nec mãducare aut bibere debet in taberna, niſi cã neceſſitatis in peregrinatione.44.di.c.nõ oportet. & c.nulli.& c.clerici. ſi aũt officiũ tabernarij aut macellarij facit publicè, & ꝑſonaliter: ſi tertiò monitus nominatĩ nõ deſiſtat, ſeu ſi poſtquã deſiſtit, illud reaſſumat, ꝑdit priuilegiũ clericale oĩno, ſi ſit coniugatus, ẽt illud, ſi quis ſuadẽte. Si verò nõ ſit cõiugatus, & nõ incedit vt laicus, ſed habitũ defert, ꝑdit in rebus tñ: & ſi oĩno incedit vt laicus, ꝑdit illud ẽt in ꝑſona, quandiu p̃dictis inſtiterit: vt in cle.j.de vita & ho. cle. Si tñ tale officiũ dimittit, & habitũ recuperat, recuperat vtrunq; priuilegium tã coniugatus q̃ nõ coniugatus, ſm̃ Imo.ibi poſt do. Ant.& idem Pan.& gl. Sed intellige, ꝙ nõ eodẽ modo reaſſumit priuilegium coniugatus ut nõ coniugatus: ſed illud quo gaudet vt in c.vnico.de cleric.coniug.li.6. Et dicit gl.in d.cle. in verbo, clericos. ꝙ illa cõſtitutio cõprehẽdit ẽt exemptos delinquentes in loco non exempto: cũm ꝑ id ſubſint diœceſanis: non aũt exemptos delinquentes in loco exẽpto: cum excitet officium diœceſanorum tñ: maximè quia qñ iura iſta volunt ſuꝑ exemptos iuriſdictionen tribuere, hoc exprimũt: vt in d.cle.quia regulares.de ſupp.negl. præla. Et ſm̃ Cardin. ibi, hæc monitio dꝫ eſſe trina: nec ſufficit vna ꝓ tribus, & nominatim. nec ſufficit generalis & facta clerico tale officiũ exercenti: nec ſufficit ꝙ fiat ante tale exercitium: aut ſi exercet vnum horum officiorũ, nõ ſufficit vt moueatur deſiſtere ab alio, nec erit locus pęnę, ſi exercet aliud. ❡Sextò quęritur, vtrum ſit locus dictæ pęnæ ſi clericus exercet quidem p̃dicta officia, ſed nõ publice, vel nõ ꝑſonaliter? Et dicit gl.in verbo, publice, ꝙ nõ: ſed illa duo publice & perſonaliter, coniunctim requirũtur: vnde ſi occulte, vel ꝑ alium hęc exercet, ceſſat pœna ſed nõ culpa. Gemi.aũt in c.j.eo.tit.li.6. dicit ꝙ aut clericus vult haberẽ tabernã, vt perſonaliter adminiſtret in artificijs ẽt inhoneſtis, & hoc eſt prohibitũ. diſt.44.nulli. Aut vult ad miniſtrare in artificijs clerico ꝑmiſſis: & tũc põt habere: vt in gl.diſt.lxxxviij.negociatorem. Aut vult eã habere: non ut perſonaliter miniſtret, ſed vt alij locet, q̃ exerceat ibi ſua artificia: & hoc nõ eſt prohibitũ. Pro quo facit ẽt tex. in c.ſignificante. de appellationi. vbi canonici habebãt ſtallos, in quibus carnes incedebãtur. Cui ẽt tex. conſonare vr̃ dicens, non ſine miniſterio perſonaliter: qui ſi voluiſſet

noluiſſet prohibere etiam ꝑ alium, hoc potuiſſet. de deci.c.ad audientiam.Credo aũt, ꝙ ſi clericus hæc perſonaliter exerceret, ſed pro alio, adhuc teneretur hac cle.quia ſubeſt horror & uilitas. ¶Septimò.utrum clerici poſſint exercere officia præfatis uiliora; ut aptare pelles, & hmõi? Et dicit Pan.in d. cle.1.ꝙ non.rõne identitatis rõnis, rõ, quia ĩ his ſtatus clericalis dehoneſtat.arg. l. athletas §.ait Prætor.ff.de his qui no. infa.nõ tñ incurrunt pœnã ſtatutã cõtra exercentes offm tabernariorũ. Vñ credo, ſi sũt religioſi, vel ĩ ſacris,ꝙ mortaliter peccẽt exercẽdo iſta publicè:ſecus ſi occultè,ꝑ artificio ad victũ.

5 OCTAVO.† vtrũ liceat clericus facere offm hiſtrionis? Et dico,ꝙ ut colligitur ex c.clerici.iũcta gl.de uita,& hon.cleri. lib. 6. qui dicuntur hiſtriones, ſm canones, ut de conſe.diſt.2.pro dilectione.dñr bufones,ſm uulgare Tuſcũ: ſm Gallicũ uerò goliardi à gula,cui ſolẽt eſſe dediti:& Latinè dñr ẽt ioculatores.quaſi iocillatores in publicum.Faciunt.n.ſpectaculum proprij corporis,cuius ludibrio geſtus, & habitus hoĩum rẽpſentãt cum comœdijs.uel ſine. Et de his dico, ꝙ ſi hĩc ignominioſam artẽ clerici ꝑ annũ exercuerint:ipſo iure carent oĩ priuilegio clericali.& ſimiliter ſi minori q dẽ tꝑe,ſed tertiò moniti non reſipuerint:ut in d.c.clerici.Vbi nota,ſm Gem.ibi.ꝙ ubi canon pœnã imponit ipſo iure ex facto negatiuo: monitio nõ requiritur, quando illi additur certũ tps: ut ibi,ſi non deſiſtant intra annũ: qui in hoc caſu requiritur cõtinuus & integer. Ex quo ẽt nota,ꝙ ubi lex.uel ſtatutũ dat certũ tps: ad hoc ut pœna cõmittatur:intelligitur de tꝑe continuo. Nota uerò hic,ꝙ Arc.quẽ ſequitur Gem.in d.c.clerici.dicit, ꝙ clericus in ſacris,& ẽt monachus perdit priuilegiũ canonis,ſi quis ſuadente.17.q.4.Io.aũt Monal.tenet,ꝙ perdunt ſolũ exiſtentes in minoribus: ſed primũ eſt uerius. In occulto tñ.ut dicit ibi gl.uel cauſa infirmitatis,uel alterius honeſtæ rei cã,ioci aliquid facere non reprobatur.Et facit,qđ no. Io.de cithariſtis,& his q uarijs utuntur inſtrumẽtis.86. di.donare. in gl.hæc gl.ex quo intelligitur, ꝙ dicta pœna ligat ſolũ exercentes artẽ illã publicè.¶Nonò,utrũ liceat clericus arma portare? Et dico,ꝙ non, niſi ꝑ defenſione eo modo quo dictũ eſt ſ.Bellum.2.§.3.Si aũt relicto habitu clericali arma portauerint: & tertiò moniti illa non deponunt:ꝑdũt priuilegiũ clericale.đ ſẽ.exc.ĩ audiẽtia.Similiter ſi nõ ſint moniti, & immiſcent ſe tyrãnidi & enormitatibus, perdunt ipſo facto priuilegium clericale.ſi quis ſuadente.& c.de ſent.exc. ꝑpẽdimus.& c.cum non ab homine.de iud.c.1. in prin.priuilegium autem fori non perdũt niſi poſt monitionem,ſecundùm aliquos.& facit c.ſi iudex.de ſen.exc.lib.6.

6 DECIMO.† vtrum liceat clerico iurare in manibus laici? Et dico,ꝙ hoc nullo modo debet preſumere,ſcilicet ad petitionẽ cuiuſcunque laici, niſi fuerit ꝑ iudicem eccleſiaſticum requiſitus.22. q.ulti.c.nullus.

7 VNDECIMO. † vtrum clericus poſſit contrahere matrimonium? Et dico, ꝙ ſi eſt in ſacris, cõtrahendo eſt ipſo facto excõicatus,& matrimonium nullum:ut ĩ. Excõicatio.9.§.40.Si verò eſt in minoribus cõtrahẽdo cum ſecunda,uel cũ prima,ſed non uirgine,exuitur.oĩ priuilegio clericali, & additur ſeculari foro:& prohibetur ſub pœna excõicationis deferre tonſuram.de bigam.altercationis.lib.6. ſed cõtrahendo cum una,& virgine,deferendo tonſurã, & veſtes clericales, retinet clericale priuilegiũ in duobus,ut dictũ eſt ſ.Clericus.1.§.6.ſed iſta nõ deferẽdo retinet in nullo.de cleri.cõiug.clerici.lib. 6. Vtrũ aũt clericus poſſit eſſe iudex. ĩ. iudex. Vtrum autem poſſit eſſe Tabellio.ĩ. Tabellio.§.3.Vtrũ ẽt poſſit venari.ĩ.Venatio.§.1.

## RVRSVS DE CLERICO QVARTO.
quantum ad bona temporalia.

1 *Clerici bona multiplicis generis habere poſſunt, ut quibus proprium habere minime uetitum ſit.*

2 *Clericus adminiſtrationem habens, an teſtari queat. Et an mortis cã donare. Et quid ſi adminiſtrationẽ nõ hẽat,ſed beneficiatus ſimpliciter,an teſtari ĩter uiuos donare, et mortis cã poſſit.n.3.*

4 *Clericus, quod de acquiſitis perſonæ contemplatione & intuitu poſſit diſponere, an in omni clerico & caſu locum habeat.*

5 *Clericus cur quædã donare põt, legare non põt.*

6 *Clericus de acquiſitis intuitu dignitatis clericalis.num diſponere poſſit. Et quid de acquiſitis ex pœnitentiarum iniunctione. Item quid de eo qđ quis prælato,ipſius ſuaſione,relinquit.*

7 *Relictum clerico prælaturam non habenti,aut adminiſtrationem, cum contemplatione in dubio relictum eſſe uideatur.*

8 *Clericus,qui rem eccleſiæ ſuæ propria induſtria meliorem num de huiuſmodi melioratione diſponere,quaſi de re ſua poſſit.*

9 *Clericus in titulum patrimonium habens, num poſſit illud ad arbitriũ citra ſolẽnitatẽ alienare.*

10 *Clerici & religioſi,num poſſint de bonis aduenti-*

*tijs ſine patris conſenſu diſponere. Et quid de acquiſitis ante ingreſſum.* *(tes alere poſſit.*

11 *Clericus nũ de bonis eccleſiæ ſorores dotare, parẽ*

12 *Clericus patrimoniũ ſufficiens habens, nũ illud hæredibus ſeruare, et de beneficio uiuere poſſit.*

13 *Clerico ab inteſtato quis ſuccedat. Et quid tum agendum eſt, ſi neſcitur, res eccleſiæ num fuerint, an perſonæ.*

14 *Clericus præbendatus, num de reditibus eccleſiæ, & fidelium oblationibus, partes quatuor iuxta ueteraiura, facere teneatur.*

15 *Clericus beneficij fructus in uſus minime honeſtos conuertens, an peccet. Et qui male ab eccleſiaſticis accipiũt, nũ ad reſtõnẽ teneãtur. Et cui.*

16 *Clericus officium temere dimittens, fructus interim ab eccleſia pceptos nũ reſtituere teneatur.*

17 *Clericus an quos in peccato mortali exiſtens, fructus percipit, reſtituere teneatur. Et quid ſi excommunicatus.*

18 *Clericus ex quibus, & quibus reſtituet, quæ ñõ eccleſiaſtica beneficia reſtituere tenetur.*

1 CLERICVS † quartò, quãtum ad bona temporalia, hřc põt bona multiplicia, quæ ad duo genera reducũtur: quæ ſunt bona laicalia, ut acquiſita intuitu pſonę: puta ex ſucceſſione cognatorũ, uel amicorũ donatione, uel acquiſita ex ĩduſtria & bona eccleſiaſtica, cuiuſmodi ſunt beneficia, & acquiſita intuitu eccleſiæ, uel ex facultatibus ut de teſta. c. 1. cũ gl. Et aliqñ clerici non habẽt adminiſtrationẽ: qđ ẽm Gemi. in c. præſenti. de offi. or. tunc eſt, qñ non habẽt beneficiũ: cui ſit aſſignata dos, & tunc dñr ſimpliciter beneficiati: ut ſunt canonici, & ſi miles, quibus id, qđ habent, obuenit rõne pſonæ: non φ habeant pbendam in eccleſia diſtinctam: quia ſic haberent adminiſtrationẽ. ¶ Primò uerò quæritur, utrũ clerici poſſint hře propriũ? Et dico, φ ſic: ut patet 12. q. 1. epi. & ſi qua inueniantur capitula cõtraria, intelliguntur, ẽm ſtatum eccleſię primitiuę, quando nihil proprium poſſidebãt: vel de religioſis qui renunciauerunt proprijs. Tñ ẽm S. Tho. 2. 2. q. 185. clerici non ſic debent proprium poſſidere, ut dũ curãt illud, deficiant in ſpectantibus ad cultũ diuinum.

2 SECVNDO † quæritur, utrum clericus habens adminiſtrationem teſtari poſſit? Et dico, φ ſic de laicalibus indubitanter. 12. q. 3. c. 1. & 2. & extrà, de teſta. ad hæc. & c. q̃a nos. & hoc etiam ſi clericus ſit in ptãte pris aut aui conſtitutus. C. de epiſ. & cle. auth. pſbyteros. licet ſecus ſit in alijs perſonis: ut ĩ. Peculium. De alijs eccleſiaſticis aũt immobilibus aut mobilibus teſtari non põt; ẽm Inno. in c. cum in officijs. de teſt. ut ibi. & in c. adhęc. & in c. relatum. el 2. & 12. q. 3. c. 1. De conſuetudine tñ clerici alicubi teſtantur de fructibus & rebus mobilibus eccleſiæ acquiſitis: licet de iure ſit contrarium, ut dictũ eſt. Et ẽm Vlt. talis cõſuetudo ualet: quia de his teſtari non eſt illicitũ: niſi quia in fauorẽ eccleſiarum prohibitũ: unde ẽt quia iõ ſuadet oppoſitũ, ubi eſt cõſuetudo, hoc põt ẽm eũ. Et hæc ſi ſint modica, ẽm Pan. alioquin cõſuetudo eſſet in eccleſijs oneroſa. quod adhuc limita, ſi pie. & rationabiliter diſponat in foro animæ: & ſi diſpoſitio non ſe extendat ad ſacra uaſa diuino cultui mancipata, quæ cenſentur quaſi bona immobilia: ut ſ. Alienatio. §. 6. ſuper quibus nullam non ſolum donationẽ, ſed nec alienationem facere põt. 12. q. 2. c. 2. & oppoſita cõſuetudo eſſet irrationabilis, niſi uaſa eſſent ſuꝑflua, & trãſirẽt ad aliã eccleſiã: & de alijs mobilibus ſatisfieri neceſſitatibus nõ poſſet. Et idẽ uĩ de alijs mobilibus ꝑtioſis diuino cultui dedicatis. argu. c. fi. de teſt. De rebus aũt immobilibus cõſuetudo nõ ualeret: q̃a eſſet oneroſa, & irrationabilis, & reprobata à iure: dũ iſta alienari non pñt ſine illa ſolẽnitate, de qua 12. q. 2. ſine exceptione. ¶ Tertiò q̃rit, vtrũ clericus habẽs adminiſtrationẽ, donare poſſit cã mortis, uel inter uiuos? Et dico, φ de bonis laicalibus donare põt, ſicut & teſtari. de teſta. q̃a nos. de eccleſiaſticis aũt mobilibus, & fructibus pceptis põt in ægritudine conſtitutus, modo ſit compos mentis, dare pauperibus, & religioſis locis, & his q̃ ſibi honeſtè ſeruierũt, ſiue ſint ſiue non ſint affines: ut in c. ad hæc. & ĩ c. relatũ. el 2. de teſt. & idẽ ꝑt ex iuſta cã dũ ſanus eſt, dũmõ tẽperatè. de dona. cęterũ. & c. ad apoſtolicę. Nota tñ, ẽm Pan. in c. cũ in officijs. de teſta. φ nõ põt clericus de rebus ꝑdictis donare, aut alio modo diſponere, niſi in quatuor caſibus. ¶ Primò, qñ tantundem de ſuo expendit in utilitatẽ eccleſiæ. 12. q. 2. ſi quis. & q. 5. ſi epiſcopus. quia in hoc caſu poſſet ẽt teſtari: imò ſi non teſtaretur, hęres poſſet petere. facit c. de multa. & qđ ibi not. de pbendis. & l. quæ oĩa. in fi. ff. de ꝑc. & gl. in l. ſi non ſortẽ. §. ſi cẽtũ. ff. de cõd. indeb. ¶ Scđò, qñ hoc hẽt cõſuetudo ẽm Hoſt. & Lau. in d. c. ſi ep̃s. qđ Pan. intelligit de rebus mobilibus, & modicis: & tu limita ẽt, ut de teſtõ dictũ eſt §. priore. quo caſu ẽt teſtari poſſet. ¶ Tertiò, qñ donat intuitu eccleſiæ, quam clericus etiam in ægritudine

ſine facere pôt:vt in c.ad hęc.& in c.relatū. el ij.de teſta. ¶ Quartò, quādo vult remunerare honeſta ſeruitia, tam à conſanguineis, quàm ab extraneis recepta: vt in d.c.relatū. §.licet.Sum.Ang. addit quintò, quando dat locis piis,& religioſis,ex d.c.relatū. ſed hoc ſub tertio membro continetur. Nota verò practicam, ſm Pan. vbi ſ. ꝙ ſi clericus vult aliquo illorum quatuor reſpectuum vltimorum dare faciat dum viuit, & non relinquat quia non valet.d.c. ad hæc.ſed hoc dictū fallit ratione cōſuetudinis. De donatione aūt cā mortis.vide ĩ.Donatio.4.§.4.

3 † QVARTO, vtrum clerici non habentes adminiſtrationē,ſed ſimpliciter bñficiati poſſint teſtari? Et dico qđ Gemi.in c.pſenti. de offi.ordi.lib.6.dicit,ꝙ Arch.in c.ſtatutū. de reſc.lib.6.tenet, quod clerici non faciunt fructus ſuos q ſuperſunt deductis expenſis: alleg.c.j.12.q.3.& ita intellexit Bar. Brix.illū canonē,& ſic patet, ꝙ res acquiſitæ de bonis eccleſiæ non ſunt clericorū: quia clerici dēt ea q̃ ſuperſunt deductis neceſſarijs,pauperibus erogare:aliàs iniquè agunt.Et ꝙ acquiſita ſint in ꝓuiſione eccleſiæ,patet xij.q.j.epi. & cōſequenter de acquiſitis ſolus vſus competit eis,licet fateatur, ꝙ clerici ſunt ꝑceptorum fructuū dñi: & habent eorum ꝓprietatē quantū ad fidē, & debitā diſpenſationē ſibi,& ſuis faciendā. Et iſtā partē Arc. Gemi.verā credit, quā optimè ꝓbant iura q̃ alleg. tur:quia non dicuntur domini, ſed ꝓcuratores.& ꝓ hoc eſt tex. optimus, 12.q.j. clericus.& iſtud tenet glo. in c. quia nos. de teſta. His igitur ſuppoſitis, ad q̃ſitū ſic dicit Gemi.ſm gl. in d. c. pſenti. clericus non habens adminiſtrationē:ſed ſimpliciter, & pſonaliter bñficiatus in vita,& ĩ morte comparatur vſufructuario quantū ad faciendū fructus ſuos:& de ipſis ꝑceptis teſtari pôt: & ei eccleſia ſuccedit,quātū ad hos ab inteſtato. quam gl.quidam ſic intelligunt, ꝙ quilibet habens bñficiū ſimplex,teſtari poſſit. quod dicunt falſum eſſe:& contra c. relatū. quod loquitur in canonico& conſequenter habente beneficiū.ſimplex;q tñ, vt ibi patet,teſtari non pôt.& hoc inquit,fateor:ſed gl. rectè intellecta eſt veriſſima: & id nō dixit:ſed ad bñficiatū poſſe teſtari tria requirit. Primò, ꝙ non habeat adminiſtrationē.Scđo, ꝙ bñficium ſit ſimplex.Tertiò, ꝙ illud ſibi obueniat pſonaliter tātū,& cōſequenter tales fructus ſint cōceſſi rōne ſtipēdij pſonalis: quib. concurrentibus,poterit teſtari.Ex his inferē primò,ꝙ canonicus habens præbendā diſtinctā ĩ eccleſia de fructibus eius teſtari nō pôt: cū habeat adminiſtrationē. & hoc expreſſe voluit Inn. in c. nouū genus.de decimis. & eſt caſus in d.c.relatum.Et ſecundò,ꝙ canonicus teſtari poteſt de quotidianis diſtributionibus: quia dantur ꝓ ſtipēdiū pſonale, & ꝓ diurno labore:vt ĩ c.j.de cleric. nō reſi. lib.6.vnde de hoc teſtari pôt, ſicut mercenarius,& ruſticus de lucro operis diurni. Et ita ĩtelligi poterit iſta gl. quia talis quo ad iſtas diſtributiones eſt bñficiatus ſimpliciter & pſonaliter: quia dantur ꝓ ſtipendio perſonali tantū:nec habet rerū adminiſtrationē:vñ tales diſtributiones ſoluūtur ꝑ capitulū, ſingulis.Et hanc partē vĩ tenere Pan. dicens, ꝙ ea quę recipit clericus intuitu ſeruitij pſonalis tantū,tranſmittit ad ſucceſſores.Et tertiò,ꝙ ſi præbendæ non ſunt diſtinctæ in eccleſia: quia omnia veniunt in communi, & poſtea diſtribuūtur ſingulariter tantū ꝓ quolibet: ꝙ ēt de iſtis poſſit de iure teſtari. Et quartò, ꝙ habens capellanias in eccleſijs ad nutū remouibiles,q̃ nō dātur eis in titulū:ſed datur eis certū ſtipendiū in anno in pecunia, de tali ſtipendio teſtari poſſunt.c. quia nos. & c. relatū.de teſta. quia datur eis intuitu pſonæ ꝓ ſuo labore. Et ſic alio mō intelligi pôt d. glo.quia tales ſunt ſimpliciter,& pſonaliter bñficiati abſq; alia adminiſtratione.Et quītò infertur,ꝙ ſacerdotes, q ſunt in cōſortijs ciuitatū,ſicut Bononiæ,vbi habētes bñficiū in ciuitate ponuntur in qbuſdā cōſortijs, & vniuerſitatibus,& conueniūt in certis eccleſijs ad certā miſſam celebrādā. habētes poſſeſſiones illi cōſortio deputatas, de quarum fructib. datur tantū veniēti ad illā miſsā:poſſunt teſtari de talibus:quia dātur rōne ſeruitij pſonalis,& nō principaliter intuitu eccleſię.hæc ex Gem.in d.c.pſenti. ¶ Quintò,vtrū tales clerici nō habētes adminiſtrationē,donare poſſint inter viuos,& cā mortis? Et dico,ꝙ ſic, quantū ad ea de quibus teſtari poſſunt,q̃ ſ.ꝓueniūt eis ratione pſonæ, ſiue inquātū nō ſunt adminiſtratores: quia maius eſt legare,q̃ donare:vt patet ex dictis:& vlterius ſi qua habent,de quibus teſtari non poſſunt: vt quia reſpectu aliquorum habent adminiſtrationē, de illis poſſunt donare vtroque mō eadē rōne, qua & adminiſtratores.

4 † SEXTO quæritur.vtrum id. quod dictum eſt clericū poſſe diſponere de acquiſitis intuitu pſonæ,puta,ex ſucceſſione cognatorū, vel donatione amicorū, ſeu induſtria

ſua:puta,doctrina, vel artificio,habeat locũ in omni clerico,& oĩ caſu? Et dico, ꝙ Pet.vt refert Cy.in auth.licentiã.C.de epiſ.& cler.limitat hoc verũ eſſe in clericis inferioribus, non aũt in ẽpo.ẽt ſi eſſet Cardinalis, vt addit Bal. ibidẽ, & idẽ de p̃latis eccleſiarũ regularium.& eſt tex.in d.auth.q̃ ſolùm concedit, ꝙ p̃dicti diſponere poſſint de acquiſitis ante ẽpatum,vel p̃lationem: & de aquiſitis in epiſcopatu,vel p̃latione ꝑ cognationẽ, vſq; ad quartum gradum: de reliquis verò quali tercunq; acquiſitis diſponere non poſſunt: ſed acquiſiuit eccleſię.Cõmunis aũt opinio tenet contrariũ:vt j.Legatũ.ij.§.j.¶Clericus aũt potẽs de aliquibus diſponere ad libitũ: hoc non põt in multis caſibus, in quibus eccleſię tenetur. Primò,ſi dolo,vel culpa eccleſiam læſit: intelligendo tñ ſm Inn.in d.c.cũ in officijs.de culpa nõ leui: quãuis ipſum tenere ẽt de leui culpa ſit tex. apertus.C.arbitrium tu.l. quidquid.facit ff.de admi.tu.l.ſi res.& glo.in c. ea quæ.de offi.ordi.& idem Hoſt.& tñ eadẽ gl.dicit,ꝙ nõ tenetur de negligentia niſi craſſa,id eſt,lata: quæ tñ negligentia eſt culpa. Vnde vr̃,ꝙ teneatur de leui culpa ſi delinquit ſciẽter:& ſolũ de nõ leui, ſi ignorãter,ſiue ex negligentia, & de hoc j. Dolus. Secũdò,ſi de bonis eccleſiæ alicui fecit gratiã,ſm Inn.vbi ſ. q allegat l.cũ oſtendimus.ff.de fideiuſ.tu.& C.eo.l.ij.& vlt.Tertiò, ſi paſſus eſt ꝑ ꝑ negligentiã ſuã rem eccleſiæ præſcribi, ſm Pan. in c. ex p̃ſentium, de pigno. qui allegat c.placuit.el ij.16.q.3. Quartò,ſi reditus conuertit in vſus inhoneſtos.12.q.4.c.j.Quintò,in caſibus,in quibus dicetur, ꝙ clericus tenetur ad reſtitutionẽ. In iſtis enim caſibus primò tenetur eccleſię ſatisfacere,antequã aliud diſponat:q a prius ſunt reddẽda debita, q̃ beneficia præſtanda: ſicut magis tenetur homo ſoluere creditori cęteris paribus,quàm amicis benefacere.

5 SEPTIMO † quæritur, quæ eſt ratio, ꝙ clericus aliqua donare põt, & nõ legare? Et dicit Pan. in c.ad hæc. de teſta. hanc eſſe rationẽ,quia teſtm̃ morte cõfirmatur. de cele. miſ. cũ Marthæ. & conſequẽter effectus cõfertur in tp̃s,quo clericus non eſt futurus prelatus:ideo nõ põt de aliquo diſponere in teſtõ ex facultatibus eccleſię:qñ aũt vult diſponere dum viuit,nõ prohibetur: quia hoc facit tanquam adminiſtrator eccleſię.

6 OCTAVO†q̃ritur,q̃d iuris ſit de acquiſitis intuitu dignitatis clericalis,puta ꝑ miſſis dicẽdis? Et Pan.in c.cũ in officijs.de teſta. recitat,ꝙ Pet.vt refert Cy. in d.auth.licẽtiã. C.de epiſ.& cleri.voluit,ꝙ de his clericus teſtari poſſit,q̃d Hoſt.& Inn. placet in c.quia nos.de teſta.q̃ dicunt,ꝙ ſi clericus aliqua ratione officij acquiſiuit:puta, quia fuit capellanus alicuius principis,q̃ ei multa donauit: de talibus põt ad libitũ diſponere. q̃d Pan. vbi ſ.limitat,niſi q̃ dedit ꝑ miſſis dicẽdis,dederit tanquã parochiali ſacerdoti: quo caſu diſponere nõ poſſet. Et ex hoc infert Pano. ad quæſt. nunquid ex relicto ꝑ miſſis dicendis debeatur ẽpo canonica portio? Et dicit attẽdendas fore coniecturas, an relinquens, vel donãs reſpectum habuerit ad eccleſiam vel ꝑſonã:quia fortè relinquẽs,ſicut donans ſuo parochiali,hoc nõ feciſſet niſi fuiſſet ꝓprius parochialis. ſecus ſi nulla qualitas ſuggerat eccleſiã eſſe conſideratã,ſed ꝑſonã dũtaxat.¶Nonò,quid de acquiſitis ꝑ ſacerdotẽ ex iniunctione pęnitẽtiarũ, quas imponit parochianis? Et dicit Inn.in c.cum inter,de ver.ſigni. ꝙ debẽt eſſe eccleſiæ:ideòq; de eis diſponere nõ põt ad libitum.¶Decimò quęritur,q̃d de eo,ꝙ quis ſuaſione p̃lati reliquit p̃lato, aliàs relicturus eccleſiæ, an illud ſit eccleſiæ, vt de eo p̃latus diſponere non poſſit? Et dico,ꝙ Cy.formãs hanc quæſt.in tutore, dicit, ꝙ nõ tenetur,ſi ad ſibi relinquẽdũ ĩduxit blãdo ſermone,ar.ĩ l.fi.ff. ſi quis ali.teſt. pro.vbi patet talẽ nõ cõmittere delictum.Si verò induxit dolo,ſeu fraude,eccleſiæ tenet ad intereſſe. Pan.aũt in c.ij.de pec.cle.dicit quoſdã tenere,ꝙ non põt diſponere: ſed eccleſię reſtituere tenetur,per l.quicquid.C.arbi. tut.& eſt tex.cum gl.ꝙ tenentur reſtituere ſimpliciter.12.q.4.quicunq;,vbi patet,ꝙ prelatus tenetur eccleſiæ ad intereſſe.quando ei potuit quærere, & neglexit: ad inſtar tutoris: vt in d.l.quicquid.& in l.pupillorũ. C.de admi.tuto. nec enim debet vtilitatem ſuã præponere vtilitati eccleſiæ:ſicut nec tutor vtilitatem ſuam,vtilitati pupilli.l.tutor ſm dignitatẽ.§.j.ff.de admi.tu.l. ſi vt certo. §.cõmodatum.ff.cõmo.l.quod Nerua.ff.de po.7.q.j. præſentium. & c.placuit. Pan. aũt vbi ſ.conſentit Cy. cui & ego cõſentio quãtum ad tutorem: quia non tenetur plus pupillũ,q̃ ſe diligere:aut bona eius,q̃ ſua, arg. de iureiur.petitio. & de pœ.diſt.ij.charitas. Cõſentio etiã appoſitæ opinioni in clerico, vel prælato, quãdo ſuam vtilitatem temporalem procurat cum iactura eccleſię:quo caſu propriè loquitur d.c. quicunq; qñ ſ.clericus de rebus, vel augmentis eccleſię auget

propriam

propriam facultatem:ita ꝙ ea,in quibus ius habet eccleſia, vt deſeruiant cõmoditatibus eccleſiæ conuertit ad ſeruiẽdum cõmoditatib. ſuis:vt ſi ex reditibus eccleſiæ colat ſuas poſſeſſiones. eccleſiaſticas relinquens incultas:& idẽ ĩ tutore. In pſenti verò caſu cõſentio iterũ Cy.& Pan. quia nõ eſt eccleſiæ ius acquiſitũ ꝑꝑ ſolã intentionẽ teſtõris:nec ipſe tenebatur tunc ꝓcurare bonũ eccleſię,cũ ſinè peccato facere potuiſſet: ergo potuit procurare ſuum:cum nulli faceret iniuriam.

7 VNDECIMO,† quid de eo,qđ relictum eſt clerico nõ habenti ꝑlationem, aut adminiſtrationem eccleſiæ? Et dr̃ ſm Pan. in d.c.cum in officijs.& de teſta.requiſiſti.ꝙ pſumitur factum intuitu ꝑſonæ in dubio: quia nõ eſt veriſimile, ꝙ intuitu eccleſiæ reliquiſſet ei,ꝗ eccleſiæ nõ habet adminiſtrationem.qđ verum eſt,niſi ꝑ coniecturas cõtrarium ꝓbaretur:vt in c.requiſiſti.de teſta. Secus autem ſi habet adminiſtrationem.

8 DVODECIMO,† vtrum clericus,ꝗ rem eccleſiæ ex induſtria meliorauit, poſſit de tali melioratione diſponere, quaſi de re ſua?Et dico ꝙ nõ:ſed illa cedit eccleſię.facit c.inquirẽdum.& c.ſi quis.de pecu.cle. Et ratio eſt,quia ad hoc tenetur,ſi de eius fructibus viuit:ſecus aut ſi de ſuo melioraſſet.

9 TERTIODECIMO,† vtrum clericus habens patrimoniũ in titulum, poſſit illud alienare ad libitũ, ſine ſolẽnitate requiſita in alienatione eccleſiaſticorum bonorũ: de qua 12.q.ij. ſine exceptione, Et dico, ꝙ ſm Io.& Goſr.alienari nõ põt,ſicut nec alia bona bñficij ſpiritualis: licet illi patrimonio nõ adhæreat ius ſpirituale ad hr̃des nõ trãſmiſſibile:vnde mortuo clerico extinguitur cauſa priuilegij,ſicut fundus dotalis alienari non põt,durãte mr̃imonio:quo tñ mr̃imonio ſoluto,trãſit ad hr̃des. Sed Hoſ.diſtinguit:ꝗa ſi clericus eſt ordinatus ſimpliciter, põt de pr̃imonio ordinare ad libitũ: ſecus ſi expreſſè ordinatus eſt ad titulũ pr̃imonij. Et idẽ vr̃ ſentire Gemi.in c.ſi ẽps. de ꝑben.li.6. dicẽs ꝙ clericus ordinatus ad titulũ ſui pr̃imonij,ſi expreſſe aſſignatur ei ſic, ꝙ trãſierit in rẽ eccleſiaſticam, de eo diſponere non põt.Et idẽ Io.And.& Ioã.de Li.ſi verò aſſignatur tacitè,tñ licet ẽps nõ teneatur ei prouidere ex quo habet vnde viuat:tñ illud vẽdere nõ poterit Pan.tñ vbi ad illud ordinatur,expreſsè excipit vnum caſum,in quo licitè de eo diſponere põt ad libitum.ſ. ſi deinde cõſequatur beneficiũ ſpirituale: quia eo caſu ceſſat ratio aliorum,cũ poſſit ex beneficio viuere. Et hæc ſecũda opinio de rigore iuris eſt verior, licet prima ſit benignior, & æquior,ne mẽdicet in opprobrium cleri. Et ſentit Inn.in c.ẽps.de præb. ꝙ in alienatione talis ẽpi cõſenſus nõ requiratur. Et ſi ſtatur, quid operetur ordinatio ad iſtũ titulũ, ex quo fieri põt hæc alienatio? Dico, ꝙ ſatisfit iuri,vt nõ videatur ille ꝓmotus ſinè ſuſtẽtatione:& ſi deinde vẽdat,nõ reprobatur in clerico voluntaria, ſed coacta paupertas.

10 QVARTODECIMO† quæritur, vtrũ clerici, & religioſi poſſint de bonis aduentitijs ſine patris aſſenſu diſponere? Et dico ꝓ fundamento qſtionis, ꝙ ſm Pan.in c. quia nos.de teſta.& in c.cõſtitutus.de reſti. in inte.peculium, ꝙ in laico eſt aduentitiũ, clerico eſt quaſi caſtrẽſe:vnde licet ſit filiuſfamilias, tñ vſusfructus non acquiritur patri. Et hoc tenuit Hoſt.in d.c.quia nos.& caſus eſt in auth. ꝑsbyteros.C.de epiſ.& cleri. vbi dr̃, ꝙ res ad dominium clericorum venientes ſunt eius,ad ſimilitudinẽ caſtrenſium, vt teſtari poſſint. Qđ Pan.dicit indubitatũ, qñ clericatus adhæret tꝑe delationis bonorum:vt ꝑ eum patet in c.cõſtitutus.de in integ.reſti. ¶Ad queſt.igitur dicit Pan.in c.in pſentia.de ꝓba.ꝙ ſi loquamur de bonis aduenĩetibus ingreſſo monaſteriũ, indiſtinctè acquiruntur monaſterio:tum quia amplius nõ eſt filius in poteſtate patris,& ſic nõ acquiritur vſusfruc.patri:tũ quia clerici,& religioſi ſunt priuilegiati ſuper bonis aduẽtitijs, vt ſint eis caſtrenſia vel quaſi,ꝑ d.auth.ꝑsbyteros. Et fortè, inquit idẽ dici poſſet in bonis acquiſitis prius,vt ſtatim ꝑ ingreſſum gaudeant illo priuilegio,ꝑ d.auth. Et ſic pr̃ priuabitur vſufructu illorũ bonorũ ẽt in vita ſua. qđ intelligo,qñ filius hoc expreſſè diſponit: aliàs ſtabo diſpoſitioni auth.ſi qua,C.de ſac. ſanct.eccle.non obſtante c. licet. de ſepul.li. 6.quia illud loquitur in laico, non in clerico, aut religioſo. hæc ex illo.

11 QVINTODECIMO,† vtrum clericus poſſit de bonis eccleſiæ dotare ſorores, vel alere parẽtes? Et dicit Pan.in c.ꝑuenit.de arbi.ꝙ ſic:vel ẽt alias cõſanguineas. ꝙ ꝓbař ꝑ c.j.de choa.cle. & mul.& ꝑ gl. cum tex.in c.oĩno cõfitemur.31. di.vbi dicit glo.ꝙ clericus habẽs vxorẽ,vel filios,põt eos paſcere de reditib.eccleſię:& cõſequenter à fortiori dotare:cũ cã dotis ſit fauorabilior,ꝗ alimentorum: vt notat Cy. & facit qđ notatur in l. cũ in plures.§.pen.ff.de admi.tu. & in l.non

omni.C.eo.tit.in gl.Hoc tñ limita,& intelli geſi ipſę indigent.vt in gl.d.c.oĩno. & non ad põpam,vel altum ſtatum,ar. eorum, quę no.xlij.diſtin.in prin.quia ſic tã dantes,q̃ ac cipientes tenentur ad reſtitutionẽ. 16. q. 7. pe.tſlit.vt not.Matth.& Card.in cle.ij.de vi. & hone.cle. Hoc tñ,qđ accipientes teneantur ad reſtitutionem, limita, qñ clericus nõ eſſet ſoluendo.aliàs non,ſi acceperint de rebus,q̃ alienari poſſent ad libitum clericorũ, ſm Vlde.& placet addito,vel ſi ſoluere nollet:licet alij velint indiſtinctè qđ teneãtur.ꝙ eſſet tutius.Ratio aũt omnium iſtorum eſt: quia clericorum bona ſuperflua ſunt pauperum: inter quos primi ſunt coniuncti cæteris paribus.vnde qđ tenet Sum.Roſ.indiſtinctè.ſ.qđ clerici de bonis eccleſiæ poſſint cõſanguineos in ſtudio ſuſtentare, non eſt verum indiſtinctè, ſed ſi indigent.

12 DECIMOSEXTO † quæritur, vtrũ clericus habẽs ſufficiẽs patrimoniũ poſſit illud ſeruare hr̃dibus,& viuere de bñficio. Et dico ſm Rich.ĩ quolib.3.q.20. qđ habẽs patrimoniũ ſufficiẽs ad neceſſitatẽ naturæ ſolũ, põt recipere beneficiũ ſm exigentiã ſtatus,& ꝑſonæ.habens verò pr̃imonium ſufficiens. ẽt ad hæc, & ad eleemoſynas multas faciendas,ſi recipiat beneficiũ,vt benè diſpẽſet,nõ peccat,modò ſit idoneus: ſi verò recipit illud nõ intendens eccleſiæ deſeruire,ſed amicos ditare,& magis honorari, & viuere delicatius, mortaliter peccat. facit c.clericos.j.q.ij.& c.ſe.imò ĩ d.c.clericos.dicit Io. ꝙ ſeruiendo eccleſiæ ſi bona eius cõſumit, ex cupiditate ſuũ pr̃imonium ſeruat, peccat mortaliter.& facit tex.in c. qm̃.in fi.16.q.j. Aliàs aũt ſeruiendo eccleſiæ, licet viuere de eccleſia,& ſuis hr̃dibus ſeruare pr̃imonium, ſm Inn.in c.ep̃s,de p̃b. & cõiter hoc tenent Doct. & idẽ Hoſt.& Pan.ibi,dummodo honeſtè viuat.& idẽ Verue. addens, ſi deſeruit eccleſiæ,cui ſi non deſeruiat, vel ſi in malos uſus expẽdat,peccat mortaliter.Nec obſt.c. paſtor.j.q.ij.quia ſm Inn.intelligitur,qñ clericus vellet de beneficio viuere,& auarè theſaurizare de pr̃imonio: ſecus ſi vult illud ꝓ hæredibus cõſeruare.Nõ obſtat ẽt c.vlt.16. q.j.vbi dicit Hier. in fi. ꝙ q bonis parentũ ſuſtentari poſſunt, ſi qđ eſt pauperum accipiunt,ſacrilegiũ incurrunt, quia ſm Verue. intelligitur cũ extrema neceſſitas pauperũ hoc requirit:vel ſm Hoſt.ſenſus eſt, ꝙ de ſuperfluis dẽnt clerici largas eleemoſinas facere,ẽt ſi neceſſitas non ſit extrema.& hoc magis cõgtuit:alioquin nõ eſſet differentia inter clericos,& laicos,& eorum bona.Quantum verò ad debitũ perſonale,dicit do. Ant. in c.olim nobis.de reſti.ſpo. ꝙ illud ſoluere põt de fructib. eccleſiæ. & facit c. peruenit. de fideiuſ.ſed Archi. in c. ſtatutũ. de reſcrip. li.6.tenet contrariũ: cuius dictũ Pan. in d.c. olim.verũ limitat.qñ debitũ eſt contractũ ꝑ delicto,vel patrimonio:& ſic ſeruãdum eſt.

13 DECIMOSEPTIMO † q̃ritur,quis ſuccedat clerico ab inteſtato? Et dico, ꝙ in bonis eccleſiaſticis ſuccedet eccleſia: in alijs conſanguinei,ſm ordinem iuris.12.q.4. q.cunq;,& q.vl.c.vl.quibus deficientibus ſuccedet eccleſia.de ſuc. ab inte. c.j.dicit tñ Pa. in c.relatũ. de teſta. ꝙ acquiſita ꝑ canonicũ intuitu eccleſię,ſeu prębendę,non cedũt ſucceſſori in p̃bẽda:imò nec epo,ſm Piſa.ſed eccleſiæ capitulo. ſed vbi beneficiatus non eſt de cõgregatione, ſed habet beneficium omnino ſeparatum:puta quia eſt rector eccleſię parochialis, vel p̃poſitus, ſeu Archidia.non beneficiatus à capitulo:tunc bona acquiſita intuitu beneficij cedũt ſucceſſori,& nõ capitulo. Ratio diuerſitatis eſt: quia canonico datur p̃benda ex bonis cõibus capituli principaliter,ut inde ſumat neceſſaria:nõ aũt vt ſit adminiſtrator eccleſiæ: vnde ſi qua remanent vltra p̃bendã,dẽnt cedere capitulo, cuius ſunt oĩa bona p̃bendarum ſatiſq; eſt, vt ſucceſſor habeat corpus p̃bendæ: & capitulũ adminiſtrabit bona quæſita, ſicut alia bona cõia. Alij verò beneficiato ꝑ ſe extra congregationem datur bñficium tanq̃ adminiſtratori eius,ſeu eccleſiæ.Vnde queadmodũ adminiſtrare habet bona cõia eccleſię:ita & hęc intuitu eccleſię quæſita.¶ Decimooctauõ q̃ritur, quid faciẽdum eſt in ſucceſſione ab inteſtato,ſi neſcitur vtrum res fuerint eccleſiæ,vel ꝑſonæ? Et dico ex mẽte Io.An.in c.vt vnuſquiſq;.de pecu.cle. & aliorum doctorũ, ꝙ præſumuntur oĩa eſſe eccleſiæ.poterit tñ hr̃s probare, ꝙ fuerint bona ꝑſonę. Sed ſi cõſtat clericum res habuiſſe,q̃ nõ erãt eccleſiæ,ſed ꝑſonę,& dubitatur,q̃ ſint illę.ꝑſumit̃ pro eo,q eſt in poſſeſſione rei,de qua eſt quæſtio. Vñ ſi poſt mortẽ eccleſia eſt in poſſeſſione:ꝓbatio incũbit hr̃dibus:& ecõuerſo, ſi hr̃des ſunt in poſſeſſione, probabit eccleſia.ar.12.q.4.c.j.& q.v.c.j.in fi. Et ſi poſſeſſio eſt oĩno confuſa,& nihil probatur,ſed ſtatur in dubio: ęqualis dẽt fieri diſtributio inter eccleſiã,& hr̃des: niſi fortè quis ex ſeruo eccleſiæ factus ſit clericus: quia tunc fiet

vt

vt dr̃ in c.ij. de ſucce. ab inteſta. ita qđ pecu-
lium decedẽtis in quatuor partes diuidatur:
q̃ ſingulę aſſignẽtur ep̃o eccleſiæ pauperib.
& parẽtib. & ſi nõ ſunt parẽtes, ep̃s illã par-
tem recipiet in vſum eccleſiæ conuerſurus.

14 DECIMONONO, † vtrũ clericus p̃-
bendatus teneatur facere quatuor partes de
reditibus eccleſiæ, & oblationib. fidelium. ſ.
ep̃o, pauperibus, ipſi ſacerdoti, ac clericis, &
fabricæ: ſicut volũt antiqua iura: vt in c. qua
tuor, & in c. cognouimus. & ſeq. 12. q. j. Et di
co colligẽdo ex Pa. ĩ c. j. de eccl. ædi. ꝙ ſtã dũ
eſt cõſuetudini, quo ad quartã ep̃i, & fabri-
cæ: q̃ valet p̃latis iuribus derogare: niſi qñ fa
brica remaneret derelicta: quia tunc eſſet ir
rationabilis, & nõ valeret: & conſequẽter te
neretur dare quartã. & intellige qñ reditus
ſuperſunt detractis neceſſarijs. Quantũ verò
ad quartã pauperum, nulla valet cõſuetudo
in contrarium quin teneatur: imò plus dico,
ꝙ non ſolũ quartã, ſed oĩa ſuperflua neceſ-
ſitati tenetur erogare pauperibus ſub pœ-
na peccati mortalis, niſi in duobus caſibus.
Primò, ſi egeat fabrica, vel ſecũdò, ſi Dei cul
tũ in ſua eccleſia velit ampliare, nulla tñ ex-
trema neceſſitate occurrente. ar. eorũ q̃ no. ĩ
c. dudũ. el ij. de ele. & in c. cũ ſm̃. de p̃bẽ. Vn-
de & ſm̃ S. Tho. in quol. & 2. 2. q. clxxxv. ſi
iſta bona ſint diſtincta. ſ. quæ debentur p̃di-
ctis: & aliquid ſibi retinet ep̃s, ꝙ dẽt pauperi
bus vel miniſtris vel ĩ diuinũ cultũ erogare:
peccat mortaliter reſtõni obnoxius. Si verò
diſtincta nõ ſunt, eius fidei cõmittiẽ: & erit
veniale, ſi deficiat ĩ modico ꝙ bonę fidei nõ
repugnet: mortale verò in exceſſu notabili.

15 VIGESIMO, † vtrũ clericus cõuertẽs
fructus beneficij in vſus inhoneſtos peccet?
Et dicit Ray. ꝙ ſi eccleſiaſtica bona det con
ſanguineis diuitibus ſ. vltra ſtatũ eorũ, & nõ
vt pauperib. ſm̃ Ver. & meretricibus aut hi
ſtrionibus & ſimilibus, pauperibus debita, ra
ptor eſt: quia quicquid hẽt pauperũ eſt. 16.
q. j. c. ſi. vnde peccat mortaliter, & reſtituere
tenetur eccleſiæ, ſm̃ Pan. in c. cum ſm̃. de p̃-
ben. ſi habet de p̃rimonio, vel aliundè. 12.
q. 4. c. j. & ij. quia de altari dẽt viuere, non lu
xuriari: accepta luxuria pro omni luxu, ſiue
illicita cõcupiſcentia. diſt. xliiij. in prin. imò
reſtituere tenẽtur, quia accipiũt ab eis inde-
bitè. Nec ſufficit ſm̃ Hoſ. ꝙ reſtituat de fru
ctibus beneficij, niſi quatenus ſubtraheret ſi
bi neceſſaria. Et hæc vera intellige in foro
animę, nõ ſimpliciter, & indiſtinctè: vt tenet
Sum. Ang. ſed quantũ ad peccatũ mortale, li
mita ſi ſit magnus exceſſus, ſm̃ S. Tho. vt §.
priore. quantum verò ad reſtitutionẽ, limita
cõcurrentibus duobus. Primò, ꝙ exceſſus
ſit magnus: ſecus ſi modicus, ſm̃ Hoſt. in Sũ.
de pen. & re. & Aſten. libr. j. tit. 35. & Franc.
de Pla. in tracta. de teſt. ¶ Secundò, ſi b.
ſunt diſtincta. vt §. priore. ita. ſ. ꝙ aliqua di-
ſtinctè ſint pauperum, ſaltẽ principaliter, li-
cet conſequenter ſint miniſtrorum: vt bona
hoſpitaliũ, & aliqua principaliter miniſtro-
rum: vt bona p̃bendarum & beneficiorum:
aliàs S. Th. vbi ſ. & 2. 2. q. clxxxv. ar. 7. vr̃ te-
nere, ꝙ non ſit de neceſſitate ſalutis reſti-
tuere: ſed ſolùm ꝙ ſit mortale. Et idẽ Arc.
in ij. parte. tit. ij. c. j. §. ſi. & Veruec. & idẽ Prę
poſi. xliiij. diſt. vide Reſtitutio. ij. §. v. in prin.
¶ Vigeſimoprimò, vtrum reſtituere teneañ
tur male accipientes ab eccleſiaſticis perſo-
nis? Et dicit Ray. & Ho. ꝙ fornicariæ, & hu-
iuſmodi turpes perſonæ tenentur reſtitue-
re eccleſiæ, niſi acceperint cauſa eleemoſinę
in ſumma neceſſitate, ꝙ licuit. 86. di. paſce.
& ſimiliter tenẽtur diuites, & potentes, q̃ ac
ceperũt p̱ fraudes, minas, importunitates, &
hm̃õdi: & clericus, q̃ dedit redimẽdo ſuã ve
xationẽ excuſatur. extrà, de ſimo. dilectus. j.
nõ tenẽtur verò ſi acceperunt p̱p̱ aliã hone
ſtã cauſam, vel neceſſariã, & rõne hoſpitali
tatis, vel eleemoſinæ: vt quia caſu fortuito
aliter habere nõ poterãt. Et idẽ eſt ſi erãt be
nè meriti & honeſti viri, p̃ſertim, q̃ iã impẽ-
derãt eccleſię ſeruitia defendẽdo, vel patro-
cinãdo, uel eleemoſynas faciendo: quia tali
bus eccleſia repẽdere teneẽ. 12. q. ij. quicũq;.
Ver. tñ dicit, ꝙ q̃ extorſit p̱ fraudẽ, minas,
violentiã, & hm̃õdi. tenetur ẽt ſi clericus ſit
ſoluendo: alij verò ſolũ ſi clericus p̱p̱ huius
donationem factus ſit nõ ſoluẽdo: adde vel
ſoluere nolit. tutius tñ eſt, ꝙ indiſtinctè oẽs
teneãtur. ¶ Vigeſimoſecundò, quæritur, cui
reſtituere teneatur, q̃ accepit indebitè ab ec
cleſiaſtico? Et dico ſm̃ Ray. ꝙ ei q̃ dedit, qñ
nõ turpiter dedit, ſed timore, vel hm̃õi. alias
aũt authoritate iudicis pęnitẽtialis dẽt fieri
eccleſiæ, cui ablatũ eſt, ita ꝙ nõ illi q̃ dedit
niſi ĩ caſu p̃dicto, ſed ſucceſſori, vel ſup̱iori:
vt dicit Ho. vel ĩ vtilitatẽ eccleſiæ cõuertaẽ:
vel ſm̃ gl. Ray. detur pauperib. illius loci. ſi
videbiẽ expedire: puta quia eccleſia eſt abũ-
dans. Qđ verò dr̃ de authoritate iudicis pœ
nitẽtialis, glo. Ray. limitat, ſi ſup̱ talibus hẽt
diſponẽdi poteſtatẽ: vñ Piſanus hẽt authori-
tatẽ ſuperioris, ſed nõ credo neceſſarium.

16 VIGESIMOTERTIO, † vtrum clericus
dimittens

dimittens officiũ ſine cã rõnabili teneať re
ſtituere fructus interim ꝑceptos ab eccleſia?
Et Io.Cal.ĩ c.j.de cele.miſ. cõcludit ꝙ ſic,rõ
qa iſte effectualiter nõ reſidet,nõ reſidẽs aũt
priuatur beneficio & fructib.de cle.nõ re. c.
,ẽt quia ꝑ ꝑ officiũ datur beneficiũ, de
rel.c.ſi.li.vj. Vbicunq; autem aliquid datur
ob cauſam, cauſa non ſecuta illud poteſt
repeti.ff.de cõd.ob turp.cauſam.quaſi p to-
tum.Sed Pan.in d.c.j.hãc opinionẽ nimis ri-
gidã dicit: nec eam ſequi dominũ Car. quia
iure non probatur. Et ad primum contra
poſſumus dicere, quod licet clericus non re
2 † PRIMO verò quęritur, qñ incęperint cõcilia generalia? Et dicit Gratianus, di. xv. ĩ prin. Iſidorum aſſerere in li. Ety. ꝙ à tp̃e Cõſtantini Imperatoris, qđ fortè uerũ eſt poſt dilatatã in gentibus Chriſtianitatẽ, nõ obſtãte ꝙ Melchiades, qui Syluestrũ præceſſit, cõciliũ fecerit. xiij. q. ij. placuit. quia illud fuit cũ paucis celebratũ. Si tñ altius repetamus, prima ſynodus facta eſt ĩ Ieruſalẽ ſub primo ſummo põtifice Petro: vt patet Actuum xv. Inter concilia aũt generalia quatuor fuere celebriora cæteris. ¶ Primũ fuit Nicenum cccxviij. epiſcoporũ, à Cõſtãtino Imperatore peractũ: quo dãnata eſt Arriana perfidia, de inæqualitate ſanctæ trinitatis. ¶ Scd̃m cl. patrũ ſub Theodoſio ſeniore, Cõſtantinopoli: quo damnatus eſt Macedonius negans Spiritũ ſanctũ eſſe Deum. ¶ Tertium Epheſinũ centũ epiſcoporũ, ſub Theodoſio iuniore: quo damnatus eſt Neſtorius, aſſerẽs duas perſonas in Chriſto: & beatã virginẽ nõ Dei, ſed hominis genitricẽ. ¶ Quartũ Chalcedonẽſe dcl. ſacerdotũ: quo dãnatus ẽ Euticetes Cõſtãtinopolitanus, aſſerẽs vnã eẽ Dei carniſq; naturã. Dãnauit & Dioſcorũ eius defenſorẽ quõdã Alexãdrinũ epiſcopũ, & Neſtoriũ epiſcopũ, cum reliquis hęreticis. De his xv. diſt.

c. ca-

c.canones.& S.Tho.li.iij.de regi.prin.c.xvij.
3 SECVNDO, vtrum concilium generale poſſit pōtifici ſummo ſtatuendo præfigere legem? Et dicit Abbas Sicu.ſiue Pan. in c. ſignificaſti.de elect.ꝙ non:imò in omnibus ſtatutis cōcilij intelligitur tacitè excepta auctoritas papæ,de quo vide ēt bonū tex.ix.q.iij.nemo.vbi dr̄.ꝙ nemo iudicare poteſt primā ſedē.i.papā:nec Auguſtus, nec populus, nec clerus,& c.aliorū. & per iſtū tex. arguit Io.And.ꝙ ſnīæ papæ ſtandū eſt,qñ contradicit ſententiæ totius concilij:&,ꝙ ſolus papa interpretari poteſt ſtatuta concilij.nec mirū quia ſm eum poteſt tollere & limitare,vt c. ſtatutum. de reſcr.li.vj.& gl.in c.vbi periculū.de elect.li.vj.dicit,ꝙ licet non ſit ei licitū reuocare ſtatuta concilij,ſine concilij conſilio:hoc tñ poteſt,ſi vult.Sed tñ omnia prædicta limita vera,ſm Panor.in his quę depēdent à plena diſpoſitione papę:quia in his q̄ ſunt iuris poſitiui,indubitanter eſt ſ̄. concilium,cū ſit caput eccleſiæ:vnde poteſtas data eſt papæ, & toti eccleſiæ:ſed papæ vt capiti,à cuius diſpoſitione corpus moueri debet. Sed in his quæ à plena poteſtate papæ nō dependēt,non eſt ſimpliciter dicēdum,ꝙ ſit ſ̄.ſtatuta concilij : ideo in cōcernentibus fidem concilium eſt ſ̄. Papā:nec huiuſmodi pōt diſponere cōtra diſpoſita ꝑ concilium. Pro quo vide tex.cum gl.di. xix. Anaſtaſius. vnde cōcilium papā pōt condemnare de hęreſi.di.xl.ſi papa , & eſt iudex eius in hoc ſecundū doc.in c.fidei fauorem.de hęre.li. vj. In cōcernētibus etiā vniuerſalem ſtatutū eccleſiæ nō pōt papa diſponere contra ſtatutū cōcilij generalis, ſi ſtatuendo decoloraretur ſtatus ipſius eccleſiæ.j.q.vij.c.& ſi illa.in quo caſu dicit ſe intelligere multas gl.q̄ volūt,ꝙ diſponere nō poſſit contra vniuerſalem ſtatū eccleſię:vt no.in c.literas.de reſti.ſpol. vnde ſm Inn.in c.quanto.de conſue. non eſt ꝑmittendus venire contra ſtatū vniuerſalem eccleſię,ſi inde infamaretur eccleſia: ſecus ſi ex cā rationabili vult venire: limitando ſtatū eccleſię, ſeu tollendo ſtatutū cōcilij ſuper ſtatu eccleſiæ.Et ſic intelligo,inquit,gl. in c. qui ad perpetuū.xxv.q.j.hęc ille. Vnde dicit Pe.de Anch.ꝙ poſſet tollere hoc,vel illud ſtatutum iuris poſitiui,ſed non oīa ſimul:quia hoc eſſet deſtruere vniuerſalē ſtatum eccleſię.Putat tñ idē Abbas,in his,quę ſunt fidei, ſtandū eſſe ſnīæ papæ , ſi melioribus moueretur rationibus & auctoritatibus, q̄ concilium, quia & illud errare pt̄, ſicut aliàs errauit in facto matrimonij inter raptorem , & raptam,inter quos dicebat eſſe nō poſſe matrimoniū:& dictum Hieronymi melius ſentientis prælatum ex dicto cōcilij.xxxvj.q.ij.tua. iuncto c.placuit.Et facit,qđ legitur diſt. xx. c.i.Imo dicit,ꝙ in concernentibus fidem,dictū unius prælati præferendū eſſet ſentētijs papæ,ſi melioribus rationibus , & auctoritatibus moueretur.Nec obſtat, ſi dicatur cōciliū nō poſſe errare,quia Chriſtus orauit pro eccleſia ſua ne deficeret : vt notatur de bap. maiores.xxiiij.q.j.à recta.& c.pudenda.quia in cōcilio vniuerſali non eſt verè,ſed repræſentatiuè vniuerſalis eccleſia: quia ipſa conſtat ex collectione omniū fidelium terrę:ſaltem illa,cuius caput eſt Chriſtus,non aūt papa,ſed vicarius capitis.i.Chriſti.vt no. gl. in cle.ne Romani. de elec.q̄ ēt dicit,ꝙ mortuo papa,eccleſia nō eſt ſine capite : quia non eſt ſine Chriſto.& iſta eccleſia eſt , q̄ errare non pōt.de conſe.diſt. j. eccleſia. Vnde poſſibile eſt,ꝙ tota fides remaneret in vno ſolo:& verū eſſet dicere,ꝙ fides nō deficit in eccleſia , ſicut ius vniuerſitatis remanere pōt in vno ſolo,alijs peccātibus:vt patet in virgine Maria.hæc ex illo.Cuius dicta approbo.inquātū dicit papā ſubijci cōcilio in his, quę ſunt fidei manifeſtè:quia ſi errat in his obſtinatè, iā nō eſt caput eccleſiæ,ſed ſe deponit : & in his quæ concernunt vniuerſalē ſtatum eccleſiæ:ſuper quo à Chriſto non habet poteſtatē in deſtructionē , ſed in ædificationem : vt de ſe & alijs Apoſtolis dicit Pau.ij. Cor.x. ſed in reliquis pono aliquas concluſiones cōtra eum.¶ Prima.Conciliū errare non poteſt ꝑſeuerāter in ſpectātibus ad fidē & mores, ſicut nec eccleſia:vt de ea docet S.Th.in quo lib.ix.ar.xvj.& iſte cōcedit,ꝙ patet, tū quia ſi cōciliū pōt errare, errare ēt poſſet eccleſia in cōſtituēdo de huiuſmodi:cū ad hoc nunq̄ cōueniat niſi conciliū,vel papa.& tā illud,q̄ iſte ſm iſtū errare pt̄:tū ēt quia dicit S.Tho. 2.2.q.v.ar.iij. ꝙ doctrinæ eccleſiæ oportet inhærere,ſicut regulæ infallibili: quæ doctrina nō eſt alia,q̄ cōcilij:tū quia tūc non eſſet uerū,qđ dicit S.Tho.vbi ſ̄.piè credi, ꝙ in canonizatione ſanctorum eccleſia non pōt errare:quia hanc canonizationem facit papa, q ſm iſtum poteſt errare.& cōcilium,vel aliquid minus concilio.i.collegiū Cardinaliū . Nec obſtat,ſi errauit in facto dicti matrimonij,quia hoc non fuit ꝑſeueranter , quaſi ꝑſtiterit ī errore,ſed fuit pr̄ia fronte:ſed Chriſtus eduxit illud ab errore ꝑ dictū Hieronymi,

mi,ſicut et prophetæ, in quibus erat Spiritus ſanctus, aliqñ errabant, ſed ſpiritu ſctō reducebantur ad ueritatē: ut de Nathan patet 2.Reg.7.c.Nō obſtat et ſi aliqñ fides fuit in ſola virgine: quia nondū dixerat Chriſtus, Ecce ego uobiſcum ſum uſque ad conſummationē ſæculi. nec uenerat Spūs ſctūs docturus oēm ueritatē. ¶ Scda. Si concilium & papa diſceptarēt de fide, & papa uideret hīc meliores rōnes non eſſet ſtandū ſnīæ papæ ꝑ meliores rōnes: tū qꝛ a ſi ſtaretur ei, oporteret iſtū dicere, ꝙ concilium erraret in fide contra pmiſſa: tum etiā quia eſſet aliqua cōtrouerſia inter homines, q̄ iudicē non hēret in terra: quia nullus poſſet iudicare quaſi ſuperior, quæ rationes eſſent meliores: & homines nō eſſent ſufficiēter ordinati à Deo. Nec ualet dicere, ꝙ eſt iudex, qñ hēt rōnes meliores: quia oporteret apud aliquē iudicē probare, ꝙ ſuę rōnes eſſent meliores, quē non eſſet dare. Sed ſtandū eſt ei, quia caput eccleſiæ habens determinare dubia in fide: cuius auctoritate ſemota conciliū nihil poteſt: ut infrà, Fides. §.7. & à quo ſnīa concilij confirmatur, ſm S.Th.pe.q.10.art. 4. qđ etiam probat multipliciter do. Io. de Turre cremata. ¶ Tertia. Sicut non errat eccleſia ꝑſeueranter, ita nec papa quandiu eſt caput eccleſiæ & ut caput eccleſiæ: ideſt, utens adiutorio membrorum eccleſie per concilia, & orationes & huiuſmodi: alioquin corpus eſſet uiuum per fidem, & caput mortuum: ſimiliter nec inquantum determinat, ut caput eccleſie: puta qñ ad ipſum ut ad caput recurritur conſulendo de dubijs, quia error eius redundaret in errorem eccleſiæ: cū ad ipſum ſpectet fidei dubia decidere, vt dicit S. Tho. 2.2. queſt. j. art. x.

4 EX † his patet, ꝙ non pōt eſſe cōtrouerſia inter papam & papam & concilium de fide, aut moribus perſeueranter: quia neutra pars poteſt errare. Si tamen erret in fide, vt ſingularis pſona, ſtatim deſinit eſſe caput quo ad Deū: licet nō quo ad eccleſiā, quouſq; per iudiciū deponaẗ. Similiter ſi erret circa mores perſeueranter: quia error in moribus (vt ſi diceret fornicationē nō eſſe peccatū) reducitẗ ad hęreſim, cū ſit contra aliquē textū ſcripturę, quæ de moribus ſufficienter docet. Nec obſtat, ꝙ quidam papa tędio uictus ſubſcripſit hæreſi: quia non errauit in fide, ſed peccauit in fidei cōfeſſione, errādo in particulari eligibili, ut priuata pſona. uide j. Fides. §. 6.

5 TERTIO † queritur, utrum papa ſicut ꝓ hęreſi, ita & pro quolibet notorio peccato poſſit iudicari. ſ. à concilio? Et idem Pan. inducit gl. ſup c. ſi papa. di. 40. dicentē, ꝙ papa iudicari pt, ſ. à cōcilio, et pro quolibet mortali notorio: ī quo eſſet incorrigibilis, & ſcādalizaret eccleſiā: qꝛ a talis cōtumacia reputatur hęreſis. Et hāc gl. ipſe multū probat: ſed ut dicetur j. in ti. Papa. §. 4. ꝑ Pet. de Pal. iſta gl. nō eſt uera: nec illa ptinacia eſt hęreſis ꝓpriè & ſtrictè, cuiuſmodi eſt hęreſis pro qua iudicari pt papa, ut importat errorē circa fidē. In cōcilio tñ celebrato Cōſtātię circa annos Dñi 1417. in quo ſedatū eſt ſchiſma, qđ annos 40. durauerat: in quodā decreto qđ īcipit, frequēs. ſtatutū eſt, ꝙ nō ſolū in cā hæreſis, ſed et ſchiſmatis conciliū poſſet de papa iudicare. & rectè: qꝛ a ſchiſma propinquū eſt hęreſi, differens ab eo ſicut diſpoſitio ab habitu. qđ Arch. non ītelligit de oī ſchiſmate: ut de eo, qđ oritur poſt electionē ueri indubitatiq; paſtoris ꝑ receſſum aliquorū ab eius obediētia. ſicut cōciliabulū Baſilieſe depoſuit Eugeniū 4. indubitatū uicarium Chriſti: erigēs idolum. i. Felicē olim ducē Sabaudię Amadeum: ſed de eo, qđ oritur ī electione ipſius ſummi pōtificis: ut cum ꝓbabiliter dubitatur electio ſit canonica, an uiolēta, & hmōi: quale fuit ſchiſma in dicto cōcilio Cōſtātię ſublatū: qđ ortū eſt in electione Vrbani vj. ſucceſſoris Gregorij xj. q̄ dicebatur facta ꝑ metum cadētē in conſtantē uirū: mañ Cardinales poſt aliquot menſes recedentes creauerunt in ciuitate Fundorū Clemētē 7.

6 QVARTO † q̄ritur, qñ dr̄ concilium generale celebratum legitimè? Et dico, ꝙ primò debet fieri de mādato papę, interueniēte ipſo, uel alio de eius ſpāli mandato. diſt. 3. §. porro. & diſt. 17. c. 1. & 2. & conſentit S. Th. Et licet olim multa fuerint concilia per Imperatores conuocata: qꝛ a id eccleſia non poterat propter hęreticorū fauorem: tñ, q̄ primum potuit hoc correxit, & per ſe concilia cōuocauit: & aliqñ ꝑ Imperatores eccleſia pcipiente: aliqñ rogante, & auctorizāte: ut diſ. 17. per totum. Quia tñ ptās unius ꝑ negligentiā gradatim deuoluitur ad alium. arg. de elec. c. cum in cunctis. de conceſ. pbē. c. 2. dicunt quidā, ꝙ papa negligente & nolente conuocare concilium ad locū idoneū pro arduā cā imminente, ptās conuocandi illud deuoluitur primò ad omnes Cardinales, qui ſunt oībus aliis maiores clerici. arg. de ma. & obe. c. 1. Scdo, ad patriarchas, pcipue Cōſtātinopolitanū, cuius ſedes prima eſt

eſt poſt Romanā. di.22. de Cōſtātinopolitanę. Et itellige ſi eſt catholicus. Tertiò ad Imperatorē. Quartò ad reges. Quintò ad alios principes. Vel dicamus, ꝙ duę partes cōcilij cōgregatæ in loco idoneo poterūt alios cōuocare: iuxta no. ꝑ Inn. in c.ij. de noui ope. nunc. q ſi non ſunt cōgregata, locū vr̄ habere ordo ſ. poſitus. Vbi aūt Papa eſſet hrticus vel de hæreſi ſuſpectus, ad eum ſpectare non vr̄ poteſtas cōgregādi cōciliū. ar. diſt. xl. ſi Papa. hæc oīa Arch. Sed intellige p̄dicta, qñ Papa eſſet iudicādus ꝑ conciliū, aliàs nulli cōpetit illud cōgregare, quantūcunq; negligeret papa. ſed eſſet cōciliabulū nullā habēs auctoritatē cōcilij gñalis. Secūdò vocādi sūt de neceſſitate ſolū epi, & ſuperiores: vt no. Inn. & Ioan. And. in c. graue. de præb. ad qđ facit diſt. 18. eps nō dēt. & c. ꝑꝑ. cum ſeq. & hos iuſtū eſt vocari ex toto orbe, vbi agitur de maximo p̄iudicio & reb. arduis: eſt tñ in poteſtate papę cōuocare, ſi vult, ēt abbates. ar. diſt. 63. Adrianus. vbi fit mentio de abbatibus. & Gregorius decimus ad cōciliū Lugdunēſe uocauit beatum Thomā, q non erat p̄latus. Imperatorē aūt vel alios pricipes cōuocare non tenet, ꝑ §. huic ēt. di. 17. quos tñ, ſi vult, pōt vocare, ad ſcādala ſedādā: ut diſt. 63. §. uerū. Sed tñ vr̄, ꝙ vbi non agitur de fidei dubiis, vel facto papæ: ſummi pontificis arbitrio relinquatur, q & quò ſunt uocādi: & hi ſunt cōcilium, iuxta id, qđ no. diſt. 3. §. porro. & di. 17. c. j. & ij. in Sūma. Nec eſt curandū de numero diminuto, ꝑꝑ illud Mat. 18. vbi ſunt duo uel tres. &c. Vnde aliqñ in cōcilio fuerūt epi cccccc. aliqñ ccc. aliqñ cc. aliqñ c. aliqñ l. aliqñ xl. aliqñ xxx. aliqñ xx. aliqñ xv. & in oīb. facti ſunt canones. Sed tñ qñ agitur de fide & hęreſib. vel ſchiſmatibus extirpandis: quia cauſa oībus catholicis eſt cōis, & oēs tangit: ab oībus catholicis epis tractari, & terminari dēt, & oēs ſunt vocādi: quia quod oēs tangit, dēt ab oībus approbari. de reg. iu. li. 6. reſidet tñ cōcilij auctoritas penes uenientes, ſaltem ſi interſunt duæ partes oīum eporū orbis: per id qđ legitur de his quæ fi. à ma. par. ca. c. j. per Ioan. And. uel fortè ſufficit pars maior: ut not. per Cōpo. in c. quia ꝑꝑ. de ele. & uocati non veniētes ceſſante legitimo impedimento, peccāt: ut patet diſt. 3. per totum. Ordo aūt ſedendi in cōcilio, uel ſubſcribendi, & hmōi inter p̄latos eiuſdem dignitatis, eſt ſm tps ſuę ordinationis. diſt. 17. §. illud de clericis. qđ tps non ad eccleſias, ſed ad perſonas refertur, ſecundum Gratianum. hec omnia Arch.

7 SCIENDVM † tñ, ꝙ ſi papa eſſet diffamatus uehemēter de hæreſi apud graues, & nollet ſe corrigere. uel purgare, aut cōgregare cōcilium: iā hoc ſpectaret ad Cardina. ad inquirendū contra papā auctoritate iuris diuini & humani: ut ꝓbat d. Io. de Turre cremata, uel ēt ad alios p̄latos, ſi negligerēt Car. Et idē eſſet in caſu, quo aliter non poſſet ꝓuideri ſcandalo eminenti eccleſię ſine cōcilio, & papa nollet illud congregari: quia eo caſu eſſet ſuſpectus de hrſi. ut colligitur ex c. error. diſt. 83. ſm eundem. Vnde & Paulus Gal. j. excōicauit apoſtolos æquales & Angelos maiores ſe, ſi aliter euāgelizaſſent, auctoritate Euāgelicæ doctrinę. ſm S. T. ibi: cuius auctoritas hēt, ut oēs ei cōtradicentes excludātur, ſm illud Io. 12. Qui non accipit uerba mea, hēt q iudicet eum. Sermo, quem locutus ſum, ille iudicabit eum. Si aūt duo cōtenderent de papatu, & vterq; probabiliter: neceſſaria uideretur cōgregatio concilij, iuxta c. ſi duo. diſt. lxxix. qđ uerum eſt. ſi nollet ſe ſubijcere iudicio alicuius: quia in iſto caſu concilium eſt iudex: & cōgregatio ſpectaret ad dños Cardinales, ſi illi nollent cōgregare, ēt eis inuitis. & ſi Cardinales nollent cōgregare, ſpectaret hoc ad alios prælatos, uel ad Imperatorem. Si ēt Cardinales nollēt eligere Pontificem, ꝓuiſum eſt ꝑ c. fundamenta. li 6. & cle. ne Romani. de electio. Sed ſi fugerent, aut deficerent, ſm do. Ioan. de Turre cremata. eſſet conuocandū conciliū ꝑꝑ Imperatorem pro maiori ſecuritate. Si ēt papa efficeretur demens incurabiliter, ꝑ Cardinales eſſet uocādum conciliū ad iudicandū an alius deberet eligi, uel dari coadiutor, ſecundum do. Ioan. de Turre cremata.

8 QVINTO, † vtrū appellari poſſit à papa ad ꝯciliū uel ad eius ſucceſſorē? Et dico, ꝙ non; ſed eſt hrticum hoc aſſerere. Nā qui priuilegiū Romanę eccleſiæ à Chriſto traditū (de quo j. Eccleſia) auferre conatur: hrticus eſt. di. 22. oēs. Sed q ſic aſſerit, eſt hmōi: quia cum appellatio nō fit niſi à minori ad maiorē, ut dictū eſt: qui ſic aſſerit, primò aſſerit uel ſentit papā nō eſſe unicū & ſummū caput totius eccleſiæ, nec habere plenitudinē p̄tātis ſuꝑ oēs, nec ſñiam eius eſſe ſtabilē & firmā, & incōcuſſè tenendā. nec carere iudice in terris q̄ oīa ſunt cōtra eccleſię priuilegia, vt patebit. Et ſi proprio motu ut ſingularis perſona erraret ī fide notoriè, adhuc ab eo non eſſet appellandum, ſed eſſet mo-

nendus per Cardinales, qui in eius electione totum corpus eccleſiæ repræſentant: quibus ſi nollet aſſentire, ſed erraret in fide perſeueranter vel potius obſtinatè: eo ipſo eſſet põtificatu deiectus in conſcientiã. 24. q. j. audiuimus. deijciendus iuridicè ꝑ conſilium.

9 SEXTO † quæritur, qui ſint ad conciliũ prouinciale & ſynodale vocãdi? Et dico ex Ant. de But. & Io. de Imo. ſuper c. graue. de præb. ꝙ ad prouinciale vocãdi ſunt omnes epi totius prouinciæ. & non alij neceſſariò. di. xviij. quoniã quidẽ. & c. ſeq. Si tamẽ alij prelati dictæ prouinciæ venient voluntarij, ſunt admittẽdi. Et ſic intelligi põt c. fi. de his quæ fi. à maio. par. ca. Poſſent etiã ex honeſtate vocari, ex quo agitur de factis eorũ, & ſimiliter alij, quorũ conſiliũ eſt neceſſariũ. arg. diſt. xliij. obeuntibus. Ad ſynodale autẽ vocandi ſunt abbates. ſ. nõ exẽpti: exẽpti. n. accedere nõ tenẽtur: & ſacerdotes & clerus etiã ciuitatis & diœceſis. diſt. xviij. decernimus. dummodo ſic prouideatur, ꝙ eccleſiæ magnũ nõ patiantur detrimentũ in diuinis. arg. de cleri. nõ reſi. c. vlt. vnde poſſunt aliq̃ relinqui in plebanatibus, ꝑcipuè pro ſacramẽtorum adminiſtratione: & præcipuè pro infirmis. Arc. ¶ Septimò quæritur quæ poſſunt in cõcilijs expediri? Et dico ex eiſdem vbi ſ. ꝙ in prouinciali poterit cognoſci de cauſis quę vertuntur inter epiſcopos & clericos. ij. q. vij. c. ſi epiſcopus. cũ quatuor ſeq. & de omnibus cauſis clericorũ delatis. ſ. qñ factũ eſt notoriũ, vel non diffinitur in breui poſſe liquidari: quas cauſas diffinire poterit epiſcopus vel archiepiſcopus. vj. q. iij. ſcitote. & di. xviij. c. j. & ij. & hoc cum conſenſu vel conſilio maioris partis aliorum epiſcoporũ, de temp. ord. c. ſi archiepiſcopus. & de accu. ſicut olim. De cauſis autẽ archiepi concilium cognoſcere nõ poteſt, cũ in eum nõ habeat poteſtatẽ, vt in caput: ſed ſuperioris iudicio relinquũtur. Cauſas autẽ criminales epõrum concilium poterit audire: diffinire nõ poterit abſq; ſpeciali ſñia papæ. iij. q. vi. accuſatus. & de iud. c. j. niſi reperiatur aliud expreſſum in iure: vt d. c. graue. Cauſas verò inferiores ab epis etiam criminales conciliũ ipſum poterit audire & diffinire. xv. q. j. c. j. & ij. In ſynodali verò vel epiſcopali tractari poterunt cauſæ ciuiles, & etiam criminales clericorum: dummodo non agatur ad pęnã depoſitionis ab officio: cum eps ſolus talẽ pœnam imponere non poſſit. xv. q. vij. felix. & c. ſeq. & de re iudi. non poteſt. In generali verò, ſi præſit in eo papa, de omnibus cauſis poterit cognoſci, cũ habeat plenitudinẽ poteſtatis. & ſit ordinarius omniũ, & totius orbis. ix. q. iij. cuncta. & c. per principalẽ. Si verò præſit alius loco eius: tunc idem quod dictum eſt de prouinciali. Arch.

10 † OCTAVO quæritur, qualẽ habeant ptãtem cõgregati in concilio, ordinariã, vel delegatã, & in quos? Et dico ex eiſdem, ꝙ in prouinciali archieps ibi præſidens habet ordinariã: ad qđ c. ſicut olim. de acc. ſuffraganei verò, ſiue ſint ibi vt iudices: vt quidã volunt per c. ſcitote. vj. q. iij. ſiue vt aſſeſſores ſm alios: geſta per capitulũ, nõ valebũt ſine conſilio eorũ, vel eis irrequiſitis: vt dicit ibi Io. An. per ea q̃ habẽtur xv. q. vij. ſi quis. ſed d. Ioã. de Imo. dicit poſſe dici, ꝙ ipſi epi in cognoſcẽdo ſunt ordinarij: cum ipſi principaliter cognoſcãt: ſed ĩ diffiniẽdo ſunt aſſeſſores: q̃a ipſi principaliter nõ ſentẽtiant, ſed aſſiſtũt ſentẽtiãti: vt cle. auditor. de reſc. Vbi aduerte, ꝙ nõ ſolũ cõſiliũ epõrũ req̃ritur in archiepi ſñia, ſed ẽt eorũ aſſenſus, uel maioris partis eorum: vt dicit Io. de Imo. quia ſi requireretur ſolum eorum conſilium, qđ geritur, non cenſeretur geſtum per ipſum concilium, ſed potius per ipſum archiepiſcopũ. de arbit. cum olim. & ſi ſit cauſa criminalis epi requiritur conſenſus omnium, ſi tractatur ad finẽ, vt deponatur ab officio: vt probatur ĩ d. c. ſcitote. In cauſis aũt criminalib. ſacerdotis, diaconi, vel ſubdiaconi, ẽt ſi agitũ ad finẽ depoſitionis, ſufficit cõſenſus maioris partis: vt no. Arch. in d. c. ſcitote. 15. q. 7. eps. ſm Io. de Imo. In concilio verò ſynodali ipſe eps ibi præſidens hẽt poteſtatem ordinariam, ſicut archiepiſcopus in prouinciali. di. 18. decernimus. In gñali aũt, ubi præeſt Papa, alij non videntur habere iuriſdictionẽ, ſed potius videntur cõſultatores: cùm Papa habeat plenitudinem poteſtatis, & ſit cunctorũ ordinarius. ix. q. 3. cuncta. & c. per principalem. Si verò præeſt ibi aliquis de mandato eius, cenſetur habere delegatam de offic. deleg. per totũ. De alijs verò, q̃ interſunt ibi, vr̃ idem qđ de aſſiſtentibus in prouinciali. Arch. Multa alia ſpectantia ad concilia parum tamen ad forum conſcientiæ facientia habes ab Arch. 3. parte. titu. xiiij.

11 NONO † quæritur, quo tp̃e debeat celebrari cõciliũ ꝓuinciale vel ep̃ale? Et dico, ꝙ antiquitus celebrabatur bis ĩ anno: primò ante Quadrageſimã: ſecundò in Autumno: vt patet diſt. xix. c. j. & ij. hodie tamen per c. graue.

graue.de preb.capitulum prouinciale ſingulis annis ab archiepiſcopo cũ p̄dictis eſt celebrãdum:& vt vr.ſub præcepto.vt patet de accu.ſicut olim. vbi dr̃ in fine, ꝙ ſi quis hoc ſalutare ſtatutũ neglexerit adimplere, à ſui executione officij ſuſpendatur, quæ pęna tã grauis nõ imponitur, niſi pro mortali. Et à fortiori hoc verũ eſt de ſynodali, vel epiſcopali:quia ſm mentẽ iurium,& omnium religionum inſtituta, capitula quanto minora, tãto crebriora fiunt:& maximè quia ceſſare ab iſtis inducit maximas relaxationes in moribus clericorum: ſicut experientia docet.

## DE CONCVBINARIO, ET fornicatore.

1 *Concubinarius & fornicator, quo ad fœminam, qualiter ſe habeant. Et ibidem, ꝙ quãdoq; fornicatio dicatur omnis actus illicitus.*

2 *Concubinatus nũ licitus ſit. Et an concubinarius concubinam ablegare a ſe nolens abſolui poſſit.*

3 *Meretrices adeuntes, neſcientes hoc prohibitum eſſe, an ab ignorantia excuſentur.*

4 *Sacerdos concubinarius, celebrando, an irregularis fiat. Et num id quod de ſacerdote dicitur, locum quoq; habeat in diacono, ſubdiacono, & in minoribus conſtituto.*

5 *Fornicatio ſimplex in clerico publice tenente cõcubinam, num depoſitionem inducat, ſi monitus ſe corrigere nolit.*

6 *Pœnitentia quænam ſit clerici in ſacris ordinibus conſtituti, ſi vxorem ducat.*

7 *Iniungendum alicui quippiam cum iuramento non eſſe, de cuius violatione & tranſgreſſione veriſimiliter timeri poteſt.*

1 CONCVBINVRIVS † & fornicator videntur ſe hr̃e vt animal & homo, quantũ ad fęminã qua abutũtur: q̃a fornicator ꝓpriè eſt, q̃ abutitur ſoluta: ſicut adulter, q̃ nupta: cõcubinarius verò, qui abutit̃ quocunq; modo vxorio, i. q̃ ad vſum veneris illegitime tenetur, ita, ꝙ de mẽte iuris nõ dr̃ cõcubina, niſi teneatur ꝑ modum vxoris. qđ patet: quia ſi quis poſt vxorẽ habuit cõcubinã, ordinari nõ põt. di. 23. ſi quis qđ non eſſet, ſi concubina diceretur à cõcubitu fornicario ſimpliciter. Aliquãdo tñ fornicatio dr̃ omnis illicitus coitus: vt 32. q. ij. §. q̃ ergo. & q. 4. meretrices. ſed ꝓpriè eſt coitus naturalis ſoluti cum ſoluta oĩ vinculo. ſ. cõiugij, cõſanguinitatis, affinitatis, ordinis, religonis ſeu voti. Vnde Pet. de Palu. ĩ quarto, dicit, ꝙ fornicario dicit oẽm illicitũ coitũ: fornicatio aũt ſimplex dicit coitũ naturalẽ ſoluti cũ ſoluta. Credo aũt, ꝙ quantum ad ſuſpẽſionẽ, & euitari ĩ diuinis officijs & ſacriis idẽ ſit de notorio fornicatore, & cõcubinario: etiam ſi fornicator ſit vagus, impetens meretrices, & non tenens concubinam.

2 PRIMO † verò quęritur, vtrũ cõcubinatus liceat? Et dicit Io. And. poſt Hoſt. in regu. ſine culpa. in mercu. & recitat Pan. in c. clericorũ. de vita & ho. cler. ꝙ nõ, ẽt de iure ciuili: quia ex quo ius canonicũ exp̃ſsè ꝓhibet 32. q. 4. imò Deus: vt in c. meretrices. ea. q. & lex ciuilis in ſpiritualib. ſubijciat diſpoſitioni iuris canonici: in auth. vt cler. apud prop. epi. & in aut. de eccleſ. tit. facit c. clerici. de iud. ergo &c. ¶ Secũdò, vtrum abſolui poſſit cõcubinarius nolẽs abijcere concubinã? Et dico, ꝙ nõ, ſi eſt periculũ recidiui: q̃a nõ eſt cõtritus. 24. q. ij. legatur. vera ẽt pęnitentia nõ eſt ſine exciſione cauſarũ peccãdi. de pęn. di. 3. c. ſatisfactio. Si verò nõ eſt tale periculũ recidiui, ꝙ ſacerdotis arbitrio penſabitur, diſtingue qm̃ ſi factum eſt notoriũ, abſolui non põt, quia tenetur eã abijcere ad tollendum ſcãdalum populi: maximè qñ ſuſpicio eſt violenta de incõtinentia: aliàs verò, ſi nõ eſt notorium, tenet Sum. Angel. indiſtinctè, ꝙ poſſit abſolui. Sed nõ eſt verum; quia ſi eſſet ſcandalum vni vel duobus, tenetur eã dimittere: vt patet ꝑ dicenda ĩ. de ſcãdalo. & hoc niſi dictum ſcandalũ auferatur: ſed ſi nullum eſt ſcãdalum, aut recidiui periculum, abſolui poteſt. Et qđ de concubinario, idem dico de concubina. Facit ratio pręd icta, & xxxiiii. diſt. audite.

3 TERTIO, † vtrum adeuntes meretrices, neſcientes hoc eſſe ꝓhibitũ, excuſentur ꝑ ignorantiã? Et dico, ꝙ nõ: imò peccant mortaliter accedẽdo. & toties quoties: quia ignorantia iuris naturalis & diuini in tali caſu claro neminẽ excuſat quãtumcunq; agreſtem. i. q. 4. ꝑ totũ. maximè quia nullus hoc põt ignorare, ſine maxima negligentia quęrendi ſuã ſalutẽ. Et ſimiliter peccãt mortaliter ad hoc alios inducentes. de pęn. diſt. j. noli. & ij. q. j. notum. & ſimiliter qui hoc perpetrare volẽtibus pecunias donãt aut mutuãt, quia ſunt cooperatores. ¶ Quartò, vtrũ ſacerdos cõcubinarius celebrãdo ſit irregularis? Et dicit Pa. ĩ c. veſtra. de cohabi. cler. & mul. ꝙ ſuſpẽſus eſt quo ad Deũ, & ſecũ ſit ĩ mortali, vnde celebrãdo peccat mortaliter, vt dictũ eſt ſ. Clericus. ij. §. 8. non tñ efficitur irregularis, ſi eſt occultus, vt no. Inn. in c. ſi celebrat. de cler. exc. min. Secus ſi eſt manifeſtus, ita vt nulla poſſit tergiuerſatione celari: q̃a

tunc

tunc eſt ſuſpenſus ab officio.32.diſt.præter. cùm non differat dicere,interdicimus,& ſuſpendimus, quia nõ refert quid ex æquipollentibus fiat.de teſti.licet.ff. de legib. l. non poſſunt,& hoc eſt clarũ.diſt.32.§.verũ. Vñ ſi celebrat,eſt irregularis.c.j.de re iu.li.vj.Eſt ẽt ſuſpenſus à bñficio:vt ĩ d.c.præter. iuncta gl.Secus,ſi non habet talẽ operis euidentiã. Et de hoc ſ.Clericus.ij.§. 8. Multi aũt Doc. volunt, ꝙ requiratur monitio,aliter non ſit ipſo facto ſuſpẽſus,nec incurrat irregularitatem. Sed primum eſt verius. Et quod de ſacerdote dr̃, dic de diacono, ſubdiacono, & conſtituto in minoribus ẽm Arch. in §. hæc de malis.diſt.32. & exercendo actum cuiuſcunq; ordinis ſimiliter ſunt irregulares: & ſolus papa diſpenſat. de re iud. c. j. lib.vj.Et idem dic de quocunq; fornicario. etiam nõ tenente concubinam. Vnde Arch. in 3.parte.tit.27.c.3.dicit,quòd nõ ſolum ſacerdos, ſed etiam in quocunque ordine conſtitutus etiam ĩ minori, ex notoria fornicatione eſt ſuſpenſus ab omnibus actibus ordinum, ẽm Inn.ipſo iure:quod not.Arch. diſt. 32. §.ad hæc.& tandiu ſtat ſuſpenſus, quandiu perſeuerat in vitio:& interim ſi exequitur officia ſua,etiã ſemel,efficitur irregularis, indignus diſpenſatione papæ.ẽm Inn. & Hoſt. & not. Arch. & Ant. de But. Vnde etiam ſi ceſſaret à vitio,& ante diſpẽſationem vtitur officio ſuo,ſemper peccat mortaliter, quamuis nouam irregularitatem non incurrat.Si autem ſuſpenſus nõ eſt executus officia ſua: nihilo minus indiget abſolutione à ſuſpenſione, q̃ poterit epiſcopus facere, ẽm Inn. imò idem dicit Sum.Ang.innixa opinioni do. Ant. de quocũque peccato mortali.Sed hoc improbatum eſt ſ.Clericus.ij.§.8.

5 † QVINTO queritur, an ſimplex fornicatio in clerico publicè tenente concubinam inducat depoſitionem, ſi monitus noliť ſe corrigere? Et dico, ꝙ ſic: quia talis primò dẽt monitus ſuſpendi à bñficijs: & ſi ſe nõ correxerit,dẽt ab eis ꝑpetuò remoueri,ſiue ſit in ſacris,de co ha.cle.& mul.ſicut. ſiue nõ in ſacris:vt ibi in c.ſi aũt clerici.vbi ẽt innui vr̃,ꝙ requiratur monitio trina.Et quidẽ ſi tale crimẽ ſit notoriũ, & ſuſpẽſus eſt ipſo iure ab officio,vt dictũ eſt §.priore.& ſ. Clericus.2.Si verò ſit publicũ ex fama tãtũ,ita, ꝙ meritò talis habeatur ſuſpicio, ꝙ ſcãdalũ generet, & ſi nõ apparet accuſator, erit purgatio ĩdicẽda:ĩ qua ſi defecerit, aut ſi ſe purgare noluerit,canonicè puniatur.de coh.cle. & mul.tua.& interim talis non debet in officijs euitari.

6 † SEXTO. q̃ pœnitentia ſit clerici in ſacro ordine cõſtituti,ſi ducat vxorẽ? Et dico, ꝙ priuari dẽt ordine & bñficio eccleſiaſtico: & mulier,ſi libera erat, redigi in eccleſiæ ſeruitutẽ. di 32. eos q.Si verò ancilla vẽdi dẽt. diſt.88.quidã clerici.& filij inde nati in ſeruitutẽ eccleſiæ redigũtur.15.q.vl.multa.& ipſe ẽt excõicatus eſt ipſo facto:vt j. Excõicatio.ix.§.xl.& qñ ab ea ſeparatur,eã dẽt iurare.ſ.ꝙ de cætero ad eã nõ accedat,nec bibat cũ illa:nec in ead: domo manebit:nec ĩ alio loco,niſi tã publico,ꝙ mala ſuſpicio eſſe nõ poſſit: nec loquetur cũ ea, niſi corã idoneis teſtibus. & certa neceſſitate.35.q.vj.ab iſto die.q. cle.vel vo.ex literarũ.tñ ſi clericus habetur ſuſpectus,ꝙ forſitan iurm nõ ſeruaret, exigi nõ dẽt: ſed ꝑ ſñiam interdicti vel ſuſpẽſionis,vel aliorũ hmõi,cõpeſcẽdus eſt. de co ha.cle.& mul.clericos. & de his Sũ.Conſ.li. 3.tit.30.q.13.ſecundum Ray.& Hoſt.

7 † QVI etiam addit, ꝙ non eſt aliquid alicui iniungendũ per iurm,de cuius tranſgreſſione veriſimiliter timetur. Ibi etiam dr̃ ẽm Ray. ꝙ ſi ducta eſſet ancilla, & filij ſint paruuli,non venderetur: ſed truderetur in monaſterium, ne propter matris abſentiam filij perirent.di.34.fraternitatis.vel,inquit, intelligitur illud c. ꝙ non contraxit cum ea matrimonialiter. De materia fornicationis, j. Luxuria,& ſ.Clericus.ij.§.vlt.

## DE CONCVSSIONE.

1 *Cõcuſſio ꝓprie,& trãſſumptiue ſumpta,quid ſit.*
2 *Concuſſio ad mores relata, & prout crimen eſt, abs quo committi dicatur. Et num ſit peccatum mortale.*
3 *Concuſſionem qui commiſit, an neceſſario quod accepit,etiam ſi in iudicio non ſit condemnatus, reſtituere teneatur.*

1 CONCVSSIO † propriè eſt motus violentus ex tractu & pulſu, re, loco non nota cauſatus: ſicut arborẽ cõcutit, q apprehẽſam manu tremere cogit.Sed tranſſumptiuè ad mores eſt aliquis ſimilis motus metũ factus in animo alterius, cui.ſ. animo vis inferri non põt:ſicut cùm quis alicui minatur,niſi ita,vel ita faciat aut à faciendo deſiſtat:vt patet.j.q.j.cõcuſſionis in gl.

2 † PRIMO verò q̃ritur quis cõmittat cõcuſſionis crimẽ? Et dico, ꝙ generaliter incurrit illud quicũq; metu pecuniã,vel ęqualens indebitè extorquet ab aliquo: ſed ſpãliter q̃tũ ad pęnas legales:vt colligitur ex l.iubemus.

mus.C.ad l.Iuli.rep. poſita.j.q.4.& ff. eo.l.j.
2.3.4.5.& 6.& ff.de concuſſio.l. 2. Concuſ-
ſio eſt, cũ quis ĩ officia cõſtitutus extorquet
aliquid à ſubditis ꝑ metum : aut cũ nõ vult
facere, qđ tenetur,niſi data pecunia : aut cũ
extorquet vltra conſtituta ſibi ſtipendia,aut
cùm quis accuſat, vel ab accuſando deſiſtit
ꝑꝑ pecuniam.Et concordat gl.Ray.vt patet
in Sum.Conf.lib.ij.tit. 5.q. 139. ibidẽ dr̃ de
militibus ſtipendiarijs,quod dictũ eſt de of-
ficialib.vide j.q.j.iubemus.& c.ſeq. ¶Scđò,
vtrum concuſſio ſit peccatum mortale? Et
dico,ꝙ ſic in re notabili : quia omne, qđ eſt
contra iuſtitiã,eſt mortale,ſm S. Th.2. 2. q.
lix.artic.4.facit 23.q.j.militare.& pęna eius,
ſi de hoc crimine quis condemnetur, eſt in-
famia:vt nec teſtificari poſſit in publico:nec
iudex eſſe,vel aduocatus.j.q.j.eandẽ.& præ-
ter ea punitur in quadruplum,vt ibi: ĩ eum :
& 18.diſt.quoniam.

3 †TERTIO,vtrũ talis reſtituere teneať
neceſſariò quod accepit,etiam ſi non condẽ
netur in iudicio?Et dico, ꝙ ſic : & danti qñ
non turpiter dedit:vt ſi dedit, vt faceret, qđ
debebat.14.q.v.non ſanè.& ſm Ray.qui ſub
dit,ꝙ ſi turpiter dedit,reſtituendum eſt, non
illi,ſed pauperib.vel illi,in cuius iniuriã data
eſt, iuxta arbitrium eccleſiæ: vt in d.c. non
ſanè. Sed gl.Ray.dicit,ꝙ in foro conſciẽtiæ
hoc fortè magis eſt conſiliũ ꝗ neceſſitas.
¶Condemnatus ad mortem,mutilationem,
an fugere poſſit,vide ṡ.Accuſatus.§.16.

DE CONDITIONE,modo,cauſa,&
demonſtratione.

1 *Conditio quotupliciter ſumatur : & quid ſit ea conditio,quæ per dictionem,ſi,importatur.*
2 *Dictiones quænam conditionem importent, & dictioni ſi,æquipolleant.*
3 *Modus quinam per particulam,vt, importetur. Et quibus vocibus modus deſignetur.*
4 *Cauſa quid ſit, ac quomodo cognoſcatĩ remiſſiue.*
5 *Demonſtratio quidnam ſit.*
6 *Demonſtratio falſa an legatum, vel hæredis inſtitutionem annihilet. Et quid ſi habens ſeruos duos Stichum fullonem, & Phamphilum piſtorem,vxori Stichum piſtorem legauerit.*
7 *Cõditio tacita,nũ cõtractũ cõditionalem reddat.*
8 *Conditio,nũ aliquando contractum vitiet, aut econtrario quandoque vitietur. Et quid in his ꝗ ſiunt in vltima voluntate. Cæterum de conditione in matrimonio,religione,ſponſalibus,donationibus,& ea quæ omnino extitura eſt, remiſſiue.*

1 CONDITIO † multipliciter ſumiť,
& primò importat ſtatutũ ꝑſonę:vt cũ
dicimus iſtum eſſe liberę cõditionis, aut ſer
uilis.de ſer.non or.c vlt.32.q.4.liberi. Simi-
liter cùm dr̃, ꝙ conditio poſſidentis potior
eſt, vbi eſt par cã turpitudinis. ff. de cond.
ob turp. cauſ.l.ſi ob turpem.§. porrò. Scđò
verò rerum qualitatem : ſicut res aliquæ di-
cuntur liberæ, aut ſeruilis conditionis.ff. &
C.de ſeruitut.ꝑ totũ.Tertiò, importat actio
nẽ repetendi aliquod datum, de qua agitur
in tit.de cond.ob cau.da.& tit. ſeq.Quartò,
importat ſuſpenſionẽ promiſſionis,vel alte-
rius cõtractus:& de hac eſt hic intentio. Pri
mò verò ꝗritur, quid eſt conditio, quã im-
portat ly ſi aut aliquid equiualens? Et dico,
ꝙ eſt diſpoſitionis,id eſt, actus,vel cõtractus
ſuſpenſio ex euentu incerto futuro ei appo
ſito, in quẽ euẽtũ eius diſpoſitionis facta eſt
colla.ff.ſi cer.pet.itaq;.vt dicendo:ꝓmitto,
vel lego ſi Titius fuerit cõſul.hæc.n.diſpoſi-
tio eſt cõdõnalis ex incerto appoſito, videli
cet ſi Titius:& eueniente caſu quo Titius ſit
cõſul,purificarur,& non plus ſuſpendiť.Inſt.
de ver.ob.§.ex conditionali. & ff. de condi.
& dem.per totũ.Vel ſm gl.in ru.ff.de cond.
& demon.conditio eſt legati, cuius de futu-
ro defectus, ſeu confirmatio pendet,ſuſpen-
ſio:vbi ponitur ly legati,exemplariter: & ſic
non reſtringit quin eueniat aliis contractib.
à legato, quia exẽpla regulam non reſtrin-
gunt. l. dãni infecti ſtipulatio. ff. de damno
infect.Vel ſm Bar.in l.j.col.j.ff. de condi.&
dem.conditio eſt quidam futurus euẽtus, in
quẽ diſpoſitio ſuſpendiť. Et intelligitur de
euẽtu in facto,vel in iure.l.multũ.ff.de cõd.
& dem.ſiue conditionis aſſertiuæ,& negati-
uę.l.in teſtã.eo.tit.& dr̃ futurus,quia de prę
terito,vel pſẽti ꝓpriè non dr̃ cõditio:quia
non ſuſpendit.l. cum ad præſens. cum dua-
bus ſeq.ff.ſi cer.pẽta.Vnde ꝓpriè eſt condi-
tio, qñ ſuſpendit in futurum euentum : ſiue
incertitudo ſit reſpectu rei,ſiue diei. licet ali
quæ gl.dubitauerint de die mortis. & ita te-
net gl.in l.in omnibus.ff.de reg. iur. tex. eſt
in l.quodcunque.§.j.ff.de verb.ob.

2 †SECVNDO quæritur, ꝗ ſint termi-
ni,vel dictiones æquiualentes ly ſi, & condi-
tionẽ importantes? Et dico verbi cã, qđ eſt
ly cũ:vt lego cũ Titius fuerit cõſul.Et ly niſi:
vt.vẽdo librũ aureo,niſi alius intra mẽſẽ cõ-
ditionem fecerit meliorẽ.ff.de in diẽ addic.
l.ij.quia ſenſus eſt, ꝙ ſi alius id fecerit, non
vendo. Et ly alioquin, & ly aliàs: vt ſcribes
mihi librũ intra mẽſem : alioquin, vel aliàs
decẽ nomine pęnę dabis.l.ſi finito.§.ex hoc.
ff.de

ff.de dam.inf.quia ſenſus eſt, ſi non ſcripſeris,&c. Et ly ſiue:vt promitto decē, ſi nauis ex Aſia venerit:ſiue Titius fuerit cōſul. & ꝙ illarū cōditionū diſiunctiuarū fuerit prior, diſpoſitionē purificat.l. ſi ita ꝗs ſtipulet. ff. de verb.ob. Et ly aut alternatiuū:vt, relinquo pdia ꝓpinquis aut liberis.l.cū pater.§.pe.ff. de leg.ij.quia ſenſus eſt, ſi nō ſunt ꝓpinqui, veniant liberi.& in hoc ſumpto ſignificato ex maiori affectione ꝓpinquorū, quibus teſtator primò relinquere voluit: vt patet ex ordine ſcripturę. Et ly quandiu:vt lego decē annis ſingulis, quandiu res geſſeris hæredis mei:id eſt,ſi geſſeris.ff.de cond.& dem.l.pater.Et ly quoad,donec,& quouſq;: quia idē ſignificant.Et ly dum:vt, lego vxori dū erit cū filio meo.l.ꝗ concubinam.ff.de le.iij. Et ly qñ,quandocunq;,vbi:vt,lego filiæ quando,vel quandocunque, aut vbi nupſerit. Et idem eſt de alijs ſine numero.

3 † TERTIO quæritur, quis eſt modus, quem ſ.importat ly vt, aut aliquid æquiualēs? Et dico,ꝙ, vt patet ex legibus loquētib. de illo, modus gñaliter eſt omnis qualitas adiecta diſpoſitioni.l.obligationū.§.modus ff.de act.& ob.Sed ſpecialiter modus eſt moderamen diſpoſitionis ꝑ oneris appoſitionē tāquam cā finalis:vt ꝓmitto, vt lego tibi vt facias illud,vel ſub alijs verbis ſic diffinitur: Modus eſt inuitatio ad quandam remunerationem, vel adimpletionē, loco eius qđ eſt factū;& ideò nō ſuſpendit,ſed clarificat. Vñ promiſſum ſub modo pōt peti de pſenti exhibita cautione de modo obſeruando. l. ꝗ hæredi.iuncta l.quib.diebus.§.Termilius.ff. de cō.& demon.& qđ no.in c.verū. de cōd. appo. ¶Quartò quæritur quibus dictionib. ſignatur modus, ſiue ꝗ dictiones ſunt æquiualētes ly vt? Et dico ꝙ eſt ly dummodo,qđ eandem habeat ſignificationē.ff. de cōtrah. empt.l.cū ab eo.Et ly ne:vt,Titiū heredem inſtituo,ne fideicōmiſſa ex teſtō Sempronij retineat.quia ſenſus eſt: vt nō retineat. l. cū pr.§.Titio. ver. planè.ff.de le.ij. Et ly ad:vt, lego mille ad monumentū meū ędificādū. Et ly ꝓ:vt,lego decē ꝓ cura mei corporis ſuſtinēda. Et ly in: vt,lego decē in monumēto faciēdo.Sed dicēdo, lego vxori in tps liberorū.ly in,facit cōditionē.Et idē ly nomine:vt lego decē noīe dotis puellarū pauperū, vel redēptionis captiuorū, vbi non ſignificatur cōditio,ſed modus.l.mille.C.de epi.& cle.& ratio,quia ſemꝑ ſunt captiui,& puellæ pauperes. Secus ſi relinqueretur noīe dotis, vel redēptionis certę pſonę,quia tūc faceret cōditionem.Et idem eſt de omni parte orationis, quæ ad hoc ſignificatum adaptari pōt ex ſe vel ſubiecta materia.

4 † QVINTO quæritur,quæ ſit cauſa;& quomodo importetur, aut cognoſcatur? Sed de hoc vide ſ.Cauſa.

5 † SEXTO quæritur,quid ſit demonſtratio? Et dico, ꝙ eſt ex aliquo præterito, vel præſenti,accidente, vel qualitate rei, ꝗ geritur, certificatio, vel liquidatio: vel eſt verbū,vel factū quo aliquid oſtēditur:cū demōſtratio ſit oſtenſio: vñ vice nominis proprij demonſtratio fungitur.ſi cer.pe.l.certū. nec refert, vt ibi dr,an proprio noīe res appelletur,vel demonſtretur digito.Vñ dicendo,lego vxori meę veſtem,quę cauſa eius parata eſt:illa verba,quæ cauſa ſunt demōſtratiua.

6 † SEPTIMO quęritur,vtrū demōſtratio falſa annihilet legatū,vel inſtitutionē hęredis?Et dico,ꝙ licet falſa demonſtratio nō ſit demōſtratio:ex ea tñ ſumitur qñq; ſignificatū ad inualidandū actū, ꝗ aliàs ea nō expreſſa eſſet validus. Vñ dicendo lego vxori meæ veſtē,ꝗ cā eius parata eſt: ſi nihil ſit paratū,legatū non valet. l.Quintus Mutius. ff. de aur.& arg.Secus ſi dicerē, veſtē meā purpureā,ꝗ cā eius parata eſt: quia licet ſit falſa demonſtratio,ꝗ cā,&c.tñ apparet de re legata ꝑ verba pcedentia:cū verè talē habeā veſtē:vt in d.l.Quintus Mutius. Vnde falſa demonſtratio nunquā impedit legatū, vbi conſtat de re & voluntate,l.ſi ſic.ff.de leg.j. Igitur, verbi gratia, falſa demonſtratio inualidat legatū:primò dicendo, lego dotē ſi nihil ſit in dote:quia ſi demonſtratio eſt falſa, nō demonſtrat,& non apparet de legato,niſi ꝑ demonſtrationē.C.de fal.cā adiec.lega.l.iij. Secus dicēdo,lego centū,ꝗ in dotē accepit. Quia licet demonſtratio ſit falſa, tñ valet legatū,quia conſtat de re legata. Et ſecundò, inualidat dicendo,Titium filiū meum heredem inſtituo:in caſu,ſ.quo non eſt ipſi teſtāti filius:quia licet conſtet de perſona,tñ voluntas teſtatoris fuit inſtituere filium, & cōſequenter Titiū nō filium inſtituere noluit: & conſequēter non ualet:ut in l.ſi pater. C. de hæ.inſt. Et tertiò dicēdo, Inſtituo Titiū fratrē meū,ſi ſciā eū non eſſe fratrē, licet ut fratrē diligā: nō ualet inſtitutio.l.nemo.§.j. ff.de hæ.inſt.& hoc intellige ī foro cauſarū. Et quartò inualidat dicendo, lego decem ꝗ ſunt in arca, ſi nihil ſit in ea.ſi tñ eēnt tantū quinq; valeret ad illa quinq;. l.ſi ſeruus.§. 2

quinq;

& corã ſuo iudice, parte pſente & nõ ſit contra nãm, nec cõtra ius, & fiat de re litigioſa, & nõ ſit contra libertatem: alias non piudicat. Vide diffuſe. ĩ d.c. ex parte. quia potius eſt fori cõtẽtioſi, de quo principaliter nõ intendo. Direct. ẽt lib. 4. dicit, qđ confeſſus in iure contra ſe, habetur ꝓ conuicto: & valet confeſſio, concurrentib. tñ, quæ his verſiculis continent: Maior, ſponte, ſciens dñs, pars, lis, ſed & in ſe Confeſſus certum, cõpos, pro iudice, iure Damnatur: niſi ius, fauor, aut natura repugnet. Dicitur aũt maior ſ. 25. ann. quia minor contra ſuã cõfeſſionem ſine autoritate tutoris reſtituitur. ff. de confeſ. l. certum. §. minorem. Dicitur ẽt ſponte: quia interueniente coactione non obeſt confeſſio. 15. q. 6. c. j. Et ſi quis ꝑ anguſtiã tormentorũ confiteatur, non obeſt, niſi in confeſſione ꝑſeuerauerit poſt tormẽtorũ depoſitionẽ. ff. de queſt. l. j. §. diuus. Vbi dicit Bar. confeſſionem factã ꝑ tormẽta, in qua ſit adhibita tortura: vel aliquo ligato, & pręcedentib. minis de tortura: vel in carcere, famè, & frigore, multum affligente: nã tunc formidine tormentorũ vř facta. Ad aliquem aũt perſeuerare in confeſſione, oportet. ꝑ li. ij. C. de cuſto. re. qđ poſt dictã confeſſionem reducatur ad locum publicum, id eſt, corã notario, & pſonis publicis cõfiteatur: dẽt tñ iudex arbitrari ęquè, vt reducat eum, poſtq̃ ceſſauerit tormentorum dolor: quia ſi reduceret eum ad bancum ſtatim inſtantibus doloribus: totũ hoc videretur tormẽtorũ formidine factũ. ar. l. qđ ait. §. fi. ff. de adult. Et ẽm Lud. Ro. in ſuis ſingularibus, officiales ſunt homicidæ: & tenẽtur de omni dãno, q ad torturã ſine indicijs ponunt homines, q tormentorum metu cõfitentur ꝑpetrata delicta: ex qua cõfeſſione deinde ſuſpenduntur: nec valet talis cõfeſſio ſine indicijs: vt in d. l. j. in prin. ff. de q. nec cõfirmatur ꝑ indicia ſi ſuperueniant: vt vult glo. ſingularis in l. maritus. ff. eo. de qua gaudet Bal. in l. fi. C. de accuſa. Dicit ẽt, ſciens quia ſi errat, & ſuũ errorẽ ante ſñiam probare põt: non obeſt ſibi confeſſio. de cõfeſ. c. fi. Vnde ẽt de aduocato dicit Azo. qđ 7 eius cõfeſſio quandocunq; ante ſñiam probato errore poterit reuocari. de cenſi. olim. vbi hoc no. Bar. Dicitur ẽt dñs: quia ꝓcuratoris confeſſio nõ nocet dño abſenti. ff. de confeſ. l. certum. §. ſi quis. nec obſtat, quo minus intra triduum reuocare poſſit, ẽt nudo verbo: non aũt poſt triduum, niſi dñs veniẽs probare velit errorem probabilem antequã negotium finiatur: quia nemini nocet error facti. d. c. fi. Si tñ procurator cõfiteatur dño præſente, perinde eſt, ac ſi dñs confiteamur, niſi contradicat ea die. Dicitur ẽt pars: quia requiritur aduerſariũ eſſe præſentem: aliàs nõ nocet parte abſente. d. l. certum. Dicitur ẽt lis: quia ſi confeſſio non fiat de re litigioſa, vel de qua poſſet eſſe lis: non nocet. ff. de inter. ac. l. confeſſionibus. Dicitur ẽt, ſed & in ſe, id eſt, contra ſe: quia ſi pro ſe confiteretur ei, non prodeſt, vt ei ſtetur. ſed ſolum cõtra ſe. 14. q. ij. c. j. Dicitur ẽt, confeſſus certũ: alias ſuper incertare non daretur ſnĩa. j. q. 3. graue. & ſi non vult reſpõdere, vel reſponſionẽ ſuã declarare, habeatur pro confeſſo, vel negato: ſicut ſi confeſſio, vel negatio faceret cõtra ipſum. ſicut de eo dicitur, qui iurũ de calumnia præſtare non vult. de iura. calum. c. fi. Dicitur ẽt, cõpos: quia confeſſio furioſi ei non nocet. de ſuc. ab inteſt. c. fi. & idem dici põt de confeſſione facta iracũdiæ calore: quæ non nocet, niſi detur perſeuerantia. de diuor. ex literis. iuncta gl. Dř ẽt, pro iudice, id eſt, corã iudice ſuo. aliàs regulariter non piudicat. C. e. l. vna. licet caſualiter piudicet facta exterius. de fide inſtr. ſi cautio. & ĩ alio caſu, extrà, de exceſ. prela. q̃ ſit. Dicitur ẽt, iure, id eſt, iudice ſedẽte pro tribunali. alias perinde eſſet, ac ſi corã priuato fieret. extrà eo. c. ij. & vlt. Dicitur ẽt, dãnatur, ſ. ac ſi eſſet teſtibus cõuictus. & ſic intellige nulla eſſe partes iudicis in confitentem, ſ. examinatorias: ſecus cõdemnatorias. d. c. iij. Dicitur ẽt, niſi ius: quia iure repugnante nõ obeſt: vt ſi Chriſtianus fateatur ſe Iudæi mancipium, qđ iure prohibetur. extrà, de Iudę. c. fi. Dicitur ẽt, fauor, ſ. matrimonij: contra qđ non valet cõfeſſio. de eo qui cognò. conſangui. vxo. ſu. ꝑ eo. Sed ſi eſſet pro matrimonio, ſtaretur cõfeſſioni, niſi alij præiudicaretur. Dicitur ẽt, aut natura repugnet: quia ſi ſectus, vel naturaliter frigidus fateatur ſe adulterium commiſiſſe, vel impubes: nõ nocet. de frig. & male. qđ ſedem. Confeſſio autem extra iudicium regulariter non pręiudicat confitenti.

SEXTO † quęritur, utrum confeſſio extraiudicialis non contra partem piudicet in abſentia partis? Et dicit Pan. in c. ſi cautio. de fide inſtr. ꝙ qñ promiſſio fit preſenti ſic: promitto tibi pſenti, qđ dabo abſenti cẽtũ: tũc obligatur naturaliter, & de iure ciuili. Secus ſi diceret: ꝓmitto tali abſenti centum: quia tunc nõ obligatur ẽt naturaliter: quia nõ eſt cui acquiratur obligatio. & no. glo. & Doc. in l.

in l.ſtipulatio.§.ſi quis inſulã.ff.de verbo.obli.& in l.j.ff.de pac. & in c.ſi tibi abſenti. de ꝑb.li.6.Fallit hoc qñ qs dicit tutori pupilli, curatori furioſi,actori vniuerſitatis,ꝙ ꝓmittit pupillo,furioſo,vel vniuerſitati: qa obligat.l.cũ q.§.4.cũ tribus ſeq.ff.de conſt.pec.

5 SEPTIMO † quæritur ad quid valeat cõfeſſio generalis,nõ ſacramẽtalis,facta cõtra peccatũ in Miſſa,Prima, vel Cõpletorio, & Prędicatione,& hmõi? Et dico,ſm S. Th. ꝙ valet ad remiſſionẽ venialiũ in toto,vel in parte:& hoc ex cõtritione confitẽtis,& humilitate cõfeſſiõis,& orõne ſacerdotis: imò & cuiuslibet dicẽtis,Miſereatur: non aũt clauiũ poteſtate:& ſm Per.ad remiſſionẽ pęnę debitæ ꝓ mortalib.remiſſa prius culpa : nũquã tñ ꝑ hanc remittitur culpa mortalis,ẽt oblita,ſine cõtritione,ſm Arch.qa ſ.ibi virtus clauiũ nõ facit de attrito cõtritum: imò nec venialis,eadẽ ratione. Qui aũt in hac dicit ſe oĩa peccata cõmiſiſſe,falſum nõ dicit: qa ſm Ray.loquit̃ in ꝑſona oĩum fidelium: vel ſm Aug. in vno peccato poſſent multa notari:vel intelligitur non de ſingulis gñrũ, ſed de generibus ſingulorum, ſm Arch.

DE CONFESSIONE SACRAmentali,primò in ſe quid,& qualis ſit.

1 *Confeſſionis ſacramẽtalis multiplex definitio. Et ibidem quotuplex ſit.Item, quid conferat poſt ſpecialem confeſſionem ſacramentalem generalis confeſſio,quæ ſolet fieri.*

2 *Confeſſio legitima,qualis eſſe debeat,& quot conditiones ei ineſſe debeant. Et de his verſuũ vulgarium pulchra, ac docta expoſitio. Et ſub hæc, an huiuſmodi conditiones ſint oẽs de neceſſitate.*

3 *Confiteri peccata mortalia,num cõmodum opportunitate habita,ſit neceſſarium? Et quibus caſibus. Itẽ,num quis teneatur ſub peccato mortali, laborare,ne de peccatis præſertim mortalibus,obliuiſcatur.vbi ꝙ ſatis eſt, ꝙ velit, & proponat, cum tp̃s ad id neceſſarium continget,confiteri.*

4 *Confiteri peccata ſemel confeſſa,num quis teneatur.Et prælato ꝑcipienti, vt confeſſionẽ iteret,an quis teneatur. Et num ad id legem Papa condere poſſit. Et ibidem multiplex limitatio.*

6 *Pueri, ac puellæ tandem aliquando mortale eſſe cognoſcentes,quod alias ſcienter confiteri,q. eius grauitatem non intelligerent,omiſerunt: an confeſſionem iterare teneantur. Et ſub hæc, peccati confeſſio quid importet.*

7 *Confeſſor ſecundus, num abſoluere poſſit a caſu reſeruato ipſi primo, quod ei ex obliuione in confeſſione non eſt detectum. Et ibidem conſilium pro his,qui a Papa,vel legato,& huiuſmodi abſoluuntur.Item pro religioſis abſolutionem in viſitationibus a ſuis prælatis, vel capitulis accipientibus.Et pro eiſdem quo ad reſeruatos caſus.*

8 *Confeſſionem hiſtoriæ narratio cum peccatis, ſi eo ſpectet,vt peccata declarentur,& detegantur,nullam non reddit.Et quid ſi quis ex ſuperbia proprium confeſſorẽ erubeſcentia ductus adire nolit. Et ibidem Sum. Ang. refellitur.*

9 *Confiteri alio propoſito,quam ad veniæ conſecutionem,an mortale peccatum ſit. Et quid ſi quis de peccatis a ſe nõ admiſſis,confiteatur: ac proinde in confeſſione mentiatur. Et ſub hæc,num ſacerdoti infideli confitendum ſit, remiſſiue.*

10 *Cõfiteri circũſtantias peccatorũ oẽs, an neceſſariũ ſit. Et tacendo circunſtantiã quandoq; quis ſe mortalis peccati periculo dupliciter exponit.*

11 *Confiteri circunſtantiam ſacri temporis, aut loci,an ſit neceſſe.Et quid de circũſtantia ad vtrũque communi, ſcilicet quoties. Et quid importet huiuſmodi circunſtantia.*

12 *Confiteri peccata in numero expreſſe determinato,num quis teneatur.*

13 *Sacerdotem diſcretum ac idoneum q̃rens, quid ab eo diſtet, qui nõ idoneum quærit.Et ibidem, quod Iudas,qui nõ Apoſtolos,ſed phariſæos adiuit,in deſperationem adductus eſt.*

14 *Confiteri peccata venialia ex vi ſacramenti, nũ quis teneatur.Et ad finem numeri,vtilitas ex venialium confeſſione.Et de contritione,& pænitentia,remiſſiue. Et de libertate, aut coactione confeſſionis.remiſſiue.nu.ſeq.*

16 *Confiteri ad deuitandam verecundiam,per ſcripturam,vel interpoſitam perſonã,num quis poſſit. Et ad finem, quod confeſſio etiam ſine verecundia facta teneat.*

17 *Confiteri peccatrix ſacerdoti, cũ quo peccauit, quamuis non debeat,ſi tamen confiteatur,& abſoluatur,tenet abſolutio.*

18 *Confeſſio non hr̃, ſi quis alterius peccata,eo præſente,apud ſacerdotem dicat.Et quid ſi tãdẽ peccator ad ſacerdotis quæſitũ de peccatis ꝑ ſe reſpõdeat.Et quid erga huiuſmodi cõfitentem efficere ſacerdos debeat, conſilium longe ſaluberrimum.*

19 *Cõfeſſionẽ diuidere,an liceat.Et quando liceat.*

20 *Peccator ſi caſus reſeruatos habeat, quid agendum ſit.*

21 *Abſolutus a reſeruatis in mortis articulo, ſi deinceps euadat,ſuperiorem adire num teneatur.*

22 *Confeſſio ſecreta,ſiue confeſſorem, ſiue pænitentem ſpectes,ſiue aliũ tertiũ,qualiter eſſe debeat.*

23 *Sacerdos plures pueros doli capaces ſimul audiẽtes,an mortaliter peccent. Et quid ſi plures vnũ audiant.*

24 *Confeſſio lacrymabilis an eſſe neceſſario debeat.* Et

*Et quæ lacrymæ in ea maxime ſpectãdæ ſint.*

25 *Cauere velle a peccato, & credere ꝙ cauebit, diuerſa eſſe. Et qui nullam habet diſplicentiam etiam virtualem, vel cauendi voluntatem, quinimo actu non cauet, ſi confeſſus petat abſolui, mortaliter peccat. Et quid ſi hoc ſacramentum ſuſciperet, vt tandem doleret.*

26 *Confeſſio facta a ficto ſine contritione & charitate, an efficax ſit, & valeat. Et quid nomine cõtritionis accipiãt Doc. hoc loco. Et quotuplex quo ad propoſitum ſit fictio. Et num recedente fictione, valeat præcedens confeſſio.*

27 *Peccatore fictionem ſuam exprimente, dicendo ſcilicet, ſe non proponere abſtinere, num illum abſoluere debeat ſacerdos.*

28 *Peccata aliena in confeſſione, aut alienam perſonam nominare temere non licet. Et num aliquando perſonam alienam nominans mereri poſſit.*

29 *Pænitens non omnem pœnitentiam, quam velit ſacerdos iniungere, acceptare tenetur. Et quid ſi acceptet, quamlibet dura ac grauis ſit. Et ſi non expleuerit, an teneatur confeſſionem iterare.*

30 *Confitens ſi hic a Deo, vel in purgatorio nolit puniri, an ſatisfactionem, quam ſacerdos iniungit, recuſare poſſit, & aliam expetere.*

31 *Confeſſor ſecundus, num pœnitentiam a primo iniunctam commutare poſſit.*

32 *Pœnitens, ſi id ſacerdos iniungat, num ad religionis ingreſſum tenetur. Et an religionis ingreſſus alicui iniungi poſſit.*

1 CONFESSIO † ſacramentalis, dicitur, ſm Direct. & Ray. quaſi ſimul, uel ex toto uel vndique faſſio .i. locutio. & is cõfitetur, qui totũ fatetur: quia ſicut ſñia, ſic confeſſio q ſniam generat. debet eſſe certa dicẽte l. certũ. ff. de confe. ꝙ certum confeſſus pro iudicato erit: & ſicut dicit S. Th. 4. di. 17. conuenientiſſimè diffinitur ſic ab Augu. Confeſſio eſt per quã morbus latens ſpe ueniæ aperitur. & ſic tãgitur materia, i. peccatũ, & actus .i. aperire: & finis eius .i. uenia. Sed iſta diffinitio competit ẽt cõfeſſioni ſacrali imperfectè. i. q habet defectum: puta, quia non eſt integra, uel huiuſmodi. Cui cõcordat Pet. in 4. dicens, ꝙ cũ tripliciter fiat confeſſio peccati ſcilicet in foro animæ interius corã Deo: in foro pœnitentiæ exterius corã Dei uicario: in foro contentioſo corã iudice: in prima peccatũ non aperitur, quia Deo apertũ erat: in tertia aperitur quidem, ſed non ſpe ueniæ, ſcilicet regulariter: ſed in ſecunda aperitur ſpe ueniæ, & conſequenter ſi aperitur alio fine, ſcilicet ad conſultandum, aut ad leuitatem, aut ad laſciuiam, uel huiuſmodi, non eſt confeſſio, nec illud peccatum eſt dictũ in cõfeſſione nec ſm Ray. ſacerdos tenetur illud tenere ſecretũ, ſcilicet eo modo quo ſi dictũ eſſet in confeſſione, vt dicetur j. Vel ſub aliis uerbis à Ray. ſic diffinitur confeſſio perfecta: Confeſſio eſt legitima coram ſacerdote peccati declaratio .i. cõfeſſio ſacramẽtalis eſt declaratio peccati: vt excludatur confeſſio facta Deo, coram ſacerdote: ut excludatur confeſſio iudicialis. legitima, i. ſm precepta legis facta: ut excludatur confeſſio ſacramentalis, quę non eſt integra, uel hẽt alium defectum. Confeſſio aũt ſacramentalis eſt duplex. ſcilicet ſpecialis, qua quis ſpecificè peccata confitetur: de qua principaliter hic intẽditur: & generalis, qua. ſ. quis poſt ſpecialem omniũ occurrentiũ memorię, dicit ſuam culpã de omnibus alijs commiſſis cogitatione, locutione &c. & ualet ad remiſſionem mortaliũ oblitorũ, ſm doct. ẽt ſi quis non eſſet contritus, ſed attritus ſolũ: quia ſm Archi. imò ſanctũ Thomam, & alios Theologos, in confeſſione fit quis de attrito contritus, uirtute clauiũ: & multò magis ualet ad remiſſionem uenialiũ ex quatuor, ſm S. Th. ſcilicet ex contritione confitentis, humilitate confeſſionis, oratione ſacerdotis, ut eſt publica perſona, & clauiũ poteſtate. Sed intellige, dũmodo quis ſit de eis ſaltem uirtualiter contritus, uel attritus: alioquin ſtante uoluntate ad illa, in hac uita remitti non poſſunt: quia eſſet cauſa ſine effectu, i. uoluntas peccandi ſine peccato. Nec tamen ex obliuione peccatorum, quæ quis ſic confitetur, & de quibus conteritur ſolum in genere, reportat homo commodum, ſecundum Sanct. Thom. quia nec tantum ſibi de pœna remittitur: nec tantum meretur, ſicut ſi particulariter fuiſſet confeſſus.

2 † PRIMO uerò queritur, qualis ſit confeſſio legitima: uel quæ ſunt conditiones confeſſionis legitimæ, uel requiſitæ ad eſſe legitimã? Et dico ſm S. Th. ubi ſ. ꝙ debent eſſe ſexdecim, his uerſibus contenta: Sit ſimplex, humilis, confeſſio, pura, fidelis, Atq; frequens, nuda, diſcreta, libens, uerecunda, Integra, ſecreta, lacrymabilis, accelerata, Fortis, & accuſans & ſit parere parata Quorũ expoſitio ſm ipſum & alios Theologos hæc eſt ſimplex. ſ. continens ſolũ peccati grauitatẽ ſine miſtura hiſtoriarum. Humilis ſcilicet interius, vt quis ſe miſerũ ac infirmum cognoſcat, & fateatur etiam ex congruitate exte-

rius:vt flexis genib. capite diſcooperto, aut velato,veſte lugubri,& hmõi.Puta,id eſt, recta intentione facta.Fidelis,id eſt verax,ſine falſitate,vel fidelis ſm alios, id eſt,in fide catholica,& cõfidentia veniẹ.Sed prima expoſitio eſt melior, quia fides & ſpes nõ ꝑtinent ad eius cõditionẽ vel qualitatem,ſed ad ſubſtantiã. Atque frequens,id eſt crebra, & hoc eſt,ad bene eſſe, & ſm Ray.dupliciter põt intelligi.ſ.ſiue quo ad peccata nunq̃ confeſſa, vt crebrò cadens, crebrò reſurgat ꝑ confeſſionẽ, ſiue quantũ ad confeſſa, vt denuò ac ſæpe dicãtur. Nuda,id eſt verborũ obſcuritãte minime uelata, ſed ita clara, ut confeſſor patenter intelligat peccati ſpeciẽ,& grauitatẽ,quãuis hic diſcretione opus ſit,ut in peccatis laſciuiæ verba ſint rara,& pudica,& ſobria,& honeſta,quãtum eſt poſſibile, ita tñ, ꝙ factum clarè intelligatur,ne ſacerdos tangatur motu ſenſualitatis,ſm S.Tho.in Gul. Diſcreta, vt maiora maiori pondere dicant̃, uel diſcreta,ſm Sum.Confe.ad ſciendum q̃rere idoneum,& diſcretũ ſacerdotẽ. Libẽs.i. ſine coactione nõ ſolum abſoluta, ſed ẽt cõditionata, ne.ſ.confiteatur quis coactus humana verecundia,aut timore repulſionis,ab eccleſia uel ſacr̃is. Verecundia, ne.ſ. quis in recitãdo peccata ſe de illis iactet ꝑꝑ aliquã ſeculi uanitatẽ,ſed erubeſcat de offenſa Dei intus,& ẽt de ſacerdote extra, quia hoc eſt ſatiſfactorium pœnæ.de pœn.diſt.6.c.j. Integra,ut.ſ.nihil ſubtrahat quis de manifeſtandis. ꝙ de mortalibus intellige, quia quo ad venialia.ſm Petrũ,dimidiari põt, niſi dubitentur eſſe mortalia. Secreta.ſ. quantum ad conditionẽ fori,in quo de ſecretis cõſciẽtiẹ agitur,q̃ dẽnt eſſe ſecreta ex parte confeſſoris,ne detegat peccatorẽ, & cõfitentis,ne detegat verenda patris ſui, uelut Chanaan, Geneſ.ix.niſi ubi expediret.Lacrymabilis, ne.ſ. ſaltẽ interius quo ad dolorẽ de peccato. Accelerata,ne.ſ.dietim differat̃. ſed ſtatim poſt lapſum peccati, & feſtinè ꝑficiatur.Fortis.i. conſtãs, ne q̄d ꝑꝑ timorẽ ſatiſfactionis,aut peccatorũ uerecundiã omittat̃. Et accuſans peccatorẽ,& non aliũ.Et ſcit parere.ſ.ſacerdoti,parata. Hæ cõditiones non ſunt oẽs de neceſſitate ut patebit ꝑ ſequentes q̃ſtiones, q̄b.declarãtur. ſed duẹ ſunt de bene eſſe ſ.ꝙ ſit frequẽs & ꝙ feſtina,q̃ ſic differunt,q̄a ex duob.æquè crebro cõfitentib. unus accedit ſtatim poſt peccatũ alacer, & prõptus, alter tardè, triſtis, & piger. vnde male Supple. in quadriga,has ſexdecim conditiones reducit ad xj.quia oẽs ſũt diſtrictẹ,vt patet ex dictis.

3 † SECVNDO quæritur,quantũ ad feſtinationem, vtrũ neceſſarium ſit confiteri peccata mortalia ſtatim habita opportunitate?Et dico,ꝙ ſm S.Tho.in 4.diſt.27.ad cõfeſſionem in ꝓpoſito tenetur quis qñ & ad contritionem tenetur.ſ. qñ peccata memoriæ occurrunt. ꝙ limita ſm Pet.de Pal.in 4. ſi occurrunt practicè.i.ſicut materia delectationis,aut deteſtationis. Et hæc eſt etiã mẽs S.Bonau.& Alex.de Ales.ut patebit ĩ. Contritio.§.ij.Ad cõfeſſionem aũt actualiter faciendã poſt mortale,Inn.in c.omnis.de pœni.& remiſ.tenet indiſtinctè q̄d homo tenetur ſtatim,ſiue peccatũ ſit publicum,ſiue occultũ.Et idem vr̃ ſentire Arc.in c.ille tex. de pẹni.di.3.gl.aũt de pẹ.diſt.v.in Sum.vr̃ limĩtare,qñ peccatum eſt notorium.S.Bona.aũt in 4.diſt.17.idẽ ſentit de religioſis, ꝙ tenent̃ ſtatim: quia totũ tp̃s eſt eis pœnitentiæ, & de clericis hoc dubitat,de laicis verò aſſerit, ꝙ teneãtur ad ſtatim:qñ adeſt talis commoditas, qua rationabiliter non expectatur maior quo ad tp̃s,& ſacerdotem,quod quidã quia hoc ur̃,erit in quadrageſima, rationabiliter poſſunt id tp̃s expectare.Et Supplementum conatur ex verbis eius oſtendere,ꝙ etiam ipſi laici teneãtur ad ſtatim, cũ eis occurrit opportunitas,& hoc ipſe tenet in alio loco. Sed nullus iſtorum probat efficaciter dictũ ſuum,& cõmunis doctrina eſt in contrarium, vnde firmiter tenẽda eſt opinio S. Th.ꝙ nullus tenetur ſtatim, niſi in caſibus, qui dicentur:quia cũ præceptũ de confitendo ſit affirmatiuum,non obligat niſi pro loco & tp̃e.quod dupliciter contingit.Primò ſ.ꝑ accidens,qñ aliquid imminet faciendũ, q̄d ſinẹ peccato facere nõ põt,niſi cõfeſſus: ſecus ſi dẽt quis cõicare:inde venit oblĩo cõfitendi ſemel in anno,quia ſemel cõicãdum eccleſia ſtatuit.Scd̃ò ꝑ ſe:& ſic nõ tenet̃ homo ad ſtatim,ſicut nec ad baptiſmũ, q̄d eſt maioris neceſſitatis:q̄a eadẽ rõ eſt de vtroq; differendo, cũ vterq; ſit ſacr̃m neceſſitatis: ſi tñ periculũ mortis immineat.ꝑ ſe tenetur homo ad confeſſionẽ, ſicut & ad baptiſmũ, quia ea quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, homo in hac vita tenetur implere.Et hæc opinio eſt probabilior, quãuis periculoſum ſit differre.Et q̄d dr̃ de religioſis,nihil eſt: quia ad alia non tenentur q̃ alij homines, niſi ad quæ ex voto ſe obligarunt.hẹc ex S.Tho. in terciſim: cuius opinionem ſequitur Pet. de Pal.Rich. Duran. Ioan.de Neapo.in quolibet.

bet. Arch. & cõis ſchola Theologorũ, & Canoniſtarum. Vñ ſileat hic Sum. Angelica, & Supplementũ ſectantes opiniones S. Bona. quam tñ Sum. Roſ. non ſequitur. Et licet ſit tutius ſtatim confiteri, q̃ differre, non tamẽ tutius eſt tenere, qđ ſic obligemur: quia uiri timorati haberẽt maximas occaſiones peccandi: cum aliqñ in menſa, vel in platea recordari poſſent de peccato, & hr̃e confeſſoris copiam. Quatuor tñ ſunt caſus, in q̄bus homo tenetur ad ſtatim confiteri, ſm Petr. de Pal. & cõiter doct. ¶ Primus, ſi hẽt cõicare, & adeſt copia confeſſoris. qđ limitat Rich. niſi de propinquo expectaret aliũ, cui deuotius, & ſecutius confiteatur. qđ tñ credo S. Tho. non approbaret, niſi confeſſor p̄ſens eſſe talis, qđ cenſeretur confeſſoris copiam non hr̃e. infrà Euchariſtia, 2. & item Euchariſtia 3. §. 14. Et ſimiliter tenetur ſtatim, ſi habet recipere ordinem ſacrum, ſm S. Tho. 1. quol. q. 6. ar. 2. Et hoc q̄dã & Petr. de Pal. extendunt eadẽ rõne ad ſuſceptionẽ cuiuslibet ſacramenti. uide ꝟ. Matrimonium. 1. §. 1. in fi. Sed non eſt eadẽ rõ, quia ſuſcipiens ordinem ſacrum ex more eccleſiaſtico cõicat: non aũt contrahens matrimoniũ. Præterea oppoſitum huius ſentit S. Th. quia ſm eum, ordines maiores ſunt eccleſię ſacramẽtum: & tamen eos videtur excludere ab iſta obligatione, cum dicit, ſi hẽt ſuſcipere ordinem ſacrum, & nõ dicit ordinẽ ſimpliciter. Vnde in alijs ſi ſufficit contritio & ſumma purificatio, quæ eſt ꝑ cõfeſſionẽ: requiritur ſolũ in ſummo ſacramento Euchariſtiæ, in quo nõ ſolũ gratia, ſed fons & autor gratiæ ſuſcipitur Chriſtus. Imò ẽt hoc. ſ. hoĩem teneri ad ſtatim confitendũ: Sum. Ang. dicit, ſm aliquos, extendi ad eum, qui ſacramẽta alijs adminiſtrat, uel actũ ſolennẽ exercet in eccleſia: ut legere Euangeliũ. Et allegat Landul. & S. Th. in quol. ubi quicquid ſit de Lãdulpho, ipſe S. Th. hoc non dicit, imò Arch. dicit ſe nullum legiſſe doctorẽ, qui hoc clarè dicat: vnde in talibus contritio ſufficit. Scd's eſt, quãdo quis in periculo mortis. ſ. notabili, uel probabili: qđ ſm Pet. de Pal. tunc eſt. quãdo quis eſt in tali caſu, in quo frequenter hoĩes moriũtur: ut in naufragio, bello, acuta febre, uel graui infirmitate: ꝑꝑ quod præcipitur medicis, ut uocati ad infirmos efficaciter faciant, ut prius aduocentur medici ſp̄uales. de quo ꝟ. Medicus. §. 3. ¶ Tertius eſt, qñ cõſcientia dictat ſtatim eſſe confitendũ neceſſario: quia dr̃ 18. q. 1. §. ex his. oẽ quod eſt contra cõſciam. ſ. p̄cepti, ſm gl. ædificat ad gehennã. ¶ Quartus, quãdo ꝓbabiliter uidet, ꝙ illo anno copiã idonei confeſſoris hr̃e non poterit. ¶ Quintũ addũt aliqui, qñ peccator poſt cõfeſſionem, & cõionẽ in Paſchate recolit ſe oblitũ cõfiteri aliquod mortale: quia tenetur ſtatim cõfiteri: nec põt expectare futurã quadrageſimam, quia exponeret ſe periculo obliuiſcendi denuo. Sed hoc nihil eſt: quia obliuiſci peccatũ mortale non eſt peccatũ mortale: vñ iſte nõ ſe exponit periculo peccati mortalis, nec tenetur laborare, ne obliuiſca[illegible] alioquin tenetur ſꝑ deferre inſtrã [illegible]di peccata, qđ eſt ſtolidũ: ſed ſufficit, qđ uelit recordari & ꝓponat confiteri, qñ alia uice tenebitur.

4 † TERTIO quæritur, quãtũ ad frequentiã, utrum aliquo caſu teneatur quis denuò confiteri peccata confeſſa, & reiterare confeſſionem? Et dico, ꝙ licet ſit expediẽs eadẽ rite cõfeſſa frequẽter confiteri. de pœnitentia. diſ. 1. c. quẽ pœnitet. quia hoc confert remiſſionem pœnæ rõne verecundiæ, & actus de ſe boni, & ad augmentũ grãæ rõne uirtutis clauiũ: tñ hoc non eſt neceſſariũ, ſm oẽs Doct. nec tenetur quis obedire p̄lato p̄cipiẽti, vt recõfiteatur: imò ſm Pe. de Pa. papa legẽ cõdere non poſſet, q̃ hoc p̄ciperet. Fallit tñ hoc dictum in multis caſibus, in quibus tenetur quis reiterare cõfeſſionẽ. Primò, ſm S. Th. Pe. Ray. Hoſt. & oẽs, ſi aduertenter tacet mortale: uel quod credit, aut dubitat, ꝓbabiliter eſſe mortale: aut circunſtantiã neceſſariam ex uerecundia, uel alia iniuſta cã: quia mortaliter peccat ꝑꝑ fictionẽ & irreuerentiã ſacri, & reiterare tenetur. Et ſimiliter ſm dictũ Dur. tenetur ſi omiſit ex ignorantia craſſa, uel ex propria notabili culpa ꝓceſſit, & conſentit gl. Ray. ſub ti. de pœ. & re. ut quia noluit de ſuis peccatis cogitare. Et idem eſt ſi omiſit ex craſſa obliuione, ſm Ric. in 4. diſ. 17. Si tñ cõfiteretur eidem memori peccatorũ S. Bon. uel ſaltẽ pnĩæ impoſitæ ſm Pe. de Pa. & Dur. ordinis mi. ſufficit prius confeſſa reconfiteri in generali ſolum dicẽdo: dico meã culpã de his, q̃ prius vobis dixi, ſicut ſi nulla fuiſſet abſolutio de facto, q̃ differri ꝑꝑ multos dies, ẽt ſi cõfeſſor eſſet oblitus, dũmõ prius taxaſſet pœnitentiã. qđ ſi non feciſſet, oporteret ad memoriã reducere, ut fieret iuſta moderatio. Et idẽ, ſecundum eundem Pet. eſt in caſibus ſeq. Si aũt aliquid horum omittit ex iuſta cã, puta, q a dubitat probabiliter confeſſorem ſolicitare

ad malū, qđ omittit, uel reuelatur in confeſſionem, uel cognitum ū aliqđ peccatū, quod confitens audiuit in cōfeſſione, vr̄ excuſari. Similiter qui omittit ex obliuione, uel ignorantia probabili facta debita diligentia, quā cōi lege ꝑmittit humana fragilitas, ſ'm Ric. quæ eſt debita, ſ'm Sco. quādo quis tātā adhibuit ad memorādum, quātā quis apponeret in re ardua, & quę ſibi multū eſſet cordi. Similiter qui ex neſcientia, puta quia non credit eſſe peccatū, excuſatur: quia licet aliquando non excuſet hoc quin talis peccet, dū talia agit contra legē Dei, aut naturæ: excuſat tamē ne peccet nō pœnitendo, uel nō confitendo ſpecialiter, ſed ſolum in genere cōfitendo ignorata. i. nō cognita, & oblita.

6 †V N D E pueri, & puellę nouiter cognoſcentes eſſe mortale, qđ alias ſciēter omiſerunt confiteri ex neſcientia grauitatis eius, nō tenentur iterare cōfeſſionē: qđ Sū. Ang. verū credit. ēt ſi tali peccato erat annexa excōicatio. Sed hoc eſt magnus error eius: ut patebit ĩ. Cōf. 3. §. 8. ¶ Secūdò ſ'm S. Th. Pet. & Ric. qñ ex cōtēptu, uel negligētia nō impleuit pnīam pro mortalibus iniunctam, ad quā ex præcepto tenetur: nec implere pōt, quia eſt eius oblitus: ſi tñ eā perficere tanq̃ memor reiterare confeſſionē minimè tenetur, pcipuè quando tps p̄fixum non fuit, qđ tranſgredi non poſſet, q̃uis ei eſſet declaratū, quo tpe eam perficere deberet: imò etiā ſi eſſet p̄fixum, licet illud tranſgrediendo ſine iuſta cā, peccaret mortaliter. Similiter nō tenetur iterare confeſſionē, ſi talis pnīa erat iniuncta pro uenalibus, ad quā non tenetur de neceſſitate. ſ'm S. Th. nec ſimiliter ſi eam omiſit ex impoſſibilitate. i. maxima difficultate: puta, infirmitate, uel hmōi: nec ſimiliter ſi eā non acceptauit, ſ'm Sco. de quo ĩ. §. 24. nec ſimiliter ſi eā alius confeſſor mutauit, ſ'm Pe. de Palu. etiā non cognito peccato, ꝓ quo erat impoſita. ſed de hoc ĩ. §. 26. ¶ Tertio ſ'm S. Th. Pet. & Hoſt. ex parte confeſſoris, quādo eſt notabiliter ignorans, neſciēs diſcernere inter mortale, & ueniale, de oībus peccatis: & præcipuè ſi pœnitēs caſus habet intricatos. Hoc tamē Durā. ordi. mi. limitat, niſi ipſe pœnitens eſſet peritus, & inſtrueret confeſſorem. limitat etiā Arch. quādo confeſſorem alium non hr̄et, maximè in articulo mortis: quia tunc eidem confiteri deberet. hęc ille. Ex quibus tamen non hr̄, quin habita opportunitate reiterare teneaẗ. Et ſimiliter eadem tenetur reconfiteri, qui ſcienter confeſſus eſt mortali ſacerdoti non intelligenti: uel quia confeſſio non fuit nuda ꝓꝑ obſcuritatem uerborū: uel quia dormiebat, & hmōi. Quia confeſſio peccati importat apertionem morbi. i. reuelationem peccati, q̄ non p̄t eſſe, niſi uno referente, & alio percipiente. Et idem Io. de Cāthabri. & Arch. ¶ Quartò, etiā ex parte confeſſoris, qñ abſoluere non potuit, ſ'm S. Th. Pet. Ray. & Hoſt. Quod dupliciter cōtingere p̄t, ſ'm I et. de Pal. & Durā. ordi. mi. I. quia p̄t abſoluere ab uno, & non ab alio, puta, reſeruato: aut, quia abſoluere non p̄t ab aliquo. Et primo caſu cū pœnitenti cōſtiterit, reconfiteri tenetur ſolū reſeruata, ſ'm Pet. de Pal. Secūdo verò caſu tenetur recōfiteri oīa, etiā ſi ignorāter eſt tali confeſſus, ſ'm Inn. quāuis ſ'm S. T. in quol. ignorantia facti in his excuſet. q̃ diu homo ſe credit abſolutū. Pe. tñ de Pal. dicit hoc uerū. ꝙ tenetur reconfiteri. ſi ignorauit ſacerdotem abſoluere non poſſe ignorātia iuris: puta, quia ſciuit illū ꝑcuſſiſſe clericū: ſed credit poſſe abſoluere. Secus, inquit ſi ignorātia fuit facti: & impedimentū erat etiā alijs occultū. ſed tene dictū Inn. ¶ Quinto, ſ'm Pe. de Pal. ubi ex parte pœnitētis erat impedimentū ſcitū, uel oblitū, uel ignoratū etiā ꝓbabiliter: vt quia erat excōicatus etiā minori, qua ligatu abſolui non p̄t à peccatis, non obſtāte probabili ignorātia, q̄ excuſat à peccato, & pœna irregularitatis: ſed nō facit non eſſe excōicatū. Vñ ſi tunc eligeret ab beneficiū, ignorātia non faceret ei ius aliqđ acquiri: ut ĩ c. apoſtolicæ. de cle. excom. min. in gl. & multò minus capax ſacrorū, à quibus directe excluditur: uñ eſt abſolutio nulla: contra Sū. Ang. & Supp. de quo ĩ. Confeſſor primo. ¶ Sextò in recidiuāte, qui ſ'm Inn. in c. omnis. de pœ. & rem. tenetur confeſſionē iterare ratione ingratitudinis. ſed gl. Ray. in ti. de pœ. & remi. dicit eo caſu ſufficere confeſſionē generalē de peccatis: quia peccatorū remiſſorū ingratitudo exprimatur ſub proprio noīe, uel circunlocutiuè, & cōtentit Sū. Confeſſorū. Sed hoc limita. qñ ingratitudo eſt circūſtātia talis, quā teneamur confiteri. i. trahens ad particularē ſpēm peccati, ꝙ tūc eſt, ſ'm S. Th. 3. q. 18. ar. 3. cū quis aliqđ peccatū cōmittit in cōtēptū Dei & ſuſcepti beneficij: nō aūt qñ eſt circunſtātia generalis conſequens oē peccatū. Tenetur etiā recidiuans iterare confeſſionem de peccatis rōne imponēdæ ſatiſfactionis pro p̄ſentibus peccatis: de quo S. T. in 4. diſt. 23. dicit.

dicit q̃ directe reconfiteri nõ tenetur in ſpecie, vel in genere, ſed indirecte, ut ſciatur q̃ ſatisfactio congrue poſſit iniungi: ut ſi ex aliqua occaſione frequenter lapſum carnis paſſus eſt, illa per ſatisfactionem p̃cidatur. & ſic de alijs peccatis. Et ad hoc vr̃ ſufficere confeſſio generalis dimiſſorum: q̃nque tamen ad ſpecialia deſcendere oportet, ut pœnitenti uidebitur oportunum. hæc ex illo.

7 †QVARTO, pro intellectu prioris §. q̃ritur an ſecundus confeſſor abſoluere poſſit à caſu reſeruato ipſi primo, q̃ ex obliuione nõ eſt quis cõfeſſus primò? Et dico ſm Pe. de Pal. in 4. q̃ ſi primus confeſſor habebat autoritatẽ abſoluẽdi ab oĩ excõicatione, & caſu, & ſic intendebat abſoluere: ſecundus confeſſor abſoluere poterit ab excõicatione & caſibus reſeruatis illi primo, q̃ penitus eſt oblitus: quia non põt eſſe amplius caſus reſeruatus, nec excõicatio, ſed ſolũ peccatũ ſimplex. Vñ hac rõne Mo. & Rodo. cõſulũt, q̃d benefacit is, qui abſoluitur à Papa uel legato, & hmõi, ſi faciat ſe abſolui ab excõicationibus & peccatis oblitis, & diſpẽſari ſe cũ ſup irregularitatibus: q̃a ſi deinde recordetur, nõ tenet̃ tales adire, licet cõfiteri teneatur. Et hæc nota: q̃a faciũt primò ꝓ eligẽtibus ſibi cõfeſſorẽ autoritate apoſtolica ut ſe faciãt abſolui q̃tum extẽdit̃ autoritas: alias oporteret recurrere ad eũ, qui poſſet abſoluere, de iure facit c. officij. de ſẽ. exc. à cõtrario. & c. ſup his, de reſc. eſt clarũ ſuper hoc. Faciunt ſecũdò ꝓ religioſis, q̃ in uiſitationibus, & capitulis à ſuis p̃latis abſoluunt̃ à cẽſuris: q̃a cũ p̃dicta uenerint ad memoriã uel notitiã iã cõfiteri nõ tenentur: niſi quo ad peccata, ſi qua interfuere: q̃ tñ iã nõ ſũt reſeruata. Faciunt tertiò ꝓ eiſdẽ quo ad caſus reſeruatos. q̃a ſi ſup his dãt ſemel licẽtiã cõfitendi alteri, iã nunquã ſunt eis reſeruati, niſi alia cõmittãtur: q̃a ſi cedit autoritas eorũ alteri per abſolutionẽ, ẽt quantum ad obligata, à fortiori per licentiam maximè quantum ad ſcita in generali ſaltem.

8 †QVINTO quæritur, quantũ ad cõfeſſionis ſimplicitatẽ, utrũ annulletur cõfeſſio ſi in ea cũ peccatis narrentur hiſtoriæ ꝓlixæ? Et dico q̃ non, ſi dicãtur hac intẽtione, ut peccatũ declaretur. q̃d in doctis adeſt facile, difficulter abeſt: q̃a hoc eſt peccata cõfiteri: cũ opus à fine ſpẽm ſortiatur. tñ prudẽs cõfeſſor dẽt iuxta poſſe hmõi ſuperflua reſecare: & ſi qua indigent cõſolatione, uel conſilio, conſulit Gul. ut poſt factã abſolutionẽ reſeruentur: q̃d tñ generaliter non eſt bonũ: quia alij magis cõgruit conſolatio in ipſo cõqueſtu, q̃ poſt: maximè quia ẽt talia ex parte confeſſoris ordinãtur ad ꝑfectã curationẽ peccatorũ: ut. ſ. pœnitẽs lætus in domino recedat. ¶Sextò, quantũ ad humilitatẽ q̃ritur, vtrũ annullet confeſſionẽ: quia ex ſuperbia nõ vult adire ꝓpriũ cõfeſſorẽ erubeſcentia ductus? Et dico q̃ nõ, ſi totaliter, & integrè cõfitetur: licet dicat Hoſ. hoc non eſſe utile, ſicut nec infirmo medicos mutare: tenetur tamẽ rõne recidiui recõfiteri cõ mõ, quo ſ. §. 3. dictũ eſt. Eſſet tñ hoc mortale, ubi quis eſſet diſpoſitus, & paratus nõ dicere ꝓprio cõfeſſori, ſi aliũ nõ hr̃t: ſicut plerũq; faciũt imperfectæ mulierculæ. q̃ uolũt hr̃e ad cõplacẽtiã vnũ confeſſorẽ cõpagnũ, cui dicũt oẽm veritatẽ de laſciuijs: & ad reputationẽ unũ timoratũ. & bonæ famæ: cui poſt cõfeſſionẽ cũ p̃rio dicũt leuia tm̃. imò talis hypocriſis poſſet eſſe mortale. Hic tamẽ errorẽ magnũ aſſerit Sũ. Ang. Cõfeſ. S. 7. ſ. q̃ habẽs peccata reſeruata cõfeſſori ſolito à q̃bus ille abſoluere nõ põt: nõ peccat mortaliter, ſi ne ſcãdalizet eũ, cõfitetur ſolita tm̃ tacẽs de reſeruatis, intẽdẽs integrè confiteri ei, q̃ poſſit abſoluere: q̃a, ſm doctrinã oĩum ſctõrũ. potens abſolui non p̃cedente integra confeſſione dimidiat cõfeſſionem: unde & ipſe ibi §. 26. expreſſe contradicit S. Th. qui dicit in quodam quolibeto, quod iſte tenetur totum confiteri inferiori, qui pro reſeruatis mittit illum ad ſuperiorem.

9 †SEPTIMO quantũ ad puritatẽ quæritur, vtrũ ſit mortale cõfiteri alio fine, q̃ ordinatũ ſit. i. ad veniã cõſequẽdã? Et dico, q̃ q̃ principaliter cõfitetur ꝑ inanẽ gloriã, uel ne notetur in populo, aut aliũ malũ finem: peccat mortaliter petendo abſolutionẽ: ꝑ iniuriã, quã facit ſacro: ꝑuertẽdo finẽ eius: & illud annullãdo. non. n. ualet talis confeſſio: nec eſt ſacralis: quia de eſſentia eius eſt, q̃ fiat ſpe ueniæ. ſi tamen abſolutionẽ non petit, & non confitetur in ſpe ueniæ: ſed ſe præſentat ſacerdoti; ne ſit inobediens eccleſiæ, peccat quidẽ mortaliter, nõ quia cõfitetur, ſed quia non vult pœnitere, & abſolui. ¶Octauò, quãtũ ad fidelitatẽ q̃ritur, utrũ ſit peccatũ in cõfeſſione mentiri accuſando ſe de peccatis nõ cõmiſſis? Et dico, q̃ mẽdaciũ in cõfeſſione eſt mortale. Primò. circa ea, q̃ ſũt de neceſſitate cõfeſſionis, cuius ſũt mortalia peccata, & mortales circũſtantiæ non ritè cõfeſſæ habita copia idonei cõfeſſoris:

quiâ hoc eſt inualidare ſacr̃m, & cõfeſſionis integritatẽ abolere. Circa alia verò non neceſſaria, circa quæ confeſſionẽ quis dimidiare pōt tacendo veritatẽ: vt ſunt venialia, & circunſtantię eorũ trahentes in aliã ſpeciem peccati, & oĩa ritè confeſſa, vel reſpectu quorũ nõ habetur cõfeſſor idoneus, iuxta dicta s.§.ij.caſu primò, non eſt mortale mentiri: quia nec ſacr̃m inualidatur, nec minuit̃ eius integritas. Et ſecundò mendacium eſt mortale ĩ cõfeſſione, qñ eſt ꝑnicioſum proximo vel ẽt ſibi notabiliter: vt patet ex dicendis j. Mẽdacium.§.3. Vñ accuſans ſe de peccato, qđ non fecit in confeſſione, ſm multos peccat mortaliter: qđ verum eſt, ſi quis ſe accuſet in ſpeciali de mortali in caſu certo: quia ſe iniuſtè ĩfamat. Et ſic ĩtellige Ric.4.diſ.21. & Direc. tit. de pœ. & remiſ. Nec obſt.c.ad eius.diſ.v.dicens bonarum mẽtium eſſe, &c. quia intelligitur de agnitione dubitatiua, & formidoloſa. Nõ autẽ eſſet mortale, ſe accuſare peccatorẽ magnum in gñe, nec ſe accuſare de veniali nõ cõmiſſo in ſpecie: imò nec de mortali in caſu dubio ad cõſulendum cõſcientiæ, dummõ non aſſeratur certè, ſed dubiè, vel ꝓbabiliter, ẽt ſi quis plus iuſto aliqualiter ſe aggrauet ad tutamẽ cõſcientiæ: quia illa præponenda eſt famæ. Vtrum autẽ cõfitendum ſit ſacerdoti infideli. j.Conf.j. §.vlt.

10 † NONO quæritur, quantum ad nuditatẽ, vtrum neceſſarium ſit cõfiteri oẽs circunſtantias peccatorum? Et dico primò, ꝙ circunſtãtias alleuiãtes nullus cõfiteri tenet̃, ſm oẽs doctores, qđ limita, ſm mẽtẽ ſancti Bona. niſi vbi tacendo crederetur ſe apud cõfeſſorẽ accuſare de mortali, qđ eſt veniale: vt ſi dicat ſe non ieiunaſſe in die de ꝑcepto, puta, natiuitatis, & taceat de infirmitate: ſed nec confiteri eas eſt laudabile, ſed imꝑfectionis, niſi vt dicit San.Bo. id fiat ad ſatisfactionẽ alienæ inquiſitioni, aut ſcandalo. Circunſtantias verò ſpeciẽ mutantes, ſm doc. neceſſe eſt confiteri. quod limita, ſm S.Th. in 4. ſi trahãt ſpeciẽ, q̃ de ſe ſit peccatum mortale: quia veniale cõfiteri non eſt neceſſe. Vñ eũ q. dicit ſe ex gula fregiſſe ieiunium, non eſt neceſſe dicere, ꝙ lautè comedẽdo fregit: mutãtes autẽ ſpeciẽ, & aggrauantes infinitè ſm oẽs, & ſine exceptione ſunt neceſſario confitẽdę. De aggrauãtib. autẽ in eadẽ ſpecie ſunt opiniones: ſed ſm S.Bo. communior, & ſm S.Th. probabilior eſt, ꝙ eas confiteri neceſſarium non ſit, ſed laudabile tãtum: imò vt dicit, aliqñ laudabile eſt eas tacere, vt ĩ carnalibus, qñ vel confeſſorẽ uel pœnitẽtẽ alliceret, ſm diſcretionẽ confitẽtis: ſi tñ ẽt ĩ carnalib. aggrauãt infinitè, ſunt neceſſario confitendæ: quia, ut dicit, gratia data in ſacr̃o pœnitẽtiæ reſtaurat ſi qua inde inclinando ad peccandum in ſacerdote, uel confitẽte prouniat. Si tñ pœnitens uiderit ſacerdotẽ procliuẽ, petat licentiã confitendi alteri, quã ſi non dederit, adeat ſuperiorẽ. hęc ille. Opinio uerò Antiſio. dicentis, ꝙ neceſſariò ſunt confitẽdæ: ſicut ꝙ ei, q. furatus eſt mille aureos, non ſufficit dicere ſe furtũ admiſiſſe: non eſt uera regulariter, ſed in caſu, ut colligi pōt ex Sum.Conf.lib.3.tit.33. q. xi. ſ. qñ tales ſunt, ꝙ eis non ſcitis ſacerdos ſcire non pōt quid ſit acturus, uel rõne iuriſdictionis ſi iniuria illata ſit in clericũ: quia ſi ſit enormis, eſt caſus Papalis: ep̃alis uerò ſi leuis. de ſen. exc. cũ illorũ. uel rõne dñi dati: quia aliquãdo hoc oportet ſcire, ut ſciatur modus imponẽdę reſtitutionis: & ut ſciatur an talis quãtitas ſit ep̃o reſeruata: q. aliqñ circa hmõi aliqua diſponit. Vñ in talibus dico idẽ de iſta circunſtantia, ſicut de peccatis iã confeſſis in recidiuãte, quia tenetur quis eã dicere indirectè inquãtũ ſine ea aliqñ non pōt bñ ſciri debitus ſatiſfactionis modus: ideoq; periculũ in hoc crebro eẽ de mortali dupliciter. Primò, ſi ſacerdos interroget confitẽtẽ: & neget uel taceat ex cã iniuſta. Scđò, ſi ipſe quantitatẽ ſui peccati ſcit, & iniuſtè diffitet̃ aut tacet: q. a expont ſe ꝑiculo nõ recipiẽdi cõgruã medicinã, ſeu ponendi obicem ſuę iuſtificationi.

11 † DECIMO quantum ad idem ſpecialiter quærit̃, utrum neceſſariũ ſit confiteri circunſtãtiã ſacri tp̃is aut loci? Et dico quãtum ad locũ ꝙ ſic, ſolũ quãtũ ad tres ſpecies ſacrilegij, de quib. j. ut patet ex dictis.§.priori. & s. Circunſtantia. §. 5. Et hoc intelligo non ſolum ſi perueniatur ad actum: ſed etiã quo ad ipſas oculorum fictiones, & quo ad ipſas cogitationes de luxuria, & furto, & homicidio: quia eãdẽ ꝑ ſe grauitatem habent, cogitationes & operationes, & ad eã ſpeciẽ pertinent: ut patet ꝑ S.Th.2.2.q.lxxij. maximè ſi tales cogitationes non ſolum ſunt in eccleſia: ſed etiam ſint de ſcelere perpetrato uel perpetrãdo ĩ eccleſia: quãtum autem ad alias cogitationes puta de ſuperbia: uel etiã quantum ad alios actus, puta detractiones, non eſt neceſſarium confiteri circunſtantiã loci ſacri: quia licet iſta trahant in aliã ſpeciem, tanquã habentia ſpecialem repugnantiã ad rõnẽ irreuerẽtiæ ad diuina: tñ iſta ſpecies eſt

ties eſt uenialis:quia de hoc nulla eſt pceptoria phibitio.à Deo uel ab hominibus. Quãtum uerò ad circunſtantiã ſacri tpis,ſiue feſti,eſt opinio Nicolai de Li. quem ſequitur Sũ.Ang.& Roſ.& etiã Arch.ꝙ ſit neceſſariò confitenda:ſed ĩ Roſ.aurea oſtendi ꝙ eſt falſum.caſu 63.quia pceptum de ſanctificatione Sabbati ſpecialiter & literaliter intellectũ non prohibet opus ſeruile ſpirituale, id eſt peccatum ſm S.Th.in 3.ſen.tñ eſto, ꝙ eſſet vera iſta opi.adhuc Sum. Ang. dicit magnũ errorẽ,in ti.Interrogatio.§.6.in fi.ubi uult, ꝙ circunſtantiã feſti ſufficit confiteri, non ſpecificãdo ſpeciem peccati:ſed dicẽdo,ꝙ in feſto toties peccauit:falſum eſt:& infert cõtradictionẽ in dictis eius: quia ſi iſta circunſtantia eſt neceſſaria,aggrauat infinitè:ergo dat ſpeciem peccato:ergo illud peccatũ ſine tali circunſtãtia non eſt diſtinctũ, quãtũ ad ſuã ſpeciẽ: ergo non eſt ſufficienter confeſſum.cuius oppoſitũ iſte dicit.¶ Vndecimò, quãtũ ad idẽ ſpecialiter q̃ritur de circunſtãtia,q̃ eſt quotiẽs,utrũ ſit neceſſaria?Et dico, ꝙ cũ ly quotiẽs,dicat frequẽtiã & numerũ, Sum.Ro.dicit, ꝙ frequentia eſt circunſtãtia ponens aliud peccãtũ:& idem Su.Ang.& rõ vtriuſq; eſt:quia qualibet uice nouũ peccatũ cõmittitur,Sed iſta opinio eſt falſa: quia circunſtãtia cõſuetudinis nullo ſpeciali pcepto phibet à Deo,uel hominib.:alioquin eſſet mortale aſſueſcere leuiter loq.uel otioſe.Rõ ẽt eorũ nihil eſt: quia ſm peccatũ nõ eſt circunſtantia prioris:ſed aliud ex toto ab illo diſtinctũ.Quãtũ uerò ad numerũ & quotã peccatorũ,utrũ ſ.ſufficiat cõfiteri ſpẽs peccatorũ explicitè, & numerũ implicitè, dicẽdo uerbi gratia: ſum fornicatus multotiẽs, aut ẽt oporteat explicare numerũ fornicationũ dicendo,bis,ter, &c. dico, ꝙ ex ſacra ſcriptura & iuribus humanis, de hoc nihil habet:niſi ꝙ in c. oĩs.de pe. & remiſ. pcipit oĩb. fidelib. poſt annos diſcretionis oĩa ſua peccata cõfiteri,ubi ly oĩa, dici põt in ſpecie & non in numero diſtribuere:ſicut dicimus in aliquo eſſe oĩa peccata mortalia. Ex doctorib.etiam antiquis fere nihil habemus,ꝙ teneamur ad confeſſionem oĩum peccatorũ in numero: ſed potius ur ſm Arch. & Dire. q̃ eũ refert,ꝙ ſufficit,ſi quis dicat ſe multoties peccaſſe,uel p annũ in tali peccato pſeueraſſe: & huiuſmodi,doctores uerò moderniores,ut Arc.& Sũ.Ang.& Sũ.Roſ.dicunt, ꝙ tenemur ẽt in numero confiteri, quem ſi quis nõ hẽt in memoria, tenetur cõputare, quotiẽs dic ĩ potuit peccaſſe,deinde in ſeptimana,deinde ĩ anno,& quãto tpe fuit ĩ peccato.Et iſtã cõcluſionẽ Sũ.Roſ.pbat,ſ.ꝙ tenemur cõfiteri circunſtãtiã quotiẽs, quo ad numerũ peccatorũ: quia,inquit,quilibet numerus adiunctus alteri numero, conſtituit aliã ſpeciẽ ſm Philoſophũ. hæc ille,q nihil dicit. quia unitas addita uariat ſpeciẽ numeri,ſed nõ peccati.ſicut nec cuiuſcunq; rei cui additur:alioquin unus hõ additus duob. uariaret ſpẽm hominis. Dicit ẽt circa hoc alia inepta,q̃ nihil faciũt ad rẽ.S.Th. aũt in tota Sum.& ſententijs.& alijs ſuis operib. de hac q̃ſtione nihil dicit,excepto,ꝙ in opus 12. id eſt.ad lectorẽ Biſunti. dicit, ꝙ tenetur quis cõfiteri numerũ peccatorũ ſicut põt. Et itelligo,ꝙ ſic põt,ſicut ea habet in memoria,facta ſufficienti præparatione: ſm quod conſueuit facere humana fragilitas.

12 † VNDE circa hoc credo, ꝙ homo tenetur ad confitendũ ſua peccata in numero determinato explicitè dicendo,hoc feci bis, vel ter: eo mõ quo tenetur ad cõfeſſionis integritatẽ:ita ꝙ circa hoc eſt mortale ſolũ, ſi quis ſcienter ex cã iniuſta,puta erubeſcentia vel hypocriſi tacet aliquid de vero numero, quẽ hẽt in memoria:ſi etiã quis ex lata culpa non recordatur numerũ peccatorũ: puta quia nihil omnino cogitauit:fortè nõ cõſequitur iuſtificationem: & peccat mortaliter de nouo,faciens irreuerẽtiã ſacro, qđ annullat. Dẽt ergo peccator ſemp exprimere aliquẽ numerũ certũ,ſi illũ nouit:vel incertũ,ſi nõ nouit certũ:vt dicendo, potuit hoc fuiſſe circa toties. qđ ſi non facit,confeſſor dẽt ſupplere: niſi vbi ex circũſtãtijs verborũ cõfitẽtis cõfeſſor æquè noſcat numerũ,vt peccator:quia tũc numerus eſt cõfeſſus implicitè.

13 † DVODECIMO quæritur quãtum ad diſcretionem, quid interſit inter eum q idoneũ ſiue diſcretũ,& eũ q nõ idoneũ ſacerdotem q̃rit?Et dico primò,ꝙ q q̃rit idoneũ quantum põt, ſi erret in aliquo ad conſiliũ eius,excuſatur,quia conſuluit virum doctũ, & conſequenter ſua ignorãtia eſt inuincibilis.qđ limita,niſi hoc ipsũ,qđ ei credit,ueniret ex lata culpa ſua.ſecus de eo,q idoneũ nõ q̃rit.Scđò, ꝙ idoneus non ita inducit in deſperationẽ,quia non aggrauat irrationabiliter,ſicut nec cõtra iura. Vñ Iudas iõ deſperauit,quia nõ Apoſtolos,ſed Phariſeos adiuit.

14 † DECIMOTERTIO q̃ritur quantum ad idem utrum teneamur venialia confiteri ex ui ſacri?Et dico ex doctrina S.T. 4.

 di.

di.16.& xvij.& Sco.ibi di.17.& Pe.de Pal.& cõiter doctores, ꝙ non: quia nõ obligamur de eis pęnitere aut cõteri: cum ꝑ ea naufragari nõ poſſumus.i. dánari: & pęnitentia ſit ſcđa tabula poſt naufragiũ: imò ſm Sco. nõ tenemur ẽt vigore ſtatuti.ſ.illius, oĩs.de pę. & re.in caſu quo quis haberet ſolum venialia, nõ obſtãte opi. Inn.q̃ eſt in contrarium, quã ſequitur Sup. quia papa obligat habentes cõfitẽda neceſſariò.i.mortalia, q̃ ſolũ diſtribuit ly oĩa, ſm Sco.& gl. quia ſi diſtribueret venialia, teneretur ea cõfiteri ẽt habens mortalia, quod nullus dicit. imò tenetur ad impoſſibile. Imò dicit Pet.de Pal.ꝙ papa talẽ, ſ.habentem ſolum venialia, obligare non poſſet ad cõfeſſionẽ venialium. quia hoc eſſet mutare ſacrm pęnitentię.i.materiã eius, de uenialibus faciendo materiã pęnitentiæ neceſſariã.uñ eo caſu ſufficit, ꝙ ſe pſentet ſacerdoti, vt admitti poſſit ad cõionẽ. Sed iſtę opiniones nõ ſunt in veritate cõtrariæ, ſed veræ, quia vna intendit, ꝙ nõ tenemur confiteri venialia.ſ.oĩa & ſpecialiter, & numeraliter. alia verò intendit, ꝙ rõne ſtatuti teneamur ea cõfiteri in gñali, dicendo, nos quidẽ immunes à peccato mortali, ſm cõſcientiã noſtrã, in multis tñ alijs deliquiſſe, & petere abſolutionem. Nec hoc eſt mutare materiã ſacri: quia venialia ſunt diſpoſitio ad mortale: vnde ad hoc põt eccleſia obligare, ut per abſolutionem quis maiorem gratiam conſequatur. Et hãc opinionem.ſcilicet ꝙ ad venialia cõfitenda ratione ſtatuti nõ tenemur.ſ.in ſpeciali, S.Th. tenet, licet videatur ſolum recitare. Tenẽ tñ quis veniale explicitè cõfiteri ĩ aliquibus caſibus.¶Primò, ſm S. Bo. in 4.di.16.vt imponit ei Su.Ang. rõne periculi ad qđ ducit: quia ſi homo periculũ aduertat, tenetur pœnitere de veniali: ſed non dicit qđ teneatur quis confiteri, ſed pęnitere. ¶Scđò ratione dubij. i. qñ dubitatur an ſit mortale aut veniale, ſm S.Th. Addit Su. Ang.& Supple.¶Tertiò, rõne ꝓfeſſionis alicuius regulæ ad hoc obligãtis. ſed hoc nihil eſt: quia ſi papa ad hoc nõ põt obligare per ſtatutũ, ut ẽt ipſa tenet: multò minus obligare põt quicunq; alius. Et ſi ita eſſet, religioſi tenerentur ad impoſſibile.i.oĩa venialia cõfitendum & laberentur ſcrupuloſi omnes in deſperationem. Vnde religioſi nõ tenentur confiteri de venialibus: ſed ſolum de mortalibus aut dubijs de mortali, vel periculoſis ducẽtibus ad mortale, ſm aliquos. Et verum eſt ſolum ſi rõne periculi tranſeãt in mortale: extra quos caſus ſufficit ut ſe pręſentẽt cõfeſſori temporibus ſtatutis, dicentes nihil ſe habere dicendum neceſſariò, ſed ſe in multis leuibus deliquiſſe: ſicut & de laicis tenet cõis ſchola doc. contra quã Supple. dicit ſe neſcire qũo audeat ſe quis immunẽ à mortali exiſtimare intra vnum annum: ideoq; fatuum eſſe ſacerdotem q ſic dicenti, & non aliter confitenti Euchariſtiam miniſtraret. Sed plenè cõtra eum eſt experientia, & ſuus doctor Sco. qui in ultimis verbis, diſt.17. in 4.dicit non eſſe incredibile, multos eſſe in eccleſia tales: qui per annum viuãt ſine mortali: imò per Dei gratiã multi multo maiori tpe ſine peccato mortali ſe cuſtodiunt, & multa opera ꝑfectionis exercent: de quorũ meritis theſaurus eccleſiæ congregatur. Eſt tñ bonum, frequenter venialia cõfiteri, quãtum colligi põt ex doctrina S.Th. tum quia ſemp in confeſſione gratia confertur vel augetur, ſi ritè fiat: tum quia facilius corriguntur ꝑ ꝑ auxilium gratiæ, & propoſitum bonum renouatum: tum quia citius eorum pęna aboletur: tum quia multa ſunt mortalia, quæ uenialia reputantur: tum etiam, ſm Pe. de Pal. quia nõ ſic firmatur habitus venialiũ de cõtritione animi, & pęnitentia venialiũ, vide ĩ.Peccatum.§.vj.& Pœnitentia.§.4.

15 DECIMOQVARTO, quantum ad libertatem, quæri poteſt de eo qui confitetur coactus aliquo timore, de quo vide ſ. §.vi. Item vtrum confeſſor interrogare debeat, vide ĩ.Confeſſor.3.§.14.

16 DECIMOQVINTO, quantũ ad uerecundiã quęritur utrum liceat declinare verecundiã confitendo ꝑ ſcripturã: uel interpoſitã ꝑſonã? Et dicit S.T.ĩ 4.di.17. ꝙ licet ad cõfeſſionem ꝓut eſt actus uirtutis, ſufficeret qualitercunq; fieret, ſm tñ ꝙ eſt pars ſacri. habet determinatũ actum, ſicut habent alia ſacra determinatã materiã: & ille eſt id quo maximè conſueuimus manifeſtare.i. ꝓpriũ uerbum, ſicut in baptiſmo aſſumitur illud elementum cuius eſt maximè uſus in abluẽdo: alij. n. modi inducti ſunt in ſupplementum. Igitur ei q non habet uſum linguæ, vt eſt mutus, uel q eſt alterius linguæ, ſufficit, ꝙ ꝑ reſcriptum, aut nutũ, aut interpretẽ cõfiteatur, quia nõ exigitur ab homine plus q̃ poſſit. In abſentia tñ ꝓprij ſacerdotis cõfeſſio fieri pt ẽt laico: ideoq; nõ oportet, ꝙ per ſcriptum fiat proprio ſacerdoti, quia plus ꝑtinet ad neceſſitatem cõfeſſionis actus, q̃ ille cui fit cõfeſſio. Nec obſtat, ꝙ baptiſmũ homo

mo accipere nō dēt.niſi ī aqua: quia ipſa eſt oīno ab exteriori.& nobis ab alio exhibet: ſed actus confeſſionis eſt à nobis: ideoq; qn̄ non poſſumus uno modo, debemus ſm̄ qđ poſſumus cōfiteri:uel,vt dicit in primo quo libeto,de neceſſitate ſacri ē, qđ quis ſua peccata manifeſtet:nec pōt in hoc aliquis diſpēſare:ſed ꝙ fiat uerbo,nō eſt de neceſſitate ſacramēti,ſed ex inſtitutione eccleſiæ quo ad eū qui pōt,non ſolum ut erubeſcat,ſed vt accipiatur id cuius uſus eſt cōuenientior. hæc ex illo.q. intēdit,ꝙ ꝑ ſcripturā pōt quis ſupplere defectū linguæ,non defectum abſentię ſacerdotis. Dicit tn̄ Pe.de Pal. ꝙ licet vbi pſentiā ſacerdotis hēre non pōt quis,licet nō teneatur cōfiteri ſcripto: tn̄ hoc pt,& ſacerdos ſimiliter ſcripto abſoluere: licet hoc nō ſit multū cōſulendum rōne ſcādali poſſibilis accidere. Sco.tn̄ poſt Rich.quē ſequitur Su. Ang.& Ro.tenet cōtra S.T. quē ſequit̄ Supple,poſt Su.Piſ.& Arch.q. S.T.ſenſit,ꝙ tenetur quis qn̄ habet ſacerdotem pſentē confiteri ore,vel ꝑ ſcripturā aut interpretē de iure diuino.ſ.ſemel an̄ mortē,& verū eſt: quia Deus pcepit abſolutè confeſſionē q̄ fieri pōt dictis modis,quātum eſt de neceſſitate ſacri, & conſequenter quādiu homo habet unum de illis modis nō abſoluitur à pcepto. Vtrū aūt idem ſenſerit de iure canonico,vel eccleſiaſtico.ſ.ſemel in anno: uel et utrum ſit uerū:eſt dubiū,vt dicit Pe.de Pal. ꝙ fortè quis nō tenetur cōfiteri ꝑ interpretē,licet poſſit. Et ſatis vr̄ poſſe dici cum Sco.& Ric. ꝙ nō: quia non inuenitur expſſum in iure; & pceptum eſt graue,& efficeretur grauius, & cōſequenter talis non tenetur cōicare in paſcha,niſi immineret periculum mortis,& cōſequenter quis cōfiteri teneretur de iure diuino:tenetur tn̄ cōfiteri quis ſcripto aut nutu ex pcepto eccleſiæ,ſi aliter non pōt: quia iſta non augēt, ſed minuūt difficultatē pcepti. Et inquātū de iure diuino quis tenetur cōfiteri per interpretē,Sco. quē ſequitur Su. Ang.& Roſ.contra iſta tenet tria. Primò, ꝙ non tenetur quis ꝑ interpretē confiteri, qui cum ſacerdote,ſi uellet malignari, poſſet eſſe teſtis cōtra accuſatū:quia,inquit,ad forū. ex ſua natura ſecretiſſimū nō tenet̄ quis ut eſt aliquo mō publicus. Sed iſta ſua rō cōcluderet,ſi valeret, ꝙ ēt ſacerdoti non tenemur cōfiteri:quia ſi uellet malignari, poſſet eſſe teſtis cōtra cōfitētē,& ſic faceret probōnem ſemiplenā,& cōſequēter pœnitēs aliquo mō publicaretur: maximè quia poſſet exhiberi torturæ:imò poſſet inuenire aliū teſtē mali gnautem & falſum, & plenè ꝓbare. Vn̄ ſufficit,qđ iſte,nō poſſit venire in publicū licitè & iuridicè,vt in propoſito, quia tā ſacerdos, quā interpres celare tenetur. Præterea oportet dicere, qđ ſacerdos abſoluere non poſſit peccatorē cōfitentē ꝑ interpretē, qđ nec Sco.nec aliquis unquā dixit doctorum, uel qđ talis,q. aliter non pōt confiteri,tenetur ꝑ interpretē confiteri, quia vt ipſemet Sco.dicit in ea.di.quicunq; gratiā amiſit, tenetur de neceſſitate pcepti. ſ. diliges Deū & teipſum,agere quātū in ſe eſt.ad eius recuperationē. Et ꝑ hoc patet falſitas alia. Scd'ò,n. dicit,qđ vr̄ eſſe contra rōnem confeſſionis, qđ quis ꝑ ſcripturā confiteatur,quia oīs ſcriptura ex ſui natura eſt publica,& auferēs verecūdiā & intendit,ut imponit ei Sum.Roſ. qđ licet poſſit quis ī neceſſitate cōfiteri ſcripto,ſi adeſt ſacerdos.ut patet 30.q.v.qualis. ubi dr̄, ꝙ pōt quis ꝑ ſcripturā confiteri, & exponit Io. qn̄ cōfitens eſt pſens, tn̄ nullus ad hoc tenetur. Sed contra hoc arguitur, vt prius: quia uel iſto modo nō pōt fieri cōfeſſio, uel iſte tenetur, qn̄ ſacerdos adeſt. Nec obſtat,qđ ſcriptura ſit publica, quia ī tali caſu eſt rarò, & ꝑ accidens,ſicut & ipſæ voces cōfitentis quæ audiri poſſunt ab alio. Non obſtat ēt ſublatio verecundię:quia ſine uerecundia confeſſio facta,tenet ſm̄ omnes doctores. Et pterea ſi adeſt ſacerdos,adeſt verecundia.ēt in confeſſione ꝑ ſcripturā. Tertiò dicit quod abſenti non licet confiteri ꝑ ſcripturam. contra quod arguitur, quia ut ipſemet teſtatur,ſic confeſſus eſt S.Th. Cantuarienſis,non tamen quis ad hoc tenetur.

17 †DECIMOSEXTO quæritur quantum ad idem,utrum peccatrix confiteri poſſit ſacerdoti cū quo peccauit? Et dicit Gul. poſt Hugo.ſuper c.oēs.xxx. q. j. qđ ſacerdos eā non debet audire,quia tollitur erubeſcentia,q̄ eſt ſatisfactionis pars ꝓxima, & idem eſt de oī peccato,in quo ſacerdos fuiſſet cōſētiēs uel cooperās,ſi tn̄ abſoluit,ualet abſolutio,& cōcordat S.T.ī 4.ſ.Cōfeſſor.3. §. v.

18 †DECIMOSEPTIMO, quantū ad idem q̄ritur utrum ſufficiat ſi quis peccata alicuius dicat eo præſente corā ſacerdote? Et dicit Monal.ꝙ nō.ſed ꝑ ſeipſum debet quis cōfiteri.de pœ.diſt.j.quem pœnitet. ſatisfacit tn̄ ſm̄ Rod.q. ſacerdoti interrogāti, ad q̄ ſita reſpondet quantū ad ea de quibus interrogat̄,niſi talis ſtatuiſſet potius tacere, quā ore ꝓprio confiteri,quod eſt peccatū mortale.

tale. Vnde prudens ſacerdos hoc aduertens, faciat eũ rectificare conſcientiã ſuã, & de tali diſpoſitione dolere. Et ſimiliter cautè de ore eius educere dẽt peccata, ſi qua videt eũ velle celare. Et ſimiliter ſi qua eũ obliuiſci ex impparatione ꝓbabiliter credit, aut non exiſtimare peccata, dẽt ſacerdos occurrere, alioqn ẜm Arch. ſciẽter abſolueret indignũ.

19 DECIMOOCTAVO, † quantũ ad integritatẽ, q̃ritur vtrum liceat diuidere cõfeſſionem? Et dicit S.Th. in 4. di. 17. qđ non, ſed integraliter tenetur quis omnia peccata ſua vni ſacerdoti confiteri, ẽt, vt dicit idem in quolib. & Sco. ſi ille abſoluere non poſſet ab oĩbus, ꝙ tñ limita, primò ſi peccata ſunt mortalia, quia quo ad venialia, ẜm Petr. de Pal. licet cõfeſſionẽ diuidere. cũ, vt dicit nõ habeãt cõnexionem quo ad cõtritionẽ, confeſſionẽ, vel abſolutionẽ. Secundò, ſi ſunt in memoria poſt debitã diſcuſſionem ẜm Sco. quia tunc licitè tacentur oblita, quę ſi poſt cõfeſſionem redeant in memoriã, ipſa ſola tenetur cõfiteri explicitè, ẽt ſi confiteatur alteri, ẜm S.Th. Pet. de Pal. Sum. Cõfeſ. & oẽs, alia tñ tenetur reconfiteri in generali. dicendo ꝙ iſta fuit confitẽdo oblitus. Tertiò, ſi cõfeſſor non eſt idoneus ad oĩa audienda: q̃a ſi eum nõ expedit aliquod peccatũ audire: vt quia inde ſolicitaretur vel ſolicitaret ad malum, aut illud reuelaret, vel hmõi. & non habetur alius ſacerdos, licitè cõfeſſio diuiditur, vt ſ̃. §. 3. Et licet ad hoc S.T. adducat ꝓbabilẽ rõnem ex ſimilitudine corporalis infirmitatis, q̃ tota vni medico detegenda eſt: quia morbus morbum aggrauat, & morbo contrariatur: & conſequenter medicina uni conferẽs, alteri nocet. tñ idẽ arguitur ex tex, c. oĩs. de pę. & re. vbi p̃cipitur, ꝙ oĩa peccata ꝓprio ſacerdoti, i. vni & non plurib. dicãtur.

20 DECIMONONO, † q̃ritur quãtum ad idẽ, quid faciendũ ſit qñ peccator hẽt caſus reſeruatos ſuperiori? Et dico, ꝙ ſi prius accedit ad ſuperiorem, ẜm Pe. de Pal. eccleſia Romana hũc hẽt vſum, vt abſoluat à maioribus, remittẽs ꝓ minoribus abſoluendũ. In quo facto ſupponitur. & ita fieri poſſit. & illa confeſſio, vt dicit Capreo. eſt integra virtualiter ꝑꝑ intentionem confitentis: põt ẽt abſoluere de oĩbus, ſi oĩa velit audire, nõ aliter. Si verò prius accedit ad inferiorem, ẜm S.T. in 4. nihilominus peccator dẽt totũ dicere inferiori: & ille abſoluet. à quibus põt, ad ſuperiorẽ remittens in reliquis. arg. 33. q. ij. latorem. & de pœn. & re. ſignificauit. & ſi de facto abſoluit, non eſt abſolutus, ẜm S.T. ꝙ intelligitur ẜm Pet. de Pal. ab his à quib. non põt: quia in his ſnĩa eſt à iudice nõ ſuo. Secus de alijs, quia vtile ꝑ inutile nõ vitiatur in his, q̃ capiunt diuiſionẽ. Eſt tñ ipſe excuſatus ꝑ ignorantiã facti, ſed nõ ſacerdos, cui ius ignorare non licet, ẜm S.T. Dicit aũt Hen. de Gan. in quoli. 1, q. 30. ſic poſſe fieri, quia id, ꝙ in cõfeſſione eſt, quãtũ ad abſolutionẽ ex parte Dei non diuiditur, ſed totum ſimul remittit in contritione: ꝙ verò eſt ex parte eccleſiæ, diuiditur: quia cũ ipſa duo ab ſoluendo faciat, quia ſcilicet remittit partẽ ſatisfactionis, & recõciliat eccleſiæ militanti: primũ diuidi põt. Vt ſi dicat ſacerdos, fac hoc ꝑ dies octo, & deinde regredere, & iniũgã reliquũ. Et ſimiliter ẜm: ſicut patet de excõicato multis excõicationibus q̃ abſolui põt primò ab vna, poſtea ab alia, de ſen. exc. cũ ꝓ eã. & gl. in c. officij. eo. tit. & gl. & in c. ex parte. de offi. ord. hæc ex illo, q̃ hẽnt locũ qñ prius quis accedẽs ad inferiorẽ totũ confitetur. Sed tñ, quia ẜm S.Th. regulariter cõfeſſio dẽt eẽ ĩtegra qñ peccator prius vadit ad ſuperiorẽ, ẜm Hen. quicquid ſenſerit Pet. de Pal. non abſoluit ꝓpriè eũ à peccatis, niſi totũ dicat: ſed ab obligatione cõfitẽdi ſibi. Si verò prius vadit ad inferiorẽ: abſoluit eũ à peccatis, ſed nõ ab obligatione cõfitẽdi ſuperiori: & ſic, inq̃t, abſolutio nõ diuidiť, imo nec confeſſio. & ita practicatur: & ita tene.

21 † Dicit aũt Pe. de Pal. no. verbũ, ſ. ꝙ abſolutus à reſeruatis in artic. mortis non teneť, ſi euadat, adire ſuperiorẽ, niſi fuiſſet excõicatus, & ſimiliter extra caſum neceſſitatis ab ſolutus a talibus ab eo q̃ poterat: ẽt ſi confeſſio fuiſſet ficta: ſi iterũ & pluries vult cõfiteri de eiſdẽ caſib. reſeruatis, abſolui põt à quocunq;, ẽt ſi nõ hẽt poteſtatẽ abſoluẽdi in illis. hæc ille. & idem Arc. ꝙ nota, quia eſt cõtra quoſdã religioſos, q̃ aliquib. cõcedũt poſſe vti ſua authoritate quo ad peccata ſolum ꝑ tres dies, aut quatuor, & huiuſmodi.

22 VIGESIMO, † quãtum ad confeſſionem eſſe ſecretã p̃ter ꝑtinentia ad ſigillum: de quibus ĩ. Confeſſio. 3. ꝑ totum, q̃ri põt, qũo debeat eſſe ſecreta ex parte confeſſoris & peccatoris? Et dico ẜm Arch. poſt Pet. de Palu. qđ ſacerdos dẽt iniũgere penitentiã ſecretè: ne audiatur ab alijs: & nullus p̃ter confeſſorem & confitentẽ dẽt audire confeſſionẽ alicuius: alioquin grauiter peccaret ſcienter hoc faciens: & celare tenetur, etiã ſi caſu audiat, ẽt ſi ſit laicus, ẜm S.Th. imò, vt idẽ dicit,

cit. ſummo ſtudio celanda ſunt oĩa dicta in confeſſione,ẽt ad eã non pertinentia: ꝑ quę peccator aut peccatum deprӕhendi poſſet. Debet ẽt ſecretè audire, ne ſ. audiat multos ſimul,vel multi ſimul audiãt vnum.de pę.&. re.c.oĩs.ĩ verbo,ſolus.& in verbo,ſacerdoti.

23 VNDE † videtur peccare mortaliter ſacerdotes ſimul audientes plures pueros doli capaces:quia cooperãtur trãſgreſſioni eccleſiaſtici ꝑcepti,licet tñ ẽm Rich. in arti.neceſſitatis,id eſt qñ imminente morte vnus poſt aliũ confiteri non põt,plures ſimul audire licet:nec euacuatur virtus ſacramenti.Similiter eadem rõne videtur peccare mortaliter plures audientes vnũ.licet ẽm eundẽ,nõ peccent,ſi hoc faciãt conſentiente peccatore,vt ſaniori conſilio regatur: & abſolutio tenet. Cuius tñ contrarium ſentit Sco.4. di.17.vbi tenet, ꝙ confeſſio facta pluribus,non eſt ſacramẽtalis: quia vnus eſt Chriſtus,quẽ ſacerdos repręſentat.Sed primũ eſt verius: quia illi duo non tenent locũ duorũ,ſed vnius ꝑfecti.Peccator aũt,ẽm Arch.dẽt cõfiteri ſecreto,ne audiat alius. liber tñ eſt ẽm Ioã.And. ad publicè confitendum, ſi id facere vult ex feruore, non obſtãte ly ſolus:quia poſitũ eſt, vt ad confeſſionem quis liberius accedat. ꝙ ẽm S.Th.in 4.diſt.17. in expoſitione literӕ: eſt verũ,ſi peccatũ ſit manifeſtũ: aliàs non licet publicè confiteri,quia talis humilitas ꝑiudicaret ꝓximo, ꝗ poſſet inde ſcãdalizari: liber ẽt eſt ad dicendũ pœnitentiã ſibi impoſitã,ſicut & ſua peccata confeſſa, ẽm Pet.de Pal.qđ tñ ẽm Ric.intelligẽdũ eſt,qñ nec ſibi nec cõfeſſori ꝑiudiciũ facit: ſecus vbi ſe ſine vtilitate infamaret,vel cõfeſſorẽ:aut ei male uolẽtiã acqreret:puta ꝗ a iniũxit mulieri abſtinere à familiaritate alicuius viri,& hmõi.

2 †PRIMO verò quæritur, quis ſit ꝓprius ſacerdos, largè, ideſt, propriè confeſſionis legitimus auditor? Et dicit Rich. in 4. diſt. 17. ꝙ proprius ſacerdos tripliciter dicitur. Primò ex iuriſdictione ordinaria, ut ſacerdos parochialis, epiſcopus, & papa. Secundò, ex iuriſdictione delegata: ut is, cui audiendi poteſtas committitur ab aliquo iſtorum triū, uel à legato papæ. Tertiò, ex iuriſdictione à iure conceſſa, uel permiſſa, quæ. ſ. poteſt dici delegata, pro quanto iſtam licentiam tales ſacerdotes alteri conferre poſſunt: ut ſūt inquit, illi, quos epiſcopi, uel abbates exempti eligunt in confeſſores. de pœ. & remiſ. ne pro dilatione. Et idem eſt de eo, qui audit in articulo neceſſitatis: & ſimiliter de parochiali, cui confiteri uoluerint uagabundi, nullum habentes domicilium, uel peregrini, uolentes confiteri de commiſſis, poſt quàm receſſerunt à iuriſdictione illius, in cuius poteſtatem habent domicilium. ſed de hoc infrà. Ex his, & ex Pan. in c. omnis. de pœn. & re. & ex Car. in clem. dudum. de ſepul. collige, quod proprius ſacerdos largè dicitur. Primò papa in toto mundo. Secundò, legatus, & eius pœnitentiarius in tota ſua prouincia. Tertiò, archiepiſcopus dū uiſitat in tota diœceſi ſuffraganei ſui. de pe. & re.

re.noſtro.& tunc poteſt alijs cõmittere.ſm Dire.Quartò,eps in tota ſua diœceſi. Quintò archipresbyter eccleſiæ cathedralis,q. in hoc cenſetur uicarius epi.de off.archi. officium.Sextò uicarius generalis epi,quorum uterque audire pōt oẽs de diœceſi.ar.l.cum prætor.ff.de iud.& in d.c.officiū. Septimò, presbyter parochialis in tota parochia.Octanò uicarij perpetui ſacerdotum parochialium.Nono,oẽs uicarij pdictorum, qui pñt hr̃e uicarium:& eadem ratione oẽs habẽtes licentiam ab eis. Decimò,is qui eligitur à p̃lato,cui à iure permittitur eligere confeſſorem,de quo j.§.8.& 9.Vndecimò,ſacerdos parochialis reſpectu uagabundorū.i.nō habentium domicilium certū, uel habitationem ut exponit gl.& Bar.in l.dies.§.p̃tor. ff.de dam.infe.& Pan.in c.fi.de foro cõpe. & idẽ de oĩbus non habentibus propriū domiciliū.Sed pro intellectu dictorū in hoc §. vide ſequentes uſq; ad octauum incluſiuè.

2 †SECVNDO q̃ritur ſpecialius quis ſit proprius ſacerdos largè perſonarum eccleſiaſticarum? Et dico, qđ Papa in foro exteriori abſolui nō p̄t:quia nec excõicatione ligari, cū ſuperiore careat:in foro aūt pn̄ali ligari pōt peccator:& Chriſtus eum ſine remedio non reliquit, ſed hẽt confeſſorẽ quẽcunque elegerit, qui autoritate Chriſti pōt eum ſoluere & ligare:quia ſicut à principio q̃libet ſacerdos poterat quẽlibet ſe ſibi uolẽtẽ ſubijcere abſoluere:ita & nunc eſt,quãtū ad eum,qui nulli ſubijcitur.Qui uerò sūt de familia Papæ, propriū habent ſacerdotẽ sū mū pœnitentiariū cū Papa:quia nulli alij ſubſunt.Secus de capellanis eius p mundum diſperſis:quia p p hoc ab aliis non ſunt exẽpti. Cardinalium aūt confeſſor eſt, quẽ eligūt.ſi ſunt epi:& idẽ eſt ſi ſunt legati:q.a sūt p̄lati, uel exẽpti.Si uerò nec epi ſunt,nec legati,ſed ſimpliciter Cardinales,ſm Hoſt.aliū nō habẽt, q̃ Papã,& sūmū pn̄arium:tutius aūt eſt,eos hr̃e à Papa licentiã eligendi confeſſorẽ. Familia uerò cõmenſalis eorū, de licentia eorū pōt eligere confeſſorem:quia de conſuetudine ſunt eis ſubditi, ſiue ſacerdotes, ſiue alij: uel fortè ſummus pn̄arius eſt quaſi curatus reſpectu omnium manſionarium curiæ. Patriarchæ uerò, primates,archiepiſcopi, & epi habent confeſſores ſuos ſuperiores mediatos:epi quidem archiepm: ille primatem: ille patriarcham:ille Papam: & hoc niſi ſunt exempti:& nihilominus q̃libet iſtorum poteſt eligere confeſſorem:extrà.de pœ.& re.c.fi.ut dictū eſt. Familia aūt epi,uel archiepiſcopi, ſecundum Hoſt.ſi ſit in aliena diœceſi, idem vr̃ quod de familia alterius principis laici.Si uerò ſit in diœceſi propria ei confiteri dẽt,uel illi, cui ipſe mãdauerit:ſed & proprio ſacerdoti,de cuius parochia eſt, confiteri quis poteſt. Inferiores, uerò prælati non exempti habent pro confeſſore epm:aut eius uicarium,ſi epo immediatè ſubſunt:ſicut abbates, decani,præpoſiti,& archipresbyteri rurales habent epm.qñ ille decanatus eſt annexus curę:priores uerò qui ſubſunt abbatibus illis, & epo ſubſunt. Non prælati uerò ſuis ſubſunt immediatè curatis, ſiue abbatibus, ſiue prioribus, ſiue decanis,qñ ſunt de collegio,uel ſimplicibus curatis, quando in parochijs commorãtur: clerici uerò ſcholares ſub ſunt ei, qui præeſt choro in exterioribus, ſiue cantor ſit, ſiue ſuccentor, ſed quantum ad forum conſcientiæ, ſolus decanus ur̃ curatus eorū.hæc omnia ex Pet.de Pal. Quibus adde ex Pan.in d. c.fi.ſiue,ne pro dilatione.de pœ. & re.q̃ ratio conceſſionis eligendi confeſſorem fuit diſtantia à ſuperioribus,quę tamen,inquit, non eſt ratio ſufficiens eligendi confeſſorẽ propria autoritate, cum ibi opus fuerit priuilegio Papæ,quod intellige niſi in neceſſitate.i.mortis articulo:& niſi quis ſit in itinere,uel alibi habeat domicilium,aut habitationem,iuxta dicẽda in ſequen.De proprio parochiali.j.eo.§.15. ¶Tertiò quæritur,q̃s ſit proprius ſacerdos largè ſecularium pſonarum? Et dico,q̃ rex habet epm. in cuius ciuitate eſt ſedes regni, i. in qua inungitur, & coronatur,non in qua plus moratur.Princeps uero minores, ſi habent plures ciuitates ſub ſe: à ſede principali ducatus, uel comitatus domicilium ſortiuntur:niſi quando non habeat ciuitatem unam aliam potiorem:quia tunc,ſm Hoſt.ab utroque epo licentiam accipiunt, uel à Metropolitano, qđ dictum quantum ad Metropolitanum, non eſt uerum: quia nullus ſubditus ſuffraganei eſt ei ſubditus immediatè, niſi quãdo uiſitat. De illo uerò principe,qui hẽt dominium in diuerſis diœceſibus, ſed non ſup ciuitatem,multo magis ur̃,q̃ hoc poſſint petere ab epis,uel illo.ſ.in cuius diœceſi principaliter habet dominium:uel ab utroque, ſi ęqualiter in duabus:quia abſurdum eſſet, q̃ à tot curatis haberet hoc petere, quot in ſuo dominio includuntur. Domini uerò in eadem diœceſi in diuerſis uillis habẽtes dominium,

minium, & ita ꝙ nulla ſub ſe nō contineat multas parochias, maximè ſi una nō ſit principalior: nulli curato ſubſunt, ſed immediatè epiſcopo: ſi uerò in una uilla ſit principaliter dominium, in qua non ſit niſi una, uel non ſint multę principales, curatus eſt ſibi ſacerdos proprius citra epiſcopum. Balliui autem ſi nullibi habent manſionem, niſi ſecundum qđ aſſiſtere requiruntur, ubiq; pñt confiteri epiſcopis ciuitatum, uel curatis: in quorum parochijs eligunt hoſpitium: ſi autem alicubi principaliter degunt, habent parochianum loci. Et idem de præceptis, & ſeneſchalis, licet habeant domos parentū extra balliuiam præpoſituram, uel ſeneſchaliam: quia per hoc officium quaſi contrahēdo forum ſortiuntur. Cæteri uerò burgēſes, & alij laici in poteſtatibus non conſtituti illis curatis ſubſunt, in quorum parochijs degunt principaliter: uel ſi in duabus æqualiter: in qua manent tunc qñ uolunt confiteri, illius parochiani ſūt. hæc Pet. de Pal. Quibus adde, ſecundū Hoſt. ꝑ Imperator, & Imperatrix de antiquiſſima conſuetudine confitentur capellanis ſuis, qui habent curā animarum ſuarum. Sed, ut dicit Pet. de Pal. nulla conſuetudine introduci poteſt, ut præter proprij ſacerdotis licentia aliquis poſſit ſibi eligere confeſſorem. de pœ. & re. c. 2. li. 6. niſi diſſimulatio Papę ſit licentiatio. hęc ille. Et idem intellige, ſi alius proprius ſacerdos det licentiam interpretatiuè, ſ. diſſimulādo. Tutius tñ eſt in oībus prædictis, ut habeatur à Papa licentia eligendi confeſſorem.

4 †QVARTO queritur, quis poſſit licentiare ad audientiam confeſſionis? Et dico, ſecundum Pe. de Pal. quod omnis proprius ſacerdos, qui iure ordinario poteſt confeſſiones audire, poteſt hoc alteri committere: q habet cauſam meri imperij. Eſt autem, ſecū dum eum, ordinarius primò quicunque hēt curam animarum per electionem. unde licentiare poteſt quemlibet ſubditum ſuū ad confitendum alteri. Et ſecundò quicunque ex officio annexo hoc habet: licet non ſit ꝑ electionem. Et tertiò gerens uicem curati ꝑ legem, aut cōſuetudinem, ſicut prior factus per abbatem, cui eo uiuente erat delegatus non potens ſubdelegare: eo mortuo uel amoto, eius uices in omnibus obtinens eſt quaſi ordinarius, quantum ad hoc: unde licentiare poteſt ſubditos de confeſſione. & idē uř de ſuperiore, amoto priore, uel uicario, cum conuentus non habet priorem. Et quartò archipresbyter, eum eſt una ꝑbenda ſacerdotalis, cui ex officio eſſet annexū officium audiendi confeſſiones eorum de diœceſi extra ciuitatē: & multo magis ſi de ciuitate. Sed ſi pœnitentiarius non hēt hoc officiū ex ſua ꝑbēda ſed ex cōmiſſione uiuæ vocis epi:talis eſt delegatus, & nō ordinarius. Et quintò legatus in utroq; foro: Vñ ſicut in exterioribus dat iudices delegatos: ita ēt hēt duos pœnitentiarios. Et ſextò ſummus pñiarius in ſpiritualibus tñ bene hēt pñiarios ſuos. & concedit ēt licentiā eligendi cōfeſſorem: ſimplices aūt pñiarij Papæ, quamuis ſint delegati Papæ, & poſſint oēs de toto mundo audire: non tamen pñt ipſi ſumere adiutores, nec dare licentiam confitendi. Et ſeptimò decanus ruralis, qui & archipreſbyter dř, ſi decanatus ſit annexus alicui ſpeciali curæ, reputatur ordinarius ī parochijs ſui decanatus poſt epiſcopū: ſ. curatos ēt vř ordindrius curatorum, & ſic curati de licentia eius, non ſolùm epiſcopi pñt cōfiteri. Si aūt illum decanatū epiſcopus, uel archidiaconus confert modò huic curato, modò illi, uř delegatio: & hoc reſpectu criminum, ſiue caſuum cōium. Archidiaconus autē licet ſit iudex ordinarius de cōſuetudine: tñ non in foro cōſcientiæ, ēt ſi ſit ſacerdos: q a hoc accidit ſuæ poteſtati: uñ ſi audire pōt, ex cōmiſſione eſt, & ſubdelegare non pōt. Si ptās iuriſdictionis una ē apud plures, & nō apud quemlibet inſolidum: ut ſi capitulū ſede uacante gerat uices epi in tp̄alibus, uel ſpūalibus, & nullus eorum per ſe eam cōmittere pōt, ēt decanus: vnde totum capitulum, & non unus ponet pñiarium. Secus ſi perfectè & inſolidum reſidet apud quēlibet: ita ꝙ vnus ſine alio per ſe ipſum pōt de cā cognoſcere: quia tunc unus ſine alio committere pōt, etiam minor ſine maiore: ſicut curatus ſine epo. Vñ vicarius curati ſine licentia epi ſcopi audit cōfeſſiones ſubditorum curato. hęc omnia Pe. de Pal. ſed uide ĵ. Delegatus.

5 †QVINTO quæritur, utrum non habētes ordinis executionem licentiari poſſit ad audiēdas confeſſiones à proprio ſacerdote, uel alio qui executionē ordinis dare nō pt? Et dico, ꝙ ut patet ex Arch. in c. plectis. 25. diſt. & Pan. in d. c. omnis, tripliciter dř quis non hre ordinis executionē. Primò, quia nō hēt uelle, uel nolle, ut religioſus. Secundò, quia excōicatus, ſuſpenſus, uel interdictus, & hmōi. Tertiò, qui non hēt populum ſibi ſubiectum: ſicut religioſi à ſuis prælatis ha-

bilitati:& omnes ſacerdotes ſeculares, non habentes curã animarum.Primi,ſi ſunt exẽpti,abſoluere nõ poſſunt,nec ligare ex licẽtia ſacerdotũ parochialiũ, vel epiſcoporũ,niſi à ſuis plátis habilitentur. Vnde ſm Arch. non debent ſine licentia ſui ſuperioris audire cõfeſſiones habentiũ licentiã eligendi cõfeſſorem etiam à Papa : ſicut nec cõſentire electioni de ſe factę extra.de elec. ſi religioſus.lib.vj. niſi Papa nominatim religioſum exprimeret.Et idẽ eſt de pdicatione, inquiſitione,vel alio officio.Si tñ eo caſu abſolueret ſine licentia plati ſui , ut dicit Arch.non oportet confeſſionem iterari.Secũdis verò dari non põt licentia audiendi confeſſiones,niſi prius habilitent̃ ab eo,q̃ tale impedimẽtũ remouere põt. Tertijs aũt concedi põt audiendi licentia,nõ ſolũ ab his, q̃ habent curã,ſpecialiter ipſis cõmittendo, ſed ẽt generaliter dãdo licentiã ſubditis ipſorũ,vt quẽcunq; voluerint eligãt confeſſorẽ. Nec obſtat gl.in d.c.oĩs.& in cle.i.de priui.q̃ tenet, qđ uigore talis licentię nõ poſſit eligi ſacerdos religioſus,vel ſecularis nõ habẽs curã.ꝙ ſequit̃ Pau.diſtinguens: quia ſi ꝓprius ſacerdos hoc cõmittat alieno:nõ eſt vis vtrũ habeat curã,nécne:quia non audit iure ꝓprio ſed tanq̃ delegatus.Si aũt dat licentiã ſubdito eligendi cõfeſſorẽ, ꝓcedũt dictæ gl.quia eo caſu cũ ſacerdos alienus nõ ſit delegatus ꝓprij, opoꝛtet hoc eſſe ꝑ viã ꝓrogationis, ſiue extenſionis.q̃ ꝓrogatio fieri non p̃t, cũ ille nõ habeat curã: quia priuatorũ conſenſus non põt facere iudicem eũ, q̃ nulli p̃eſt iuriſdictioni,de fo.com.ſignificaſti. qđ ẽt ſequitur Pan.ĩ d.c.omnis.& d.cl.j. & dicit ſeq̃ cõiter doctores.Nec obſtat,inquã : quia dico,ꝙ quilibet ſacerdos, ex quo eſt ſacerdos habens claues,hẽt poteſtatem ligãdi, & ſoluendi,& iuriſdõnem in habitu: licet exercitiũ nõ habeat ex defectu ſubditorũ,ſiue materiæ tãtũ.Vnde cũ ſibi materia exhibetur, ꝑ talem licentiã exercere põt ſuã poteſtatẽ quã habet.& abſoluit ꝓpria authoritate.Et facit l.j.ff.de iud. vbi patet,ꝙ iuriſdictio nõ habentiũ ſubditos actu,p̃t ꝑ alios prorogari.Et hoc tenuit Hoſt.& Pan.dicit ſibi nouiſſimè placere. Iura aũt in contrariũ allegata loquunt̃ in nõ habente prorſus iuriſdictionem.Satis cõcordat S.T.ĩ 4.di.17. dicens,ꝙ ei, q̃ idcirco alicuius cõfeſſionẽ audire non poteſt,quia non habet iuriſdictionem in ipſum audiendũ, poteſt ei committi ꝑ quemcunq; habentẽ iuriſdictionem ſuꝑ illũ : ſed ei,q̃ audire non põt, quia non habet ordinis executionẽ,concedi non poteſt, niſi per eũ,q̃ hoc impedimentũ p̃t remouere.Et addit S.T.quod non ſit iniuria ꝓprio ſacerdoti,ſi per ſuperiorẽ,vbi plebi. & honori diuino uĩ expedire, alteri hmõdi licentia concedat̃:quia poteſtas iuriſdictionis nõ eſt alicui commiſſa in ſuũ fauorẽ:ſed in plebis utilitatẽ,& ad honorẽ Dei.Nec tenetur ſubditus iterũ petere licentiã à proprio ſacerdote:licèt hoc dicat Ber.in quadã gl.in d.c.oĩs q̃ gl.per Clementẽ quartũ tanquã oĩno falſa dãnata fuit,in quodã priuilegio Prædicatoribus,& Minoribus indulto,quod incipit, quidã temere.vbi dr̃ quod hi,quibus à ſuperioribus committit̃, audire poteſt,ẽt ſacerdotibus parochialibus contradicentibus,& inuitis.Et hoc ẽt tenet Io.An.de pę. & re. ſi ẽps.li.vj.Similiter nec tenet̃ ei iterũ illi confiteri:vt in extraua.Io. 22. dr̃. Sed ꝑꝑ ſtatutũ eccleſiæ de confitendo ſemel in anno,debet ſe illo modo habere, quo & habens venialia ſolũ:vt ſcilicet declaret ſe confeſſum, ut ei ſacra miniſtrari poſſint : ut notat̃ ſm Pe.in Su.Conf.li.3.ti.34.quæ quidem declaratio,nõ ſufficit,ſi epiſcopo fiat,vt dicit Supplementum,niſi ille haberet ſacra miniſtrare: quia aliàs adhuc ſtaret ratio debiti præſentandi ſe illi : qui habet ſacra miniſtrare.

6 SEXTO quæritur,an in aliquibus caſibus, quis confiteri poſſit alteri,q̃ proprio ſacerdoti propriè dicto.i.ordinario ? Et dico, quod ſic ĩ multis,ſm Arc.& Pe. de Pal. poſt Hoſt.Primò,ꝑꝑ ſacerdotis proprij indiſcretionem:quia ſcilicet eſt oĩno indiſcretus, & ignarus,vel ineptus:ſub quo ẽt comprehenditur ſi ſit ſolicitator ad malum, vel reuelator confeſſionũ,uel talis,ꝙ ex confeſſione, ſibi aut pęnitenti periculũ immineret : quo caſu ſm Ho.habet ipſo iure licentiã adeundi alium.de peniten.diſt.vj.placuit. Sed alij dicunt ꝙ licentiã petere dẽt ab eo,vel ſuperiori:quia dr̃ in c.oĩs,quod qñ ex iuſta cã voluerit alteri cõfiteri,licentiã petat à proprio ſacerdote: & hoc ẽt ſi ſit ex culpa ipſius ſacerdotis,ſm Pet. de Pal. quia culpa eius ſuperiori nocere non dẽt:ſicut proprio ſacerdote mortuo,uel excõicato, non eo ipſo licet aliũ adire, ſed recurrere oportet ad epiſcopũ.Et dẽt ſacerdos credere pęnitẽti,& allegãti ſaltẽ in genere iuſtã cãm: quia nõ eſt veriſimile qđ quis cũ fallacijs adeat pęnitentiã.ſm gl.ĩ c.placuit.de pę.di.vj.In hoc aũt, qđ petere licentiã dẽt ab ipſo,uel adire ſuperiorem,

tiore,concordat S.T.Pe.Alberi.Inn. & Gul. & ſi ab eis licētia negat̃, ſm eoſdē,id eſt ſicut de eo qui eſt ſine copia confeſſoris, & liberè poteſt aliū adire,ſm Pet. Et Intellige ſm eum,ſi habere nō poteſt à ſuperiori inferiore ipſo papa:quia inquit,ad papā non eſt facilis recurſus.Et intelligo ſi non poteſt habere à curato proprio uel immediato prēlato, & ſuperiorem cōmodè adire non pt. quod ſi nec aliū habere pt ſm pſtictos,confiteatur peccatū in genere,tacito eo ex, quo malum prouenire poſſet. Cā tñ ſufficiens ad petendū iſtā licētiā,qua negata poſſit qs aliū adire,eſt,ex qua ſequi pōt probabiliter malum corporis,aut animę,aut famę:nō aūt ex qua ſequitur bonū: puta diligētior cuſtodia pecoris. Vnde hic multi fallunt̃ credentes iuſtā cām eſſe:quia de cætero plati eos ſuſpectos habebūt,& diligētius obſeruabunt, aut non ita reputabunt. Vnde dicit Veru. Non credo, q ſola erubeſcentia ſit cā ſufficiens quare pęnitens abſolui dēat, qđ non confiteatur proprio ſacerdoti.¶Secundò,pp domicilij trāſlationem: de quo j.§.x. Tertiò, cū quis eſt vagabundus.de quo ſ.§.j.¶Quartò,qñ domicilium qrit,qui non hēt quò ſe cōferat,quo vſq; alicui ſe ſubdat: nā & is ſine domicilio eſt.ff.ad munici.l.Labeo.in prin. & l.eius.§. Celſus. Et de peregrinis quidem & multis alijs,dic vt j.§.ij.¶Quintò,ratione delicti commiſſi ī alia parochia extra, de rap.c.j.vj.q.iij.placuit.Quod verū eſt,ſi concurrat excōicatio,ſicut fit in furtis: quia ad excōicatorē mittendus eſt abſoluendus, ſm Gof.& Ray. & Th. in eo quod dr̃ quis forū ſortiri ratione delicti,vt in Sum.Con.li.3.ti. 34.q.33.Si tñ peccatum ſit occultū, & non concurrat excōicatio: abſolui pt a proprio ſacerdote,ſm Arch.& Su.Piſa.Sed de hoc j. §.13.¶Sextò,ratione ſtudij,ut ſcholares, ēt ſi non ſint,niſi per annum in ſtudio moratuti,quia nō habent licentiā de pluri: vel quia ſic volunt,uel quia de parochia in parochiā mutantur.¶Septimò,ratione neceſſitatis,vt quia infirmatur ad mortem:vel debet intrare iuſtū bellum,uel mare, & deeſt proprius ſacerdos, quia in mortis articulo omnis ſacerdos ab eccleſia non pciſus authoritate iuris fit ſacerdos proprius.de offi.ordi. paſtoralis.imò ex hoc quod hr̃ de conſe.di.4.ſanctum.vr̃ quod etiā laicus in huiuſmodi neceſſitate poſſit ex communicatum reconciliare,ſi non eſt ipſe præciſus,licet abſoluere nō poſſit a peccatis audiendo confeſſiones.

ſ.Abſolutio,primo.§.v.¶Octauò,ſi ſacerdos non proprius, ſpem ponat in ratihabitione:ſicut excuſatur,qui alienum parochianū ordinauit ſpē ponens in ratihabitione. Sed iſte caſus cōiter non tenet̃?Et rationem aſſignat Pet.de Pal.in 3.diſt.17.q.3. in fi. quia ratihabitio non confirmat ſacrm,quod nullum fuit.Nec eſt ſimile de ordinante, vt ibi patet, ſed tñ quidam rationabiliter diſtinguunt,dicentes dictum Ho.non eſſe verum, qñ iſta ratihabitio refertur ad futurum: puta,ſi proprius ſacerdos contentabitur, quia abſolutio non pt eſſe conditionata,& iterū ratihabitio non confirmat hoc ſacrm,ſi nullum eſt ratione deficientis iuriſdictionis. Eſt aūt uerum,ſi refertur ad præſens, puta, quia ex coniecturis rationabiliter, puta q proprius ſacerdos eſt contentus.ſic.n. ēt doctores cōcludunt epiſcopos,vel alios in aliquo caſu poſſe uel non poſſe aliquē ſoluere, aut ligare,ſm quod ex aliquibus uerbis aut coniecturis circa aliquem canonem coniectant de Sūmi pontificis intentione & uoluntate expſſa uel tacita.& de hoc eſt ar.j.eo. §. xv.

7 SEPTIMO,vtrū aliquo habente licentiā generalem ab epiſcopo, ut cui uoluerit cōfiteatur,facta unica confeſſione expiret licētia talis, & an duret epiſcopo uiuente ſolū,uel ēt poſt mortē? Et quantū ad primū dicit Io.An. in ca.non poteſt.de præben.li.vj. quod tutius eſſet exprimere,ut quoties uoluerit confiteri,poſſit eligere,quia agitur de fauore animæ poſt factum,dicit poſſe teneri, quod ſi plures fuerit cōfeſſus uigore licētiæ talis valeat. Quantū verò ad ſm,Pan. in in c.fi.de off.le.dicit,qđ extinguitur epiſcopo mortuo,vel reuocato,ſi cā ſimpliciter dedit:quia illā in perpetuū dare non pōt cum præiudicio eccleſiæ parochialis ſine cāæ cognitione & cōſilio capituli ſui: cum eſſet irrogare perpetuū præiudicium eccleſię parochiali,& ſic ſm ipſum,durat ad minus in uita ipſius epiſcopi,licet ſit petita ſimpliciter. Quidā verò alij diſtinguunt prout habetur in c.ſi gratioſè.de reſcri.li.vj.quia ſi licentia cōceſſa eſt ad beneplacitū ſedis, eſt ppetua, niſi à ſucceſſore reuocetur.Si verò conceſſa eſt ad beneplacitū concedentis:per eius obitū expirabit licentia, ſicut & beneplacitum eius.Et hoc vr̃ tenere Zab.ī cle.dudū.de ſep, ſed ſi mētio nō fiat de bn̄placito,ſed ſimpliciter petat̃ & cōcedat̃: verū eſt qđ dicit Pa.

8 †OCTAVO quærit̃,q poſſint eligere ſibi confeſſorem? Et dico q ſunt epiſcopi & prę

& prælati ſuperiores, vt archiepiſcopi, patriarchæ, primates, cardinales, & papa: & ſimiliter plati inferiores exēpti, vt abbates, & huiuſmodi. de pœ & re. c. fi. q omnes, ſm Pet. de Pa. poſſunt vna vice vnum, & alia aliū eligere. qđ limitat Direc. dummodo nō faciāt in fraudem. Sed Pe. de Pal. nō limitat. & hoc tene, quia cōſtitutio eſt gratioſa. Et eligunt aliquē. n. ſm Pe. de Pal. eo ipſo quod cum illo cōfitētur: quia plus eſt eligere factis, q̄ verbis. l. non dubium. C. de legib. & in ca. legabatur. de maio. & obe. & in c. fi. xv. q. vj. Notandum tñ, qđ vt eligere prædicti inferiores, requiritur primò, qđ ſint prælati, capiendo largè prælatos ēt pro ſacerdotibus curatis, vt dicit Pan. in d. c. fi. qui largè dicuntur prælati: vt in c. tua. de cle. ægro. licet ſtrictè nomine prælati ueniant ſolū habentes iuriſdictionē fori contentioſi. pro quo vide glo. in c. ij. de iudi. & in cle. dudum. de ſepul. in ver. prelati. Secūdò requiritur, quod ſint exēpti: qđ in epiſcopo & ſuperioribus nō requiritur, ſm Pa. ibi. Tertiò, q ſint immediatè ſub papa: quia exēpti habentes immediatè ſ. ſe abbatē, vel generalem, & hmōdi eligere cōi iure non poſſunt, ſm Hoſt. q ibi Pan. placet: cum rō conceſſionis fuerit diſtantia localis. Et hoc ſequitur Su. Ang. Sed Pet. de Pal. in quarto tenet contrarium, dicens, qđ prior ſi eſt prælatus, & exēptus, licet ſubſit abbati & maioribus, hoc pōt ſine licentia eorum: quia hoc priuilegium, inquit, de eligēdo cōfeſſorem, æqualiter cōceditur epiſcopis & minoribus prælatis exemptis: epiſcopus aūt ēt non exēptus immediatè ſubſit archiepiſcopo, hoc poteſt ſine licētia eius, hæc ex illo. Et hoc ſequitur Archid. & hoc tene: quia conſtitutio eſt gratioſa, & latè interpretanda. Hoc autē priuilegium, ſm Pet. de Pa. poſt Hoſt. nō ꝑdit epiſcopus, per hoc qđ vadit Romā: quia ibi non diſtinguitur vbicunq; ſit. ſed fortè perdit, ſi deſinit eſſe epiſcopus: vt quia cedit loco & dignitati, non aūt ſi loco, & non dignitati. Et ſimiliter dr̄ de inferioribus, quod illud non perdunt. quamdiu ſunt in prelatione. ¶Ex his aūt patet, quod hoc priuilegium non habent, ſm eundem Petrum, primò exēpti non prælati: verbi gratia, omnes ſubditi ſeculares vel regulares collegij exempti in capite & in membris; qui ſuis prælatis immediatè confiteri poſſunt, non alij, niſi de licentia ipſorum. ¶Secundò, nec abbatiſſa vlla quamuis exerceat iura epiſcopalia ponendo officiales, & quantumcunque exempta: quia nō eſt prælatus, cū nō habeat claues iuriſdictionis. hæc ille. Cui non obſtat, quod dicit Pan. de curato: quia hēt aliquā iuriſdictionem, quæ ſexui fœmineo repugnat puta clauium in foro pœnitentiali: & quo ad excōicare in caſu, puta furto. unde nō eſt ſimile. ¶Tertiò, nec qui præeſt quidem exēptis, ſed nō eſt prælatus: vt ſuperior in religione vel prior non cōuentualis: vel cōuentualis q dē, ſed ſub abbate ex conſilio ſeniorū, & nō ꝑ electionem poſitus, vel inſtitutus: niſi fortè qñ mortuo abbate, vel priore ipſi sūt quaſi ordinarij: quia tūc, inquit, actio ſubrogata priuilegiū habet eius cui ſubrogat̄. Prior aūt canonica electione inſtitutus & exēptus, illud priuilegium hēt: unde nō oportet cōfirmātem dare ei licentiā eligendi cōfeſſorem, ſicut nec cōſecrātē epm. ¶Quarto, nec hi q in dignitate ſunt cōſtituti, ſed nō ſunt plati: vt cantor, theſaurarius, ſacriſta, & hiuſmodi: ēt ſi eſſent exempti. ¶Quintò, nec plati exēpti, qui non ſunt prælati in foro pęnitentiali: ſicut ſunt archidiaconi de pari concurrentes cum epiſcopis in foro cauſarum: ſed ſoli plati habētes curā animarū, ut puto, inquit. ¶Sextò ēt ſm Pan. in d. c. ne pro dilatione. nullus habere pōt hoc, vt eligere poſſit confeſſorem vigore conſuetudinis: ꝑ tex. in c. ij. de pę. & re. li. vj. Vnde tantū non pōt conſuetudo, ſicut priuilegiū: tñ, vt dicit idē in c. cōquerente. de of. ord. hoc verū eſt quo ad ſubditos: is tñ q. eſt indignitate, noīe dignitatis poſſet pſcribere hanc curā, & fieri ꝓprius ſacerdos. ¶Nonò q̄ritur, quid poſſit dictus cōfeſſor ſic electus? Et dico, qđ ſm Arch. q refert Petr. de Pa. quod electos ab epiſcopis & ſ. abſoluere pōt ēt à notorijs ēt epiſcopo inuito, ēt ab excōicatione, etiā maiore & mutare vota, & relaxare iura, & oīa alia, ꝓ q̄ non eſſet ſedes apoſtolica conſulenda, non obſtante q in dicta decretali mentio non fiat, niſi de abſolutione à peccatis: quia intētio papę fuit ita ꝑ illum confeſſorem prouidere epiſcopis, quibus eſt graue ſemꝑ ad archiepiſcopū recurrere. ſicut prouiſum eſt ſubditis epiſcoporū ꝑ ipſos epiſcopos: ideo ille in epiſcopū poteſt, qcunq; poteſt epiſcopus in ſubditos: quia ubi eadem ratio, idem eſt ēt ius. Electus aūt ab inferioribus, poteſt abſoluendo, diſpēſando quicquid poſſet epiſcopus, ſi ei ſubeſſent. imò dicit Hoſ. quod ſi eligens eſt exemptus, electus hēt authoritatē pęnitentiarij pape, quo ad abſolutionem, licet nō quo ad diſpenſationē. Si verò eligat

alius,

alius, habet poteſtatē iudicis, cui ſubeſt eligens, exceptis tamen publicis & grauibus: vt in Sum.Conf.lib.3.tit.34.q.lxi.per q̄ grauia intellige præcipua inter reſeruata epi arbitrio electi: quæ cum hoc qđ ſunt grauia, ſunt etiam publica: non autem oīa reſeruata ei, vt intelligit Supplemētū: alioq̄n Hoſ. diceret contraria: puta qđ haberet authoritatē iudicis cui ſubeſt, puta epi, & nō haberet: & qđ exceptio fieret, & non eſſet à quo exciperetur. Intellige ēt qđ dictū eſt de grauibus & publicis, vbi eſſet ſcādalū: alioqnin verum dicit Pet. de Pal. vt abſoluere poſſit à notorijs, ſi non ſit ſcandalū: & à grauibus ſi nō ſint notoria. ¶Fallit hoc primò in ſnīa illata à ſuperiore contra electorē: puta ab archiepiſcopo cōtra ſuffraganeū ſuum: vel ab abbate contra priorē cōuentualē ſubditū ſibi: quia ab hmōi abſoluere non pōt talis cōfeſſor. hæc Pe. fallit ſecundò ſ̄m Ray. iuncta gl. eius. ſi electus ſit excōicatus maiori: quia abſoluere non poſſet: ſecus ſi minori tantū. ar. c. ſi celebrat. de cle. exc. mi. ¶Quidam tñ tenent, quod ſic electus abſoluere non pōt ab excōicatione maiori, aut caſibus grauioribus. i. reſeruatis epo, ſi eligēs ſit exemptus inferior epo. quam opi. ſequitur Sum. Piſ. & Pan. in c. ſignificaſti. de foro cōpe. & arguūt quo ad excōicationem, quia electus ab epo non habet authoritatem, niſi electione epi. Et quo ad caſus epales arguunt ex c. ſi eps, de pœni. & re. li. 6. Sed tu tene primam opinionem. ſ. Pet. de Pal. Hoſt. & Arch. quia eſt rationabilior, maximè quia conſtitutio eſt gratioſa. Et ad primum in contrarium dic ꝙ habet authoritatem nō ab epo eligente, ſed à iure cōmittēte. ſicut electus ab eo, q̄ licentiā eligendi habet ꝑ literas pœnitentiarij, authoritatē habet à pœnitentiario, non ab eligente: ſicut ēt frater electi à priorib. quib. epi cōmittunt, cōmiſſarij ſunt epi, non eligētis. Ad ſ̄m verò dic ꝙ in illo c. dr̄, ꝙ electus confeſſor ex licentia epi abſoluere non pōt à caſibus ſpecialiter epo reſeruatis, cū ī gnāli confeſſione illa non veniat, quæ non eſſet quis in ſpecie veriſimiliter conceſſurus. Ex hoc aūt non probant intentū, ſed ſequitur ſolùm, ꝙ electus à ꝑdictis ex licentia papæ abſoluere nō pōt à reſeruatis papę, qđ verū eſt, niſi fortè quo ad exemptos, ſ̄m Hoſt.

10 †DECIMO quæritur, vtrum ſicut vagabundi ita & ſcholares, mercatores, mercenarij, ſtipendiarij, & hmōi commorantes in aliqua parochia, abſolui poſſint ab eo, à quo & parochiani, licet ibi non contraxerint domiciliū? Et dico, qđ circa iſtā materiā tres inuenio differētias ꝑſonarū in gn̄e. ſ. nullū habentes domiciliū, vt vagabundi: de quib. dictū eſt ſ̄.§.vj.& §.j.& habētiū domiciliū, & vltra illud ēt aliā habitationē, vt iſti, de q̄b. eſt q̄ſtio. & habentiū domiciliū. in quo. ſ. nō ſunt, ſed nō aliā habitationē. vt peregrini & viatores. Sunt igitur in hac materia duæ ſolēnes opiniones. Prima eſt Inn. in d. c. oīs. ſic dicentis. Scholares incolæ annuales, & mercenarij debent cōfiteri ſacerdoti parochiali quē incolunt ꝑ annū, & ab eo poterunt abſolui. ar. xvj. q. j. quæſt. vbi dr̄, qđ ibi dēnt ſoluere decimas ꝑſonales, quia recipiunt ſacra eccleſiaſtica ꝑ anni circulū. Hanc opinionē ſequitur Fed. conſ. ccxlvi. In verba ꝑdicta, qđ ſenſerit tales eſſe parochianos talis eccleſiæ, licet ibi domiciliū nō habent. i. animū ꝑpetuò remanendi, quia iura in hoc iure parochiali non ponderant domiciliū, ſed habitationē, vt in d. c. q̄ſti. Vn̄ ſi ſcholaris cuius cupiens eſſe in ſocietate forenſiū, transferat ſe ad aliā parochiā, retento priori domicilio, illa eccleſia, vbi habitat, eſt ſua parochialis, & non illa vbi habet domicilium. Et idē de infantibus, q̄ ſæpe transferuntur ad aliā parochiā, hęc Fed. Et hec opinio eſt cōis. Alia eſt, ut refert Inn. vbi ſ̄. qđ idē eſt, etiam ſi ad tps minus anno conducat, vel domo, vel dominos. arg. de deci. ad apoſtolicæ. maximè ſi ꝓrogetur ſine fraude conductio vel habitatio vltra natiuitatē vel paſcha. quia tunc ex ꝑcepto huius decretalis ſemꝑ dēt quis confiteri & cōicari. hæc Inn. Et hanc opinionē tenet Pan. in c. oīs. dicens, quod ille dr̄ proprius ſacerdos ꝑfatorum in cuius parochia habitat de ꝑſenti, nec poſſent cōmodè adire ꝓpriū ſacerdotem. ar. c. ſi. de paro. vide ēt gl. hoc tenentē in cle. j. de priui. Et idē dicit Pan. in c. cum contingat. de fo. comp. Ego autem cōcordando dico, quod actus laici ordine ad ſacerdotem ſunt duplices. quidam ſ. vtiles ſacerdoti, quibus exhiberet aliqđ emolumentum directè, vel cōcomitanter. vt ſolutio decimarū, ſepultura, & hmōi. & in his requiritur habitatio annalis, vel quaſi. qđ nō intelligas quantū ad effectū, ſed quantū ad affectū & intentionē habitandi. ſicut & dr̄ quis alicubi habere domicilium ſtatim, qñ illuc vadit animo ꝑpetuò habitandi vel habēdi domiciliū. Et quidā ēt vtiles pœnitenti, quib. aliquid ſuſcipit, vt confiteri, & cōmunicare, audire diuina, & hmōi, & in iſtis eſt vera opinio ſecun-

-nio ſecunda, ſaltē quo ad caſus non reſeruatos epo.ſed tñ cum dup ci limitatione. Prima.ſ.quod nihil fiat fraudulēter in præiudicium animæ propriæ: puta fugiendo cēſurā proprij ſacerdotis volētis imputare occaſiones peccatorum. Secunda, quod talia ſacra ſunt neceſſaria. Tertia, quod cōmodè tales non poſſint adire proprium ſacerdotem, & propriam parochiam honorare. Et ratio eſt: quia ſtantibus iſtis proprius ſacerdos, vel ſaltē ſūmus prælatus vult, q̄ ab alieno habeat ſubditus animę ſuę ſolatia: alioquin eſſet iniquæ voluntatis: quia diſpliceret ei bonum fratris ſibi nihil p̄iudicans. & de hoc etiam j̃. Domicilium. Et iſta fuit mens Pan. q. in c. ī noſtra.de ſepul. recitat opi. Fed. ponit quatuor caſus, dicens, quod quis aliqñ ex toto domicilium transfert ad alienam parochiā: aliqñ retento priori domicilio, in aliena parochia cōſtituit nouum, ita quod hēt plura: aliqñ retento priori domicilio conſtituit in aliena parochia ſolum habitationē ad tp̄s: & conſequenter non conſtituit ibi domiciliū: qđ non conſtituitur niſi animo habitandi ꝑpetuò: vt in l. ſi quis inſtructus. ff. ad muni. aliqñ retento priori domicilio, in aliena parrochia non hēt habitationē: ſed peregrinus ibi decedit. In primo caſu, inquit, ī dubiè, ſcđa eccleſia ē parochialis: vt ī c. fi. de paro. in ſecundo, vtraq; eccleſia eſt parochialis. de ſepul. c. ij. lib. 6. in quarto non dr̄ parochianus eccleſiæ ſecundæ: vt voluit gl. in c. in noſtra.de ſepul. ꝓ quo l. hæres abſens. ff. de iud. & c. Romana. in §. contrahentes. de fo. co. li. vj. in tertio aūt eſt dubiū. hęc ex illo: q. deinde in forma ſic ſubiungit. Ego dicerē, q̄ ſola habitatio non facit ꝓpriè aliquē eſſe parochianum iſtius eccleſiæ. Vñ ex quo hēt animū redeūdi ad domū ſuā: illa eccleſia domicilij eſt ꝓpriè parochialis iſtius: vt in c. 2. & 3. de ſepul. lib. vj. Sed ꝑ neceſſitatē poterit iſte in loco habitationis, vel vbi eſt peregrinus, recipere ſacr̄a: ita qđ hæc eccleſia habitationis non ſit ꝓpriè parochialis iſtius: ſed in defectu ꝑ neceſſitatē ſuccedit ī loco parochialis, quo ad adminiſtrationē ſacrorū. ar. optimū in c. is q. de ſepul. lib. vj. Et ſic puto intelligendā gl. in cle. dudū. de ſepul. Inn. in d. c. omnis. & ſic loquitur ſi bñ pōderetur: quia dicit in fi. illius q̄ſtionis, tutius eſſet, vt ſcholares, & peregrini habeant licētiam à ꝓprio ſacerdote, vt alibi poſſint capere ſacr̄a. & nota dū dicit à proprio presbytero: quaſi ipſe presbyter habitationis non ſit ꝓprius. Et ſic pōt intelligi c. j. de celeb. miſ. & c. officiū. de offi. Archi. Et hoc cōuenit ēt actibus ſimilibus: quia ꝑ longā diſtantiā multa ꝑmittuntur, q̄ alias ſunt prohibita: vt in l. hæres abſens. ff. de iud. vide gl. in c. cum ex literis. de in inte. reſti. ſuper ver. diſtātia. Ex quo infero, qđ ſi de loco habitationis ire pōt cōmodè ad eccleſiā domicilij pro ſacris: non dēt hic accipere, ſed in eccleſia domicilij: vt in d. c. is qui. Et hęc no. quia aperiunt intellectum iuriū multorū. Hęc ille in forma, valde bñ, excepto eo, quod dicit de peregrino. de quo j̃. §. ſeq. excepto etiā qđ dr̄ de intentione perpetuo habitandi: quia iſta non eſt ſimpliciter de rōne domicilij: alioquin nullus poſſet ſimul hr̄e duo domicilia: ſed eſt de rōne eius ſub diſiunctione. ſ. hic, vel ibi.

¶ Vndecimò q̄ritur, quid de peregrinis, viatoribus, & mercatorib. diſcurrentibus. i. non habentibus alicubi manſionē, niſi in ꝓprio domicilio? Et dico, q̄ ſi alicubi habitationē contrahant: fiat, vt §. priore notatū eſt. Si verò non contrahant, & de licentia ꝓprij ſacerdotis ſunt in via: poſſunt vbiq; recipere ſacramenta: qđ quātū pertinet ad cōfeſſionē, ſm Inn. & gl. Ray: intelligitur de peccato nouo. i. in via cōmiſſo, & de veteri oblito: imò intelligo de quolibet peccato nouo, & veteri: niſi fortè ſit epo reſeruatū: vel niſi aliquid fiat in fraudē, vel p̄iudiciū ꝓprij ſacerdotis: quia dādo licētiam peregrinandi, vel huiuſmodi, dat licentiā prouidēdi animę ſuę oī meliori mō quo pōt, ſaluis p̄dictis: alioquin eſſent iniq̄ voluntatis. Imò abſolui poſſunt peregrini ēt habentes caſus reſeruatos epo, ſm Veru. & Rod. ſi inſtet tēpus g̃nalis communionis, vt in paſcha, ēt à ſimplici ſacerdote: ſed iniungi dēt iterata confeſſio, data copia epiſcopi. Et hoc dictum, licet cōmuniter non teneatur, tñ poſt Pet. de Pal. Arç. dicit, quod ſi epiſcopus peregrinandi licentiā ſibi non retinuit: vr̄ ex hoc dare licētiam cōmunicandi, & confitendi de caſibus, ēt epiſcopalibus, ſicut curatus de parochialib. Vel hoc dictū ſic intelligitur, quod poſſunt quidē abſolui, ſic q̄ liceat eis communicare: non tñ poſſunt abſolui à reſeruatis. & hoc niſi in neceſſitate. i. in mortis articulo: quo caſu non tenentur reconfiteri, ſed ſolū ſatisfacere, ſi ſatisfaciendum eſt: vel ſe p̄ſentare, ſi erant excommunicati: vt s̃. Abſolutio. 4. Si verò ſunt in via ſine licentia: nullibi confiteri, aut cōicare poſſunt, ſm Inn. & Hoſt. & Gul. & hoc niſi in neceſſitate. i. ī paſcha, qđ in morte: & tunc

tunc recipiẽt hæc in eccleſia cathedrali:ar. c. officiũ. de off. archipreſ. & dicendorũ ĩ. Se pultura. §. 7. particula. ij. niſi periculũ eſſet ĩ mora: quia ea reciperẽt in parochia, in qua ſunt. Et licet Pan. in c. j. de ſepul. velit ꝙ in neceſſitate põt ſacerdos parochialis ea miniſtrare peregrinis, ꝑ c. j. de celeb. miſ. tñ illud c. nõ ꝓbat apertè: nec illa neceſſitas, de qua loquiẽ neceſſariò intelligitur, quo ad ſacramenta ꝑcipienda: ſed põt intelligi ẽt de miſſa audienda. Vñ primũ eſt tutius, & verius, niſi vt dixi, periculũ eſſet ĩ mora. Si aũt aliq̃ ꝑdictorũ vt mercatores nõ hñt domiciliũ, ſed ſemꝑ nundinas ſequuntur: idẽ eſt quod de vagabundis: & idẽ eſt, ſi in loco ſuo tenent domiciliũ: ſed cõiter ad illud in paſchate non declinant: quia ibi, quo ad ſacra non videtur habere domiciliũ, ſm Pet. de Pal. & Arch. Et idem ſm eoſdem, eſt de familia principis, aut balliui, q̃ nunquam in eodẽ ſtatu permanent, nec ad ſuum hoſpitiũ, niſi ad horam redeunt: quia & iſti cenſentur vagabundi. Et ſm Pet. de Pal. eſt de familia laica epi, in qua non ſic habet ius, ſicut Cardinalis: quia ſi ſunt de diœceſi, de licentia eius confiteatur: ſed ſi ſunt de alia, ex quo dimiſerunt hoſpitiũ, & ꝑ diœceſim vagantur, reſpectu illius diœceſis reputantur vagabundi: vnde confiteri poſſunt de licẽtia epi, vel cuiuslibet curati ad cuius parochiã veniũt. Sed iſta intellige qñ quaſi continuè diſcurrunt: ſecus ſi cũ epo habent manſionẽ: quia tunc ſunt ſub cura eccleſię maioris. ¶ Duodecimò quid de his, q̃ in diuerſis locis morantur? Et dicit Hoſt. ꝙ ſi ſe transferant animo remanẽdi, fiunt parochiani illius. ſi aũt nõ intendũt relinquere antiquũ domiciliũ, debent cõfiteri ſacerdoti antiqui domicilij. Sed hæc limita dupliciter. Primò, qñ non veniunt aĩo remanendi ꝑ annũ. ſecus ſi ꝑ annũ, quia confitẽtur ſacerdoti nouę habitationis eodẽ mõ, quo dictũ eſt §. ij. qñ primũ domiciliũ apparet principalius: quia ſi in diuerſis locis morãtur æqualiter, aut hñt domiciliũ, nec apparet vbi principalius habeãt, dico ꝙ ibi recipere poſſunt ſacra, vbi ſe inueniũt tꝑe receptionis exercẽdę. ar. c. ex parte. de foro cõ. & facit gl. in l. ij. C. vbi de cri. agi op. Vñ ſm Pet. de Pal. q̃ in diuerſis parochijs hẽt ęſtiualẽ, & hyemalẽ domũ: vtroq; forũ ſucceſſiuè ſortitur, ſm qđ habitat hic, & ibi: vt tũc hic ſacra recipiat, qñ hic habitat, aliàs ibi. Et ita ſt videntur habere nobiles, & ciues Genuenſes. Limita etiã tertiò iuxta dicta §. priore.

11 † DECIMOTERTIO vtrum quis ſortiatur forũ rõne delicti? Et dico, ꝑ ſic, quãtũ ad forũ cõtentioſũ: vt in c. poſtulaſti: & ĩ c. fi. de fo. cõp. ſed quãtũ ad forũ cõſciẽtię dico ꝙ nõ: ẽt ſi peccatũ eſſet notoriũ ſm Pan. in c. cum contingat. de fo. comp. & no. ꝑ gl. xj. q. j. c. j. & quod notatur ĩ c. j. de rap. Et rõ eſt: quia pœnitẽtia imponitur ꝑꝑ offenſam Dei, & animę proprię, ſm Io. de Lig. ideoq; illi ſoli quis ſubijcitur, quẽ habet loco Dei, & qui eſt iudex animæ ſuæ. Vñ ſm gl. Ray. qñ ius dicit aliquẽ ratione delicti forum ſortiri, intelligendum eſt, quod ad ꝑtinẽtia ad forũ cõtentioſum: quia põt illi cõueniri, iudicari & puniri de crimine ibi cõmiſſo. hæc ille. Aliàs oporteret aut cõfeſſionẽ diuidere cõfitẽdo delicta cõmiſſa ĩ diuerſis parochijs. aut oporteret de caſib. non reſeruatis cõfiteri tot ſacerdotib. quot eẽnt dictę parochię. Vñ Zab. refert tenere Lau. ꝙ curati, & fratres ad confeſſiones admiſſi, ſm formã cle. dudũ. de ſepul. poſſunt audire, & abſoluere peccata cõmiſſa, ẽt extra diœceſim: dummodo cõfitẽtes poſſint illis cõfiteri. i. ꝙ ſint illius diœceſis, vel parochiæ quo ad curatos. Ad qđ ẽt facit gñalis conſuetudo, q̃ eſt optima legũ interpres. ff. de legi. l. ſi de interpretatione. quia videmus pœnitentẽ peccata, q̃ toto terrarũ orbe cõmiſit, vni ſacerdoti cõfiteri: & eos nunq̃ remitti ad ſacerdotes locorum, in quib. deliquerant ꝑ abſolutione, niſi rõne excõicationis, vel niſi peccatum eſſet notorium: quo caſu remittuntur aliqñ cã ſatisfactionis, & ſcandali emẽdãdi, & nõ rõne abſolutionis. Facit ẽt, quia ſpirituale, ſiue eccleſiaſticum forum nõ æquè facilè transfertur, vt ſeculare: vt patet in c. ſi diligenti. & ĩ c. ſignificaſti. de fo. cõp. & in ſpiritualib. forũ pęnitentiale nõ æquè facilè trãsfertur, vt iudiciale: vt no. gl. in c. ne pro dilatione de pę. & re. Vñ cum iura alle. ad probãdum, ꝙ quis conſequitur forum rõne delicti, loquuntur ĩ iudicialibus, vt patet intuenti. ad pęnitentialia hoc non debet extendi, niſi aliquo iure expreſſum probetur. quod non eſt verum.

12 † DECIMOQVARTO, vtrũ ꝓprius ſacerdos vbiq; ſubditũ ſuũ poſſit audire? Et dicit Ho. ꝙ ſic, ſiue intra territoriũ ſuę parochię, ſiue extra, quia pęnitẽtia eſt de iuriſdictione voluntaria. ff. de off. proc. l. ij. Vñ & de loco nihil exprimitur. in c. omnis. de pœ. & re. Sed Cardi. in cle. dudum. de ſepul. dicit hoc verum eſſe ſm Laud. de prælato ordinario, ſiue perpetuo, ſiue temporali: quia in his, q̃ fiunt

fiunt ſine ſtrepitu iudicij, nullius territoriũ læditur.arg.de off.leg.c. vl. & pe. Confeſſor aũt extraordinarius, vt mendicantes, audit cõfeſſiones de peccatis vbiq; cõmiſſis intra territoriũ:ſed extra territoriũ abſoluere non poſſet, ꝑ verbũ d. cle. ibi:extra ciuitates,& diœceſes.Et facit ꝙ no.Pan.in c. cũ contingat.de fo.cõp.¶Decimoquintò q̃ritur, vtrũ vnus ſacerdos parochialis aliũ poſſit audire ſacerdotẽ,& abſoluere? Et dicit Veru. ꝙ nõ, ſine licentia ſuperioris generali vel ſpeciali expſſa,vel tacita.Nã ſi eps ſcit cõiter ita fieri,& tacet:eo ipſo pſumẽdus eſt tacitè approbare,& dare licentiã.Et idẽ Hoſt.addens, qđ hoc non expedit multũ.Et idẽ eadẽ rõne vr̃ de his, q ſuis ſacerdotibus ſcientibus, & nõ contradicentibus,cũ poſſent, alijs confitentur.ar.83.diſ.error.& extrà,de ver.ſig. intelligentia.Hoc tamen Arch.dicit non eſſe tutum: quia declaratum eſt per nouum ius in c.ſi eps.de pœ.& re.lib.vj.ꝙ nulla conſuetudine poteſt introduci,vt quis ſibi eligat confeſſorem ſine ſuperioris ſui licentia. Sed intellige expreſſa,vel tacita.Vide tamẽ s̃.§.6. in fi.& quæ dicit Pan.s̃.§.vj.in fin.

13 †DECIMOSEXTO,vtrum proprius ſacerdos requiſitus debeat faciliter dare licẽtiam alteri cõfitendi? Et dicit S. Th. in 4. di. 17. ꝙ quia multi ſunt adeò infirmi, ꝙ potius ſine confeſſione decederẽt,q̃ confiterentur tali presbytero.ideo dare dẽt,vnde illi,q ſunt nimis ſoliciti,vt conſcientias ſubditorũ ſciant,multis laqueũ damnationis inijciũt, & conſequentes ſibiipſis.Qđ dictũ Sũ. Ang. credit verũ,niſi qñ ꝑ ꝑ hoc ſolicitãt ſcire,ne alios inficiãt: aut vt cæteri magis à peccatis pſeruentur.Sed tu dic,ꝙ quocunq; fine id faciãt,dũmodo nimis faciant,malè faciunt:& qñ rõnabiliter, & probabiliter timere poſſunt,ne iſte,q licentiam petit, ſi ei negetur, non confiteatur verè: quia non ſunt faciẽda mala,vt veniant bona.Et dr̃ in eadem Sum. ꝙ requirendus eſt ſubditus, cui velit confiteri:& ſi ille eſt ęquè bonus,vt ſacerdos ꝓprius concedatur licentia.alioquin ſi non eſt ęquè bonus negetur. Et ſi negari non põt, puta, quia ille alius habet alio modo autoritatẽ audiendi:conſulatur,ꝙ ad illũ non accedat. Sed iſta non bñ dicuntur: quia nihil ꝓhibet illũ,q eſt ſimpliciter minus idoneus confeſſor,eſſe magis idoneũ, qđ ad iſtũ q paratus eſt illi.& non alteri confiteri:vnde facilis debet eſſe paſtor in iſtis,& ſemper minora mala præferre maiorib.Vnde dicit S.T.in opuſcu.contra impug.relig.c. 4.ꝙ dato & ꝙ ex tali confeſſione, qua aliquis aliter, q̃ ꝓprio ſacerdoti confiteatur, detur aliqua occaſio mali:tñ multum præponderat, ꝙ per hoc vitantur multa alia mala maiora & multis periculis obuiatur.hæc ibi. Intellige tñ quod S. Tho. dicit, ꝙ licentiam petitam dare dẽt debito honeſtatis,non aũt debito neceſſitatis:quia eam potes bono fine ex cauſa, quæ ſibi probabiliter conſtat, licitè negare: nec ſubditus eſt ſine copia ſacerdotis,ex hoc, ꝙ ſi cõfiteatur plato.de cætero habebit oculũ ſuper eũ:aut nõ videbit eũ libenter,& hmõi. Vide s̃. §.vj. circa mediũ.Decimoſeptimò, vtrum ſacerdos parochialis credere debeat ſubdito dicenti ſe confeſſum alteri, vt ei detur euchariſtia. Et dicit S. Tho. in quolib.ꝙ non,ſi impedimentum euchariſtiæ pertinet ad forum iudiciale,vt excõicatio,niſi ei conſtet de abſolutione: quia ĩ tali foro creditur homini contra ſe,non pro ſe. Si aũt impedimentum pertinet ad forũ pœnitentiale, vt peccatũ tenetur ei credere,& iniuſtè agit euchariſtiã negans: quia in tali foro credit homini ꝓ ſe,& cõtra ſe. & cõcor. Pet. & Hoſt. Sed gl.Ray.dicit,ꝙ nõ tenetur ei credere, et ſi dicat ſe confeſſum ſuperiori: niſi ei cõſtet per literas ſuperioris,vel alio mõ legitimo. Sed Sum.Conf.concordat,dicens ſm opi.eſſe verã in manifeſtis: vel qñ ſubditus ꝓbabiliter eſt ſuſpectus,quo caſu vr̃ ẽt,ꝙ ei credere non tenetur ẽt de occultis: quia licet hæc ſint tantùm fori pœnitẽtialis, tñ non confiteri ꝑtinet ad iudiciale: cum non confitẽs arceri ab eccleſia, & priuari dẽat eccleſiaſtica ſepultura:vt in d.c.oĩs.Notandum eſt tñ, ꝙ dictum S.Th. de excõicatione, intelligitur de ea, quæ peruenit ad forũ iudiciale, & in foro iudiciali,propter quã,& vbi poſſet eſſe piudiciũ tertij:ſed in foro conſciẽtiæ qñ inde nullũ põt piudicium ſequi, credere dẽt. Et ſic intelligo dicẽtes, ꝙ in conſcientia credendũ eſt:vt Io. And. & Pan,& alij in c.ſicut ſuper gl.j.de ſent. exc. Dicenti aũt ſe habere licentiã à plato ſuo cõfitendi alteri, ſm Ric. credendũ eſt. Et intellige niſi per ſigna probabilia conſtaret,ꝙ nollet verè, ſed fictè confiteri propter aliquẽ ſuum affectum. Et ratio eſt,quia volens verè confiteri,ſi vellet ſine licentia confiteri,vellet contradictoria.

14 †DECIMOOCTAVO, vtrũ ſacerdos parochialis teneatur audire ſubditum toties quoties voluerit cõfiteri, ex neceſſitate pcepti? Et dicit Rich.in quarto,ꝙ ſic,ſi pœnitens

nitens de neceſſitate hẽt confiteri. Si verò ille non tenetur de pcepto confiteri:nec ſacerdos obligatur audire,niſi de conſilio . Si aũt volentẽ plures confiteri audire noluerit: liberè põt alteri confiteri: & ille poterit abſoluere,niſi ſacerdos ꝓprius eũ ad determinatũ ſacerdotẽ miſerit:quia ſi nec audire,nec aliũ determinatum aſſignare vult videtur ei tacitè dare licẽtiã,vt ꝑ ea vice ille cõfiteat̃.cui voluerit:ſed ſic electus abſoluere nõ poterit, niſi ab his à quib.& ꝓprius ſacerdos abſoluere potuiſſet.Qđ tñ dictũ nõ hẽt locũ ĩ ꝓprio ſacerdote,q̃ ſub ſe hẽt vicarios:q̃a abſoluere illi nõ poſſent ab his q̃ ſibi ille reſeruaſſet.

15 †DECIMONONO quæritur, quid de confeſſione facta ei q̃ de iure nõ tenebat bñficiũ? Et dico ad huius euidẽtiã , qđ Pan. in c.nihil.de elec.ponit tres caſus.¶Primus, cũ talis gerebat ſe pro plato : non tñ erat in poſſeſſione de iure,quia non cũ authoritate ſuperioris:licet de facto ſe intruſiſſet in bñficio.vel poſſeſſione.¶Secũdus,cũ habuerit q̃dẽ confirmationẽ à ſuperiore : ſed cõfirmatio vel electio nõ tenuit.¶Tertius, cum fuit electus & confirmatus per ſuperiorem : ſed poſt aliquid egit , ꝑ q̃ ꝙ fuit priuatus ipſo facto platura:puta quia incidit in hæreſim . ¶Primo caſu geſta ꝑ eũ, indubitãter nõ valent:nec ea ſuſtinet cõis error,ex quo iuridica poſſeſſio deficit. Ad ꝙ facit l.Barbarius . ff.de of.præ.q̃ ſe fundat ſup.cõi errore & authoritate ſuperioris:quia iſte ſeruus,q̃ putabat̃ liber,habuit officiũ à ſuperiore.& ſic cõcurrebant ibi duo.ſ.cõis error . & ſuperioris authoritas.Secus aũt vbi adeſſet vnũ tantũ : vt tenet Inn . ¶Secundò vero caſu geſta per eũ retractari non debent,ex quo alias legitimè geſta ſunt:cũ hic ꝯcurrat cõis error & ſuperioris authoritas:vt in caſu d.l.Barbarius. ¶Tertiò vero caſu ſi priuatio fuit occulta tenent oĩa geſta . Et idẽ vr̃ . qñ de priuatione dubitatur:quia ex quo tolerabat̃ in officio, tenere dẽt oĩa acta interim geſta:vt in c.non ne.8.q.4.Sed ſi ſuſpẽſio vel priuatio eſſet notoria,vel pceſſiſſet ſuperioris inhibitio : non tenerẽt:vt in c.veritatis.de do.& contu.hæc ex Pan.Ex his cõcluditur,ꝙ confeſſiones factæ cũ excõicato occultè tolerato valẽt:nec ſunt iterãdæ ſuperueniente ſciẽtia.Qui verò ignoranter confitentur intruſis,vel hmõi . q̃ nunquam habuerunt inſtitutionẽ à ſuperiore: ſaluantur quidem propter fidẽ ſacri : ſed tamen ſi ante mortem hoc ſcirẽt iterum tenerentur confiteri. Et licet talis ,ſ. excõicatus non habeat aliquando iuriſdictionem veram , habet tamen toleratam:quę ſufficit ad confeſſionem valere.

16 †VIGESIMO,vtrũ aliquo caſu liceat cõfiteri cuilibet ſacerdoti,ẽt præciſo excõicato vel hæretico? Et dico ꝙ ſ̃m oẽs in articulo mortis quilibet ſacerdos non præciſus eſt ꝓprius ſacerdos abſoluere potens ab omni peccato & excõicatione: vt tenet gl. in c. paſtoralis.§.preterea.de offi.ord. quã cõiter ſequuntur doctores.ita ꝙ ſi quis euadat, nõ oportet eũ reconfiteri, ẽt de caſibus reſeruatis.arg.c.eos.de ſen.exc.li.vi.niſi eſſet excõicatio,ꝓ qua iniũgitur.vt ſe præſentet ei,qui eũ aliàs poterat abſoluere de iure:vt ſ. Abſolutio.j.§.v.Itẽ j. Excõicatio.7.§.31.Si aũt ſacerdos ſit pciſus:vt quia eſt hæreticus, ſchiſmaticus,vel hmõi, ſ̃m Ray. nõ tenetur quis in neceſſitate confiteri,ſed confiteatur Deo in corde.& ſufficit:imò conſulerem,inquit , ꝙ eis nullo modo cõfiteretur : quia tales faciliter in errorẽ vel deſperationẽ inducerent peccatores,ſicut Phariſæi Iudã.Mat.27.& de pœ.d.ſt.vj.c.j.in tex.& in gl. & idẽ de excõicato maiore dicẽdũ eſt : quia illi in articulo neceſſitatis nõ eſt confitendum. ſ̃m Hoſt. & S.Th.Imò hæretico.ſchiſmatico. vel excõicato confiteri non licet:ſed eſt peccatũ mortale,ſ̃m Arch. talibus participando in diuinis,quod non intelligas,ſ̃m eum, in caſu neceſſitatis,ſed extra : &.ſ̃m eum tenetur quis iterum confiteri : etiam ſ̃m eos qui dicunt , ꝙ fictè confitens recõfiteri nõ tenetur : quia ſ̃m Pe.de Pal. hoc verum eſt de ficta per ſubtractionẽ neceſſarii , quę eſt in attrito: non per poſitionẽ contrarij impedientis abſoluẽtis poteſtatem.Dicit tñ idem Pet. ꝙ in articulo mortis quis qui hęretico confitetur ignorans illum hęreticũ,verã recipit abſolutionẽ, nec conualeſcentẽ neceſſe eſt reconfiteri:ſed & ſi hoc ſciat, & in nullo ſuæ hæreſi velit aſſentire ſacr̃m neceſſitatis accipere cũ hæreſi deteſtatione , vr̃ etiã abſolutio vera : quia & de manu hæretici . licet baptiſmũ in neceſſitate recipere. Vnde quare non etiam in pœnitentiam: cùm & ipſum ſit ſacr̃m neceſſitatis , & ibi aliqñ fiat homo de attrito contritus? Hæc Pet. Quod tñ , ſ̃m Arch. non eſſet fiendũ , niſi pœnitens eſſet intelligens & fortis in fide.& idem ſentit Pet.Aureo.addens , & quamuis in talibus ligata ſit clauiũ poteſtas : tñ hoc non eſt verum in tali caſu: quia neceſſitas legi humanæ non ſubiacet : vt in c.quod non eſt.de re.iur.& idem tenet

gl.in

gl. in c. non eſt. de ſpon. Non licet autem in ducere talem ſacerdotem ad audiendũ, ſed licet eo uti, ſi ſit paratus, ſm Sum. Ang. Sed hoc nõ bene dr: quia talis ſacerdos in tali caſu habet iuriſdictionẽ toleratã: & cõſequenter non peccat abſoluendo, ſed abſoluendo in peccato mortali, ad qđ non inducitur à peccatore, ſed ad abſoluendũ tñ, ſicut dicet̃ j. de petente ad uſuram. qđ non inducit uſuratiũ ad mutãdũ ſub uſura qñ petit mutuũ, ſed ad mutuandũ tñ. Vbi not. primò, quod ex his non ſequitur, qđ quis talibus teneat̃ in tali caſu confiteri, quia ad motiuũ de baptiſmo, dico non eſſe oĩno ſimile: q̃a poſt illum ad Chriſtũ quis ſtatim euolat tota pœna remiſſa: & per illum quis inſignitur charactere Chriſtiano: non poſt ſacrm pñiæ. Ad motiuũ ẽt de attritione, dico qđ Deus ſupplere creditur effectũ clauium, ubi quis ꝑ obedientiam & deteſtationẽ ſcelerum abſtinet ab uſu clauium, ne participet prędictis. Not. ſecundò, qđ qui excõicato occultè ſciẽter confitetur extra caſum neceſſitatis, mortaliter peccat, & confeſſionem iterare tenet̃; non aũt ſi ignoranter: ſed in caſu neceſſitatis prædicto, nec peccat, nec tenetur iterare. de quo §. priore.

RVRSVS DE CONFESSORE II. quis ſit ſpecialiter, quantum ad Prędicatores & Minores, & de horum authoritate.

1 *Confeſſor in ordine prædicatorum & minorum, quis ſit legitimus.*

2 *Confiteri ut quis poſſit prædicatorib. ac minoribus ex ui cõſtitutionis, dudum. de ſepul. in cle. ſine alia licentia, quot & quæ requirantur.*

3 *Præſentatio hodie uſurpata, qua uidelicet priores cõuẽtuales, aut guardiani prædictorũ ordinũ ꝑ ſe, uel alios a diœceſano petunt licẽtiam, uel ab eius uicario, exponendi fratres ad cõfeſsiones audiẽdas, an ſiat iuxta formã d. cle. dudũ. de ſepul.*

4 *Fratres, de quibus proxime, ſic præſentati, ut dictũ eſt, quid diſtent a curatis, alijq; fratribus ſic nõ p̃ſentatis. Et quis ac quotuplex ſit effectus cõmiſsionis factæ iuxta p̃dictã formã aut aliam.*

5 *Fratres iuxta prædictam formam p̃ſentati, a quibus abſoluere poſſint. Et in hoc opiniones duæ. Itẽ quos audire, ac abſoluere queant. num. ſeq.*

7 *Fratrũ prædictorũ præſentatio quibus, & apud quos fieri debeat. Et quid ſi ſedes uacet, aut prælati copia haberi nequeat. Et quid ſi prælati præſentatos admittere nolint, aut de eorum numero, aut idoneitate cõtrouerſia ſit. Aut quid ſi admiſerint, et licẽtiã dederĩt, ſed reuocauerĩt ſeq. nu.*

1 CONFESSOR † ſecundò, i. confeſſionis legitimis auditor quis ſit in ordine Prædicatorũ & Minorũ, declarat̃ in cle. dudũ. de ſepul. §. 2. ubi ſic dr: Statuimus ẽt & ordinamus authoritate p̃dicta, ut in ſingulis ciuitatibus & diœceſibus, in quibus loca Prædicatorũ & Minorũ ordinũ fratrum cõſiſtere dignoſcuntur, & in ciuitatibus & diœceſibus locis ipſis uicinis, in q̃bus loca hmõi nõ hñr, magiſtri, priores, prouinciales Prædicatorũ aut eorũ uicarij: & generalis miniſter, & prouinciales miniſtri, & cuſtodes Minorũ ordinũ p̃dictorũ ad p̃ſentiã p̃latorũ eorundẽ locorũ ſe conferant, ꝑ ſe, uel ꝑ fratres, quos idoneos ad hoc fore putauerĩt, humiliter petituri, ut fratres, qui ad hoc electi fuerint, in eorũ ciuitatibus, & diœceſibus cõfeſsiones ſubditorũ ſuorũ cõfiteri ſibi uolẽtiũ, audire liberè ualeãt: & hmõi cõfitẽtibus, ꝓut ſm Deũ expediri uiderint, pñias imponere ſalutares, atq; eiſdẽ bñficiũ abſolutionis impendere de licentia, gratia, & beneplacito eorũdẽ. Deinde p̃fati magiſtri ꝓuinciales, miniſtri ordinũ p̃dicatorum eligere ſtudeãt perſonas ſufficiẽtes, idoneas; & uita approbatas, diſcretas, modeſtas, atq; peritas, ad tã ſalubre miniſteriũ, & offm exequendũ: quas ſic ab ipſis electas repræſentẽt uel faciant præſentari p̃latis, ut de ipſorum licẽtia, gratia, & beneplacito, in ciuitatibus & diœceſibus eorũdẽ hmõi ꝑſonæ ſic electæ cõfeſsiones audiant, extra ciuitates & diœceſes, ĩ quibus fuerint deputatæ: ꝑ quas eas uolumus, & nõ per prouincias deputari cõfeſsiones nullatenus audituræ. Numerus autem perſonarum aſſumẽdarũ ad hmõi exercendum officium eſſe dẽt, prout uniuerſitas cleri, & populi, ac multitudo uel paucitas exigit eorũdẽ. Et ſi ijdẽ p̃lati petitã licẽtiam cõfeſsionũ audiendarũ cõceſſerint: illã p̃fati magiſtri, miniſtri, & alij recipiãt cũ gratiarũ actione. Qđ ſi fortè iã dicti p̃lati quẽquã ex hmõi fratribus prẽſẽtatis eiſdẽ ad hmõi officiũ nollent hr̃e, uel nõ ducerẽt admittẽdũ: eo amoto uel ſubtracto, loco ipſius ſimiliter eiſdẽ p̃ſentandus prelatis alius poſſit & debeat ſubrogari. Si uerò ijdẽ prælati prefati fratribus ad cõfeſsiones, ut p̃mittitur audiendas electis hmõi exhibere licẽtiã recuſauerint: nos ex nunc ipſis ut cõfeſsiones cõfiteri ſibi uolentium liberè, liciteq; audire ualeant, & beneficium abſolutionis impendere, gratioſè cõcedimus de Apoſtolicæ plenitudine p̃tãtis. Per hmõi aũt confeſsionẽ nequaquam

quaquam intendimus perſonis ſeu fratrib. ipſis ad id taliter deputatis poteſtatē in hoc impēdere ampliorē, q̃ in eo curatis, ſeu parochialib. ſacerdotib. eſt à iure cōceſſa, niſi forſan eis eccleſiarū p̄lati vberiorē in hac parte gratiā ſpecialiter ducerent faciendā. hęc ibi.

2 † PRIMO verò quæritur, quid requirat ad hoc, quod quis ſine alia licentia poſſit dictis fratribus vigore dictæ cōſtitutionis confiteri? Et dico requiri primò, ꝙ p̄dicti fratrū p̄lati, vel ſuperiores accedāt ꝑ ſe vel alios ad dictos p̄latos petituri humiliter, vt fratres, q̃ fuerunt electi, poſſint confeſſiones audire: vnde ſi aſpere petatur ſm Pa. non vr̃ ſatisfactū cōſtitutioni: ſed eſſet iterum petenda ꝑ p̄ omiſſionem formæ. Ex quo elicio, quod ſi prælati negent licentiam aſperè petitam, fratres prædicti eam non habent à papa: ſi tñ electi ante petitionem licentiæ præſententur, ſm Zen. valet confeſſio ſi fiat: licet prelati exigere poſſent, vt primò fiat petitio, ſm aliquos: quod tamen ſm Car. nō eſt verum: ſed electores eligere poſſunt ſine alia requiſitione. Vnde hoc primum eſt de bene eſſe. ¶Secundò, quod dicti fratres eligantur & habilitentur per magiſtrum aut priores prouinciales, quo ad Prædicatores: vel per generalem aut prouincialem miniſtrum quo ad Minores: horum autem vicarij aut cuſtodes eos non poſſunt eligere, ſm Car. & Pau. & glo. licet poſſint dictam licentiam petere. & intellige propria authoritate: priores aut cōuentuales, quo ad prædicatores: & guardiani quo ad Minores etiam petere non poſſunt, licet poſſint ad petendum à prædictis: imò ex commiſſione poſſunt eligere: quia quod priores prouinciales habent à iure, cōmittere poſſunt cum ſint ordinarij. ¶Tertiò, qđ dicti electores ſi electos per ſe, vel per alios p̄ſentent dictis prælatis. Vbi no. primū, quod ſm Sum. Roſ. cuſtodes poſſent facere iſtam præſentationem. allegans gl. in verbo, cuſtodes. Sed fallitur: quia ibi eſt ſermo de petitione licentiæ, nō de preſentatione. Vnde Arc. ſentit contrarium, & bene, quia tex. eſt clarus. Nota ſecundò, ꝙ Sum. Ang. dicit nō eē neceſſe, quod iſti electi preſententur ꝑſonaliter, cuius oppoſitum tenet gl. & rationabiliter: quia, vt patet ī tex, p̄lati poſſunt aliquos ex electis refutare, ſi non fuerint idonei: & conſequēter debent ſubijci examini eorum: qđ ſine p̄ſentia eſſe non pōt. Vnde ſi electi non p̄ſentati ꝑſonaliter nō acceptentur nō habent ex hoc licentiā à papa audiendi: ſi tñ ipſi p̄lati hoc nō exigāt, ſatisfactū puto huic legi: vt ĩ. §. ij. Quartò, requiritur, ꝙ dicti fratres nō audiāt extra diœceſim illius cui ſunt p̄ſentati. ſm Car. quē ſequitur Sum. Roſ. & Ang. innitētes textui in verbo, extra. Supplementū verò tenet, ꝙ dictę diœceſis ꝑſonas audire poſſunt vbiq;. Sed hoc dictū ſm eſt planè cōtra oēs doctores & cōtra textū. Primū verò indiget limitatione: quia qñ fratrū p̄dictorū loca ſunt vicina diœceſi, in qua vel ꝑ qua p̄ſentantur, & in qua nō ſunt dicta loca, in ipſis locis audire poſſunt ꝑſonas talis diœceſis: vt in textu: alioquin oporteret confeſſores accedere ad cōfitentes, nō econuerſo. & de hoc ĩ. §. 3. intra diœceſim aūt vbiq; poſſunt audire, ēt in domibus ſecularium, ēt contradicentib. curatis: quia ex quo ꝓhibetur extra, ꝑmittuntur intra. ar. j. q. j. extra catholicā. nā quicquid eſt intra limites, cedit limitatio. ff. de leg. 3. l. patronus. §. Sēpronio. Poſſunt tñ iſti fratres p̄ſentari p̄latis extra diœceſim exiſtentib. ſm Pau. cū ſit iuriſdictionis volūtarię. ¶Quintò requirit, quod confiteri volentes prædictis ſint de iuriſdictione prelati, cui ſunt preſentati: vt patet in textu, niſi habeant priuilegia.

3 † SECVNDO q̄ritur, an p̄ſentatio quotidie vſitata, qua. ſ. priores cōuentuales vel guardiani dictorū ordinū ꝑ ſe. vel ꝑ alios petunt licentiā diœceſano, vel eius vicario exponēdi fratres ad confeſſiones, ſit facta ſm formā dictę cle. dudū? Et dico qđ in ordine Prędicatorū, quia ꝓuinciales dant priorib. conuentualib. licentiā exponendi fratres ſiue p̄ſentandi p̄latis ꝑ confeſſionib. dant eis licentiā faciendi p̄dictā electionē: vñ p̄dicta p̄ſentatio eſt facta ſm formā dictę clementinę ſicut ſi fieret à prouinciali, qñ p̄lati aliam ſolennitatē non requirunt, quia ſm Mar. & Zen. ſufficit, qđ ſeruetur forma quo ad tria ſubſtantialia, q̃ peti debent: q̃ ſunt audire cōfeſſiones, imponere penitentias, ac bñficiū abſolutionis impēdere. Vñ petendo iſta tria ſeruata eſt forma, & valebit cōfeſſio ꝑ p̄ſentib. electis, vel ēt ꝑ eligendis, ſi hoc petatur: imò ſi petatur licentia ſolùm audiendi, intelliguntur petita alia duo, ad quę dicta auditio ordinatur. Nec obſtat, quod ſm gl. dicta preſentatio debet eſſe perſonalis, eo quod preſens dicitur, qui prebetur ſenſibus corporis. arg. ff. de ver. ob. l. j. quia hoc eſt verū: ſolum quando prelati hoc volunt & petunt quod patet: tū quia hoc eſt ſtatutū in fauorē prelatorum vt eis deferatur, cui renuntiare

poſſunt.& ſi dicatur ſtatutum vt examinẽt:
dico ꝙ examen hoc committere pñt alteri,
puta ꝑlatis ipſorũ fratrũ in quibus fidunt:tũ
quia qñ alicui imponitur aliquod onus ſine
determinatione, quo impleto ad aliqđ be-
neficium meretur admitti,quocunq; leuio-
ri modo impleatur onus,conditio dr̃ imple
ta:& ad beneficiũ meretur admitti:vt proba
tur ff.de cõdi.& demon.l.qđ traditum. Vn-
de in propoſito ſufficit,quod fiat ꝑſentatio
verbaliter,vel qualitercunq;. Et motiuũ gl.
non valet:quia ꝑſentatio ꝑſonalis ẽt fieri pt
per procuratorem.C.de proc.l.fiu.& ſic pr̨
bet ſe quis ſenſibus ꝑ ſe vel per aliũ.ff.de ꝓ-
cur.l ꝑſens.Fratres tñ aliq̃ ĩ hoc ſunt priuile
giati ut oẽs,q̃ qualitercũq; ſunt expoſiti, in
telligãtur expoſiti.ſm formã cle. prædictæ.

4 †TERTIO quæritur,quę differẽtia ſit
inter fratres præſentatos ſm dictam formã,
& curatos,ac alios fratres ſic non præſenta-
tos?Et dico,quod dicti fratres poſſunt audi
re oẽs de diœceſi pro qua ſunt ꝑſentati : ſed
non poſſunt committere alteri audientiã ,
nec eam exercere extra diœceſim , ſm Lau.
& Zab.niſi in caſu dicto:alioquin quo ad ec
cleſiã non eſſet vera abſolutio , & confeſſio
iterãda eſſet,ſm Arch.ſed curati nõ poſſunt
audire omnes de diœceſi, ſed parochianos
ſuos tantũ:eorum tñ audientiã committe-
re poſſunt alteri,& exercere extra dięceſim
ſuã ubiq;: quia in his quæ fiunt ſine ſtrepitu
iudicij.& ſub ſilentio,nullius lęditur territo
rium.ff.de offi.procon. l. ij. Et facit qđ no.
Pan.in c.cùm cõtingat. de foro cõpe. & ita
tenet Car.Si tñ ſine dicta ſolennitate com-
mitteretur ab epiſcopo vel curatis,fratribus
iſta authoritas audiendi cõfeſſiones ſimpli-
citer:tunc ſm Arch.poſſent ẽt extra diœce-
ſim audire,ſicut & alij vicarij eorũ:& in hoc
ſunt maioris poteſtatis quam dicti electi,li-
cet in alio ſint minores:quia non habent au
thoritatem,niſi quã dat eis epiſcopus vel cu
ratus:electi verò hñt eã, quã dat pontifex
ſummus.de qua ĩ.§.v.¶Quartò q̃ritur, quis
ſit effectus cõmiſſionis factę ꝑdicto mõ vel
alio?Et dico,ſm Pe.de Pal.in 4.diſt. 18. qđ
ſunt quinq;, quos tñ non habet in perſonis
ordinum reprobatorum,de quibus dr̃ extrà,
de reli.do.c.j.li.vj.¶Primus eſt, qđ cõmiſſa-
rius audire & abſoluere poteſt, nullius alte-
rius licentia requiſita:& ſimiliter pęnitẽs cõ
fiteri non petita licentia aliqua,ẽt à proprio
ſacerdote. ar.efficax extrà,de pri. in his q̃. li.
vj.Et idẽ dicit Io.An.ĩ c. ſi epiſcopus. de pę.
& re.li.vj. & idẽ Pan. Vnde gl.Bet.oppoſitũ
dicens ꝑ Clementẽ quartũ tanq̃ falſa dãna-
ta eſt in quodã priuilegio qđ incipit, quidã
temere.¶Secundus eſt, quia cõmiſſarius au
dire põt contra prohibitionẽ alterius præla-
ti inferioris vel æqualis,&ſi non ſuperioris,
inferior ẽt contra ſuperioris inhibitionẽ al-
teri cõmittere non põt, ſicut nec per ſeipſũ
audire:e conuerſo aũt ſuperior contra inhi-
bitionem inferioris ſicut audire,ita & com-
mittere põt:ſimiliter ſi eſſent duo curati, &
vterq; inſolidũ,unus cõtra alterius ĩhibitio-
nem & audire & cõmitere põt : quia par in
parẽ non habet imperium. ¶Tertius, quia
tenetur curatus ei euchariſtiam & alia ſacra
miniſtrare, ex quo dicit ſe cõfeſſum illi qui
potuit abſoluere. Vnde ſm S.Tho.in quoli.
tenetur ei credere.quod limita ſm eundẽ,&
Pe.ꝑdictum, niſi eſſet excõicatus uel noto-
rius peccator,aut generaliter aliquid habẽs
pertinens ad forum contẽtioſum, quo caſu
anteq̃ euchariſtiã illi miniſtret,debet ei cla-
rè de abſolutione conſtare.¶Quartus eſt,q̃
peccata cõfeſſa habenti dictã cõmiſſionem
non tenetur quis reconfiteri proprio ſacer-
doti,ut ẽt declarauit Io.xxij.in extrauagan-
ti,q̃ ĩcipit,vas electionis.¶Quintus,quia au-
diens cõfeſſiones non iure ſuo ꝑdit ſuã po-
teſtatẽ delegante mortuo vel amoto.Et idẽ
forte eſt ipſo excõicato vel ſuſpenſo:quãuis
probabiliter dici poſſit,qđ ſi eps non exiſtẽs
excõicatus uel ſuſpenſus inſtituit officialem
& pęnitentiariũ,& poſtea excõicetur:vterq;
poteſt in ſuo officio ꝓcedere,quia vtitur iu
re eius qui iuriſdictionẽ hẽt, licet nõ vſum
per ſe:uide tñ ſ. Abſolutio ij. §. vj. Si aũt iã
erat excõicatus:inſtitutio vel commiſſio nõ
tenuit.Si tñ cõmiſſio fiat ſm formam dictę
cle.dudum.ſm Direc.& Car.nõ expirat per
mortem cõcedentis:quia eſt papalis.Et hoc
ſi fiat ſimpliciter , ſicut neceſſariò fit, ſi ipſi
velint ar.de tranſa.veniens.Si ẽt ſit cõmiſſio
aliàs facta ab epiſcopo:durat quo ad fratres
Prædicatores , & conſequenter quo ad mi-
nores:quia priuilegiati ſumus,quod epiſco-
pis mortuis , qui nobis ſuam authoritatem
dederunt uel cõmiſerunt , ea poſſumus vti
donec eccleſiæ prouiſum fuerit de paſtore.
Si uero ſint deputati uſque ad beneplacitũ
deputantis, ſm Car. poſt eius mortem non
durat commiſſio:quia hoc extinguitur mor
te:ut in c.ſi gratioſe.de reſcri.lib.vj.

5 QVINTO quæro, à quibus poſſint ab
ſoluere fratres præſentati ſm formam dictę
cle.

de. Et dico, ꝙ circa hoc ſunt duæ opiniões, quarũ prima dicit, ꝙ abſoluere non poſſint à reſeruatis epiſcopo de iure, uel conſuetudine, aut uoluntate, ita ꝙ ſicut curatis pōt epiſcopus eis reſeruare caſus ad libitum ex cã rationabili, ſiue cõſtituẽdo, ſiue aliter: & multomagis hoc põt concilium prouinciale & ſynodale, à cuius ſniĳs religio ſi abſolue re non poſſunt, ut dictũ eſt. Et hãc opi. Arch. recitat, & more ſuo in dubĳs non vr̃ determinare, ſed hãc tanq̃ tutiorem conſulit. Su. uerò Piſ. non vr̃ appoſuiſſe mentẽ ad ſpeculandum an dicti fratres habeãt aliquid plus q̃ curati: ſicut fecerunt quidã ſequentes. Io. vero And. Zab. Lau. Pau. Step. Io. Mo. & Zẽ. hãc ſequunt. Quorum motiua ſunt duo. Primò cle. religioſi. de priui. ubi dr̃, qđ religioſi à caſibus reſeruatis ordinarĳs quẽquã abſoluere non pſumant. Scđò, quia vt dicit Io. Mo. ſi epiſcopus pt arctare poteſtatẽ ordinariã curatorũ: multomagis arctare pt extraordinariã ipſorum fratrum. Tertiò, adde, ꝙ gratia, quã hic papa facit, ſup qua ſcilicet opinio contraria fundatur, hẽt locum ſolũ, qñ ordinarĳ nolunt admittere fratres pſentatos idoneos, ut patet in tex. ¶ Scđa opi. dicit, quod dicti fratres abſoluere poſſunt ab oĩbus caſibus, exceptis pciſe reſeruatis epiſcopo in iure uel ſuperiori: quantumcunq; reſeruentur epiſcopo ex cõſuetudine uel cõſtitutione uel beneplacito, quã opinionẽ vr̃ fundaſſe Gul. Spe. & Io. de Lig. efficaciter ꝓſecutus eſt in c. oĩs. de pœ. & re. & ſequit Pa. & cõiter oẽs Summiſtæ, & Doc. ſequentes, & hoc rationabiliter & verè. Primò, quia data ueritate primæ opinionis, fratrum priuilegiũ truncari poſſet ex toto: quod eſſe nequit, c. quanto. de priui. Et ſcđò, quia diſpoſitio d. cl. dudum. totaliter poſſet euacuari, & annullari, & fruſtrari eius intentio: q̃ eſt, vt populi libenter dictis fratribus confitẽtes hẽant ſuas cõſolationes in domino. ꝙ non eſſet, ſi epiſcopi ad libitũ poſſent ſibi caſus reſeruare. Tertiò, quia gratiã, puta abſoluere poſſe ab omnibus, niſi reſeruent a iure, quã cõcedit ſuperior, id eſt, papa, reuocare, vel arctare non pt inferior: ut patet ꝑ ſe. & in c. inferior. di. xxi. Nec pt dici, ꝙ papa eã concedit ſolũ in caſu iuxta tertiũ motiuũ: ſed ſimpliciter ẽt extra dictũ caſum: quod patet primò, quia ẽm Dire. iſta conceſſio vel licẽtia audiẽdi eſt papalis: & ꝑlati in concedendo ꝑ bent nudũ miniſteriũ, ſicut miniſter in baptizando, ſcilicet vt eis deferatur. quod patet, quia ſi non concederent, nihilominus hoc haberent. Vnde papa eſt qui concedit, & in dicto caſu, & extra illum qñ ꝑlati admittũt. Dicere aũt, quod qñ illi admittunt cõcedit minus: & qñ repugnãt, maius; nec eſt rationabile, nec hr̃ ex tex. Secundò, quia ut patet in fine tex. ibi: niſi forſan &c. hanc gratiã habent dicti fratres, ẽt qñ prælati vberiorem gratiã faciunt: & conſequẽter eã habent extra caſum, quo eos nolunt admittere. Vnde ſecurè tenenda eſt hæc opinio: & ẽm eã practicãdũ eſt, qñ epi uel eorũ vicarĳ ſunt inſolentes & duri in concedẽdo, ex auaritia, uel emulatiõe, vel alia iniuſta cã. s̃. Abſolutio. j. §. 3. in fi. niſi caſui reſeruato ab eis eſſet ꝑ cõſtitutionẽ annexa excõicatio reſeruata diœceſano uel ſuperiori: quia tunc fratres prædicti nihil pñt per d. cl. religioſi. s̃. Abſolutio. j. §. 4. Vnde ſe non intromittant ſine epiſcopi licentia: quia eſſent excõicati. Et idem ſentit gl. de ſententĳs ſuſpẽſionis & interdicti. de quo uide j̃. Excõicatio. 7. § . 14. dubio x. Similiter nec de notis diſpẽſandis, aut iuris, aut de incertis reſtituendis: niſi ut j̃. Reſtitutio. vlt. §. vj. Ad motiuum primum, dico illã cle. loqui de reſeruatis iure cõi, non ſtatuto uel conſuetudine, quia ſicut hæc, ſ. cõſuetudines & ſtatuta contraria excluduntur per cle. dudum. ita oportet ea excludi per cle. religioſi. ne leges fiant ludibrio. C. de bo. quę lib. l. fi. §. ubi aũt. & iura iuribus ſunt concordanda. l. unica C. de inof. do. de elec. cum expediat. li. vj. Ad ẽm dico, ꝙ utiq; illud põt, ſi ipſe talẽ daret poteſtatẽ ex ſe tales promouẽdo: non aũt ſi eã dat ſuperior: quanquã talis poteſtas ſit ordinaria, ſurgẽs à d. cle. ut tenet Zẽ. & Lau. Sũt & alia motiua Mon. ſed inualida. De ptãte aũt curatorũ, vide ti. ſeq.

6 † SEXTO quæritur, quos audire & abſoluere poſſint dicti fratres. Et dico, ẽm oẽs Doct. ꝙ audire & abſoluere poſſunt oẽs, quia abſolui poſſet ab illo prelato cui ſunt pſentati tã exemptos q̃ non exẽptos, tam eccleſiaſticos q̃ ſeculares, ẽm Car. nec contradictio curatorum, aut qcunq; excõicationis ſnĩa contra hoc quicq̃ ualet iure ipſo per extrauagantem Mar. iiij. inſertam. in rub. de priuil. imò, ẽm aliquos abſoluere poſſunt ẽt religioſos, qui ex ſtatutis ſuorum ordinum, abſolui nequeũt, niſi a ſuis prelatis: quia hęc prouiſio eſt reſpectu omnium uolentiũ confiteri, & de plenitudine poteſtatis, quæ ab alĳs ſtatutis non dependet. Sed gl. tenet contrarium, dicens, ꝙ per hanc conceſsionem

S 2 illi

illi nõ cõprehenduntur. quod Pa. tenet:& Car.dicit verius:quia religioſi nõ hñt velle. de ele.ſi religioſus.li.vj. & cõſequenter nec põt dici volẽtes,ſ.niſi quatenus volũt plati.

7 SEPTIMO quæritur,cui fiet iſta præſentatio,ſiue quis intelligatur hic nomine platorũ? Et dico,q̃ ſm Direc.intelliguntur epiſcopi,& eorũ loca tenẽtes de iure uel cõſuetudine:vt ſunt q̃ de iure vel cõſuetudine ſede vacãte regunt eccleſias:& ſic nomẽ plati accipitur ſtrictè, ſicut & de of.or.ſi epiſcopus.& de tẽp.or.cũ nullus.li.vj.largè aũt capitur de of.or. cũ ab eccleſiarũ.Car.verò dicit hic nomine platorũ intelligi eos, qui in loco hñt iuriſdictionẽ epalẽ,vel quaſi,ita q̃ nulli diœceſano ſubſint ipſi,nec eorum ſubditi,quod tenet Pan.& ſic quo ad tales non ſufficeret licentia diœceſani.Et hæc opi.dicit idem quod prima , & aliquid addit.

8 †OCTAVO quæritur,cui fiet iſta pręſentatio,ſi uacat ſedes, uel haberi nõ poſſit copia plati? Et dicit Pan.q̃ vacãte ſede fiet arg.c.cum olim.de ma.& obe.& non habita copia plati fiet,inquit, eius vicario in ſpiritualibus,ſi habet.de tẽp.or.cum nullus.li.vj.Si uerò nõ habet,& hoc malitioſe facit: debet adiri ſuperior qui eius negligẽtiã debet ſupplere.ar.ix.q.iij.cum ſimus.de conc.præb.quia diuerſitatem,& idẽ ſi eſſet excõicatus uel ſuſpẽſus.ar.in eo.c.q̃a diuerſitatẽ.

9 †NONO quæritur, quid ſi dicti plati nolint admittere pręſentatos? Et dico q̃ ex rationabili cã poſſunt reprobare aliquẽ ex electis,ut patet in tex.& hoc intra triduũ à die pſentationis,ſm conſtitutionẽ, inter cũ ctas,q̃ quia ſublata eſt,ſm Laud.hoc eſt arbitrariũ.Et ſi loco repulſi alius ſubrogetur: ẽt ille ſm gl.ex cã poterit repelli:nõ aũt ſine cã.Si verò plati abſolutè nolunt dare licentiã dicto modo petentibus,nihil refert: quia eis licentia authoritate apoſtolica cõceditur.vnde audire poſſunt cõfeſſiones.& hoc.ſm Car.expectato congruo tpe, qđ,vt vr̃,eſt vſquequo viderint eorũ in hoc firmã ſnĩam.Si verò plati nõ expectata pſentatione pmonentes dicãt.nõ pſentetis aliquos, quia nõ admittemus: ſm Car.audire poterũt ſine alia pſentatione. Si verò expſſe nõ recuſant admittere ſed nõ dant licentiã,uel negligunt,ſm gl.locũ habet hic priuilegiũ poſt trinam monitionẽ vel requiſitionẽ.de ſup.negl.præla.c.j.& facit de ap.ab eo.li.vj.

10 DECIMO quid ſi fiat contẽtio de numero admittẽdorum,vel idoneitate? Et dico q̃ ſi fiat de numero,ſm glo. epũs reijcere põt ſi ultra modũ ſolitũ pſentetur, nec hoc exigit populi multitudo: vñ recipiet numerũ q̃ ſibi vr̃:de reliquis erit recurſus ad arbitriũ boni viri,i.iudicis,q̃ dẽt eẽ medius.ſm Car. Si verò ſit de idoneitate: & probabiliter cõiecturetur de malitia platorũ, q̃ ideo ſcilicet cõtendãt, quia nolunt admittere: credo,q̃ locũ habebit priuilegiũ.ſaltem in ſubrogato:quia nõ refert an verbo uelle facto dicant ſe nolle dare licentiã.Vbi vero plati bene mouentur,licet cũ errore,verũ eſt q̃ dicit gl.eos repellere poſſe,ẽt ſubrogatũ.

11 †VNDECIMO quæritur, quid ſi dederint quidem licentiã, ſed deinde reuocauerint? Et dico q̃ ſine cã hoc facere nõ poſſunt,ſm gl.Pau.Zen.& Car.Vnde nihilominus licentiam fratres haberent:quia eſſet in fraudem legis:& idem quaſi abſolutè negaretur.Ex cauſa tñ vr̃ q̃ hoc poſſint,ſm mẽtem prædictorũ: vt puta, ſi aliquis ex dictis fratribus poſt licentiã ſcandaloſe cõuerſaretur,uel efficeretur ſurdus aut mẽte captus, & huiuſmodi, quia tex requirit perſonas idoneas,& uita probatas.

RVRSVS de Confeſſore tertiò,quãtum ad eius qualitatem.

1 *Confeſſor qualis eſſe & quot in ſe habere neceſſario debeat. Et quid de bene eſſe. Et de ſingulis fuſe differit.*

2 *Confeſſor caſus epiſcopales & papales indagare tenetur. Et an ſic teneatur ſcire epiſcopales, ſynodales, archiepiſcopales.*

3 *Regulæ duæ pro exponente & exponendo ad confeſſiones audiendas.*

4 *Confeſſor in peccato mortali exiſtens, audiendo confeſſiones, an peccet. Et qualiter, ac quoties. Et num ſubditus a miniſtro eccleſiæ in mortali exiſtenti ſacramenta extra neceſſitatis caſum tuto accipiat. Et qui dicatur neceſſitatis caſus.*

5 *Confeſſor a quibus abſoluere poſſit. Et an caſus, qui de iure inferioribus competunt, epiſcopus ſibi reſeruare poſſit, & id quibus caſibus.*

6 *Authoritas, quã epiſcopus, vel alius ſuperior inferiori concedit, quomodo, ac quatenus accipienda ſit.*

7 *Diſpenſare in votis, aut iuramentis ſine mandato ſpeciali non licere, ſed nec ab excommunicationibus a ſacerdotibus illatis pro furtis ac dãnis, quorum authores neſciũtur abſoluere. Et ibi de multa alia in quib. ſpeciale mãdatũ requiritur.*

8 *Officialis epiſcopi num in præſentijs authoritatem caſuum epiſcopalium habeat.*

9 *Sacerdos, num eum abſoluere poſſit, quẽ nõ ipſe, ſed alius audiat. Et num illã cũ qua peccauit.*

Et

*Et ibidem, an epiſcopus in ſimonia cum eo admiſſa diſpenſare queat. Et ſub hæc ꝙ diſpenſatio dignitatis ſit abſolutio neceſſitatis.*

10 *Sacerdos in mortis articulo, num quilibet a quolibet quamuis in abſentia propria ſacerdotis abſoluere poſſit.*

11 *Sacerdos nũ illũ abſoluere poſſit, qui ab aliquo deſiſtere non vult, qđ ſacerdos ipſe mortale credit.*

12 *Confeſſor num a peccato abſoluere excommunicatum poſſit quem ab excõmunicatione abſoluere nequit. Et de hoc opiniones duæ recitantur.*

13 *Confeſſor, num de omnibus, quæ ſibi in confeſſione dicuntur, eam cognitionem habere debeat, vt ſciat mortalia ſint necne. Et quid ſi caſus illi dubius occurrat. Et caſus dubius quot modis dicaẗ.*

14 *Confeſſor in confeſſione delinquens ex ignorantia, pro qua culpa teneatur.*

15 *Confeſſor videns pœnitentiam ſubire nolle, aut non expleturum, qua cautione ac prudentia vti debeat. Et quid ſi pœnitens confiteatur, ſed a peccato abſtinere nolit, nec aliquid facere velit, ad quod ex neceſſitate teneatur.*

16 *Curatus ſubditos habens ſurdos, mutos, furioſos, & huiuſmodi, qualiter circa eos ſe geret.*

17 *Confeſſor videns confitentẽ ex imprudentia confitendo deficere, num interrogationes ipſe facere debeat. Et quatenus debeat interrogationes mouere. Et de quibus. Et ibidem, ꝙ omittens facere neceſſarias interrogationes peccet mortaliter.*

18 *Confeſſor interrogationes in cõfeſſione, qua ratione proponere debeat. Et quot in his faciendis neceſſaria ſint. Et ſub hæc, ꝙ ſicut confitenti perſonam, cum qua peccauit, exprimere non licet, ita nec de ea confeſſori inquirere expedit.*

1 CONFESSOR tertiò, qualis debeat eſſe, ut plenius innoteſcat, colligo, ꝙ debeat habere tria neceſſariò. ſ. potentiã, ſcientiã, & prudentiã: & quartũ de bene eſſe, id eſt, vitæ ſanctitatẽ. Quantum verò ad potentiã ſciendũ eſt, ꝙ auditurus cõfeſſiones in primis poſt poteſtatẽ characteris ſiue clauis, debet ẽt habere poteſtatẽ iuriſdictionis ordinariam, vel delegatã, & bene aduertere quãtũ illa ſe extẽdat. Nã ſm Arc. qui aliquẽ abſoluit in caſu in quo non põt. quia erat reſeruatus, uel quia, nullã habebat authoritatem, ſcienter, uel ex ignorãtia iuris craſſa nõ incurrit quidẽ ex hoc aliquã cenſurã, ẽt ſi ſit religioſus, ſm Zab. & Zen. tñ peccat mortaliter, ſm Ric. in 4. di. 18. & ſic abſolutum de proprio errore tenetur auiſare, ſi põt. ſ. commode: licet ille quo ad Deũ, dũ hoc ignorat excuſetur: qđ intellige, qñ ſine ſcãdalo notabili põt auiſarę. Vel petita ac obtẽta authoritate abſoluẽdi in caſu, in quo abſoluere nequiuit. ſm Direc. & aliquos peritos uocato illo cautè, de quibuſdã confeſſis interroget, quaſi plenius informãdus: & an deinde aliqua crimina perpetrarit: & ſic eũ denuò abſoluat ab omnibus tũc & prius auditis. vel ſi inde magnũ ſcãdalum timeretur, abſoluat abſentẽ. ſi ab ultima cõfeſſione adhuc creditur perſeuerare in gratia: uel in hoc caſu, ſm alios cõmittat ſummó ſacerdoti Chriſto, pſertim qñ multitudo eſt ſic neglecta, uel intereſt multa diſtãtia loci. Præter hoc ẽt ſi religioſus ſic abſolueret ab aliqua ſnĩa excõicationis ſuſpenſionis, uel interdicti, eſſet excõicatus. Hæc ex illo. Et adde, ꝙ ſufficit credulitas probabilis dictę ꝑſeuerantiæ in gratia, ſm iſtã opi. cũ certa haberi nequeat, ẽt de eo ꝗ preſentialiter cõfitetur. Aduerte tñ, ꝙ ſi talis cõfeſſor abſoluere potuit ab aliquibus, licet non ab omnibus: ſufficeret recõfiteri illa ſolum, a quibus abſoluere non potuit habenti authoritatem.

2 EX his elice, ꝙ tenetur indagare qui caſus ſint epales, & ꝗ papales: alioquin periculoſe audiret: vt in cle. religioſi de priui. Caſus aũt epales, ſynodales, uel archiepales ſic ſcire non tenetur, ſm Dir. li. 3. ti. 2. vbi dr. ꝙ religioſus probabiliter ignorare põt huiuſmodi inſtituta, quia in facto cõſiſtũt: maxime, quia talia cõſilia adire tal is nõ tenetur: ideò ſm Veri. excuſatur. Et adde tu, ꝙ tanto magis, quãto hodie ſi religioſi, uel alij de huiuſmodi inquirãt: ẽt ipſi epi plerunq; neſciũt de huiuſmodi docere: deberẽt tñ ſolicite confeſſores inquirere, ſi quid in cœna Dñi, vel in alio tpe de huiuſmodi publicatur. ¶ Quantũ verò ad ſcientiã, notãdũ eſt, ꝙ in confeſſore, ſm S. Tho. in 4. di. 17. & in l. ſciẽtia. & ſi nõ ſit maior, tãta debet eſſe, vt ſciat diſtinguere inter peccatum, & nõ peccatũ, mortale & ueniale: & ſi in aliquo eſſet dubitatio, ſciat cõſiderare ut poſſet recurrere ad peritiores. hec ille. quã ſnĩam S. Bo. eadẽ diſt. extendit dicens, ꝙ tantã ſcientiã dẽt habere cõfeſſor, ꝙ ſciat diſcernere in peccatis cõibus, qđ veniale, & qđ mortale: & ꝙ ſciat ſemꝑ ad ꝗ peccata ſua ptãs ſe poſſit extẽdere. Rõ, ꝗa alia pnĩa ꝓ mortali, alia ꝓ veniali eſt iponẽda. Itẽ ꝗa ſi eſſet aliqđ genus peccati, ad qđ manũ extẽdere nõ poſſet, niſi illud cognoſceret, audiret ꝯfeſſiones ĩ piculũ ſui, & ꝯfitẽtiũ ſibi, vñ hoĩes hoc cognoſcentes tenẽtur cõſulere diſcretos, alioquin vterq; grauiter peccaret. Et hoc voluit dicere

cere Auguſt.de pœ. di.j.qui vult. Eſt & alia ſciẽtia, qua quis ꝑ habitum acquiſitum ſcit diſcernere inter ꝑplexitates peccatorum: & hęc eſt de bene eſſe: in talibus autẽ ſemꝑ dẽt eligere viã ſecuriorẽ,& conſulere ſapientes. hæc ex illo. Alb.ẽt dicit,ꝙ ſacerdos nõ tenetur ſcire diſcernere,niſi in cõi, q̃ ſint capitalia,& q̃ mortalia cõi,& q̃ venialia ex genere. qđ qui neſcit, peccat. inquit mortaliter audiendo confeſſiones:& plus peccat qui eum inſtituit,aut ꝑmittit inſtitutum miniſtrare. In ꝑplexis autẽ q̃ſtionibus dẽt ſacerdos parochialis eſſe ita diſcretus, vt talia difficilia eſſe ſciat: nec ꝓcedẽdum in eis ſine ſuperioris cõſilio,vel authoritate.hęc ex illo.& idẽ de oĩ cõfeſſore. Et ꝑ cõia intelligit ea q̃ cõiter ab omnib.ſciuntur eſſe mortalia. Vnde, ſm̃ illos,ſufficiẽrẽ credo qui attẽte legit, & intellexit Defecerunt:niſi ſit, aut naturaliter ſtultus,aut p̃ſumptuoſus, vt non ſciat dubitare, vel nolit interrogare: quia talis hẽt dictã cõem notitiã. Durandus autem ordinis Minorum rigoroſus loquitur,dicens,ꝙ confeſſor ſcire debet vtrum expſſa ꝑ pœnitentẽ ſint peccata vel non & vtrũ cõtractus, quos facit,liciti,vel illiciti, & q̃ñ reſtituere tenetur, & q̃ñ nõ:& vtrũ debeat illum à cõione prohibere,vel nõ:quia ſi iudicat, licitum eſt illicitum:vterq; in foueã cadũt: niſi eum excuſet probabilis ignorãtia:puta ſi hẽt aliquẽ doctorẽ authẽticum & famoſum,cuius opinioni innititur. Vnde ſi non ſit expertus in caſib,ita ꝙ nec ꝑ ſe ſcit iudicare, nec dubitare nouit:cum periculo animæ ſuæ audit cõfeſſiones.hec ille. Sed hoc dictum eſt verum in eo qui voluntariè audit, maximè ſi ingerat ſe ad hoc,vt dicit Arch.& patet ex verbis do.Durãdi,qui p̃mittit ante p̃dicta, ꝙ cõfeſſor quoties ſe ingerit ad confeſſiones,toties ſe offert ad reſpondẽdum de quolibet.& interdũ de caſib.inopiatis,& aliàs inauditis.& valde ꝑplexis.Deinde concludit:dẽt ergo cõfeſſor ſcire.&c.Dictum verò S.Th. Bona. & Alber. qđ ĩ ſcientia vnum intelligitur in audiente & ex obedientia,& coactè:in quo ſufficit ſcientia minor,ſm̃ Pet.de Pal.

3 † EX his autẽ oĩbus elicio duas regulas. Prima quantum ad exponendum. Si is qui ex obedientia exponitur, certus ſit probabilis certitudine, ſe eſſe idoneũ:ſecure audiuit. Si verò ſcit ſe non eſſe idoneũ: peccat audiẽdo, maximè ſi videt exponentẽ moueri paſſione amoris,vel cupiditatis,& hmõi. Vnde ſm̃ Arc.non excuſatur à peccato, ſi in eo ſit tanta ignorantia,ꝙ neſcit ẽt qđ dicit S.T.& Albe.Si verò dubitat,ẽt ſecurè audit:quia regulariter ſm̃ S. T. in quol. ſubditus obedire tenetur in dubijs. Secunda quãtum ad exponentem. Si videt exponendum tãtã hr̃e grãmaticã, vt lecta intelligat:& vidiſſe Defecerunt,aut ſimilem librum,& non eſſe ſic ſtolidũ quin dubitet vbi eſt dubitandũ:nec temerariũ,vel p̃ſumptuoſum in ſuo iudicio,ſecurè exponit:vt patet ex dictis. Quãtũ verò ad prudentiã, ſciendum eſt, ꝙ ſtante poteſtate & ſciẽtia,ſi eſſet imprudens,adhuc poſſet in multis caſibus p̃cipitare peccatorem:in quibus quid ei agendũ ſit,patebit ĩ. §.decimo.

4 † QVANTVM verò ad ſanctitatem vitæ, ſciendum eſt ꝙ exiſtens in mortali, audiendo confeſſiones mortaliter peccat:quia ſm̃ S.Th.& Alb.oĩs exiſtens in mortali,exhibendo ſe miniſtrum eccleſię,in aliquo actu, mortaliter peccat: & toties, quoties hmõi actum facit.non tñ ſemꝑ requiritur confeſſio,niſi in euchariſtia: ſed ſufficit contritio. An aũt poſſit quis confiteri tali exiſtenti in mortali? S.T.dicit,ꝙ licet ſubditus teneatur recipere ſacrã à miniſtro eccleſię, etiã exiſtẽte in mortali,quouſq; ab eccleſia toleratur, quia adhuc ei obligatur:tñ excepto caſu neceſſitatis non foret tutũ hmõi inducere ad executionem alicuius ſpectantis ab ſuum ordinem durãte cõſcientia, ꝙ ſit in mortali: quã tñ põt deponere: quia in inſtanti ex diuina gratia ſe põt emendare. Hoc tñ modificatũ eſt conſtitutionẽ Conſtantienſem, quã habes ĩ.Excõicatio.v.§.3.Hic tñ not.ꝙ caſum neceſſitatis appellat S.Th. eum, in quo alius ſacerdos haberi non põt, & confeſſio imminet non ſolùm neceſſariò, vt vr̃ velle Supp.ſed ẽt de bene eſſe pro cõione, vel ſpeciali deuotione: quia ſi non peccat mulier vadens ꝑ viã ſuã ad eccleſiã cã deuotionis, obijciendo ſe oculis hominum, quos inde credit ſumpturos occaſionẽ mali: pari rõne hic. Et licet talẽ inducere tali caſu licet hoc neget Supplemẽtũ: quia hoc ſonãt verba S.T.& hoc nõ eſt ĩducere illũ ad malũ faciẽdũ ſed ad bonum. & de ſimili vide ĩ. Vſura j.

5 † PRIMO verò queritur circa p̃dicta, à quibus poſſit abſoluere confeſſor? Et dico, ꝙ de fratribus Prædicatoribus, & Minorib. dictũ eſt ĩ.priore.§.v.De curatis aũt dico,ꝙ Io.de Lig.poſt Guil.in Spe.ſic dicit: Nõ obſtãte ꝙ doct. ponant multos caſus epĩs reſeruatos, curati abſoluere poſſunt ab oĩbus occultis, q̃ in iure non ſunt epĩs reſeruata, &

quę non ſunt ipſis ſacerdotibus directè vel ꝑ conſequentiam aliquam interdicta. Licet et go epi poſſint reſeruare certos caſus q̃ de iure cōpetūt inferioribus: non tñ hoc poſſent ſimpliciter, niſi in duobus, ſm Gul. ſ. directè: vt cum aliq̃ fuerunt legitimè in crimine deprehenſi, quod meritò fuerint tali poteſtate 6 priuati. Secundò indirectè ꝑ aliquam conſequētiā: vt cum aliquis caſus euenerit, in quo ad vtilitatem cōem expediat, ꝙ talem casū retineat: & aliter nō 25. q. ij. de eccleſiaſticis. Nō expedit vtilitati cōi reſeruare tot caſus: ſed hoc eſt ponere laqueū in viā ſalutis, hæc ex illis. Sed intelligo ꝙ hoc epi non poſſunt extra illos duos caſus ſine peccato: quia. ſ. hoc non poſſunt ſine peccato, ex aliqua rōnabili cauſa, quæ vr̃ ſemper ad aliquam illarum duarū reduci, abſolutè tñ hoc poſſunt, ſicut per conſtitutiones ſynodales: ita & ſimplici verbo. & abſolutio ꝯ talē prohibitionē facta non teneret Sum. Ang. in ti. Caſus epo reſeruati. ad fi. dicit, ꝙ licet eps ꝑ cōi vtilitate reſeruaſſet aliquem caſum: ſi ſacerdos videret in aliquo particulari nō expedire ſaluti eius, ſed obeſſe, ſi remitteretur: pōt abſoluere, iuxta not. ꝑ Pan. in c. quod dilectio. de conſan. & affin. & in c. at ſi clerici. de iud. qđ verum eſſe limita contra mentem eius eo caſu, quo iſte ad ſuperiorem remitti non poteſt: vel quoties probabiliter præſumitur de tali caſu ſuperiorē non cogitaſſe: aliàs autē illud dictum eſt falſum: quia talis ſacerdos quo ad hoc habet claues, nec ſe pōt impedire: nec tenet abſolutio, ꝓbatur in c. ſi eps. de pœ. & re. in vi. vbi dr̃, ꝙ in hoc nullam hēt poteſtatem. & in cle. dudum. verſ. per hmōi. cum ibi not. de ſepul. & in c. paſtoralis. de offic. ord. niſi ſit in articulo mortis. de ſent. exc. quod de his. & c. quamuis. Nec pōt ex caſu ſacerdos iudicare vtrū expediat remiſſio necne. diſt. xxj. inferior. de mai. & obe. cum inferior. de appell. vt noſtrum. Et ſi dicatur, ꝙ ſuperior reſeruat ad bonum: & hic remiſſio cedit ad malum. & dico, ꝙ inferior hoc iudicare non debet, ſed remittere ouē ad principalem paſtorem. Pan. aut loquitur vbi ſuperior agit in remotis, & periculum eſt in mora: vel vbi euenit inopinatus caſus, de quo veriſimiliter creditur, ꝙ ſi legiſlator aduertiſſet, conceſſiſſet: nec conſuli pōt. Ibidem etiam tenet dicta Sum. ꝙ epiſcopus nō poteſt ſibi reſeruare caſus quo ad curatos, ni 7 ſi ex cā legitima. Licet alijs poſſit reſeruare pro voto, exceptis Prædicatoribus & minoribus. Sed dic, ꝙ cum peccato pōt ſibi reſeruare ad libitum: & tenet reſeruatio: ſed ſine peccato reſeruare nō poteſt, niſi ex cā rationabili: vt ſ. dictum eſt. Quod autem dictum eſt de curatis, propter eãdem ratiōnē intelligendum eſt de religioſis alijs à prędictis.

† SECVNDO quæritur quō intelligēda ſit authoritas, quā eps vel alius ſuperior concedit? Et dicit Io. And. de offi. vica. ſuꝑ c. tua nobis. quod ſi eps dedit vicarium generalem, & in mandato expreſſit aliquod de illis quæ requirunt ſpeciale mandatum, ſecus generali clauſula, & oīa alia quæ nos poſſumus, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale, ſm Hoſt. ſatis vr̃, ꝙ talis etiam ſpecialia poſſit ad inſtar ꝓcuratoris. Secus ſi quid de ſpecialibus nō fuiſſet expreſſum. hæc ibi. quod Arch. limitat verū de virtute verborū, & in foro cōtētioſo: in cōſciētia aūt in gñali conceſſione intelligerentur ſpecialia, nullo eorum expreſſo, ſi conſtaret, ꝙ conferens authoritatē hoc intendebat. 22. q. v. humanæ. Tu verò etiā limita, niſi ſpecialia eſſent maiora expreſſis de mēte Pan. in c. ſedes. de reſcrip. Notandum eſt enim, ꝙ ſm aliquos, ſicut Sum. Ang. vr̃ imponere Mo. etiam expreſſis aliquibus caſibus reſeruatis, non conceditur caſus, qui eſt adeo grauis, ꝙ veriſimiliter in tali gñalitate non venit: ſicut de violenta ꝑcuſſione clerici, tenet Mo. ꝙ non venit, niſi exprimatur. Sed primum eſt melius: quamuis dici poſſit, ꝙ tunc etiam iſte caſus venit in ſpecie ſua, ſed nō in numero, vbi talis fuiſſet exceſſus, ꝙ ſi eps hoc ſciuiſſet, nō conceſſiſſet: ſicut ſi fuit minutatim truncatus, vel aliquid tale. Et idem, inquit Arc. dici poteſt de authoritate confeſſoribus ab epo data: quia dicendo, do vobis authoritatē meam in confeſſionibus; nō intelligitur ꝑ hoc ſuos caſus conceſſiſſe. Et ſm gl. Ray. etiam ſi ſpeciales caſus exprimeret in generali dicendo, vt poſſit abſoluere in oībus caſibus in q̃bus nos poſſumus: adhuc non eſſet tutum extendere manum ad reſeruata: niſi conſtaret aliter de eius intentione. Sed dicendo, cōcedo iſtū & illū, & oēs alios meos caſus: intelligitur dediſſe totū, ſm Arc. Dicendo aūt alicui, do tibi licentiā eligendi cōfeſſorē idoneū: nō cōcedit eo ipſo abſolutionē à caſib. reſeruatis, niſi hoc exprimatur, vel cōſtet euidenter ꝑ aliqua ſigna. de pę. & re. ſi eps. li. 6.

† ET nota, ꝙ ſm gl. non licet diſpenſare votis. aut iuramentis ſine ſpeciali mandato: nec abſoluere ab excōicationibus factis à ſa

ſacerdotibus pro furtis & d. nnis, quorum ignorantur authores: cùm ſm qd pertineat ad forum contentioſum: & multo minus à ſententiis latis in forma iudicij pro contumacia, aut re iud. cata: uel offenſa, quantuncunque eps committat uices ſuas in generali quo ad forū pœnitentiale: imò ego dico, q non liceret abſoluere à quacunq; excōicatione reſeruata, uel cenſura, ēt ſi caſus reſeruati aliqui eſſent enumerati: quia iſta nō ueniunt propriè ſub nomine caſus. & ſunt quid, quo ad abſolutionē, peccato maius. In tali aūt cōmiſſione non ueniunt maiores ex preſſis, vñ eccleſia diſtinctè exprimit peccata, & cenſuras, & relaxationem iuramentorum, & huiuſmodi, s̄. Caſus. in prin.

8 †TERTIO, vtrum officialis epi hēat in præſentijs authoritatem caſuum epaliū? Et dicit Hoſt. q non niſi expreſsè pateat, q hoc uoluerit eps: & ſi habet, & nō eſt ſacerdos debet alteri delegare. de proc. pentio. & ſm Pau. in cle. 1. de priui. habet iſte officialis iuriſdictionem ſolùm in foro contētioſo: nec de ſpiritualibus ſe debet intromittere: ut in c. licet. de of. uic. li. 6. niſi, ut dictum eſt, aliud ex gratia habuerit ab epo. Secus eſt aūt de uicario generali epi in ſpiritualibus, experiētia teſte. de quo j. Vicarius. Qñ autē epiſcopus ad remotam ſe transfert regionem, & alium epiſcopum uicarium generalē relinquit: talis uicarius, ſm Hoſt. poteſt omnia, ſicut ille, qui ipsū īſtituit, ſi poſſet, eſſet pſēs.

9 †QVARTO, utrum ſacerdos abſoluere poſſit eum, quē non ipſe, ſed alius audiuit? Et dicit Veruec. q non: quia ſacrm pnīæ diuidi non pōt. ſicut nec alia. 24. diſt. quorum dā. imò ſi unius parochiæ ſint duo curati in ſolidū, a & b. & b. audiat à propoſito uel à caſu confeſſionem factā ipſi a: ſi a. moriatur ante abſolutionem. b. abſoluere non pōt ab his q audiuit: quia in ſacro pnīæ neceſſaria eſt abſolutio ex parte confitentis & abſoluētis. Vñ cū is, qui uni confitetur, non intēdat confiteri alteri: nō ſubijcit ſe clauibus eius: nec eum pōt aut abſoluere aut ligare. ¶ Quītò queritur, utrum ſacerdos illā poſſit abſoluere cum qua peccauit? Et dicit Veruec. q eā remittere dēt ad aliū ſacerdotem: ne tollatur erubeſcentia, quæ pars eſt maxima ſatiſfactionis. & ſic no. Hug. 30. q. 1. ſup c. omnis circa presbyterum Græcum & uxorem eius, ut ibi hr in gl. & idē eſt de omni peccato, in quo ſacerdos fuit conſentiens uel cooperator. Si tñ in his caſibus abſoluat, valebit abſolutio. Concordat S. Th. in 4. Nec eſt cōtra, inquit Veruec. q eps diſpenſare non poteſt in ſimonia cum eo cōmiſſa: quia diſpēſatio, eſt dignitatis: abſolutio, neceſſitatis. Vñ non æquè facilè qs amittit ptātē abſoluendi, ſicut diſpenſandi. s̄. Conf. 1. §. 16.

10 †SEXTO, utrū quilibet ſacerdos quemlibet à quolibet in mortis articulo poſſit abſoluere in abſentia proprij ſacerdotis? Et dico, q ſic, ab oībus peccatis & ſentētiis. ar. de. pœ. diſ. 1. quē pęnitet. & de ſen. exc. non dubiū. qđ Supple. tñ limitat. niſi ſacerdos ſit pciſus. Sed malè, ut s̄. Confeſ. 1. §. ult. Sed & ſi qs ſit in mortis articulo ex dānatione iuſtitiæ publicæ adiudicatus, audiendus eſt, ſi pęnitentiā petat, & abſoluendus: & officiales eccleſiaſtica cēſura cogēdi sūt, ut hoc pmittant. de pœn. & re. cum ſm. in cle. Et ſi quis excōicatus decedit cū ſignis pnīę manifeſtis, p quē non ſtetit quo minus recōciliaretur: is poſt mortem abſoluetur: ſic tñ ut eius abſolutio ab apoſtolica ſede quæratur: ſi dū uiueret ab ea fuerat abſoluendus, ſecundum aliquos. uide s̄. Abſolutio. 1. §. 5.

11 †SEPTIMO quæritur, utrum ſacerdos poſſit illum abſoluere, qui non uult ab aliquo deſiſtere. quod ipſe ſacerdos credit eſſe mortale? Et dicit Gofr. in 9. quolib. q ſi cōfeſſor certus eſt illud eſſe mortale: q a, ſ. nulla eſt de hoc inter doctores diuerſitas: nullo modo eū dēt abſoluere. Si uerò non eſt certus: quia dubiū eſt inter doctores, & diuerſa opinio. tūc ſi eſt eius ordinarius, eum abſoluere tenetur: & ſi ipſe confeſſor non pōt ſibi formare conſciām quin ſit peccatum, in diuerſitate doctorum: tūc nihilominus dictat ei conſcientiam ſuam, informās eum ut cōſulat peritos, & diſponat facere qđ tenetur, & eū abſoluat: & ſi purè pœnitens nollet agnoſcere tale qd peccatum: nihilominus abſoluat eū: quia hoc procedit ex rōne. nō ex proteruia: & ordinarius ſequi dēt cōe iudicium eccleſię. & non ſuū. Si uerò non eſt ordinarius: ſequi debet pprium iudicium. Vnde ſi credit mortale. & cōſcientiā deponere nō pōt: nullo modo pt eum abſoluere ſine peccato, Arch. tñ vr ſentire indiſtinctè, q contra cōſcientiā abſoluere non dēt. ſiue ſit ordinarius, ſiue non. Sed primū ur uerius. niſi conſciētia ordinarij dictaret ſibi, q ipſe mortaliter peccaret ſic abſoluēdo, quo caſu pcedit dictū Arch. aliàs vero Gofr. quia ex quo ille credit opinionem, quā ſequitur, eſſe ueram: innixus authoritati probabili: non uidetur

peccare mortaliter: & ſic debet abſolui.
12 †OCTAVO queritur, utrum confeſſor abſoluere poſſit à peccato excõicatũ, quem abſoluere non poteſt ab excõicatione? Et dico de hoc eſſe duas opi. vt refert Rich. Anglicus in ſuo quol. ¶Prima dicit, ꝙ hoc fieri põt, ſi non ſtat ꝑ penitentem abſoluatur ab excõicatione, ita; ꝙ non eſt in mora petendæ abſolutionis, nec timet̃, ꝙ negligentior fiat ad eã petendã. Et hãc primo tenuerunt Verue. Rod. & Mon. & ſecuta eſt Sũ. Ang. & Supple. quorũ motiua ſoluerentur hic, ſi eſſent alicuius momẽti. ¶Secunda uerò tenet cõtrarium, dicens, ꝙ ſiue ſit quis excõicatus iuſtè, ſiue iniuſtè, dum tñ excõicatio teneat, ſiue ſtet per eũ, ꝙ nõ eſt ab excõicatione abſolutus, ſiue nõ, ꝙ abſolui non pt à ſacerdote, uel ab homine à peccatis, excõicatione manente, etiã ſi eſſet minor, ut in c. ſi celebrat. de cler. excõ. q̃uis abſoluatur. ſi uerè pęnitet, in iudicio Dei. Nã cõſuetudo, q̃ eſt optima legum interpres, ſic obſeruat. Et hanc opi. tenuit Ric. cuius ſunt ꝑdicta uerba, licet Sum. Ang. conetur adſcribere illi oppoſitũ. Hãc etiã tenet S. Th. Pet. de Pal. Sum. Cõfeſ. Hug. de Caſtro nouo. Io. de Notono, Iac. de Laude, & oẽs Theologi de hac materia pertractãtes in 4. & oẽs Canoniſtę cõiter, & Sũ. Roſ. & cõiter oẽs Sũmiſtæ ꝑter Rod. & Mõ. Pro hac eſt rõ inſolubilis, quia ut patet ex diffinitione excõicationis, oĩs excõicatus ẽt minori, eſt priuatus participatione ſacrorũ paſſiua. Nec ualet ſolutio Sũ. Ang. dicẽtis, ꝙ eſt priuatus cõpletiue, nõ initiatiue. primò; quia hæc gl. eſt uoluntaria & præſumptuoſa, cũ in materia tã in periculoſa detur hæc gl. ſine fundamento alicuius canonis cõtra diffinitionẽ excõicationis. Vñ pari mõ & facilitate poſſem ego dicere, ꝙ Iudæus nõ baptizatus pt cõfiteri & abſolui, q̃a baptiſmus eſt ianua ſacrorũ cõpletiuè, ſed non initiatiue. Scđò, q̃a eſt contradictio, ꝙ q̃s non participet ſacr̃m pnię cõpletè & ꝙ abſoluat̃ à peccatis, q̃a illud ſacr̃m in tali abſolutione ita cõplet̃, ꝙ nulla pars eius deficit, ut patet ꝑ dicta Theologorũ ĩ quarto abſolutio ab excõicatione ſuꝑueniẽs ſiue maiori ſiue minori, ẽ ſacr̃m aut pars eius, ſ; ꝑtinet ad forũ cõtentioſũ; & fieri pt ꝑ nõ ſacerdotẽ, niſi quatenus hẽt annexã abſolutionẽ à peccato. Tertiò, q̃a excõicatio maior plus elõgat à participatione ſacrorũ, q̃ à iure bñficiorũ, q̃a ab illa directè & immediate excludit, & hoc eſt de eius eſſentia: ita q̃d cõtradictio eſt, aliquẽ eẽ excõicatũ, & participare ſacris q̃a eſſent intus & extra. Sed à iure bñficiorũ ita elongat, ꝙ ea ſtante nõ eſt quis capax illius iuris initiatiue, quia tali ẽt ſi eligatur; nullũ penitus ius acquiritur, etiã ſi excõicationem ignoret, ut in c. apoſtolicæ: de cler. excom. mi. in gl. & in c. ſi celebrat. e. ti. Ergo multominus ẽ initiatiuè capax participationis ſacrorũ. Pro hac etiã eſt tex. canonis in d. c. ſi celebrat. cum gl. Pro hac ẽt, ſm Ricar. eſt conſuetudo optima legum interpres.
13 †NONO quæritur vtrum confeſſor teneatur ſcire de omnibus, q̃ ſibi dicuntur in confeſſione, an ſint mortalia necne? Et circa hoc multa rigoroſe ſcribit Hen. ĩ quolib. ut recitat Arch. tertia parte. tit. 17. c. 4. q̃ non probat. Sed tu dic, ꝙ tenetur, iuxta ea, q̃ dicta ſunt ſ. in prin. & non plus: nec tenetur ſemꝑ audito quolibet peccato iudicare vtrum ſit mortale, q̃a vix reperiret̃ ĩ toto mũdo vnus confeſſor idoneus: ſed ſufficit ſi iudicet de his q̃ ſcire tenetur: de alijs aũt difficilib. põt ſuſpendere iudiciũ: modo opportunũ remediũ apponat, nec iterentur. ſi dubitat ea eſſe mortalia. ¶Decimò q̃ritur, quid faciet, ſi occurrat ei dubius caſus? Et diſtinguo: quia caſus eſt dupliciter dubius. Primò, ipſi confeſſori q̃ ꝑꝑ ſuã imperitiã dubitat in re certa. Secũdò, in ſe, & nõ cõfeſſori: vt quia ipſe ꝓbabiliter q̃dẽ tenet determinatè vnã partẽ, tñ pœnitẽs vel alius dubitat ꝑꝑ rõnes vel opiniones Doctorũ cõtrarias: ſicut de emptione iuriũ in monte Florentiæ, vel in Venetiarum impræſtitis, aut locis Genuæ, & de decimis ſoluẽdis, vbi nõ exigunt̃ à paratis dare, ſi eccleſia peteret, ꝙ Inn. dicit mortale. & B. Th. Io. And. & Arc. negãt. In primò caſu dico optimũ eſſe ĩ cõfeſſore, ſcire dubitare de ignoratis: q̃a cautius incedit. Vñ niſi legerit caſus deciſionẽ, uel hẽat rõnes euidentes, ſꝑ dubitare, & peritos cõſulere, aut ipſemet rẽ nouiter uidere dẽt, ſi tp̃s hoc patitur dicẽdo peccatori ſe uelle rẽ melius cribrare: alioquin ſi tp̃s non patitur, abſoluat pœnitentẽ q̃tũ ſua ſe extẽditur authoritas, imponens ei, ut ſuꝑ re dubia cõſulat talẽ, uel talẽ peritũ uel peritos in gñe, & pareat eis, ſicut medicus imperitus ægrũ ad ꝑitiorẽ remittere dẽt. ar. c. q̃ vult. de pœ. di. 6. ꝙ ſi neq; hoc pt, exigat à penitẽte, ꝙ ſit paratus facere oẽ ꝙ tenet̃ & cõſulat ꝙ tutius ẽ: & q̃rat, q̃tũ pt ſcire ueritatẽ: & ĩ dubio nõ deneget abſolõnẽ. & hoc ſufficit: q̃a ſi iſte ẽ paratus ita facere, ẽ cõtritus: & nihil hẽt abſolõni repugnãs.

In ſecundo verò caſu, ſm gl. Ray. non eſt p̄cipitanda ſnīa nec denegāda, ſed turior via conſulenda, & terror incutiendus ex periculo: quod tunc vr̄ verum, qn̄ penitens ex probabili ratione adhæret opinioni alicuius doctoris notabilis: quo caſu cōfeſſor relinquit onus ſuper cōſcientiā eius, ſi nolit acquieſcere. Qn̄ verò aliquis non habet in ſe bonam rationem quare huic magis, q̄ illi opinioni hæret: & conſequēter remanet in dubio: ꝑꝓ quod, ſi dubiū ſit in aliquo, a quo abſtinendū ſit, vtrū ſcilicet ſit peccatū, vel nō omnino abſtinēdum eſt: & eligēda eſt pars tutior, ne diſcrimini ſe opponat. Si verò nō ſit dubiū principaliter ſuꝑ peccato: ſed vtrū quis teneatur ad aliquid faciendū, vel dandū, vel penā ſubeundam: ſemꝑ eligatur opinio benignior. ff. de eo quod cer. lo. l. quod ſi Ephesi. Vnde, vt dr̄ in c. fi. de tranſac. in his, ſuꝑ q̄bus ius non inuenitur expreſſum, procedas æquitate ſeruata, ſemper in humaniorē partē declinādo, ſm qđ perſonas cās. loca, & tēpora videris poſtulare. hæc ibi. ꝙ & Bar. tenet in l. oēs populi. ff. de iuſt. & iu. & in dubio regulariter danda eſt ſnīa pro reo: niſi in cā matrimonii, dotis, ſeu libertatis, vel teſtamenti: ut in c. fi. de reg. iur. & in c. cū ſunt. & ī c. odia. eo. ti. li. vj. & ff. de le. l. benignius. niſi fortè eſſet aliquid faciendū, qđ faciliter poſſet expediri: vt cū q̄s abſoluit̄ ad cautelā.

14 † VNDECIMO, q̄ritur, pro qua culpa teneatur cōfeſſor ex ignorantia in cōfeſſione delinquens? Et dico, eū, qui ſe ingerit, teneri de omni exacta diligentia. ar. ff. depo. l. j. §. ſæpe. vbi dr̄, ꝙ qui obtulit ſe depoſito, tenetur ēt de leuiſſima culpa, vbi alias non teneretur, niſi de dolo & lata culpa. qui aūt ſe nō īgerit, ſed requiſitus aut cōpulſus exercet ex charitate fraterna, vr̄ nō teneri, niſi in quātū ſcit uel pōt cōmodè ſcire. cū impoſſibiliū nō ſit oblīo. c. nemo. de re. iu. li. 6. vt de dolo, & lata culpa. Itē quia hic agit̄ ad merā utilitatē alterius, ſicut & de depoſito dicet̄.

15 DVODECIMO, qua prudentia debeat vti confeſſor, vbi pœnitentē videt nolle ſubire pœnitentiam, aut nō expleturum eam uel aliud qđ promiſit? Et dicit Mon. ꝙ talē dēt imponere quā velit ſponte & ſine murmure ferre: & nō aliā ꝑꝑ periculum. & cōcedat poſſe redimi impoſita ieiunia, & remiſſiones ꝑlatorū illi prodeſſe, nec dēt exigere iurm̄ aut promiſſionē de abſtinēdo in poſterū ab aliquo peccato, vel faciendo aliquo iniūcto, niſi in caſibus expſſis à iure, de quo j. Cōf. 4. §. 7. Sed abſoluat eū ſine conditione ſimpliciter proteſtando tn̄, ꝙ ſi nō reſtituat vel faciat debitum ſuum, fructū cōfeſſionē euacuabit. quāuis ſibi uideatur, ꝙ facturus nō ſit illud ad qđ tenetur. Cautius tn̄ eſſet, qn̄ facultas adeſt, inducere eū prius ad ſatisfactionem: qđ tn̄ ſi cōmodè non poteſt, ſufficit ſi ſatisfacere diſponat q̄ primū poterit. Nunq̄ tn̄ peccatorem à ſe deſperatū abire permittat. Et his concordat Inn. in c. omnis. de pę. & remiſ. & Veruec. & Sco. ꝙ ſi pęnitēs confitetur quidē. ſed à peccato abſtinere non uult. nec aliquid facere, ad quod ex neceſſitate tenetur, nullo modo abſoluēdus eſt: quia uterq;, ſm Ric. peccaret mortaliter: illi tn̄ aliquod bonum opus iniungēdū eſt, cum exhortatione ad bona peragēda: quia eum dominus citius illuminabit: & ei valebunt ad multa. iuxta notata per Doc. in c. qđ quidam. de pę. & re. j. Conf. 4. §. 2. in fi.

16 † DECIMOTERTIO q̄ritur, quid faciet curatus, ſi habet ſubditos, ſurdos, mutos, furioſos, & huiuſmodi? Et dicit Ray. ꝙ eos ad pęnitentiā inducere debet, ut poſſibile eſt, ſignis, nutibus, & orationibus ſuis & populi: ut ei non imputetur. cū nihil de cōtingentibus omiſerit. facit de conſec. diſt. 4. ſolet q̄ri. & xl. di. Epheſis. Si tn̄ ex ſua negligentia proceſſit iſte caſus: licet faciat poſſe ſuū, non excuſatur, ſm Su. Confeſ. ſ. quia imputetur ei præterita culpa, & ipſa aggrauetur ex præſenti caſu: tamen non peccabit in poſterū. Et ſi iſta cōtingant poſtquā ęger ſacerdotem petiuerat: puta quia loquelā ꝑdit aut furioſus efficitur: ad nutū pęnitētis, vel ad teſtimonium eorū, qui audiuerunt illum pœnitētiā vel p̄sbyterū petere: dēt ei quicquid p̄t humanitatis impēdere, abſoluendo ſ. generaliter, & euchariſtiā p̄bendo, ſi id ſine periculo pōt: vt j. Euchariſtia. 1. §. 5. Et in hoc ſufficit vnus teſtis: cū nulli fiat p̄iudiciū.

17 † DECIMO quartò q̄ritur, an facere debeat interrogationes, vbi videt peccatorē ex imprudentia cōfitendo deficere? Et dico ſm Veruec. ꝙ ſi ſcit vel probabiliter credit eum aliqua peccata omiſiſſe: illa dēt ad memoriā reducere: quia timere poteſt, ne ſuper hoc hēat ignorantiā craſſam, uel debitā diligētiā nō adhibuerit, ſ. ad recolendū. Sed & de alijs formādæ ſūt īterrogationes, ſm Ra. & Archi. & alios. & eſt tex. de pœ. di. vj. c. j. non quidem in omnibus, ne moleſtetur: ſed in his q̄ cōfeſſor nō plenè intellexit, aut cōfitēs nō plenè dicit: puta, quia nō dicit circū-

ſtantias

ſtantias:aut ēt in his, quæ nec dicere nouit. & primò de excõicationibus in genere an aliquã hēat maiorē:à qua & laudabiliter an te omnia abſoluetur, ſi poteſt:ſecundò de decem præceptis. ſ. unum cole Deũ &c. & tertiò de ſeptē uitijs capitalib.cõprehenſis hac dictione,ſaligia, & circunſtantijs eorũ: & de articulis fidei & eccleſiæ ſacris, & ope ribus pietatis,& abuſu ſenſuũ,& hmõi:Imò aliqñ ad hoc tenetur ſub peccato mortali: & non faciendo, mortaliter peccat. Q. ſ. Sũ. Ang.dicit uerum,primò qñ ſine rõnabili cã ſcienter omittit facere interrogationes neceſſarias pro ualiditate confeſſionis, credẽs probabiliter, ꝙ pœnitens ex obliuione, uel negligentia omittit.ar.c.ſit rector.di. xl.Secus ubi credit, ꝙ talia peccator ſcit & aduertit:quia credere põt,ꝙ hmõi non commiſit uel de his aliàs eſt confeſſus.Secundò ſi huiuſmodi omittit ex negligentia,tenetur:q.a ex præcepto charitatis tenetur facere peccatori,q̃ ſibi uellet rõnabiliter fieri ꝑtinentia ad neceſſitatē ſalutis,aliter agit contra præceptum illud. Diliges proximũ tuũ ſicut te ipſum.Sed Sũ.Ro. dicit,ꝙ ſi ſacerdos non ſe ingeſſit: non tenetur plus,q̃ depoſitarius, i. de dolo, & lata culpa: quaſi dicat ꝙ pdicta ſunt uera de eo qui ſe ingeſſit. Mihi aũt vr̃, ꝙ primum ſit uerum,qñ quis de facili: & ſi ne magno tædio poſſet occurrere neceſſitati ꝓximi,& non aliter:quia confitēs ex quo facta diligentia debita non aduertit de illa circunſtãtia,excuſatur: & ſic nõ eſt in extrema neceſſitate,ut neceſſarium ſit facere illi ſpiritualem eleemoſynã cõſulendo: & ſimiliter ſm̃ multo minus eſt uerũ, niſi in dicta limitatione:nec ly ſicut importat æqualitatem,ſed ſimilitudinē, ut ſ.ꝓximus diligatur eodē fine nobiſcũ.Et dato,ꝙ ſit uerum hoc ſm̃ non eſt uerum ſimpliciter, ſed ſolum ſi negligentia ſit magna,i.lata,quæ dolo æqparatur:ſecus ſi ſit leuiſſima,aut ēt leuis: & confeſſor non ſe ingeſſit: ut ſ̃.11.uide ēt ȷ̃. Culpa,ac ȷ̃.Negligentia.Eſt ēt ueniale eadē rõne,ſi omittantur ex inaduertentia,uel obliuione:uel ēt nullũ peccatũ. Nec obſtat illud ꝑceptũ,Diliges. q.a ſi rõnabiliter deſidero mihi non extreme ſitienti dari potũ: nõ ꝓpea eſt mihi mortale,ſi non tribuo eandē neceſſitatem patiẽti. Vnde nõ tenemur ſub ꝑcepto oĩa facere,quæ nobis uolumus rõnabiliter fieri:nec ly ſicut,ſm̃ doctores dicit ęqualitatē,ſed ſimilitudinē:q̃ ĩ hoc attẽdit,vt ꝓximũ ad eũdē finē diligamus, ut dictũ eſt.

18 †DECIMOQVINTO q̃ritur,qualiter fieri debeāt ĩterrogationes? Et dicit S. Tho.4.diſt.19.& in l.ſic. Sacerdos dēt perſcrutari cõſciẽtiã peccatoris in confeſſione, quaſi medicus uulnus, & iudex cãm:q.a frequẽter q̃ pœnitens taceret præ cõfuſione,interrogatus reuelat:ſed tñ interrogationibus faciendis tria ſunt attendenda.¶Primò,vt q.libet peccator ĩterrogetur de peccatis, q̃ cõſueuerũt in hoĩbus illius conditionis abũdare:non.n.oportet, ꝙ à milite q̃ratur de peccato clericorũ, aut religioſorũ,aut ecõuerſo.¶Scd̃o, ut nõ fiat explicita interrogatio de peccatis,niſi de illis, q̃ oĩbus manifeſta ſunt: de alijs aũt adinuentionibus ita dēt à longinquo fieri interrogatio, ut ſi cõmiſit, dicat:ſi non cõmiſit,non dicat.¶Tertiò, ut de peccatis præcipuè carnalibus non deſcẽdat nimis ad particulares circunſtantias: q.a hmõi delectabilia quanto magis in ſpeciali conſiderantur,tantò magis cõcupiſcentiam nata ſunt mouere:ut dr̃ in 3. Ethi. & iõ põt contingere, ut confeſſor talia quærens & ſibi & confitenti noceat. hæc ille.Si ergo ſũt faciendę, nec peccator irrideat interrogãtē imprudenter, puta militē de horis:& ne diſcat peccare: & ne ipſe, uel cõfeſſor prouocetur ad malũ.quibus adde, ne etiam ꝑ plateas recitentur interrogationes de turpibus factę imprudenter.Adde ēt,ꝙ ſicut cõfitenti nõ licet exprimere perſonam cum qua peccauit, niſi eo modo quo ſ̃. Confeſſio 3.§.16.dcm̃ eſt:ita nec ſacerdoti ĩterrogare.

## RVRSVS DE CONFESSORE IIII. quantum ad actum eius:ideſt impoſitionem pœnitentiæ, & abſolutionem.

1 *Confeſſor confeſſione audita,omnibusq; rite examinatis, quid facere habeat. Et ibidē,ꝙ in ſacramento hoc abſolutio ſit formale & completiuũ.*

2 *Opera bona ſatiſfactoria, quæ pœnitens agit,nũ ea efficaciora reddantur ad peccata diluenda, ſi eadem faciat ex iniunctione ſacerdotis dicentis, quicquid boni feceris, ſit tibi in remiſſionē peccatorũ. Et ibi quatuor dicta ex quolib.B. Thomæ.*

3 *Pœnitentia quænam pro peccatis ſingulis iniungenda. Et quid ſi peccator magnam mereatur pœnitentiam,& dicat ſe eam facere non poſſe,qualiter ſe in imponenda pœnitentia gerat confeſſor. Et quid ſi ab odio,aut alio peccato deſiſtere nolit,aut rem reſtituere non poſſit; aut artem deſerere, quam ſine peccato exercere nequit.*

4 *Pœnitentia qualis ac qualiter imponenda ſit. Et num mortis dolor pœnitentia peccatorum pœnam dimi-*

*diminuens eſſe queat.*

5 *Sacerdos abſoluens de facto, qui de iure nequit, an mortaliter peccet. Et num quis abſens per literas abſolui poſſit. num. ſeq.*

7 *Confeſſor, quibus caſibus ante abſolutionē, aliquā promiſſionē aut ſatisfactionē exigere valeat.*

1 CONFESSOR † quartò, audita confeſſione, & oībus examinatis, duo facere dēt. Primò, ſ. iniungere pœnitentiā: quæ licet ſm gl. in c. ſunt plures. de pœ. di. 3. ꝓ quolibet mortali regulariter debeat eſſe ſeptennis: tñ ſm Doct. cōmuniter in c. Deus qui. de pœ. & re. hodie eſt arbitraria, ꝑ d. c. Deus qui. & per menſuram. de pœ. di. j. Et ſecundò abſoluere iuxta formam datam ſ. Abſolutio. & ita iſte ordo ſeruandus eſt, ſm gl. Io. An. in cle. dudū. de ſepul. ubi iniunctio pęnitentiæ abſolutioni prætermittitur, vt primò audiatur confeſſio: ſecundò imponatur pœnitentia: tertiò ſequatur abſolutio: vt ſic abſolutionē ꝑcedat contritio cordis, confeſſio oris, ſatisfactio operis, ſaltem in ꝓpoſito hæc ibi. Si quis tñ poſt abſolutionē, anteq̄ diuertat ad extraneos actus, imponere pęnitentiā: vr̄ excuſari, & non obeſſet: quia qđ fit incontinenti, vr̄ ineſſe. C. de pactis. l. petens, Et horū ratio eſt: quia abſolutio eſt formale & cōpletiuū in hoc ſacro, ſm Theologos. ideò priuſq̄ inducatur, debet ꝑparari materia. i. quicquid eſt ex parte pęnitentis: maximè quia interdū pęnitētiā, quā deberet acceptare peccator tanq̄ ſalutarē, fortè recuſaret.

2 † PRIMO verò quæritur, vtrum bona opera ſatisfactoria, q̄ pœnitens agit, ſint efficaciora contra peccata diluenda, ſi ea faciat ex iniunctione cōfeſſoris dicentis, quicquid boni feceris, ſit tibi ī remiſſionē peccatorū? Et dico, ꝙ circa hoc S. T. in quolib. quatuor dicit. Primū. Peccator debitor eſt ſatisfactionis ex peccato cōmiſſo ſacerdotis iniunctione. Vñ ſi imponaī minor q̄ culpa requirit, aut hic, aut ī purgatorio reſiduū. Si verò imponatur maior: nihilominus tenetur facere, quod iniunctum eſt, ſi facultas adſit, quod intellige, ſi ſacerdos hoc vltimatè vult iniungere. & aliū ſacerdotē peccator adire nō poteſt: & res iniuncta non eſt exceſſiue indiſcreta. ¶ Secundū. Opus iniunctum à ſacerdote valet ex natura operis, & clauiū virtute: ita, ꝙ ex his plus valet ad expiandum peccata, q̄ ſi faceret idem ex proprio arbitrio. ¶ Tertium. Satisfactio valet ad expiationē ꝑteritæ culpæ, & cautelam futuræ. ¶ Quartū. Sacerdos pōt ſatisfactionē iniungere arbitrio ꝓprio, & alieno conſilio: & ita etiā arbitrio pęnitentis: vt dicendo, facias hoc ſi potes: & ſi non potes, facias illud. Et ſimile. quid eſt cum dicit, quicquid boni feceris, &c. & ſic q̄ pœnitens facit, accipiunt vim maiorem ad expiationem præteritę culpæ ex illa generali iniunctione, licet non ad remediū contra culpam futurā. In eo autem quod dr̄, quicquid boni feceris: includitur etiam quicquid patienter toleraueris: quia pati malum eſt facere bonum: cùm ibi ſit bona operatio voluntatis acceptantis malum patienter.

3 † SECVNDO quæritur, quæ pœnitentia ſit pro peccatis ſingulis iniungēda? Et dico, ꝙ ꝓ quolibet mortali regulariter eſſet iniungēda ſeptennis. 22. q. j. præiudicandū. 33. q. ij. hoc ipſum. iuncta gl. & hęc magis, vel minus aſpera ſm qualitatē criminū & circūſtātiarū & cōpunctionū, ſm Hier. ita, ꝙ ſm Pan. in c. accepiſti. de ſpon. duo. debet pœnitens ſemel. bis. vel ter in hebdomada ieiunare, ſm diſcretionē ſacerdotis. cuius arbitrio moderanda eſt. xxvj. q. vj. per totū. Hodie tñ oēs pniæ ſunt arbitrariæ q̄tum ad inteſionē & extenſionē ſiue durationē, cōſiderata qualitate ꝑſonarum & rerū. de pœ. di. j. mēſurā. & in c. Deus qui. extrà eo. & 26. q. vij. in c. tēpora. & per totum. Et hoc tenet Ray. Gui. & Spe. & omnes doct. ac Sūmiſtæ, & conſuetudo eccleſię gñalis. Nec obſtat qđ in c. falſas. de pę. diſ. j. pœnitentiæ falſæ dicunī, q̄ nō imponuntur, ſm authoritatem ſanctorum patrum, qui ſ. vltra dictam ſeptennem ponunt alias maiores, vel minores in diuerſis capitulis decretorū, q̄ ab vſu deciderunt: & quas vide ſi vis in Sum. Conf. lib. 3. tit. 34. vbi ponūtur: quia ſm Rayn. hoc intelligitur, cùm dimittuntur ſine cā rationabili: ſecus ex cā rationabili: cuiuſmodi eſt ſm Arch. indiſpoſitio pœnitentis. Vnde ſi meretur pœnitentiā magnam. & dicit ſe facere nō poſſe niſi paruam: iniungat ei illam quā libēter ſuſcipiat. Et ſi gaudere nō pōt de omnimoda eius purgatione, ſaltem gaudeat ꝙ liberatum à gehenna ad purgatorium trāſmittat. Ita, ꝙ ſm Hoſ. nullo modo permittat eum à ſe recedere deſperatum. ar. 26. q. 6. presbyter. ſed curet excludere cauſas, & occaſiones peccatorum: deinde potius imponat ei unum pater noſter, vel aliud leue, & alia bona quæ fecerit ſua ſpōte. Et concordat S. Th. Et adde, ꝙ bonum eſt ſacerdotē diſpenſare cū eo in reſiduo pęnæ, quā miſericordia diuina ꝑmittit, ſm mentem Pan. iuxta dicta ſ. Clauis. §. 3.

Et

Et hoc quidem ſane intellige,ſ. qñ pœnitẽs: dolet:& paratus eſt facere, qđ tenetur: ſed dicit ſe onus pœnitentię ferre non poſſe: quia tunc nunq̃ eſt ſine abſolutione dimittendus, ne deſperet: eſſet tñ indicanda pœnitentia ſibi debita.ſm Pe.de Pa.niſi ẽt inde crederet deſperare. Vbi vero dicit ſe nõ poſſe deſiſtere ab odio,vel alio peccato, vel nolle reſtituere cũ poſſit aut dimittere artẽ quã ſine mortali exercere non põt,vel hmõi: talis nullo modo dẽt abſolui.ſm S.Th. & Pet. de Pal.& alios. Audienda tñ eſt eius confeſſio.de pœn.& re.qđ quid: ne deſperet,eſt ei aliquid iniungendum cum declaratione, ꝙ non eſt obſolutus, licet ſatisfecerit eccleſiæ præcepto de confeſſione annuali: & ſi omnino vult abſolui allegans ſcandalum & deſperationem:dicatur ei, ꝙ abſolutio fieri non poteſt.& ſi fieret,non valeret: & ſic dimittatur miſericordiæ diuinæ.

4 †TERTIO queritur qualis & qualiter pœnitentia ſit imponenda? Et dico, ꝙ talis iniungi non debet, quæ præiudicet tertiò, maximè notabiliter:puta ſeruo peregrinatio vel ieiuniũ magnũ:vel vxori non habenti ꝓpria, eleemoſinæ magnæ ꝓ oculto peccato pnĩa manifeſta, i.talis vnde poſſit oriri ſuſpicio de peccato cõmiſſo. Etiã in dubio inter maiorẽ & minorẽ imponendã,potius eligẽdũ eſt periculũ errandi in minus, q̃ in plus: quia melius eſt reddere rõnẽ de nimia miſericordia,q̃ de nimia ſeueritate. xvj. q. 7. alligãt.& exẽplo Chriſti nunq̃ imponentis grauem pœnitentiã,ſm Ray.ſed dicentis, Vade & amplius noli peccare. Imponenda eſt etiã ꝓ contrarium ad peccatum,ſm Ray.vt ſuꝑbo iniungenda ſunt humilia:auaro eleemoſinæ:guloſo ieiunia: negligenti ad verbũ Dei auditio aliquarũ prædicationum: & ſic de alijs:dummodo.ſ. credatur ꝙ poſſit facere, & velit. ¶ Quartò quæritur vtrũ dolor mortis poſſit eſſe pœnitentia peccatorum pœnam diminuens. Et dicit S.Tho.in 4.diſt.xx. ꝙ peccatum actuale purgari non poteſt per mortem naturalem:quia illa eſt pœna conſequens peccatum originale. & iã quaſi in naturam conuerſa:per illatã tñ mortem purgari poteſt. vnde patienter ferre illatam etiam pro alijs criminibus, valet ad diminutionẽ pœnæ,& liberationem etiã à tota, ſm quantitatem culpæ & patientiæ & contritionis.

5 †QVINTO qritur,vtrũ peccet mortaliter ſacerdos abſoluendo de facto,vbi de iure non poteſt? Et dicit Rich.in 4. diſt. 18. ꝙ ſic.ſi ſcienter & deliberatè hoc facit:& ſimiliter ſi ex ignorantia iuris affectata: & ſimiliter ſi ex craſſa:quia ſacerdotib.ſuũ officium ignorare non licet. Et ſic locũ hẽt illud. Si cęcus cæco ducatũ pſtet: niſi excuſet ignorantia inuincibilis,aut probabilis: quæ vtiq; illum non excuſat, qui ſolicitior eſt in querẽdo conſilium pro equo,q̃ pro paradiſo comparando. Ad quid autem teneatur ſic abſoluens.vide ſ̃.Confeſſor tertiò,in prin.

6 †SEXTO quæritur,vtrum abſens quis poſſit abſolui per literas. Et dicit gl.Ray.qđ non:ſed præſens pœnitens à pſente ſacerdote.de pœ.diſt.j.quem peniter. Ex quo patet, ꝙ nec ꝑ nuntiũ. Secus de abſolutione ab excommunicatione:quia fieri poteſt in abſentia:imò ignoranter:& inuito excommunicato: vt ſ̃.Abſolutio.3.§.4.dubio v.& vj. In caſu tamẽ de quo ſ̃.Confeſ.3.in prin.dic vt ibi quia videtur ſufficere ſi præceſſit confeſſio in preſentia, & non per literas,aut nuntiũ.

7 †SEPTIMO queritur, quibus caſibus ante abſolutionẽ poſſit exigi aliqua promiſſio,vel ſatisfactio. Et dico, ꝙ in multis,vt patet in Sum.Confe.li.3.tit.34.q.136. Ante abſolutionẽ enim in excõicatis requirit̃ iurm, vt ſ̃.Abſolutio & ſatisfactio,ſi fuerũt excõicati pro offenſa notoria.& de ſen.exc. ſolet. li.vj. Et eſt ſingulare expreſſũ in multis caſibus excõicationum. In incendiarijs iniuſtis, & mandantibus, & conſulentibus, ante abſolutionẽ requiritur ſatisfactio, & iurm de non incendendo.23.q.8.peſſ mã. In mutilãbus uerò requiritur ſatisfactio.23.q.7. ſi qs membrorum.quia & hi prædictis incendiariis æquiparantur. In manifeſti raptoribus & uiolatoribus eccleſiarum idem requirit: quia nec abſolui,nec ad pœnitentiam recipi debent in uita. uel in morte niſi prius ſatisfecerint iuxta facultatẽ, uel dederint cautionem de ſatisfaciendo,de rapto.ſuper eo. contritio tñ uiaticum non negetur: ita tñ, ꝙ nullus clericorum interſit ſepulturæ eius, uel recipiat eius eleemoſynam. Quod tamẽ ſecundum Hoſt. eſt uerum.quando raptor, aut uiolator prædictus fuit monitus reſtituere, & diu in contumacia permanſit: aliter non obtinet prædicta pœna. de ſepul. c. fi.& de rap.in literis. In manifeſto ẽt uſurario idem eſt:quia nec abſolui,nec ad confeſſionem admitti debet.niſi reſtituerit, vel de reſtituendo cautionẽ idoneã dederit.de vſu. quauq̃.lib.vj.& teſtm eius aliter factũ nõ valet. In ſacrilego, qui ſ. aliquid de ſacro loco iniuſtè

iniuſtè tulit, vel p̄ſonis eccleſiaſticis iniuriā fecit: vñ ꝙ nō ſit abſoluendus, niſi prius monitus ſatiſfecerit. 17. q. 4. ſi quis inuentus.

DE CONFIRMATIONE HVmana electionum, & aliorum.

1 *Confirmatio humana duplex eſt, generalis ſcilicet, & ſpecialis. Et quid vnaquaque.*

2 *Confirmatio electionis an ſit de neceſſitate petē da. Et de hoc limitationes quatuor.*

3 *Pœna ob non petitam confirmationem in quibus locū habeat. Et ibidem, qđ Cōſtitutio pœnalis ad coadiuuādū, vel exequendū ius antiquū emanās late, interpretatur, vt in illo cōtenta concludat.*

4 *Confirmatio abs quo peti debeat. Et an prælatus ſuperior poſſit ſine capitulo confirmare.*

5 *Confirmatio quando peti, & quomodo fieri debeat ab eo, cui communi, vel ſpeciali iure competit. Et in quibus ſeruanda ſint, quæ hic dicuntur.*

6 *Electus adminiſtrans poſt confirmationem, quæ nulla fuit, an incidat in pœnam, de qua ſuperius eſt dictum. Et an dicta nullitas de qua proxime locum in poſtulatione habent.*

1 CONFIRMATIO† humana duplex eſt. Prima enim eſt confirmatio generalis cuiuſcunq; ſtatuti, pacti, gratiæ, priuilegij, & hmōi: quæ ꝓpriè eſt. qñ ſuperior confirmat factū inferioris: non aūt qñ ſucceſſor confirmat conſtitutionē, vel geſta p̄deceſſoris, ſm Pan. ī c. j. de loc. poſt Hoſt. ſed potius eſt ratificatio, vel innouatio. Hæc aūt humana confirmatio, ſi fiat à Papa ex certa ſcientia, facit validum, quod erat nullū, reſpectu iuris poſitiui, ſm Io. de Lig. vt refert Pan. in c. cū ſup. de cau. poſ. & proprie. Et facit firmum, quod aliàs erat infirmū: & ſolemne, quod non ſolēne, ſupplendo defectus ſolēnitatis omiſſæ. ij. q. j. in primis. de tranſact. c. j. de conceſ. præb. quia. Si verò fiat in forma cōi. non ex certa ſcientia, nihil iuris tribuit: ſed ſolum vetus conſeruat. de confi. vti. vel inuti. dilecta. & c. j. in gl. de cōceſ. præb. quia diuerſitatē. & de priuile. quia intētionis: nec p̄ ipſam derogatur iuri cōi. de off. ord. licet. de fide inſt. inter dilectos. vide ſ. Abſolutio ij. §. 4. ibi: ſed pro his no. Secunda verò eſt ſpecialis electorum, ſiue electionum: & de hac in ſequentibus erit ſermo.

2 †PRIMO verò quæritur, an ſit de neceſſitate petēda? Et dico, ꝙ ſic in iure cōi: ita ꝙ electus ad regimen cuiuſcunq; eccleſiæ, aut religionis, ſi adminiſtrationi dignitatis ante cōfirmationē ſe ingerit tanq̄ p̄latus, vel ꝓcurator, aut œconomus, aut alio nouo q̄ſito colore, in ſpiritualibus, aut t̄poralib. p̄ ſe, vel aliū: in toto, vel in parte, ipſo facto priuatur oī iure, qđ p̄ electionē in ipſa dignitate habebat: vt ī c. auaritiæ. de ele. li. 6. ¶ Fallit hoc primò in papa, q̄ eligendo cōfirmatur. diſt. 24. in nomine. ¶ Secundò, qñ ſic adminiſtrāti parcitur. extrà, de elect. noſtri. ¶ Tertiò, qñ abbatiſſa electa à maiori parte, non tñ à duabus partibus impugnatur, ne cōfirmet: quia interim pōt adminiſtrare. c. indemnitatibus. §. ſi verò. de elect. li. vj. ¶ Et quartò, qñ cōfirmatio à Papa petenda eſt, & electus eſt valde remotus. ſ. vltra Italiā: quia tunc ante confirmationē adminiſtrare pōt in tēporalibus, & in ſpiritualibus, excepto, ꝙ nullā alienationē facere pōt: vt in c. nihil. de elect. qđ uerū forte eſt, qñ nō eſt in mora petendę cōfirmationis, aliàs habebit locum pęna d. c. auaritiæ. Et ꝙ de vltramontano dr̄ de citramōtano locum habet, ſm Hoſt. qñ curia eſt vltra montes. Et idem ſentit Io. And. in d. c. nihil, & Guli. in d. c. auaritiæ.

3 †SECVNDO q̄ritur, ī quibus habeat locū p̄dicta pœna? Et dico, ꝙ in ep̄o, ſm Ge. poſt Io. And. in d. c. auaritiæ. Ex quo elice, ꝙ conſtitutio pœnalis emanans ad coadiuuationem vel executionem iuris antiqui, interpretatur latè, vt includat contēta in illo: aliàs hoc non haberet locū in ep̄o: quia appellatione dignitatis, non comprehenditur ep̄alis, ſm glo. in c. ij. de pręb. lib. vj. Sed hic ſic: quia iure antiquo includebatur ep̄s: vt in c. noſtri: & in c. qualiter. de ele. Non aūt hēt hæc pęna locum in Imperatore, ſm Hug. & Io. in c. legitimus. xciij. diſt. & vt tenet gl. in cle. vnica. de iureiu. in ver. reges Romanos poteſt adminiſtrare, & omnem iuriſdictionem exercere imperij, quamuis Pau. ibidem teneat contrarium.

4 †TERTIO quæritur, à quo debeat cōfirmatio peti? Et dico, ꝙ ſi electus eſt exemptus, peti dēt à Papa, vel eiuſlegato de latere, ſi quis eſt ſup̄ illa ꝓuincia: vt ī c. ſi abbatē. de elec. li. vj. ꝙ limita, ſi talis exēptus ſubſit immediatè Papę: ſecus ſi habeat alium p̄latum mediū, ſicut prouincialē in mendicātib. exēptus confirmat gn̄alis. Pan. tñ in c. j. de ſup. neg. pla. tenet, ꝙ abbates exēpti ſunt p̄ ep̄os confirmandi. Si verò non eſt exemptus, confirmatur p̄ ſuperiorem p̄latū ſuū immediatè. Vnde ep̄s confirmat ſibi ſubiectos. de ele. cum ad monaſterium. archiepiſcopus ep̄os ſuffraganeos ſuos. de elect. cum dilectus. diſ. liiij. illud. archiepiſcopū non exēptū confirmat primas, vel patriarcha. de ele. bonę el. j. patriar-

patriarcham verò Papa, & ſimiliter Imperatoré:de elect.uenerabilem.¶Quartò quæritur,utrum prælatus ſuperior poſſit confirmare ſine capitulo? Et dico ꝙ non:nec valet confirmatio,ſi in abſentia capituli fiat, ſm Archi.& Gemi.in c.qñ.de elect.lib.6. quod uerum eſt,niſi conſuetudo eccleſiæ haberet contrarium:quia tunc ualeret confirmatio.de conſue.non eſt.lib.6.

6

5 †QVINTO q̃ritur,qñ debeat peti cõfirmatio? Et dico,ꝙ intra tres menſes poſt p̃ſtitum conſenſum:aliter ceſſante impedimento legitimo, ſi non petatur ab electoribus, uel electo,uel alio ꝓ ipſo, electio eſt nulla. de elect.q̃ ſit.lib.6.In cathedralibus uerò,& regularibus eccleſijs,quãtũ cõfirmatio à Papa eſt petenda,ſeruatur moderatio. c.cupiẽtes,de elec.li.6.¶Sextò q̃ritur,qũo cõfirmatio fieri dẽt ab eo,cui competit cõi,uel ſpeciali iure:puta,priuilegio,uel conſuetudine præſcripta? Et dico,ꝙ uocari debet nominatim,ſi eſt aliquis coelectus, uel apparet oppoſitor:alias in eccleſia, in qua talis dẽt p̃eſſe, fieri debeat uocatio, aſſignato termino peremptorio,ut cõpareant uolentes opponere:& ſi nullus apparet,ſm Hoſ.fieri debet examinatio eligentiũ,& electi.Conſuluit ẽt ſuperiori,ut electũ trahat ad partem: & de his,quæ impedire ipſum poſſet diligenter exquirat:& ſi impedimentum inuenerit,nõ publicet,uel infamet,ſed ſecretò ad renũciandum inducat.de elect.dudum.el 2.in fi.de ſimo.ꝑ tuas.in fi.aliàs uerò ſm allegata,& ꝓbata procedat.Nã ſi confirmat indignũ,uel ętatis illegitimæ,mortaliter peccat,& eſt ipſo iure priuatus poteſtate confirmandi primum ſucceſſorem illius:& confirmatio ipſo iure nulla eſt:qñ non uocatis uocandis,ſi eſt aliquis coelectus,aut alius uolens opponere electo,uel electioni,& non diſcuſſo negotio fit.Hñr hęc ex c.nihil.de ele.& c.ſi. e. tit.lib.6.cum ibi no.¶ Septimò q̃ritur,in q̃bus ſeruãda ſunt hęc? Et dico primò hęc ſeruãda eſſe in omnibus bñficijs ſimplicibus, ſm Gem.in d.c.ſi.ſiue habeant curã aĩarũ,ſiue non:quia cũ in omni beneficio requirat examinatio,& confirmatio electi,ſeu p̃ſentati,uel poſtulati,ſm Ioã.And.poſt Hoſt. in c.propoſuit.de conceſ.pb. ſunt ſeruãda p̃dicta. Et ſcd̃ò ſeruanda ſunt in hoſpitali. ſm Gem.& Lap.ſi datur in beneficium ꝑ uiam p̃ſentationis uel electionis.Secus qñ non datur in beneficium: quia tunc fit commiſſio, non electio,uel collatio,ſeu præſentatio:ut in cle.quia contingit.de relig. do.

†OCTAVO,utrum electus adminiſtrãs poſt confirmationem, q̃ fuit nulla,cadat in pœnã.de qua s̃.in principio? Et dicit glo.in d.c.ſi.qđ ſi errauit in facto:puta,q̃a credidit factã uocationem,& diſcuſſionem:nõ cadit, ſed excuſatur.Si uerò errauit in iure: à dicta pœna non excuſatur.de reg.iur.c.ignorãtia l.6.cum concor.¶Nonò q̃ritur, utrum dicta nullitas cõfirmationis locum habeat in poſtulatione? Et dicit gl.ibidem, ꝙ ſic in admiſſione poſtulationis, quæ fit à ſuperiore, qui poſtulatum admittendo confirmat; ſecus in poſtulatione,q̃ eſt in eo,ꝙpoſtulatur monachus electus à prælato ſuo. Similiter habet locũ in p̃ſentatione,ut ille,cui fit præſentatio,ſeruet decretalẽ d.c.ſi. Nec obſtat, qđ cõſtitutio uĩ pœnalis,& cõſequenter nõ extendẽda;quia nõ eſt pœnalis,cũ nõ priuet iure quæſito,ſed quærendo.uide ibi Doct.

## DE CONFIRMATIONE DIVINA, quæ eſt ſacramentum.

1 *Confirmatio diuina quid conferat ac præſtet.*
2 *Confirmationis diuinæ, quæ ſint ſubſtantialia. et quot numero.* Et *quis huius ſacri ſit miniſter.* Et *an papa poſſit ipſius executionem delegare.*
3 *Confirmationis ſacramentum, an ſit de ſalutis neceſſitate.* Et *quis ſit eius effectus.*
4 *Confirmationis ſacramentum quibus, & quomodo conferri debeat.* Et *ibidem qđ Archiepiſcopus ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, dum uiſitat, confirmare debet.* Et *quid ſi non ſubditos confirmet, irregularis efficiatur.*

1 CONFIRMATIO†diuina,i.diuina lege ſancita, quæ eſt unũ ex ſacris eccleſiæ,ut dicit S.T.& Pet.de Pal. gratiã cõfert:ſiue in gratia confertur,non ſolũ cõiter,ſicut in quolibet ſacro confertur gratia emundans à peccato,ſed robur & gratiã ſp̃alem,per quã quis deputatur ad officium ſanctitatis.& idoneus efficitur ad Chriſtum confitendum, unde & de grato facit magis gratum. Et ut dicit Melchiades Papa in ca. Spiritus ſanctus de conſe.diſt.5.ualet ad augmentum gratiæ, ad confirmandum in pugna contra uitia, & diabolum, & armat ac inſtruit ad huius mundi prælia & agones.

2 †PRIMO uerò q̃ritur, quæ ſint de ſubſtantia huius ſacri? Et dico qđ ſunt quinq;, ſm Pet.Duo ſunt ex parte ſacri.¶Primũ,eſt materia chriſmatis cõpoſiti ex oleo oliuarũ & balſamo,& conſecrati ab epo conſecrato & non electo tãtũ, qđ.ſ. dẽt eſſe illius anni, cũ ſit minoris neceſſitatis cõfirmatio q̃ baptiſmus.

ptiſmus:& uetus in eccleſia dēt exuri.arg.tex. qm̃.de ſen.excō.li.6.& c.ſi qs de alio. de cōſe.diſt.4.Vnde ſi quis ēt ab epo ſit unctus oleo pro chriſmate,ſcḋm Inn.& Hoſt.in c.unico.de ſacr.unct.dēt iterum liniri chriſmate, repetita illa oratione, Signo te, &c.alijs orationibus p̄cedentibus & ſequentibus nō iteratis:ſimiliter ſi quis inūgat ab epo, & chriſmate,ſed non conſecrato ab epo,nihil fit,ſecundū Arch.& alios.¶Secundum,eſt forma uerborū,quæ ſcḋm S.Th.Pet. & Al.eſt hūc:cōſigno te ſigno crucis & cōfirmo te chriſmate ſalutis,in noīe Patris & Filij & Spūs ſcti amen.Circa quam intelligenda ſunt ſcḋm Ab. oīa quæ dicta ſunt de mutatione formæ baptiſmi.¶ Duo etiam ſunt ex parte miniſtri. ¶Primum,eſt dignitas pontificalis, quia ſolus eps eſt huius ſacri miniſter.de conſe. diſ.5.manus.& c.nouiſſimè.& c.ut ieiuni. Et ſi ſacerdos ſimplex ſine Papæ cōmiſſione cōfirmet, nihil agit,ſcḋm oēs.Vtrū aūt Papa eā committere poſſit,ſunt opiniones. Et dicit Pan. in c.quanto, de conſu.qḋ committere poteſt ēt ſimplici clerico, modò ipſe ſit confirmatus.Et idem gl.ibi, & hoc ſequitur Sū. Ro.& Ang.Alij dicunt, ꝙ ēt laico confirmato.qḋ uṙ approbare gl.in c.manus, de cōſe. diſt.5. ponens regulam, qḋ ex delegatione Papæ quilibet poteſt conferre ſacrm̃ quod ipſe recepit.Probabilior tñ eſt opi.S.Th. & Pet.de Pa.qḋ ſacerdoti,& ei ſoli, poſſit Papa hoc ſacrm̃ committere.Et hoc ſecuta eſt Sum.Piſa.& gl.di.95.peruenit.& neceſſe eſt ita dici:ut patet per ea quæ diffuſè dicit Pe. de Pal.in 4.& ſimiliter Capreol.in diſ.7.¶Secundum,eſt intentio: & de hac multa dicta ſunt ſ̃.Baptiſmus.3.§.12.& ſeq.¶ Vnum ēt requiritur ex parte ſuſcipientis. ſ.ꝙ in fronte chriſmetur:ut diceb̃:& cōcordat S. T. & Al.

3 SECVNDO quæritur, utrū hoc ſacrm̃ ſit de neceſſitate ſalutis?Et dico,ſcḋm S.Tho. Pet. & Alb. ꝙ ſic,de bene eſſe:quia adiuuat in ſpirituali pugna:non aūt ſimpliciter ſiue abſolutè: quia baptizatus ſi ſtatim decedat, ſaluatur,quanuis nō cōfirmatus.de cōſ.diſt. 5. Spiritus ſanctus. contēnens tñ illud ſuſcipere,mortaliter peccat:ut colligitur ex d. c. cū ibi no.& ex Rich.& p̄dictis doct.Tūc aūt uṙ quis eius eſſe contemptor, ſcḋm mentem Pe.de Pa.qui dicit ꝙ ſemel tenetur quilibet cōfirmari ex p̄cepto eccleſiæ,qñ habita ſufficienti opportunitate ſine rōnabili cauſſa illud non ſuſcipit. Propter qḋ ēt negligentia cōferendi illud in epo,ſi ſit notabilis,uṙ peccatum mortale,ar.d.c.Spiritus ſctūs.Tertiò quæritur,quis ſit eius effectus? Et dicit Pet. de Pal.poſt S.Th.qḋ eſt triplex.¶Primus,eſt impreſſio characteris diſtincti à charactere baptiſmi,& ordinis p̄ſupponētis adeſſe characterē Baptiſmi & præſuppoſiti de bene eſſe à charactere ordinis, uñ iterari nō p̄t hoc ſacrm̃:quia character eſt indelebilis:imò iterans ſciēter peccaret mortaliter: ſecus ignoranter,uel in dubio:quia non dṙ iterarū,qḋ factū neſcitur.¶Secundus,eſt gratia ſacralis diſtincta à baptiſmali:quia ꝑ hoc ſacrm̃ deputatur homo ad aliquod ſacrm̃ , qḋ dignè ſine gratia fieri non poteſt: cum non ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris . Item quia deputat ad opus arduiſſimum,& maximæ charitatis.ſ.ponere animam pro Chriſto:& cōfiteri fidē eius.¶Tertius, eſt cognatio ſpūalis,non ſolum impediens matrimoniū contrahendum, ſed ēt dirimens iā contractum.

4 ¶QVARTO quæritur, quibus ſit hoc ſacrm̃ conferendū? Et dico,ſcḋm S.Th.& Pet.ꝙ oibus Chriſtianis.de conſe.di.5.omnes fideles.Nā & pueris cōuenienter cōfertur:quia minus habent fictionis. Et licet nō tunc, tñ fortè poſt habebunt confiteri . Tamen quia hoc ſacrm̃ non debet iterari : nec ſic p̄ſumitur de conuerſante inter Chriſtianos, ꝙ ſit confirmatus,ſicut ꝙ ſit baptizatus;iō nō expedit,ſcḋm Arch.ꝙ exhibeatur ante ſeptēniū, ut melius paruuli recordētur : gr̃a cuius datur alapa,imò gl.in c.quāuis.de conſ.diſt.5. videtur tenere,qḋ dari nō debeat ante annū duodecimū: ſed non tenetur uera. Cōfertur ēt cōiter maſculis,& fœminis: q̄bus cōis eſt pugna,& fidei Chriſtianæ profeſſio.Et mōſtruoſis,& hermaphroditis, & mutis,quia ſigno p̄nt confiteri : & ſurdis , quia confiteri p̄nt ore,& ſpiritualiter pugnare:& infirmis, ac morientibus:qui licet ſubtrahantur à pugna,tñ ꝑgūt ad p̄mia militātiū: uñ cōſequēter accipiūt Chriſtianæ militiæ ſignū.¶Quītò q̄ritur,quō debeat conferri ? Et dico primò , ꝙ ꝑꝑ reuerentiā ſacri ieiunis dari dēt, & ſuſcipi.de conſ.diſ.5.ut ieiuni.& c.ſequē. ſed hoc non eſt præcepto:ut patet in d.c.ut ieiuni.& in neceſſitate:puta, quia eps eſt receſſurus,uel hmōi : melius ē cōfirmari poſt prādiū,q̄ qḋ quis confirmari nō poſſit , ſcḋm Alb.& alios. Et idē de omni ſacro intelligit Arch.vnde poſt prandiū ſine magna,inquit, & iuſta cā non eſſet facienda cōfeſſio, maximè de mortalibus. ¶Et ſecundò dēt dari cōfeſſio,ſi ſunt adulti,& cōmiſerūt mortale:vt

in

in d.c.vt ieiuni.& idē de omni ſacro dicen dū eſt:non tñ hoc eſt pceptū,niſi in euchariſtia.ſed cōſiliū tantū:præceptū tñ eſt cōteris. ¶Et tertiò dari dēt tantū in fronte.extra.de ſa.vnc.c.j.quia datur,ut homo Chriſtum ſine timore, & rubore audacter confiteatur: vnde potius debet fieri in fronte,ubi magis apparent huiuſmodi paſſiones: quā frontē oportet ligari,quouſq; deſiccetur chriſma: & ſeptē diebus,non quidē ligaturam ferre, ſed caput a lotione ſeruare, ſm Arch. poſt Pe.de Pal. ¶Et quartò, ſm Pe.dari pt oī tpe ar.c.omnes fideles.& c.vt ieiuni.& c.ſeq. de conſ.diſt.v. ēt tpe interdicti: ſicut pōt dari baptiſmus,& chriſma confici.de ſent. excō. cum ex eo.& eo.ti.quoniā l.vj. ¶Et quintò in omni honeſto loco,ēt extra eccleſiam:licet chriſma ſolū in eccleſia cōfici dēat:quia inquit Pe.quod non eſt prohibitum, eſt cōceſſum:non dēt tñ eps ſm Pe. de Pal. extra locum ſuæ diœceſis cōfirmare,ſicut nec alia ſacra,uel ſacrālia miniſtrare,ēt ſubditis ſuis, ſed nec Archieps ſubditos ſuffraganeorum ſuorū debet cōfirmare dū uiſitat, nec in ſua dieceſi alterius dieceſani ſubditos,xvj.q.j.īterdicimus. tñ cōfirmādo nō ſubditos,licet peccet,non tñ efficitur irregularis,& cōfert verū ſacrum.hæc ille.Sed tñ excipe ſacrum confeſſionis, qd̄ eps ſuo ſubdito ubiq; pōt conferre. ¶Et ſextò dēt cōferri ei,q ab alio teneatur cōgruenter: quia roborādo baculus ſuſtentans congruit:quamuis hoc nō ſit de neceſſitate ſacri.quia ſine hoc dareť: ſed eſt ex præcepto,ſi adſit facultas.Quæ tentio fieri debet ab uno tantùm.de conſe. di. iiij. non plures.vel ab una,ſicut & in baptiſmo: ut ibidē.& ille dēt eſſe cōfirmatus:alioquin peccat:licet pp hoc non ſit irritum ſacrum. ea.di.in baptiſmo.nec cōtrahet iſte cōpaternitatē ſm aliquos.& concor.S.Th.& Pe.de quo ſ.Matrimoniū viij.§.vij.parti.xij.debet ēt eſſe alius ab eo q tenuit in catechiſmo uel baptiſmo ſm conſuetudinē eccleſiæ Romanæ:niſi cogat neceſſitas.de conſe.diſt.4. in catechiſmo,hodie tñ qui tenuit in catechiſmo,tenet in baptiſmo ſine peccato: qa eſt cōſuetudo.Si tñ plures ſunt tenentes:oēs efficiuntur cōpatres ſuſcepti.de cogn.ſpi.c. fin.lib.vj.& ideo vir tenere non debet vxorem, uel econuerſo, quia orietur impedimentum cognationis ſpiritualis: nec quis proprium filium aut fratrem, uel ſororem, quia ſufficit inter tales vinculum carnale, ſecundum Sum. Confeſ.

## DE confraternitate,coniuratione,& Conſpiratione.

1 *Confraternitas,coniuratio, & conſpiratio,in quibus conueniant,& quibus differant.*

2 *Confraternitas omnis,an licita ſit.Et an ſtatutum valeat,quo caueatur,ne quis in fraternitatē recipiatur,niſi certam perſoluerit ſummam.*

3 *Coniuratio & conſpiratio omnis, an ſit illicita. Et q̄ coiurātiū,aut cōſpirātiū pœna ſit.Et n.ſeq.*

1 CONFRATERNITAS, id eſt, multorū ſimul fraternitas:& cōiuratio i.multorū ſimul iuratio:& cōſpiratio i.multorū ſpiratio.cōueniunt primò inuicē inquātū omnia hæc importāt vnionē multorū in aliquo vno:& ſcdò in quantum nullum horum dicit aliquid de ſe malum. ſed differunt primò quantū ad nominis etymologiam,ut patuit:& ſcdò quantū ad rem ipſam. Nā confraternitas vr̄ principaliter importare unionē ad mutuum amorē:& conſequenter ad ea quæ amor requirit:puta defendendum,& obſequendū: coniuratio verò importat vnionē ad rebellādū uel impugnandū mediāte iuro: conſpiratio aūt importat idē ſine iuro. Vnde hæc duo pro eodē crimine accipiuntur.xj.q.j.cōiurationū. Sed cōiurare eſt ſimul uel in unū iurare, & conſpirare,eſt ſimul uel idē ſpirare.ſm gl.in c.conſtitutionem.de ſen.excom.li.vj. vnde omnis coniuratio eſt conſpiratio:non ecōtra.Et quia amor notitiā pſupponit:non dicūtur ſimul ſpirare uel ītēdere vnū,ij.quorū unus de alio notitiā nō hēt,niſi p accidens.

2 PRIMO uerò quæritur,vtrum omnis cōfraternitas ſit licita? Et dicit Pe. de Peru. in trac.de canonica portione,q licita eſt, ſi fiat ex licita cā.Et facit gl.in c.ſi qui clericorum.xj.q.j.dicens, qd̄ fraternitates bonę admittūtur. xlij. di. ſi quis deſpicit,q̄ aūt fiunt ad malū,phibentur.C. de monop. l.vnica. ¶Scdò q̄ritur,utrū liceat cōfraternitatū ſtatutū,quo cauetur ne quis recipiatur niſi ſoluerit certā ſummā? Et dicit Pe.vbi ſ. q ſic,ſi pp honeſtā cām fiat:puta p alendis pauperib.& hmōi ar.d.c. ſi quis deſpicit. & xvj.q. ij. nō exemplo. Nec obſtat, quod quidam dicunt illud illicitum, quia excludit pietatem receptionis: qui debet intelligi ſtatututum ſi quis ſoluere poſſit.& ſi aliter intelligatur, eſt illicitū. Et ſic intellige q dicit Lud.de Ro. poſt Archi. quod ualet factum per uerba affirmatiua: non aūt ſi fiat per negatiua, ſcilicet nullus admittatur, niſi &c. de ſim.ad apoſtolicam. Et addit idem Lud.

quod poteſtas inueniēs ſocietatē in qua ſit ſtatutū inhoneſtū: ſtatim poteſt eo ipſo caſſare ſocietatem, ſecūdū Bar. in l. ſub prætextu. ff. de extraord. cri. & ſequitur Bal. in c. 1. §. conuenticula. de pa. te. in uſi. feu.

3 †TERTIO quæritur, utrū omnis coniuratio, uel conſpiratio ſit illicita? Et dico qđ cōiuratio proprie & ſm uſum cōem loquētium eſt illicita ſp: quia cōiuratio eſt, qñ aliqui rebelles auctoritate in unum ſe colligēdo iurā inter ſe dederunt. 11. q. 1. ſi qui clericorū. Conſpiratio uerò eſt fraudulenta confœderatio facta in præiudicium alicuius pſonæ uel dignitatis. 22. q. 5. ſi quis laicus. & eſt palea: & omnis talis fit ex ſuperbia, & eſt illicita, ſm gl. in c. exhibita. de iud. Largè tñ & præter cōem loquendi uſum coniuratio, & conſpiratio dr̄, qua aliqui aut coniurant aut conſpirant in unū, qđ de ſe eſt bonum, uel ſaltē non malum: & talis non eſt illicita: vt no. gl. in d. c. ſi qui clericorū. & no. Inn. in c. cū L. & A. de ſen. & re iud. & Pan. in c. exhibita de iud. ut ſi canonici conſpirēt de non parendo epo excōicato, uel non eligēdo in dignū. Qñ ergo aliqui coniurāt ut rebellent prælato uel obedientiæ, & hmōi, ſi eſt cōiuratio uel conſpiratio: & tales ſunt conſpiratores: ut patet in c. cōſtitutionē, de uer. ſign. lib. 6. & de ſe hoc eſt mortale peccatum. Si uerò dubitatur, utrum conſpiratio licita ſit uel illicita: ſp in dubio pſumitur mala & illicita ſm Inn. de ſchiſ. c. 1. & Vin. in c. ſi. de teſti. co. & Io. An. in c. 2. de uerb. ſig.

4 †QVARTO qritur, quæ ſit coniurantiū aut conſpirantium pœna? Et dico. qđ ſi eſt laicorum contra epm: debent excōicari. ſm gl. in c. ſi. de teſti. cog. & ſm Hoſt. & Io. An. in una libra auri condemnari ſinguli in cōſtitutione Federici. de pa. tenen. c. hac edicta li. & ſi quis tumultum contra aliquem fecerit, uel ſeditioſas uoces emiſerit, capitalis eſt pœna. l. denuntiamus. C. de his qui ad ec. cōfu. l. 1. & 2. C. de ſeditioſis. & ff. de pœnis. l. aut facta. & C. de epi. & cler. l. conuenticula. ubi prohibetur cœtus uel turba congregari niſi inueniatur expreſſe cōceſſum. ff. de colle. illi. per totum: cleri. uerò debent deponi.

¶CONIVRATIO. s̄. proxime in prin.

¶CONSANGVINITAS. uide j̄. Matrimon. 8. §. 6.

## DE CONSCIENTIA.

1 *Conſcientia, quid proprie ſit. Et applicatio ad aliquem actum moralem quotupliciter fiat.*

2 *Conſcientia erronea, an ad aliquid faciendū liget. Et qūo ligare dicatur. Et ſub hæc, quod conſcientiæ erroneæ obligatio maior ſit obligatione præcepti prælati.*

3 *Conſcientiā erroneā nū quis deponere teneatur*

4 *Subditus qualiter ſe gerere dēat, vbi prælatus aliquid, quod ſubditus ipſe legi diuinæ aduerſari credit, præcipit. Et ſubinde quomodo ſcrupuloſa conſcientia deponatur.*

1 CONSCIENTIA †ut tenet S. Tho. in 1. q. 79. non eſt potentia propriè, quia deponi non poſſet: nec habitus quia non eſſet aliquid unum, ſed multa: cū multi ſint habitus cognoſcitiui, quib. dirigimur in agendis: ſed eſt actus ſynderesis, i. applicatio ſcientiæ ad aliquid morale dijudicandū: unde eſt quaſi concluſio ſyllogiſmi, qua iudicatur aliquid eſſe bonū uel malum ſiue bene, uel male factū. & hmōi: unde dr̄ conſcientia quaſi concludens ſcientia. Quæ quidem applicatio ad aliquem actum moralem tripliciter fit. Primò ad cognoſcendum an ſit factus necne: ſicut dr̄ Gen. 43. non eſt in cōſcientijs noſtris quis poſuerit pecuniā, &c. Secundò, ad cognoſcēdū an actus factus ſit recte factus necne. Tertiò, ad cognoſcēdū an ſit fiendus uel non. Et ſic conſcīa hēt tres actus ſm applicationes: qui ſunt: Primus qdē teſtificari de peccato facto uel nō facto. Secundus reprehendere, remordere, & accuſare uel excuſare de peccato facto rectè uel nō rectè. Tertius eſt ligare uel ſoluere reſpectu futuri: quia, ſm oēs ſanctos, qđ eſt contra uel præter conſcīam. i. non ſm qđ ipſa dictat, eſt peccatum, ēt ſi ipſa ſit erronea.

2 †PRIMO uerò queritur, utrum erronea conſcīa liget ad aliquid faciendum? Et dico quod ſm B. Th. in 2. diſt. 39. conſcientia nō ligat uel obligat uirtute propria, ſed aliena i. præcepti diuini. qđ patet: quia non dictat aliquid faciendū uel non faciendū, quia ſibi vr̄ aut nō vr̄: ſed ſub hac rōne, quia eſt à Deo pceptum uel prohibitum. Imò eſt idem dicere, qđ pceptū Dei liget, & ſimiliter conſcientia: quia ſi quid ſit pceptum; & non ſit in ſcientia ſiue conſcientia alicuius, non ligat illum, niſi quatenus tenetur ſcire præceptum: unde eadem eſt uirtus, qua pceptū & qua conſcientia ligat. Igitur ſi quid apprehendatur ut directè cadens ſub Dei præcepto, & non fiat: uel ſub prohibitione, & non omittatur: eſt contra conſcientiam, & peccatum mortale, ſm omnes doct. etiam ſi conſcientia erret: quia hoc eſt contemnere Deum & præceptum Dei, qp creditur eſſe, & aliquando

aliquando ſi non ſit. Si uerò aliquid apprehendatur quidem ut faciendũ uel omittendum:ſed non quaſi cadens directè ſub diuino ꝑcepto,ſi fiat,uel non omittatur,eſt ꝑter conſciam:nec eſt mortale:ſed ueniale peccatũ,& aliqñ nullũ:ut ſi dictet conſcĩa bonum eſſe,ut fiat aliqđ opus conſilij. Vnde gl.ſuꝑ illud Ro.3. omne quod non eſt ex fide,peccatũ eſt.dicit ꝙ omne qđ fit contra conſciẽtiam,ædificat ad gehennã. ¶ Secundò q̃rit̃, qũo erronea conſcientia liget? Et dico ꝙ cõſcientia non ligat coactiuè,quia uolũtas eſt libera,& cogi non põt:nec per modũ principalis auctoris,q̃a ſic ligat Deus ſuis ꝑceptis: ſed ligat primò per modum ſuppoſitionis ſeu conditionis uel conſecutionis alicuius finis:quia.ſ.quia ſalutem nõ aſſequitur, niſi fiat qđ illa dictat ſi eſt recta, uel eã deponat ſi eſt erronea: & per modum inſtrumentalis agentis,eo modo quo ꝑco iudicis pręceptũ deducẽs ad notitiã alicuius. Aliter tñ recta, aliter erronea ligat, ſiue obligat uoluntatẽ. Primò,quia recta ligat ſimpliciter & abſolutè ſꝑ in oĩ euentu nunquã deponenda,erronea uerò ligat ſm quid.i. ſm credere hoĩs, & ſub hac cõditione,ſi durat & ſolũ quãdiu durat. Secundò, quia recta in præceptis,uel prohibitis à Deo plus ligat q̃ præceptũ prælati,quia pręceptũ Dei, cuius uirtute ligat, maius eſt præcepto prelati. In indifferentibus uerò ecõtrario plus præceptũ prælati,q̃ propria conſcientia, quia in hmõi conſcientia ſubditi hẽt ſupra ſe non ſolũ Deũ, ſed ẽt prælatũ,vñ de eius præcepto non habet iudicare. Obligatio uerò erroneæ cõſcientiæ maior eſt obligatione pręcepti prælati,quia intenſior,ſed ex alia parte eſt minor,quia ſolubilior, quia deponi põt erronea conſcĩa, nõ aũt obligatio ſubditi ad prelatum. Hæc Arch.& Ray.poſt S.T.in q. de ueri. Dicit tñ S.Bon.ꝙ erronea cõſcĩa non ligat ad faciendũ,ſed ad deponẽdũ. Sed intelligitur,ꝙ non ligat abſolutè,ſed ſuppoſito quod duret.

3 †TERTIO q̃ritur, utrum homo teneat̃ erroneam conſcientiam deponere? Et dico, qđ ſic, quia ea durãte eſt perplexus,& extra uiã ſalutis,quia ſi facit quod dictat, ẽt facit contra legẽ Dei,ſi non facit,cõtẽnit Deum, ẽt faciendo bonum, quia credit illud diſplicere Deo,dictante erronea conſcientia. Nullus tñ eſt ꝑplexus ſimpliciter inter duo mala,ſed ſolum ex ſuppoſitione erroneæ cõſcię ut dictũ eſt,uel alicuius obſtinationis: ſicut qui non uult relinquere peccatum, perplexus eſt hoc ſuppoſito,& peccat ſiue cõicet i paſcha,ſiue non,ſed uterque horum põt, & tenetur deponere: vnde nõ ẽ perplexus ſimpliciter,ſed ex ſuppoſitione. ¶ Quartò q̃rit̃, qũo ſe debeat hr̃e ſubditus,ſi prelatus aliq̃d præcipiat, qđ ſubditus credit aduerſari legi diuinę? Et dico,ꝙ ſm omnes,ſi certus eſt,illud eſſe contra legem Dei,non tenetur obedire;& ſm omnes,ſi eſt de hoc dubius, quia ſ.non pendet plus notabiliter ad unã partẽ, q̃ ad aliam, tenetur obedire,ſi uerò opinat̃, ita quod neſcit,nec dubitat,ſed credit,diſtinguendum eſt,quia ſi credit ex leuibus,tenet̃ tale iudicium deponere ad conſilium uel ꝑceptum prælati,& obedire,& ſimiliter ſi credit probabiliter, & excuſatur propter obedientię bonũ,quia certus eſt,ꝙ tenetur obedire,non aũt eſt certus qđ hoc ſit cõtra legẽ Dei,ſed opinatur tñ. Cõfirmatur iſta determinatio primò,quia S.Bon.in 2.diſt.39.dicit ꝙ tenetur conſciẽtiã deponere,niſi clarũ foret illud contra legẽ Dei.& ſi neſcit iudicare,dꝫ cõſulere peritiores, uel Deum per orationẽ. Et ſecundò,q̃a de ſen.excõ.in c.inquiſitioni.quærenti an alter coniugũ ſciens impedimentum,teneatur reddere debitum. rſidetur,ꝙ nec tenet̃,nec põt reddere,ſi hoc ſcit pro certo, ẽt ſi inde excõicetur. Si uerò hoc credit leuiter & temerariè, depoſita credulitate ad cõſilium paſtoris reddere & exigere ꝑt. Si uerò credit probabiliter & diſcretè,licet non euidenter, reddere,ſed nõ exigere põt,ne agat contra legẽ coniugij,aut cõſcientię iudicium. hæc ibi. Sicut autẽ tenetur ſubditus reddere debitũ prelato, ita coniux coniugi. Qũo autem deponatur ſcrupuloſa cõſciẽtia,uide Arch.1.parte.tit.5.c.x.§.x.pulcherrime & ſecure.vide ẽt ỹ.Scrupulus.

## DE CONSECRATIONE Prælatorum.

1 *Conſecratio epiſcoporum & ſuperiorum prælatorum quæ velut ſubſtantialia exigat.*

2 *Conſecratio prælatorum abs quo fieri debeat. Et vbi.nu.ſe. Et quando ſint ꝑlati cõſecrãdi. nu.4.*

3 *Conſecratio prælatorum qualiter facienda ſit.*

1 CONSECRATIO primò epõrũ & ſuperiorũ prælatorũ,quædam exigit quaſi de ſubſtantia ſua. Nã primò cõſecrãdus inungitur chriſmate caput:& ſecũdò ponitur ſuꝑ liber ceruicẽ eius: & tertiò cõſecratur à tribus,quorũ unus eſt principaliter conſecrans,totam cõſecrationem perficiens,aliter nihil fit:ut ſi unus agat partem, alius aliã, licet oẽs cõſecrationẽ pronũtiẽt:

 imò

imò nihil agitur, ſi unus imponat manum, & alius benedicat: ſed oportet, ſm Hoſt. & Goſ. unum principaliter totam conſecrationẽ perficere, & alij ſunt quaſi coadiutores. Vel ſm Hug. & glo. Ray. omnes conſecrãt: & ſunt tres actiones, & una paſſio: ſicut cũ tres ſcruūt lapidẽ: ſed primũ eſt melius. Et ſm tertiũ, ſm Hoſt. ſunt de ſubſtãtia. Et intellige, quod à fortiori primum: ita quod ſi ne his non conſecratur epiſcopus. Vnde ſi cõſecretur à paucioribus, nihil ageretur. ſecundum gl. in c. epiſcopi. de tẽp. ord. & ſm gl. Ray. Vnde dicit Hug. di. lxvj. in c. porrò, qđ ſi in mundo nõ eſſent niſi duo epi, cõſecrari non poſſet epiſcopus donec papa aliũ inſtituerit, uel eo mortuo generalis eccleſia mutaret hanc formã traditã ab apoſtolis: & inſtitueret. ꝙ eps cõſecraret epiſcopum, uel ẽt presbyteri. ſm Ho. Si autem nec eps, nec presbyter eſſet: & tunc dicit implorandum eſſe diuinum iudicium, quid agendũ eſſet. Pet. tñ de Pal. dicit in li. de poteſt. Papæ, ternarium numerum non eſſe de ſubſtantia conſecrationis. Vnde & Gre. in hoc legiť in Anglia nouiter cõuerſa diſpẽſaſſe.

2 PRIMO quæritur, à quo fieri debeat prælatorũ conſecratio? Et dico, ꝙ Papã cõſecrãt epi cardinales, qui in hoc vicem obtinent metropolitani. di. 23. in nomine dñi. uel ẽt ille quẽ uult, cũ ſtatim poſt electionẽ habeat plenitudinẽ poteſtatis, ut ibi: ex conſuetudine tñ, ut dr̃, eſt eps Hoſt. Primates verò & metropolitanos conſecrant tres epi eorum ſuffraganei, omnibus aliis ſuffraganeis perſonaliter aduenientibus niſi eſſent neceſſitate impediti, quo caſu per literas cõſentiant. lxiiij. di. quia & di. lxj. archiepus. & c. porrò. & de temp. or. ſi archieps. & cum primatis conſenſu. ſi conſecratur metropolitanus. diſt. lxv. placet. ità ꝙ ſine eo non recipit executionẽ conſecratus: ut no. Inn. in c. ne epi. de temp. ord. Et licet ita ſit de mero iure: hodie tñ, ſm Ray. ex conſuetudine, quaſi nullus archiepus, patriarcha, uel primas conſecratur, niſi a Papa, uel ab alio de eius mandato, arg. 24. q. j. pudenda. quę tamen conſuetudo, ſm gl. eius non eſt generalis. Et idem puto de cardinalibus. arg. c. pudẽda. xxiiij. q. j. & ꝙ ibi no. & idẽ dicit Pan. in c. meminimus. de ac. de quolibet pręlato confirmato a Papa: quia benedici, aut conſecrari non poteſt per inferiorem, niſi de licentia Papę: ut in c. cum diſtribuendis de tẽp. ord. niſi aliud habeat cõſuetudo, ꝙ ſi ab alio forſan cõſecrarẽtur, parum prodeſſet: quia anteq̃ poſſent ſe archiepiſcopos, vel patriarchas noiare, & plura alia facere, oporteret eos pallium habere a Papa: niſi forte haberent ab aliquo de quatuor patriarchis principalibus. de quo vide ĩ. Palliũ. & ĩ. Patriarcha. Epm verò, ſi eſt exẽptus. conſecrat Papa, vel alius de eius mãdato, ſm Al. ſi uerò nõ ſit exẽptus eum cõſecrabit archiepus cũ duobus ꝓuincialibus epis, aut tres comprouinciales epi ex iuſſu archiepi: ita tñ ꝙ omnes epi cõprouinciales ſunt per epiſtolã requirẽdi, vt cõſentiãt: ut in c. ne epi de tẽp. or. ubi dicit Inn. ꝙ ſi quis eporum comprouincialium contemnatur in conſecratione archiepi, uel epi: poterit agere, ut officij executione priuetur: ſicut in electione agitur, ut caſſetur. de ele. qđ ſicut ar. de ele. cũ in ueteri. de arbi. cum olim. lxv. diſt. non debet.

3 †SECVNDO queritur, ubi fieri dẽat prẽlatorũ conſecratio? Et dico, ꝙ Papa in ſua eccleſia conſecrãdus eſt, ſi fieri põt: alias in quacunq; ẽt extra vrbẽ. diſ. xxiij. in nomine dñi. primas verò, patriarcha & metropolitanus, in proprijs eccleſijs, niſi aliud inducat neceſſitas: ut in d. c. pudẽda. & in c. ſi archiepus. de temp. ord. uel niſi aliud habeat conſuetudo probata. ẽt in cõſecratione Papę, ſm gl. Ra. & Su. Cõf. Eps aũt cõſecrãdus eſt, ubi metropolitanus elegerit. di. lj. c. vl. ĩ fi. niſi aliter hẽat cõſuetudo ꝓbata, ſm gl. Ray. & ſi alibi fuerit cõſecratus, dẽt ſm Ray. intra tres mẽſes a conſecratione ſe pſentare metropolitano ſuo. di. lxiij. cum longe.

4 †TERTIO. quæritur, qñ conſecrãdi ſint prædicti prelati? Et dico, ꝙ die dominica, hora tertiarum. diſt. lj. qui in aliquo. di. lxxv. qđ die. & c. ordinationes. & hoc intra tres mẽſes a cõfirmatione: nec vltra differri dẽt, niſi ſuadeat neceſſitas. di. lxxv. quoniã quidã. ubi nõ dr̃ poſt confirmationẽ: ſed tñ a cõfirmatione hoc tps incipit computari, ſm gl. Ray. & Hug. ibi, & nõ a tpe electionis: quia ante confirmationẽ conſecrari nõ potuit: ideoq; tps illud cõputari non dẽt: ſicut nec tps ſuſpenſionis in conſecratione beneficiorum de cõceſ. præben. quia diuerſitatẽ. Ray. tñ tenet illud cõputandũ eſſe ab electione. qđ põt eſſe verũ, qñ fuit negligẽs ad petẽdã cõfirmationẽ: quia & illud tps ſuſpenſionis computatur negligenti peter abſolutionem. ſecundum glo. in d. c. quia diuerſitatẽ. Et ſi ultra differat, communione priuatus expectatur per duos menſes,

intra

Nec tenetur, nec debet corrigere, ſi cõitati nec nocet, nec prodeſt correctio; & eius omiſſio prodeſt delinquenti ad emendationem: quia cã corrigendi eſt emendatio. Qñ uerò econuerſo correctio nõ expedit delinquenti, imò fortè nocet, & tñ cõitati prodeſt, corrigere tenetur: quia bonum cõitatis eſt melius bono iſtius. Si uerò loquamur de correctione fraterna: multò magis tenetur, ꝙ alij, ſiue peccatum ſit ſecretum, ſiue publicum: ſecreta tamen, ſecretè corrigere debet. Si verò non corrigit & emendat, cùm poteſt, mortaliter peccat. xliij. di. ſit rector. quod intellige ĩ mortalibus, & iuxta dicta §. priore.

11 †DVODECIMO quæritur, qualis debet eſſe correctio, ſiue punitio? Et dico, ꝙ debet eſſe non ex odio. lxxxvj. diſt. odio. quia ſi fieret animo deliberato nocendi notabiliter, eſſet peccatum mortale, nec etiam ex ira præcedente rationem deliberantem, quid faciendum eſt ſꝫm Aegi. de regi. prin. quia non audit rationem. vj. Eth. ſed ex charitate, vt delinquens corrigatur, vel ſaltem timeant alij ſimilia facere. 23. q. v. prodeſt. & non debet eſſe remiſſa: ſed debet eſſe cum ira, quæ rationem ſubſequitur, vt miniſtra, ſꝫm Aeg. ita, ꝙ ante iudiciũ rõnis exprimẽda eſt ira ꝑ manſuetudinem: & poſt iudiciũ, econuerſo manſuetudo eſt excitãda ꝑ irã, vt dicit: quia facilitas veniæ incentiuũ tribuit delinquendi. 23. q. 4. eſt iniuſta. & c. ſeq. Nec dẽt ꝓlatus corrigere lenitate patris, vt Heli, qui & ſꝫm Hier. damnatus fuit: ſed authoritate pontificis: quia debet prælatus miſericordiã præſtare pœnitentibus, non aũt impœnitentibus, & incorrigibilibus. 33. q. 4. non põt ita tñ, vt ſeueritas lenitati miſceat. di. xlv. diſciplina. & potius ad beneuolentiã ꝙ ſeueritatem declinãdum eſt. ea. diſt. licet. & diſt. l. ponderet. Memor tñ debet eſſe prælatus eius. qđ dicit Aug. cõtra epiſt. Parmeniani: Tanto, inquit, eſt efficacior emendatio prauitatis, quanto diligentior fuerit obſeruatio charitatis.

12 †DECIMOTERTIO quæritur, qđ ſi prælatus in corripiẽdo modũ excedat? Et dico, ꝙ ſi nõ excedit à ꝓpoſito: in nullo tenet. ꝑ c. oli. cãm. de reſt. ſpo. Intellige primò quãtũ ad pœnas humanas: ſed non quo ad Deum, q etiã venialia minima punit, ſꝫm doc. Secundò quo ad humilitatẽ veniæ petende ab offenſo, à quo eã petere non tenetur, ſꝫm Aug. in reg. & 86. diſt. qñ neceſſitas. Si tñ ex malignitate, vel odio excederet, veniã petere teneretur, quia tenetur iniuriarũ. ff. ad le. Aqui. l. quẽadmodũ. §. magiſtratus, vt no. in gl. in d. c. qñ. & tex. eſt in l. nec magiſtratib. ff. de iniur. Si autem à ꝓpoſito, ſiue non modum excedat: ſubditus poteſt appellare, ſaltem ad papam: & ſi nõ ſemper in ſuo ordine, vt ſ. Appellatio. §. vij.

13 †DECIMOQVARTO q̃ritur qualiter in correctione ꝓcedendũ ſit, qñ in ſcelere eſt multitudo? Et dicit S. Th. 2. 2. q. 108. ꝙ debet ſumi de ea vĩdicta, vel ꝙ tum ad totũ: ſicut Aegyptij ſubmerſi ſunt in mari rubro: & Sodomitæ vniuerſaliter perierunt. Vel quantum ad magnã multitudinis partem: vt Exod. 24. in pẽnã eorũ q vitulum adorauerũt. Qñ verò ſperatur multorũ correctio, vindicta exerceri dẽt in paucos principaliores, quibus cęteri terreãtur: ſicut Dñs Numeri xxv. mandauit ſuſpendi principes populi pro multitudinis peccato. Si autem nõ tota multitudo peccauit, ſed pro parte, tunc ſi mali ſecerni poſſunt à bonis, dẽt in eos exerceri vindicta, ſi fieri põt ſine ſcãdalo aliorũ: alioquin parcendum eſt multitudini, & ſeueritati detrahendũ. Et eodẽ mõ tolerãdũ eſſet peccatũ principis, ſi puniri nõ poſſet ſine ſcãdalo multitudinis: niſi fortè eſſet peccatũ tale, qđ magis noceret multitudini ſpiritualiter, vel tẽporaliter ꝙ ſcandalũ qđ timetur.

14 †DECIMOQVINTO q̃ritur, quot ſunt cãæ licitè diſſimulandi, & non corrigendi peccata? Et dicit Vldr. ꝙ ſunt quatuor. Prima, cũ mali diſcerni non poſſunt à bonis. Secunda, cũ multitudo tãta eſt, vt ſine eccleſiæ ſciſmate, uel bonorũ inuolutione fieri non poſſit. Tertia, qñ de emendatione probabiliter ꝓſumit: vt quia ex infirmitate, vel ignorãtia peccatur. Quarta, ſi mali eccleſiæ proſunt exercitãdo bonos: & nõ obſint. probant hęc x. diſt. comeſſationes. & diſt. l. vt cõſtitueret. 24. q. 4. ipſa pietas. & c. cũ quiſq;. Vltimũ tñ intellige ſi nõ ſperatur correctio malorum.

15 †DECIMOSEXTO q̃ritur, vtrum peccet mortaliter ſubditus aut ꝓlatus corrigẽdo exiſtens in mortali. Sed quia circa hoc multi multa loquuntur. dico tria breuiter reſoluendo mẽtem S. Th. 2. 2. q. 33. & 4. di. xix. ¶ Primum eſt, ꝙ ꝓlatus, ſi ſit in mortali publico vel occulto, peccat corrigendo ex officio ſuo vt prælatus, vel quicquid aliud faciẽdo: quia indignè vtitur ſuo officio: & ſꝫm Pet. de Pal. peccat mortaliter: quia ſuſpenſus eſt corã Deo. ad qđ facit 2. q. 7. q nec. & de conſ. diſt. 5. c. fi. Sed limitat idem Pet. in prælato ſpirituali: quia temporalis, puta iudex, non peccat

peccat mortaliter, ſuſpendendo ſure, licet ipſe ſit in mortali. ¶Secundũ eſt, ꝙ ſiue p̃latus ſiue ſubditus corrigendo, nõ vt miniſter eccleſiæ, ſed ex zelo charitatis, peccare nõ põt, niſi ratione ſcãdali, qđ ſolùm in notorio locum hẽt: vñ non peccat ẽt, exiſtens in peccato notorio, ſi cum humilitate corrigat. qđ non eſt intelligendũ cũ humilitate, i. contritione vt exponit Suppl. quia ſic nõ eſſet in mortali: ſed, ſicut ipſe vr̃ ſe declarare in quarto, cum humilitate, i. nõ ꝑ modum corripiẽtis, ſed rogantis: vt exemplo ſuo non incitet̃ ad malum. Et ratio eſſe poteſt: quia tunc nõ corrigit vt eccleſiæ miniſter: nec etiam cum ſcandalo: quia illud auertit humilitas exterior in verbis. ¶Tertium eſt, ꝙ exiſtẽs in peccato notorio peccat: & intellige mortaliter, docendo ex officio p̃lationis: ſicut qui prędicat, docet: cum nulli hoc liceat, niſi prælato, vel eius auctoritate, vel docendo ex officio magiſterij, ſicut docẽt magiſtri Theologię: quia vterq; impedit finem ſcripturæ: qui eſt ꝑuẽtio ad ęternã vitã. Qui aũt eſt in peccato occulto, peccat docẽdo primo mõ, nõ ſcđo.

16 † E T licet, qui alium corripiẽdo iudicat, ſi in eodem peccato ſit, ſeipſum cõdemnet, i. condemnabilẽ oſtendat: nõ tñ ex hoc ipſo nouã cãm damnationis ſemper adijcit. De materia huius tituli plura habes ĩ. Pęna. & ĩ. Percutere. ĩ. Scãdalum. vtrum ſ. ꝑꝑ illud ſit dimittenda correctio. & ſ̃. Contumelia, vtrũ ſit dicẽda cauſa correctionis. & de correctione permiſſa doctoribus. ĩ. Excõmunicatio. vj. §. iij. vide etiam ĩ. Denunciatio. de iſta materia. & ĩ. Inquiſitio. j. & ij.

CORPORA ſanctorum de loco ad locum transferri non poſſunt ſine licentia epi. de conſ. diſ. j. corpora. quod verũ eſt, qñ iã tradita erãt perpetuę ſepulturę. ff. de re. & ſump. fu. l. vlt. de quo vide ĩ. Reliquiæ. per totum. & Excõicatio. 6. §. xlj.

DE CORPORALIBVS, ET PALlis altaris, & Veſtibus ſacris.

1 *Corporalia, & pallæ prout ad diuina referũtur, quid ſint. Et quot pallæ in altaris aut eſſe debeant, aut ſufficiant.*

2 *Corporalia, pallæ, & huiuſmodi, a quibus lauanda, aut tractanda ſint. Et an poſt lotionem ſint reconſecranda, vel rebenedicenda. nu. 3.*

4 *Caſula de veſte alicuius matronæ num fieri poſſit. Et vtrum veſtes ac manutergia eccleſiaſtica poſſint ad laicorum vſus conuerti. nu. 5.*

1 CORPORALIA, † ſeu corporale altaris, dr̃ pãnus, quo immediate corpus Chriſti in miſſa cõtinetur, & contingit: qđ ſemp ꝑ debet eſſe bñdictũ. Palla verò eſt veſtis ſiue cooperimentũ altaris, ſ. ꝙ ĩmediate extenditur corporale, quam in neceſſitate nõ oportet eſſe benedictã, vt ſ̃. Benedictio. §. v. Et vtrunq; horũ dẽt eſſe de panno lineo ſimplici, non de ſerico vel intincto. xxv. diſt. perlectis. de conſ. diſt. j. cõſulto. Et debent eſſe ipſæ pallæ tres. ſ̃m aliquos, in repræſentationẽ Trinitatis. Vnde dicit Su. Roſ. ꝙ ſufficit vna triplicata. Sed hoc non bene dr̃: quia ſi ideo deberent eſſe tres, vt repræſentarent Trinitatem: non liceret ibi hr̃e quatuor, contra tex. de conſ. diſt. ij. ſi ꝑ negligentiã. Vnde ſ̃m Pet. de Pal. requiruntur ad minus duæ: & ſufficiunt: vt reſpõdeant linteaminib. quibus inuolutũ fuit corpus Chriſti, q̃ pluraliter nominãtur, & intellige duę, excepto corporali.

2 † P R I M O verò q̃ritur, qualiter & à quibus hæc ſunt lauãda aut tractanda? Et dico, ꝙ veſtimenta ſacra non niſi à ſacratis hominib. tangi debent. de conſ. diſ. j. in ſancta. & duobus c. ſequentib. & ꝑ corporalibus lauãdis miniſtri. ſ. diaconi habere debent nouã peluim: & aquã in ſacrario proijcere. ſ. ſaltẽ quantum ad primã lotionem. de conſ. diſ. j. nemo. nec lauari debent ꝑ fœminas. nec tangi, ẽt ſi ſint ſacratæ, i. moniales. 23. diſ. ſacratas. & de conſ. diſ. j. nemo. el ij. & ibidem dr̃ de alijs paramentis, vt ſunt pallæ, vaſa, & hmõi, quod ſ̃m Hoſ. in Sum. tit. de Eucha. intelligitur, qñ ſunt per põtificem benedicta. de relig. do. c. 3. Hoc tñ per contrariã conſuetudinem abrogatum eſt, quã Supplementũ dicit non valere, quia continet diuinã irreuerentiã. Sed dicit Sum. Ro. & Ang. ꝙ valet. Et hoc tene: quia hoc non eſt irreuerentiã, ſed non reuerentia tanta. Imò dicit Pe. de Pal. ꝙ excuſat moniales lauãtes corporalia. & à fortiori ĩ alijs. Sed dico, ꝙ nõ valet quo ad corporalia ꝑꝑ rationem poſitã in d. c. nemo. ne ſ. fragmenta vel pulueres dominici corporis male tractentur, aut à profanis contingãtur: circa quod non poteſt eſſe conſuetudo rõnabilis. Et idem vr̃ de purificatoribus, quibus interdũ ſtillę ſanguinis imbibuntur, & reliquiæ corporis adiunguntur. Si autem iam ſint lota: puto ſ̃m mẽtem Pet. de Pal. ꝙ poſſint per moniales reparari ſi ſit conſuetudo.

3 † S E C V N D O quæritur vtrũ poſt lotionẽ ſint ꝓdicta reconſecranda vel rebenedicenda? Et dico, ꝙ nõ; quia formã nõ ꝑdunt, ẽt ſi diſcedat amictus & reponatur: & idẽ dico ſi reſarciuntur, dũmodo non fuerit tanta fractura,

fractura q formam corrumperet: qđ tūc eſt quando tanta eſt, q eis arbitrio boni uiri ꝑ corporalibus quis vti non poſſet. ꝑ quo faciunt no. in c. 1. de conſ. eccle. vel alta.

4 †TERTIO queritur, vtrum de veſte alicuius matronæ fieri poſſit caſula? Et dicit glo. in c. nuptiarum. de conſec. diſt. 1. q non. & idē Arch. poſt Hug. in Roſario, qđ Arch. dicit eſſe honeſtius, ſed non reperi alicubi expreſſe ꝓhibitū. Ego uerò dico, qđ ꝑ bñdictionē & dedicationē ad cultū diuinū inde oīs macula purgatur, quia nō ſunt magis ꝓ fana q̄ templa idolorū, quæ Deo conſecrata leguntur. Facit c. non liceat. 16. q. vlt.

5 †QVARTO q̃ritur, vtrum veſtes & manutergia eccleſiaſtica deputari poſſint ad vſus laicorum? Et dico, q non. de rerū ꝑmu. mācipia. qđ intellige, ſi erāt dedicata immediatè cultui diuino, ſecus ſi erāt immediatè ad vſū miniſtrorū extra miniſteriū: quia B. Martinus ep̄s dedit pauperi tunicam ſuam. De hac materia uide multa ſ. Benedictio.

## DE CORPORE VITIATIS.

1 *Corpore uitiatus, ſiue nouum, ſiue uetus ſpectamus teſtamētū, quiſnam dicatur. Et quo tēpore ſpectata ſunt magis corporis uitia.*

2 *Corpore uitiati, num ſint ad ordines ſacros promouendi. Et ibidē de hoc reſolutio. Et quid de mutilato. nu. 3. & ibidem, quid ſi mutilatio, aut huiuſmodi defectus, promoto iam ſuperuenerit. Et quid de membra ſuperuacanea habente. num. 4.*

3 *Membrum ſi quis ſibi ex indignatione, ut puta dentem, aut quoduis aliud truncauit. an irregularis ob id fiat. Item quid de claudo, cæco, oculis ue maculato ab ortu, aut ſine culpa; item de gibboſo. Et quid de leproſo, aut abſtemio, & uinum non bibente, de furioſis, caducis, dæmoniacis, & quis in prædictis diſpenſet. vſque ad finem.*

1 CORPORE †uitiatus in ordine ad ſacros ordines noui teſtā, ſm̄ Aſten. & alios Canoniſtas dr̄, qui eſt mutilatus vel debilitatus membro, i. qui caret mēbro: vel hēt qdē membrū, ſed inefficax: vt oculū cæcum, manū aridā, & hmōi. Quantū uerò ad ordines ueteris teſtamenti, multa erant corporalia uitia, de quibus Leui. 21. quę hodie ab ordinibus non repellunt. 7. q. 1. qualiter. Et ratio eſt, quia ſacerdotiū tunc erat magis figurale, & magis corporale quàm modò: vnde magis conſiderabantur corporalia uitia, quę erant ſpiritualium ſigna.

2 †PRIMO verò quæritur in generali, vtrū corpore uitiati promouēdi ſint ad ordines ſacros? Et dico, q nō, & duplici cā ſm̄ iura. Primò ꝑ inhabilitatem ad officium exequendū. Secundò propter deformitatē ad ſcandalū tollendū. Vnde hoc ḡnaliter tenēdū eſt, q uitiū corporis q̄uocunq; prouenerit, ſi reddit inhabilē ad frangēdū, uel cōtrectandū hoſtiā, impedit promouendū, & ꝓmotū ꝓhibet miniſtrare, & ſimiliter oē uitium notabile in oculo uel manu uel humeris ſcandalū generans, iuxta ea q̄ dicentur §. ſeq. Hoc ēt tenendū eſt, q ſua culpa corpore uitiatus repellitur, nō aūt uitiatus ſine culpa, ſm̄ Ray. niſi timeatur ſcādalū ex deformitate, uel ex debilitate periculum. Et ſi dubiū ſit, utrum inde ſcandalū generetur, necne, ſm̄ Gof. & ſimiliter ſm̄ Inn. ī c. 1. de cor. uitia. iudicabit epiſcopus. & allegat c. 2. eo. ti. q vr̄ velle, vt hoc iudicet Archiep̄s cum ſuffraganeorū conſilio. Sed dici pōt, q ille archiepiſcopus erat ep̄s reſpectu corpore uitiati: & q đ additur de ſuffraganeis, dic quo ad ep̄m ſufficere Archidiaconi conſiliū. ar. ibidē, iuncta gl. Hæc tñ Sū. Ang. limitat quo ad non exēptos, in religioſis aūt exēptis dicit, q iudicabit ſuus p̄latus ordinarius. Sed hoc non bene dr̄: quia ille non hēt ordines cōferre, ſed ep̄s: nūq̄uā autē artifex inferior vel non ſuperior iudicat de materia, circa q̄ ſuperior operatur, vel formā inducit, ſicut q̄ dolat lapides ad domum cōpaginādā, nō iudicat quales eſſe debeant: ſed hoc accipit à cōpaginatore: & ipſe exeq̄tur vt ille iubet.

3 †SECVNDO quæritur ſpecialiter, utrū mutilatus ſit ꝓmouendus? Et Arch. cū alijs Canoniſtis ſic diſtinguunt: Aut. n. eſt mutilatus ſeu priuatus mēbro magno & manifeſto, q. ſ. inducit deformitatē notabilē, ut eſt priuatio naſi: uel inhabilitatē ad exequēdū offm̄, ut priuatio manus, & hmōi: & tūc impedit ꝓmoueri. & cū tali defectu ꝓmotus deijcit, ex quacūq; cā ꝓuenerit, iuſta vel iniuſta, nāli, uel accidētali. Si tñ talis defectus ꝓ motioni ſupuenit, & nimis deforme nō reddit, exeq̄ poterit officia, ad q̄ ex illo defectu nō impedit: ſicut ſacerdos cæcus nō celebrabit miſſā, aut aliàs in altari miniſtrabit: ꝑdicabit tñ, & audiet ꝯfeſſiones: nec à bñficio remouebit, ſi nō fuit in culpa: q̄a afflicto addi nō dēt afflictio. 7. q. 1. cū ꝑcuſſio. Dabit tñ ei coadiutor, ſi tale bñficiū ē, cui ipſe deſeruire nō poſſit. đ cler. ęgro. c. 3. Aut eſt mutilatus mēbro paruo vel occulto: & ſubdiſtīguit. Nā ſi hoc fuit ſpōte, & ſine iuſta cā, repellit indiſtinctè à ꝓmotione, in quocunq; mēbro, ſiue à ſe, ſiue ab alio, & iā ꝓmotus deijcitur

licit:etiã ſi ſe caſtrando putabat obſequiũ p̄ſtare Deo.extra eo.ſignificauit.etiã ſm Inn. ſi non totum membrum amiſit,ſed partem, quæ aut deformitatem ſcandaloſã generet. extra eo.c.j. aut inhabilem redderet ad officium exequendum. extra eo. Tho. Secus in alijs,ſ.partibus uel etiã ſedentem excuteret, ſ.totum.Si autem ſponte quidem, ſed ex iuſta cã,puta p̄p uitæ periculum,ne reliquum corpus inficeretur,fecit ſibi amputari, uel ipſe,cum chirurgius eſſet,amputauit membrũ occultum: puta uirilia : uel manifeſtum,ſed paruum:ut digitum non neceſſarium,ſ. ad ſignum crucis faciendum : nec repellitur à promotione,nec promotus deijcitur. Et idem eſt ſi ex cã iniuſta, non aũt ſponte, ſed inuitus : puta, ab amicis caſtratus eſt : uel ſi ſit ſic natus.Nec eſt neceſſarium,ſm Hoſt. q̄ talis caſtratus ſecum teſticulos deferat: ut aſtruunt imperiti uulgares.Nõ deberet ẽt ſe incidere clericus chirurgicus,ſm Ray.niſi in neceſſitate,alio deficiente. Si aũt caſu in tale aliquid lapſus eſt:diſtingue, quia ſi dãdo operã licitæ rei, puta, ſi dolãdo ligna amputauit ſibi partẽ digiti minimi:nec repellitur, nec deijcitur.Si uerò illicitæ rei operã dabat, & à caſu mẽbrum amiſit,à promotione repellitur, licet miſericorditer, i.ex ep̃i diſpẽſatione toleretur in ſuſceptis, ſi membrum uel pars membri deformitatem modicã generaret. Trahuntur p̄dicta ex dictis Ray.Guil.Inn. & Bern.& ex diſt. 55. ſi quis abſciderit . & ex alijs capitulis,& extra eo.ſignificauit.& c.fi. ex quo iuncta gl.per contrarium ſenſum elicitur, q̄ amittens ungulam pollicis caſualiter dando operam illicitæ rei, ſine diſpenſatione celebrare non poteſt.

4 †TERTIO quæritur, quid de habente membra ſuperflua? Et dico. q̄ habens ſex digitos in pede indubitanter promouetur, ſm Arch.etiã ſm Hoſt.ſi habeat in manu, uel ſi digitos habeat coniunctos, dũmodo ex hoc non ſit impedimentum in uſu membri. ff. de ædil.edic.item Offilius. adde etiam dummodo non inducat nimiã deformitatem. Et dicit gl.ĩ c.partẽ.diſt.55. q̄ habẽs ſuperfluos digitos, poteſt ſibi p̄ſcindere, ſic & dẽtes uel ungues nimis p̄lixos. Sed dubitatiuè loquitur.& uerum, puto quando inde nullum uitæ periculum immineret. Nec talis propriè eſſet colobon aut mutilatus,quia talia non ſunt propriè membra,ſed monſtra.

5 †QVARTO quæritur, quid de eo qui ex iniuſta cã,puta ex indignatione, ſibi dẽtẽ euulſit, uel membrũ qđcunq; truncauit: Et dico ſm Inn.in c.ſignificauit.de corp. vi. q̄ non eſt irregularis, niſi membrum vel partẽ amiſerit generantẽ deformitatem: ſi tñ non generet deformitatem,& ſit notoriũ,abſciſſionem ex indignatione proceſſiſſe: nec promoueri,nec in ſuſceptis miniſtrare ſine diſpẽſatione põt. Et ſimiliter ſi ſectio tãta fuerit, vt claudicationem inducat, repellitur tanq̃ corpore vitiatus.¶Quintò,quid de claudo? Et dico q̄ eũ conſuetudo nõ repellit: niſi talis ſit q̄ ſine baculo altari nõ poſſit aſſiſtere. ar.de cõſ.di.j. nullus.& di.xlv.diſciplina.Sed intellige de claudo naturaliter: vel ſine ſua culpa:de alio autẽ dic iuxta dicta s̃.§.ij. & 3. in fi.¶Sextò, quid de cæco vel oculis maculato à natiuitate,aut ſine culpa,vel ẽt de gibboſo? Et dico,q̄ cæcus ẽt ex vno tãtum oculo repellitur,ſm Arc.q̄ probat per c.ſi euangelica.di.lv.oculo verò maculatum,ſi deformitas nimia inde generetur: nec ius admittit nec conſuetudo.extra eo, cũ de tua,facilius tñ in religione,q̃ extra promouetur,ſm gl.Ra.vnde promoueri non põt, niſi diſpenſetur per papã, vel efficiatur religioſus, ſm Inn.in c.cum de tua.& idẽ Aſten. Si autẽ deformitatem non inducit,nõ prohibetur promoueri. Qđ quidem archieps conſiderabit: vt in d.c.tua.vbi mẽtio fit de conſilio ſuffraganeorum: qđ Archieps tenetur q̄dẽ exquirere:aliter nihil faceret:ſequi tñ nõ tenetur, ſm Vin.& Ber. extrà, de arb. cum olim.de quo vide s̃.Conſilium.§.ij. vel fortè etiã uidebit ep̃s: vt s̃. §. j. Si uerò in oculo non ſit macula:ſed alter altero ſit groſſior, aut certè vterq; prominens,ſm Aſten.talis promoueri non prohibetur.ff.de ædi.edic.l.q̃ clauiũ. in prin.Gibboſus quoq; minimè repellitur, niſi ſit deformitas nimia, uel debilitas, ſm Arc.¶Septimò,qđ de leproſo, aut uinũ omnino non bibente? Et dico, q̄ leproſus promoueri non dẽt,ſm Hug.di.xlix.§. hinc etenim. ſed & promotus populo celebrare non debet p̄p ſcandalum: ſi tamen non ſit deformitas nimia, non eſt prohibendus priuatim celebrare:vel ẽt leproſis in publico, ſi ſit potens,præſertim in digitis,nõ autẽ ſanis.Similiter nec promoueri põt qui uinũ nõ bibit: quia celebrantẽ oportet ſanguinẽ ſub uini ſpecie ſumere.2.q.7.ipſi Apoſtoli.Leproſus §.6.¶Octauò,quid de furioſis,lunaticis, caducis,& dæmoniacis? Et dicit.Gul.& glo.di. 33. in c.cõiter. q̄ nullus talium promoueri debet,ẽt poſtq̃ fuerint liberati: & adde etiã ſi cadens

ſi cadēs morbo caduco ſemel tantū cecidit: vt in c̄.maritum.ea.di. Si aūt iā ſunt promoti: aut ſunt omnino & ex toto liberati: & tūc exeq poterunt officiū ſuum: & ad ꝓbādum expectari dēt tpe arbitrio penſatis conditionibus morbi, & pſonæ. Aut nō ſunt liberari omnino & ex toto: & tunc ſi patiuntur frequenter aliquā harum paſſionum, omnino ceſſare debent ab officio miſſæ. 7.q.2. in literis. ſi autem raro, tunc aut cum ſpumectatione & uocis confuſione, & ſic iterum debent abſtinere: aut ſine hmōi: & tunc ab officio miſſæ nō prohibentur. dummō habeāt iuxta ſe alium ſacerdotem: q ſuppleat in defectus. 7.q.1. illud. Quidā tamen hoc de dæmoniacis non admittunt: dicentes, ꝙ oportet oīno eos liberos eſſe. Sed mihi vr̄, ꝙ licet fuerint de hoc opi. vt no. in d. cōiter. ſi tñ ꝑ annum ſteterint liberi, miniſtrare poſſent ſm diſcretionem epi: non autem promoueri, vt dictum eſt. Omnium autem p̄dictorum ratio dicta eſt s̄. §. 1. ¶ Nonò queritur, quid de hermaphrodito & muliere? Et dico, ꝙ licet hermaphroditus magis in maſculinū ſexū uergat: tñ nec ordinari, nec ordinatus miniſtrare dēt, licet characterē ſuſcipiat. Si aūt magis in fœmininum ſexum, aut in utraq; æqualiter uergat: non ſuſcipit characterem ſm Guil. & multo minus fœmina: q̄ tamen presbytera dr̄: ut in d. c. presbyter. di. 32. non quia habeat ordinē ſacerdotij, ſed quia vxor ſit ſacerdotis: & diaconiſſa, quia homiliam legit. ¶ Decimò quæritur, quis in prædictis poſſit diſpēſare? Et dico, ꝙ ſm Aſten. de mēte Hoſt. in apparatu eps diſpenſare p̄t cum ſpōte mutilato, q̄tum ad membrum occultum, excepto caſtrato. Vnde dicit, ꝙ cum religioſi diſpenſare p̄t ut celebret cum ligneo pede: ſed ſi membrū apparet, cum eo diſpenſare non pōt niſi papa, quando fuit in culpa uitiationis. de cor. uit. c. 1. de cle. pu. in due. c. 1. De hoc tñ uide ī. Diſpenſatio. c. 1.

¶ CORPVS Chriſti uide ī. Euchariſtia.

CRAPVLA eſt ciborum ſuperfluitas, ſm gl. in c. à crapula. de ui. & ho. cle. Vnde dr̄ crapula, quaſi cruda crapula de quo uide ī. Gula.

¶ CREDENS hereticorum. ī. Hereſis. j. §. 8.

CREDVLITAS duplex eſt: ut no. in c. inquiſitioni. de ſen. exc. una. ſ. temeraria & leuis: puta quando quis audiuit aliquid à leuibus, uel paucis perſonis, qbus credi non debet. hęc ad cōſilium ſui paſtoris deponenda eſt. Alia probabilis & diſcreta: puta, quia uidet ſolum cum ſola in la tebris, vel q a ita cōiter dr̄. Prima eſt ſuſpicionis, uel ſcrupuli, ſecunda uerò opinionis.

## DE CRIMINE.

1 *Crimen iuxta Gratianum triſ liciter ſumitur. Et quarto modo & proprie dictum quid ſit.*
2 *Crimen prout in mere eccleſiaſticum, ciuile, ac miſtū diducit, quid ſit iuxta quālibet ſuā ſpēm.*
3 *Crimina, aut enormia præter ſuperiorem diuiſionem ſunt, aut mediocria, aut minora. Et quid vnumquodq;. Et quæ promouendum impediant, aut promotum deijciant, & quæ minime.*
4 *Crimen quoque tertio in publicum, priuatum & exceptum diducitur. Et ibidem quid unū qdq;. Et qd̄ damnatus de quocūque crimine ab eccleſiaſtico iudice infamis efficiatur, ſicut & de crimine publico damnatus; cum huius limitatione.*
5 *Crimina quænā ſuſpenſione, depoſitione, aut degradatione digna ſint.*
6 *Criminoſus peracta pœnitentia, num ſine diſpenſatione celebrare aut promoueri poſſit.*

1 CRIMEN † ſm Gratianū di. 25. c. vnū. §. tunc. ſumit̄ tripliciter. Primò gn̄aliſſimè, ꝑ quolibet peccato ēt ueniali. Secūdò, pro peccato cōmiſſo ex deliberatione, ꝙ ſ. diuidit̄ ꝯ cōmiſſū ex ignorātia, uel infirmitate, ſiue ſit mortale, ſiue ueniale. Tertio, pro peccato mortali. Adde quartò iuridice, ꝓpriè ſumitur pro peccato, ꝙ depoſitionē, uel irregularitatē inducit: unde in c. Apoſtolus. 81. di. dr̄, ꝙ crimen eſt peccatum accuſatione & damnatione digniſſimum: & de iſto eſt hic intentio principaliter.

2 † PRIMO vero q̄ritur, de diuiſione criminis ī mere eccleſiaſticum, & ciuile, ac miſtū. Et dico, ꝙ eccleſiaſticum crimen eſt, ꝙ pertinet ad eccleſiæ iuriſdictionem: ut hereſis, ſacrilegiū, ſimonia, periurium, uſura, adulterium. 12. q. 2. in ſum. di. 77. de fo. cōpe. cum ſit generale. & ibi de hoc ꝑ doct. Crimen eccleſiaſticum mere eſt, ꝙ principaliter ortū à canonibus ſumpſit, & ſolum corā eccleſiaſtico iudice habet cognoſci? laicus autē de eo ſe intromittere nō p̄t: ut crimen hæreſis. Crimen uerò mere ciuile per oppoſitum eſt delictum ciuili l. prohibitum, aliàs in ſe non peccatū: ut ciuitatē noctu poſt ſignū peragrare. Crimen uero miſtū eſt, ꝙ ſpectat ad vtrunque forum: vt ſacrilegium, de cuius pœna ēt ſecularis iudex cognoſcere p̄t, illudq; punire, ſm gl. in uerbo, audiuimus. in c. felicis. de pœn. li. 6. & de hoc eſt gl. ſum. 11. q. 1.

3 † SECVNVO q̄ritur, de diuiſione criminū in enormia, & mediocria & minora? Et

dico,

dico, quod ſecundum Hoſt. & gl. Ray. criminum quędam ſunt enormia: inter quę ſunt, homicidium, ſ. voluntarium: & idem de caſuali precedente culpa, & ſimonia in ordine, & beneficio. Et idem dicit Goſ. addens uitium heręſis. 1. q. 1. ventum. Et hæc ẽt poſt pœnitentiã impediunt promouendũ, & iã promotũ deijciũt ẽt ſi ſit occulta. 1. q. 1. ventum eſt de hær. quicunq;. & c. ſtatutũ. lib. 6. de tẽp. or. qſitũ. de ſimo. tanta. & generaliter idẽ eſt de oĩ crimine inducente irregularitatẽ: alia verò enormia occulta, poſt pœnitentiã non impediũt promouendũ, nec promotũ deijciunt: ut in d. c. qſitũ. uide ĩ. Enormia. Quędã uerò alia ſunt medi ocria. Dñr aũt, ẽm Arch. mediocria exẽplificãdo adulteriũ, furtũ, ſacrilegiũ, periutiũ, fraus cũ dolo, inceſtus: multo magis vitiũ Sodomiticum. de exceſ. præ. clerici. & ſimilia adulterio maiora: & idẽ de fornicatione notoria cũ incorrigibilitate poſt monitionẽ. de coha. cler. & mu. ſicut. In his igitur diſtinguendũ eſt. Nã ſi ſunt manifeſta impediunt promouendũ, & promotum deijciunt. Et intellige manifeſta per ſnĩam, uel cõfeſſionẽ in iure aut euidentiã facti ut in d. c. queſitũ. quod ſi ſunt manifeſta ſolũ per famã, indr purgatio: quia preſtita quis abſoluetur: & ſi in ea defecerit, deponetur. de adu. ſignã ſti. & de purg. ca. c. ex tuarum. Si uerò hmõi crimina ſunt occulta: pñt tales poſt pœnitẽtiam manere in ſuſceptis, & ad ſuperiores ordines promoueri. de temp. or. c. ex tenore & c. queſitũ. Minora verò dñr reſpectu grauium: ut uenatio in clerico, ludus aleæ, & æbrietas. diſt. 25. c. 1. facere ſtrepitũ in ſynodo. 5. q. 4. in loco. & ſimilia. Et hmõi ẽt manifeſta nõ impediũt promoueudũ, nec deijciunt iam promotum. Si tñ poſt monitionem ſequitur incorrigibilitas, efficienẽ grauiora. Et idem Hoſt. uide etiam 1. §. 5.

4 †TERTIO queritur, de diuiſione criminis in publicum & priuatum, & exceptum? Et dico, quod crimen publicum eſt, cuius executio, i. denũciatio, uel accuſatio datur cuilibet de populo: qm̃ ad publicã vtilitatẽ ſpectat, ne crimina maneant impunita: ut ſunt homicidia, parricidia, adulteria, poſt quadrageſimã tñ diẽ: ut in l. iure mariti. C. de adul. & ſimiliter crimen læſę maieſtatis. Priuatũ aũt dr, cuius executio pertinet ad illos tm̃, quibus infertur iactura, ut furtum, illata dãna & iniuriæ. Exceptũ verò eſt ad cuius accuſationẽ, & teſtificationẽ ẽt laici cõtra clericos admittuntur, ſi zelo bono procedãt: vt crimen ſimoniæ, hæreſis, lęſæ maieſtatis, & ſacrilegij: de quibus uide concor. in gl. ſum. 2. q. 7. vbi additur crimẽ dilapidationis: & ca. cũ P. Mãconella. de accu. Aliq ñ tñ dr crimẽ publicũ, quod ad publicũ iudiciũ ſpectat: ut ſũt quę no. ff. de publ. iu l. 1. & 2. Et ibi Bar. in l. 1. dicit iudiciũ tripliciter dici publicũ. Primò largiſſime, ut oẽ, quod fit ad publicã uindictã, uel utilitatẽ. Et ſcdõ, qñ quilibet de populo pt accuſare pro quo dat regulã, quod in oĩ iudicio non reſpiciente offenſã certę perſonæ quilibet de populo pt accuſare: ut ſi quis iuret contra ſtatutũ prohibens iurare per corpus Chriſti, quilibet accuſare pt. licet talis non puniatur pœna infamiæ. Tertiò ſumitur ſtricte. qñ dãnatus ſtatim efficitur infamis: ut in l. 1. ff. de his qui not. infa. hęc ex illo. Secũdũ ius tñ canonicũ oẽ crimen dr publicũ, quod ad publicũ iudiciũ ſpectat puniẽdũ: ut in c. crimina. de collu. iuncta gl. Et dãnatus de quocunq; crimine ab eccleſiaſtico iudice, efficitur infamis: ſicut dãnatus pro publicũ crimẽ, quod limita uerũ, ſi dãnaẽ pro dolũ, nõ ſi pro culpã: ut no. Ang. Are. Iuſti. de ſuſpe. tut. §. ſuſpectus.

5 †QVARTO quæritur, quę crimina digna ſunt ſuſpenſione, quę depoſitione, & quę degradatione? Et dico, quod ſuſpenſione digna ſunt, ẽm do. Ant. in c. at ſi clerici. de iud. oĩa, ex quibus quis de facto eſt infamatus, qđ intellige, qñ populus ſcandalizatur. de pur. ca. c. 2. ẽt ſi ſit epiſcopus. Io. An. poſt. Arc. in c. 1. de accu. in gl. Depoſitione uerò digna ſunt, ẽm do. An. ubi ſ. omnia delicta cauſantia irregularitatem, quę doc. enumerant in c. niſi cũ pridem. §. propter conſcientiam de renũ. in gl. magna. de quibus ĩ. irregularitas. Item ſi ſint diu cõtinuata. 81. di. presbyter. in gl. Item fornicatio notoria, vel diu continuata, uel ſcãdaloſa. de exceſ. pl. quã ſit. Degradatione autẽ dignũ eſt oẽ crimẽ. de quo ĩ. Degradatio.

6 †QVINTO queritur, utrũ criminoſus celebrare, aut promoueri poſſit peracta pœnitentia ſine diſpenſatione? Et dico hoc patere ex dictis in §. 2. Secundũ gl. n. & Inn. in c. ex tenore. de tẽp. or. hoc eſſe pt, ſi crimẽ eſt occultũ. dũ tñ uere pœniteat, tex. eſt in c. fi. de temp. ord. quia ſufficit abſolutio ſacerdotis ex clauiũ poteſtate: & hoc niſi crimen ſit tale, quod executionem impedit poſt pœnitentiã: ut in c. niſi cũ pridẽ. §. 1. ut in eo quod irregularitatem inducit. Vel iſta de mediocribus intellige, ut patet ex d. c. ex tenore. Si verò crimen eſt manifeſtum aliquo trium modorum qui dicti ſunt, quamuis non ſit enorme,

me,ſed mediocre:ſiue diſpenſatione hoc fieri non pôt,ẽt peracta pœnitẽtia. Nec obſtat c.presbyterum.& c.peruenit,diſt.l. quia per illud non eſt ablata facultas diſpẽſandi cum uerè pœnitẽtibus:maximè ubi ſcãdalum nõ imminet.di.l.vt conſtitueretur. & c.dño sãcto.Et hæc vera ſunt in criminibus capitalibus,quæ dñr mediocria:ſecus in leuibus,de qbus ĩ.Enormia. De hac materia criminũ, habes ſ.tit. Accuſatio. & tit.Correctio.& ĩ. tit.Denuntiatio,& ti.Inquiſitio,& ti.Inſcriptio.& ti.Peccatum,& ti.Pœna.& ti.Vitiũ.

¶CHRISMA, vide ĩ.oleum ſanctum.

¶CRVCE ſignatus, uide ĩ.Indulgentia.§.x.

## DE CVLPA, ET DOLO.

1 *Culpa,quæ eſt in moribus peccatũ, in quo a peccato differat. Et quid a caſu fortuito.Et ibidem de dolo,& quotuplex ſit de calliditate, fallacia, ac machinatione, de ignorantia affectata.*

2 *Culpa iuridice loquendo, quot ſpecies,ſeu differentiæ ſint.Et quot iuxta canonum doctores. Et ibidem cuiuſque ſpeciei definitio, & exempla.*

3 *Culpa prædicta ſpecies qualiter diſtinguatur; an ex diuerſa diſpoſitione delinquentis, an uero ex ipſius rei natura. Dolus autem iuxta delinquentis interiorem diſpoſitionem per ſigna expreſſa,vel præſumpta,ſpectatur.*

4 *Culpa lata num dolo æquiparetur. Et id in quibus actionibus.Quid autem ſi lex,aut ſtatutum non requirit dolum, ſed ſimpliciter loquatur,an lata culpa dolo æquiparetur.*

5 *Culpa cuius occaſione, quis ex contractu teneatur. & pro qua ex officio, & pro qua ex maleficio.Et de his ſpeciatim.*

6 *Culpam eſſe,non prouidiſſe,quod a diligenti prouideri potuit.*

7 *Dolum in contractum tripliciter uenire.*

8 *Dolus an contractum ſpiritualem, puta uotum, & huiuſmodi, annullet. Et quid de contractu temporali.num.ſeq.*

10 *Dolum allegans,probare debet.Et ibidem,ꝙ vbi contractus ratione doli nullus eſt,ſi tamen uult deceptus, poteſt contractui præſtare, ne doloſo doloſus proſit.*

11 *Mediator alicuius contractus,an poſſit in contractu eodem teſtis eſſe.*

12 *Bona alicuius, quæ ex ſtatuto propter alicuius delictum prouenerunt, num quis tenere poſſit,ſi idem doloſe egit,ut ille delictum cõmitteret. Et num qui paciſci queat, ut de dolo non teneatur.*

13 *Pœnam ſpiritualem,nũ quis ſine dolo incurrere poſſit.Et quid de pœna corporali.Et in cauſa ſtatus, ſanguinis, uel famæ,qui dolus requiratur. Et an lata culpa dolo æquiparetur.*

14 *Iuris ignorantia,num a dolo, & conſequenter pœna, ad quam incurrendam dolus requiritur, accuſet. Et ad hoc ibidem, quod ubi ius,uel ſtatutum uerum dolum requirit, ignorans non incurrit pœnam eius, quamlibet ſit culpabilis. Et quid ubi requirit dolum præſumptum.*

15 *Ignorantiam iuſtæ cauſæ a dolo excuſare.*

1 CVLPA eſt peccatum in moribus,ſiue uoluntarium : unde cum aſſimiletur peccato in hoc,ꝙ uterque eſt deordinatus actus,i.non congruens debito fini : in hoc ab illo differt, ꝙ peccatum eſt in operatione naturæ,artis,& voluntatis · ſed culpa in operatione voluntatis tm̃, & patent iſta 12.q.2 1.c.2.Iuridice tñ loquẽdo,culpa ſm Pan.in c.vnico.de cõmo.eſt deuiatio ab eo, ꝙ eſt bonũ: & ꝑ hominẽ diligentiã poterat ꝓuideri.Vñ in hoc vltimo differt à caſu fortuito , qui ꝓuideri nequit.extra de homici. c.Ioannes.Dolus aũt aliqñ bonus,& licitus eſt,ſumiturq; pro ſolertia.Vñ dr̃ quis bonæ indolis,i.bonũ dolũ intus habens,i.bonum ingeniũ,& ſolertiã . Sicut Salomon iudicando meretrices adhibuit bonũ dolũ, i. ingeniũ,de ꝑſumpt.afferte.Et idẽ generaliter eſt quoties quis ſimulat,ut ſe , uel ſociũ ſeruet indẽnẽ à proximo : ut in l.1. ff.de dolo.vbi gl.exemplificat de capto à Genuenſi,qui ſe contractũ ſimulauit : ꝙ quidẽ licet: vt ff.de neg.geſt.l.at q natura.§.cũ me. & ff.de leg. 2.l.cum pater.§. Titia. & ff.ſi quis om.cau. teſta.l.qui autẽ.§.ſi patronus.Et de hoc ĩ.Simulatio . Aliqñ verò eſt malus: & ſic cõiter ſumitur.& diffinitur in d.l.1.à Labeone. ꝙ dolus malus eſt omnis calliditas,fallacia,machinatio ad circumueniendũ;fallendũ,& decipiendũ alterũ adhibita.Vbi ſingula ſingulis reddenda ſunt:ut.ſ. calliditas ſit ad circũueniendũ, fallacia ad fallendũ, machinatio ad decipiendũ . Et calliditas quidẽ cõmittit in animo,tacendo.ff.de act.emp. & uend.l. 1.Sicut ſi uenditor ſciuit rẽ alienã, aut obligatã,& tacuit.Fallacia aũt in verbo, mentiẽdo.ff.de fur.l.falſus.§.ſi quis.Machinatio verò fit arte verborũ.ff. de act.emp.& vend.l. Iulianus.§. idẽ.22.q.2. q̃cunq;. nã machinatio eſt occulta inſidiatio.Hoſt.aũt dicit, ꝙ dolus eſt inſidioſa machinatio : ut ſi cõmodatarius ſurripi fecit rẽ cõmodatã.ff. de dolo.l.1. vbi machinatio ponitur,prout ẽt includit mẽdaciũ, & calliditatẽ cũ intentione nocẽdi.Adde aũt,ſm Gem. in c.ſi cõpromiſſarius.§.ſi verò.de elect.li. 6. ꝙ doloſe facit qs qñ ſciẽter rẽ ſibi ꝓhibitã facit.Adde ſm, quòd

pignorantia affectata, quę.f.eſt.qñ quis noluit, aut diſſimulauit ſcire.de temp.or. cos. lib.6.eſt dolus.& non culpa. Differt autem dolus à fraude : quia illa propriè eſt per facta: iſta verò per verba,& facta.

2 †P R I M O verò quęritur, quot,& quæ ſint ſpecies, ſeu dĩæ culpæ, loquendo iuridicè? Et Bar.in l.ꝙ Nerua.ff.depo.vr̃ dicere,ꝙ sũt quinque: quia vltra leuiſſimã, & leuẽ ponit latiſſimã, quę eſt idem qđ verus, & manifeſtus dolus:& latiorem, quæ eſt dolus pſumptus:& latam, quæ eſt non intelligere, qđ omnes intelligerẽt, vel pars maior.tex.eſt in l.latæ culpæ. ff.de ver. ſign. & hoc vr̃ ſequi Sum.Roſ.cõtra Ang.& Supple.Sed eſt notãdũ,ꝙ cõiter gl. non ponunt, niſi latã culpã, non aũt latiſſimã: quia illa nõ ponit in numerũ cum dolo uero, nec latiorem. Vnde tex.in d.l.quod Nerua, ponit latiorem pro lata.& ſic collige ſm gl.in d. l. qđ Nerua. ꝙ noĩe doli non cõprehẽditur propriè qui ex culpa fecit: cum differat re,& nomine dolus a culpa: quia dolus eſt à propoſito.ff.de dolo.l. 1.§. dolũ.non aũt culpa.ff.man.l.ſi procuratorẽ.§.dolo. Intellige tamen à propoſito,i. intentione nocendi: quia dolus eſt cũ voluntate nocendi: culpa cum ſcientia, ſine uoluntate, niſi per accidens: negligentia ſine vtroque.Vnde & Bal.in l.q d ergo.§. pœna. ff.de his qui no.infa. ſentit dolum non eſſe regulariter culpã: quia dicit, ꝙ mitius agetur, ſi quis accuſetur de homicidio doloſo, & probetur culpa. verum eſt tñ, ꝙ lata culpa eſt dolus pſumptus: ita ꝙ vbi qs tenetur de dolo, venit ẽt lata culpa: tñ non eſt verus dolus: ut no.gl.in c.bona fides.de depo.& in conſcientia.vbi præſumptio ceſſat, lata culpa non hr̃ pro dolo. Igitur diſtinguẽdæ sũt tantummodò tres ſpecies culpæ: ſicut diſtinguunt cõiter oẽs canoniſtæ. Et ſunt culpa lata, leuis,& leuiſſima: inter quas, ſi qua media culpa inciderit ad alterum extremorũ, rõnabili iudicis arbitrio retrahẽda eſt. Lata culpa eſt deuiatio incircunſpecta ab ea diligentia, q̃ cõiter hñt hoĩes eiuſdẽ profeſſionis.Vñ ignorare, ꝙ cõiter ſcitur, eſt lata culpa.Vbi notanter dr̃, incircũſpecta,i.incõſiderata, ad dĩam doli, quæ eſt inſidioſa machinatio.Vnde ſi deuiatio eſſet ſerioſa, iam ibi eſſet dolus. Exẽplum huius eſt, ſi librum cõmodatũ dimiſiſti extra domũ ſuper bãcho, & ſublatus eſt, quia ibi eſt lata culpa, eo qđ tuæ profeſſionis homines hoc nõ feciſſent, ſcientes ibi librũ periculoſe locari. Si tamen error eſſet in eo, ꝙ non ſciunt cõiter hoĩes unius profeſſionis, uel artis, ſed ſolũ excellẽtiſſimi: non eſſet lata culpa; ſm Bar.in d.l.ꝙ Nerua. Sicut ſi pecuniã depoſuiſti apud cãpſorem, qui cõiter habebatur bonæ conditionis,& nõ erat: ſicut ẽt ſm Bal. in l.pignoris.C.de pig.act. non eſt lata culpa, ſi beſtias incurſu hoſtium perdidi accedens ad molẽdinum: ad qđ maior pars ſecurũ credebat acceſſum. Leuis autẽ culpa, eſt deuiatio incircũſpecta ab ea diligentia. q̃ cõiter habẽt homines diligentes illius profeſſionis.Vbi notanter dr̃, diligentes, ad dĩam latæ culpæ. Vnde leuis culpa, eſt omittere quod diligẽs homo nõ omiſiſſet: uel facere quod diligẽs non feciſſet. Exẽplũ huius eſt, ſi fœnerator pignoratas ueſtes non excuſſit eo tpe, quo diligens excuſſiſſet: uel ſi cõmodatarius rẽ commodatã locauit quidem in camera, ſed oſtium reliquit apertũ ex circumſpectione. Leuiſſima aũt culpa, eſt deuiatio incircumſpecta à diligentia, quã cõiter habent hoĩes diligentiſſimi: unde leuiſſima culpa eſt non puidere ꝙ diligentiſſimus puidiſſet.l.ſi putator.ff.ad le.Aquil. uel omittere ꝙ diligentiſſimus non omiſiſſet.l.diuus.ff.de offi.pſi. uel non facere ꝙ faceret diligẽtiſſimus. Exẽplum huius eſt, ſi commodatarius rem commodatam in camera & in arca locauit: ſed non firmauit arcam claue, & ſublata eſt.

3 †S E C V N D O quæritur, utrum iſtæ culparum ſpecies diſtinguantur ſolùm ex diuerſa diſpoſitione delinquentis: uel ex rei natura? Et dico,ꝙ nullo modo diſtingui pñt ex parte delinquentis ſolum: tũ quia diſtinguũtur in utroque iure humano, quæ non reſpiciunt interiorẽ diſpoſitionẽ delinquentis foris non apparentẽ, quantũ ad forũ iudiciale ad ꝙ maxime iſta deſeruiunt, ẽt quia ex parte delinquentis tã leuis, q̃ grauis.i.lata utraque põt eſſe leuis: ut ſi grauẽ admittat ignoranter: imo leuis põt eſſe grauis, & ẽt dolus rõne uoluntatis nocendi. Vnde diſtinguuntur ex natura rei, non q dẽ rõne obiecti, uel rei, cũ in re leui poſſit eſſe culpa lata: ſed rõne modi agendi. Dolus autẽ attenditur ſm diſpoſitionẽ interiorẽ delinquentis apparentẽ p ſigna expreſſa uel præſumptiua. Vñ q̃ primum in culpa apparent ſigna machinationis.i.malæ intentionis, tranſit in dolum, & deſinit eſſe culpa. Et hæc faciunt ad dicta s.Clericus 4.§.6. caſu 1.

4 †T E R T I O qritur, utrum lata culpa æqparetur dolo? Et dico ꝙ loquẽdo de actionibus

bus deſcendentibus ex delicto vel quaſi, nõ æquiparatur dolo, quãtũ ad pœnã corporalẽ, vt j.§.xj.& xij. Quãtũ verò ad pecuniariã, ẽt non æquiparatur ei, ſi lex, aut ſtatutũ expſſe dolum requirit: vt dicit Bar. in l. in actionib.ff.de in lit.iur.& gl. in §. ſuſpectus. Inſt. de ſuſpe.tu. Vñ dicit Bal.ĩ l. ſi quis id quod. in fi.col.ff.de iuriſd. om. iudi. ꝙ qñ dictum circunſcribitur ꝑ dolũ, non ſufficit culpa: ſecus in his, in quibus culpa venit punienda. Allegat l.ſenatus.C. de his q̃ ſibi adſcri.ali. in teſta.& l.plagij criminis.C. ad leg. Fal. de plag. Et vt no. Ang. in l.ſi quis.§.doli.ff.de iuriſ.om.iud.vbi mentio fit de dolo, requiritur verus dolus. Si verò lex aut ſtatutum dolum non requirit, ſed loquitur ſimpliciter: ſic ęq-paraẽ culpa dolo.ff.ne vis fi.ei. l. j. Similiter ei ęquiparatur in actionib. deſcendentib. ex contractu, vel quaſi: vt in d.l.quod Nerua.

5 †QVARTO queritur, ꝑ qua culpa teneatur quis ex contractu, & pro qua ex officio, & pro qua ex maleficio, i. dãno dato? Et quidẽ quãtum ad primũ q̃ſitũ patet ſ̃.Commodatum. §. 8. Quantum verò ad ẽm Pan. in c.cum cã, de teſti. dicit: ꝙ iudex tenetur de dolo, & lata culpa, non autem de leui: qđ verum eſt, qñ officium non aſſumpſit, vel queſiuit: ſed à ſuperiore impoſitum accepta ſit. Secus de eo, q̃ queſiuit, cum alius diligẽtior fuiſſet: quia tenetur etiã de leui. Similiter tenetur ſolum de dolo, & lata culpa agrimenſor, & allij aſſumpti ad calculũ, vel concordiã.& eſt tex.in l.fi.& ibi Bar.ff. ſi menſ. fal.mo.dix.& in l.fi.ff.de va.& extraor.cog. & no.gl.in c.quia indicante. de pſc.& idem vr̃ eſſe in oĩbus artificibus. Quod tamen fallit in exercentibus artem aliã tanq̃ peritis, i. qui ſe peritos, & magriſtros profitẽtur: quia tenentur de leui, & leuiſſima, ſecundum quãtitatem culpę, & imperitię. Facit quod no. gl. Inſti.de obli. quę ex quaſi delic.naſ.& tenet Pan.in d.c.quia indicante.de pſc. qđ verũ putarẽ, qñ aliàs diligẽtẽ q̃ſiuiſſet, niſi fuiſſet deceptus ex ꝓfeſſione iſtius: qui ẽt teneẽ de leui: aut diligentiſſimũ: q̃a tũc teneẽ de leuiſſima. Quantũ verò ad tertiũ, dico ꝙ in foro contentioſo tenetur ẽm, ꝙ teneẽ pro culpa quacũq;, vel dolo. Vtrum aũt in foro aĩę teneatur quis dãnũ reſarcire, qđ ex ſua culpa intulit proximo. Inn.ĩ c.quia pleriq;. de immu.eccle.vt ei adſcribit Sum.An. licet hoc in eo ibi non legã expſſe, ſed eſt in c. ſicut dignũ.de homi. vult ꝙ teneẽ ſolũ de dolo, & lata culpa: qđ multi doctores habent pro dicto ſingulari, tñ dico, Inquit, ꝙ teneẽ pro quacunq; culpa, pro quo tenetur iure canonico, vel etiã ciuili, per ea, quę dicam, inquit, j̃.Lex.§.4. Et pro hac opinione eſt glo. cum tex.in c.conſuluiſti.2.q.4. quę dicit, ꝙ occidens, nolens occidere, tenetur, ſi fuit in culpa, licet leuiſſima.ff.ad leg.Aquil.l.ſed & ſi quicunque.§.ij.& l.in lege.

6 †CVLPA aũt eſt, qđ à diligenti potuit ꝓuideri, & non eſt prouiſum.ff.eo.l. ſi putator.& tenetur ẽt quantũ ad Deũ, vt hic, & diſt.l.clerico.& 35.q.ij.in lectum.non tñ punitur rõne homicidij, ſed rõne negligentię. vt xv.q.j.inebriauerunt.hæc ille.& facit c.fi. de iniu.& dam.da.qđ loquitur indefinitè. Et hoc eſt tutius, inquit, cũ ipſe Inn.nullo iure dictũ ſuũ ꝓbet.quia d.c.inebriauerunt. ꝙ ꝓ ſe adducit, aut nihil, aut contra eum facit, ſi rectè inſpiciatur. cum hoc aũt concor. Io. And.in c.quoniã contra.de proba.quem ibi ſequitur Pan. Sed his nõ obſtãtibus, dictum Inn.placet magis: & eſt opinio cõmunior, q̃ ſequiẽ Io.de Ana.in d.c.ſicut dignũ. & Pan. ibi, & in c.j.de conſt.& in c.dilect.de arbi. & c.ſi ingreſſus.de iniur.& c.cum cãm.de teſt. & in multis alijs locis: & Lud.Ro. & Roſ. vt ſ̃.Aduocatus.§.24. Sed de his j̃.Reſtitutio.3. in pluribus.§.& maximè §.viij.

7 †QVINTO quæritur, quot modis dolus veniat in contractu? Et dico, ꝙ tribus. Primò, dando cãm cõtractui ꝑ contrahentẽ: vt puta, dolo te induxi, vt vẽderes mihi, ꝙ aliàs non eras venditurus: vel ꝑ aliũ mediatorem inducentem ad vendendum. Secundò, non dãdo cauſam: vt quia eras venditurus, ſed ꝑ dolũ te induxi vt minori p̃tio venderes. Tertiò nec ſic, ſed re ipſa euenit ſine dolo, & facto p̃ris: puta, ſi ambo ignorabant iuſtũ p̃tiũ.

8 †SEXTO q̃ritur, vtrũ dolus annullet cõtractũ ſpiritualẽ: puta, votũ, & hmõi? Et dicit Pan.in c.cũ dilecti.de emp.& ven.ꝙ non, nec poteſt quis excipere de dolo, qñ fuit inductus ad bonum, quia non eſt propriè dolus: puta, dolo induxi te ad religionem: vnde tenet ingreſſus. facit quod not.in c. cum dilectus.quod met.cau. Vide etiam gl.in l.à diuo.ff.de ritu nupt. quæ hoc tenet, etiam in matrimonio, & idem Veruc.

9 †SEPTIMO quæritur, vtrũ dolus annullet contractũ tẽporalẽ. puta, venditionẽ, & hmõi? Et dico ſic: Si dolus ꝑ cõtrahentes dat cãm cõtractui, nõ tenet ĩ ꝯctib. bonæ fidei, ẽm gl.& Pan. in c. cũ dilecti. de emp. & ven.& gl.in l.ij.C.de reſcin.ven. & glo. cum

Bar.

Bar.in l.& eleganter.ff.de dol.& placet,licet Pe.teneat contrarium.in contractib. autem ſtricti iuris tenet quidem cõtractus: ſed agẽs ex eo eliditur ope exceptionis.ff.de ver.ob. l.ſi quis cũ aliter.& C.de pac.l. cũ poſtea. Si verò dolus ꝓ aliũ à contrahentibus dat cãm contractui,ẽt bonæ fidei: tenet contractus: ſed agitur contra mediatorem de dolo. d. l. & eleganter.§.j.ff.de ꝓxene.l.ij.& 3.tenetur ẽt is,ꝓ quo factus eſt.ſi deeſt ſoluendo is, q̃ dolũ dedit, quod intellige inquãtum factus eſt locupletior:vt l.ſi.ff.de eo ꝓ quẽ fac.erit. in prin.& non plus. Si verò dolus non dedit cãm contractui,ſed incidit in cõtractũ:tenet quidem contractus: ſed in contractib.bonæ fidei agitur ex eo cõtractu,vt ſuppleatur prẽtium.ff.de act.emp.& ven.l.Iulianus.§.ſi vẽditor,erit tñ in emptoris arbitrio, vel ſupplere pñũ,vel reſtituere rẽ, ſi deceptio ſit vltra dimidiũ iuſti pretij. c. cũ cã.de emp. & ven. & C.de reſcind.ven.l.ij. imò in foro conſciẽtiæ,ẽt ſi deceptio ſit minus dimidio. In contractibus verò ſtricti iuris agitur de dolo. d. l.& eleganter.§.non ſolũ.in fi. Si aũt dolus, nec dedit cãm,nec incidit,ſed re ipſa euenit: ſic non eſt peccatum:nec reſtituere tenetur, niſi repetatur,ſi à principio nõ plus emiſſet, ẽtſi ſciuiſſet plus valere:puta,quia non expediat ſibi plus emere:ſi aũt plus emiſſet à prĩcipio ſi ſciuiſſet,& deceptio eſt notabilis:tenetur reſtituere rem,vel ꝑtium augere: vt d. l.ſi quis cum alter. vbi ęquiparat̃ deceptio veniens re ipſa,& ex propoſito,& d. c. cum dilecti.ſecus ĩ modico.Si verò vtraq; ſciebat rei valorẽ:dic vt ĩ.Emptio,§.8.Et iuxta ꝓdicta intellige l.ij.C.de reſcin. ven. & l. cũ æ. §. Pomponius.ff. de mino. & c. cum dilecti.& c.cum cã.de emp.& ven.vbi dr̃ licere contrahentibus vſque ad dimidium ſe decipere in contractibus bonæ fidei.

10 †ADDE prædictis primò,ꝙ dolum allegans,dolũ habet ꝓbare:vt ĩ.Locatio.§. xix. ¶Et ſecundò,ex Pan. in d. c. cum dilecti. ꝙ vbi contractus ratione doli eſt nullus:tñ deceptus,ſi vult,põt ſtare ꝯtui,ne dolus proſit doloſo: quia illa nullitas cauſatur in fauorẽ dolum paſſi,non decipientis.de rerũ permu. cum vniuerſorum.& hoc niſi contractus eſſet iure ꝓhibitus:vt in d.l.à diuo. iuncta gl.

11 †ET tertiò adde,ſi quæratur,vtrum talis mediator poſſit eſſe teſtis in contractu per eum celebrato?ꝙ Pan.in c.ex literis.de trãſ. dicit mediatorẽ alicuius contractus deſcribi poſſe,vt teſtẽ in inſtr̃o contractus ;non autẽ viuà voce teſtificari:vt not. in c. j. de teſtib. lib.vj.Et diuerſitatis ratio eſt : quia in inſtr̃o deſcribitur de conſenſu partis vtriuſq;: item tollitur ſuſpicio propter fidem inſtrumenti.

12 †OCTAVO q̃ritur; vtrum poſſit quis tenere bona alicuius, quæ venerunt ad eum ex ſtatuto ꝓꝑ delictum alicuius,ſi ipſe dolo ſe egit vt ille cõmitteret delictum? Et dicit Pan.in c.poſtulaſtis.de cõceſ.præb.ꝙ nõ. Et bene facit tex.ibi in fi.cum ſũa gl. ¶Nonò q̃ritur,vtrum poſſit quis paciſci, vt nõ teneat̃ de dolo?Et dico ꝙ non:vt eſt tex.in l.j.§.cõueniat.ff.depo.quia conuentio hæc eſt contra bonam fidem, & bonos mores: ideoq; nec ſequendam tex.ibi dicit.

13 †DECIMO q̃ritur, vtrum ſine dolo incurrere poſſit q̃s pœnã ſpiritualẽ,i.excõicationem ꝓlatã à iure,vel corporalẽ? Et de excõicatione quidẽ dico vt ĩ. Excõicatio vlt. §.3. De pœna verò corporali dico, ꝙ nunq̃ ſine dolo imponenda eſt. ſm̃ gl. & Bar. in l. actionib.ff.de in lit.iur.& Bal.in l.data opera.C.q̃ accuſa.non poſſ.& d.l.in lege.Vbi dicit Bar.ꝙ in pœnis corporalibus vel irrogãtibus infamiã lata culpa nõ æquiparatur dolo:& gl.in d.l.ĩ actionib.approbata cõiter:& Bar.in l.qd̃ Nerua.ff.depo.& d.l. in lege.dicit ꝙ ĩ cã ſanguinis,ſtatus,vel famæ, lata culpa non ęquiparatur dolo: ideoq; in his verus dolus requiritur:non obſtante,ꝙ Ang. ĩ d.l.in actionibus. tenens contrarium, dicat Patauinum conſilium contra Bar. conſuluiſſe in hoc: quia ſi conderetur l. j. C. de noxa. verior eſt opinio Bar.& iura quæ Ang.adducit in cõtrarium, continent caſum ſpecialẽ.

14 †VNDECIMO queritur vtrum iuris ignorãtia excuſet à dolo, & conſequenter à pœna, ad quã incurrendã requiritur dolus? Et dicit Cy.in regula,ignorantia.li.vj.ꝙ ſic: quia licet iuris error ſit lata culpa, nõ tñ eſt dolus:vt ff.de his q̃ no.infa.l.j.vbi gl.ſingularis.facit l.j.ff.de abige.& qd̃ no.Bar. in l.ſi quis in tãtã.C.vñ vi.vbi dicit, ꝙ minor credens ſibi licere,rẽ ſuã ſine cuiuſcunq; authoritate occupãs:nõ incurrit pœnã d.l.ſi quis. quia non eſt in vero dolo.& allegans l.j.C.ſi aduer.delic.& ſequitur d.Ant.in c.j.de do.& contu. allegans l.ſi ex cã. §. ſi cõmiſſum. ff. de min.Et pro hoc etiã, f. ꝙ ignorantia excuſet à dolo,ex tex.& ibi Bal. in l. ſed & ſi l. §.ſcire.ff.de pet.hær. vbi error iuris excuſat ab inuaſione,ne quis dicatur prædo. Idẽ tenet Sal. in l.ſenatus. C. de his qui ſibi aſſcri. aliq.ĩ teſt.& Ang.in l.ſi q̃s id.§.doli.ff. de iu

riſ. om. iud. vbi allegat But. fortius dixiſſe, ꝙ ēt ignorantia iuris naturalis excuſat à vero dolo. Et ad l. 2. C. de in ius uo. quæ vr̃ cõtraria. dicit. ꝙ ibi nõ requirebatur verus dolus, ſed præſumptus. Et ita tenuit do. But. in regula. ff. de iur. & fac. igno. Qđ Ang. limitat in l. 2. ff. ꝙ quiſque iur. uerum, niſi ſit doctor uel aſſeſſor, cui turpis eſt iuris ignorantia. Et idē Ang. dicit in d. l. ſenatus. ꝙ creditur allegãti ſe ignoraſſe ius, ad excludendũ dolũ, & conſequenter pœnam, quę eſſet imponenda ꝓ dolum, & dicit ibi eſſe caſum. Ex ꝓdictis oĩbus collige, ꝙ ubi ius uel ſtatutũ requirit uerum dolum, ignorans non incurrit pœnam eius, quantumcũque ſit culpabilis, licet alio modo ſit puniendus, ſm̃ modũ culpæ. Vbi vero ius, uel ſtatutũ requirit dolum prę́ſumptũ, ignorãs craſſe & ſupine nõ excuſatur: quia eſt in dolo præſumpto, ꝙ patet in cenſuris eccleſiaſticis: quæ cum requirant dolum præſumptum, taliter ignorans non euitat illas: ut patet in c. animarum periculis. de conſt. lib. 6. Secus ſi eſſet leui culpa ignorantiæ.

15 †DVODECIMO quæritur, utrũ ignorantia iniuſtæ cauſæ excuſet à dolo? Et dico ꝙ ſic: & quẽlibet: ut no. Bal. in c. ut aĩarũ. in prin. 2. col. de conſt. lib. 6. vbi dicit, ꝙ perturbans aliquē in poſſeſſione ex iniuſta cã, putans ſibi licere, excuſatur à pœna ſtatuti punientis in centũ, ꝙ dolum requirit: ꝓ nota in l. plagij criminis. C. ad leg. Fauiam. de plag. notat ēt Ioan. An. in tit. de arbit. in additio. ad Spec. & idē no. in c. 1. de elect. li. 6. & Bal. in auth. generaliter. C. de epiſ. & cler. & ſequitur do. Lud. de Roſ. in rub. de arbit. col. 28. & pro hoc gl. in l. unica. §. fi. in magna gl. ff. ſi quis ius di. non obtem. & Bar. & Ang. in l. 1. in fi. ff. de abige. Inno. in c. de ſeruorum. de ſeruis non ordi.

CVPIDVS non eſt ordinandus. uide ĩ. Ordo. 4. §. 2.

## DE CVRA ANIMARVM.

1 *Cura animarum duobus modis dicitur. Et quid ſecundum quemlibet modum.*

10 †SEPTIMO quæritur, quantū ad ſeparationē matrimonij conſummati,quo ad cōuerſationem coniugalē,rōne adulterij factā. quantū extendatur iſta cā adulterij, vel fornicationis?Et dico,ſm doct.extēditur nō ad volūtatē adulterādi,ſm Veru. ſed primò ad ſuſpicionem, violentam, vel certam de huiuſmodi: puta, ſi probatur, ꝙ fuit ſolus cum ſola, nudus cum nuda in eodē lecto: aut ſimul in ſecretis locis & latebris commodis,& horis electis.32.q.j.dixit. Secundò ad vitium Sodomiticum, ſecūdum Hug. Lau.Io.Cal.do.Ant.& Pan.in c.maritus. de adul. quia noīe fornicationis intelľr oīs illicitus coitus.32.q.7.nō ſolū.32.q.4. meretrices.Et quāuis Inn.in d.c.maritus. & gl. in c. oēs.32.q.7.teneat cōtrarium,primum tñ eſt verius:q̃a matrimonio fit iniuria maior. Et addit Pet.de Pal.hoc extendi ad vitium Sodomiticū, & pollutionē extraordinariā cū alio,vel alia,et extra clauſtra pudoris: etiā ſi erat ſua,ſm Hug.& Lau.ea non exiſtente in culpa.Sed hoc limita,ſi nō vult corrigi.Imò extenditur,ſm quoſdā.& S.T.4.diſt.25.ad peccatum contra naturā. Sed hoc nō eſt verum in molitie,ſm Hug.Ro.& glo.in c.omnes.Et ratio poteſt eſſe: quia nec diuiſit, nec diuidere tentauit carnem ſuam: qua etiam ratione, qui ſuam extraordinariè polluit, nō poteſt dimitti,niſi corrigi non velit:quia tunc immineret vxori periculum ſalutis, cui poteſt & debet prouidere. de diuor. gaudemus.Tertiò, extenditur ad fornicationē ſpiritualē,i.īfidelitatē,ſi alter ſ.cadat ī hęreſim, Iudaiſmum, vel Gentilitatē, præcipuè ſi ad infidelitatem trahit coniugem ſuum. 28. q. j.idolatria.Si tamen talis corrigere ſe vellet, non deberet dimitti.ſed de hoc ĩ.§.x.

11 †OCTAVO quæritur,qua auctoritate talis ſeparatio fiat ratione adulterij?Et dico, ſm Hoſ.ꝙ ſi adulteriū eſt notoriū, ita ꝙ inficiationi nō eſt locus, pōt innocens reū ſua auctoritate dimittere,ſ. ei non cohabitādo, de diuor.ſignificaſti.& multo fortius debitū negando.& idē Inn.qđ Veru. limitat verū, qñ reus recedens publicè moratur cum adultera,vel adultero: quo caſu loquitur d. c. ſignificaſti.Aliter aūt hoc nō licet,quantū ad cohabitationem:vt ibi in c.porro.Et idē Io. An.in plerunq;.de dot.poſt diuor.re.addēs, ꝙ non lucrabitur donationē ꝓp nuptias,vel dotē:ſi non habet penes ſe, quia petere non poterit.Sed ſi habet penes ſe,per exceptionē adulterij eā lucrabitur contra petentem,ſm Pan.in d.c.plerunq;. Si verò delictū non eſt notorium, fieri non pōt ſeparatio quātū ad cohabitationē,ſine auctoritate & iudicio eccleſię:aliter inſtāte altero,conēt cohabitare, niſi ꝓbet intra octo dies,ſm Ho.ꝙ Ric.limitat verum qñ matrimoniū in facie eccleſię, vel corā teſtibus celebratū erat. In clandeſtino enim omnino ꝓpria pōt auctoritate dimittere,etiā quo ad cohabitationē: quantū autem ad thorum, dico fieri poſſe ſeparationē ꝓpria auctoritate, ſi innocenti cōſtet de adulterio coniugis alterius, ſm Arch. ar. eorum quę no.in d.c.plerunq;.& in c.gaudemus. de diuor.Quod tñ, ſm Archi.& multos,

tos,fallit in tribus caſibus.Primò,ſi cõpellatur auctoritate eccleſiæ.Secundò,ſi ipſe poſtea adulteraſſet.Tertiò,ſi periuiſſet aut reddidiſſet debitũ volũtariè poſtq̃ de adulterio ſciuit:quia vr̃ ſe recõciliaſſe: & debitũ negare nõ poterit,ſm Pe.de Pal. Adde quartò ꝙ vbi reus ſe emẽdare vellet, innocẽti ſuaderi debet reconciliatio: ſed non eſt ad hoc abſolutionis negatione cogendus: niſi hoc ex odio faceret aut vindictã,ſm S.Tho.in iiij.

12 †NONO quæritur, an aliquo caſu nõ poſſit vir adulterã vxorẽ repellere? Et dico ꝙ ſic in ſeptẽ. ¶Primò,ſi ipſe illã proſtituit. extra,de eo qui cogno.cõſan.c.diſcretionẽ. & idem ſm Pet.de Pal.eſt,ſi ſciuit,& nõ prohibuit,cũ potuerit. Secus ſi ei dediſſet occaſionẽ indirectè,expellendo eã,vel neceſſaria denegando:quia nõ eſt ignoſcendũ ei, quæ prætextu paupertatis turpiſſimã vitã elegit. ff.de rit.nup.l.palam.Vide ſi vis,Pa.in c.diſcretionem.de eo qui cogno.conſan.vxor. ¶Secundò,cùm virũ defectũ credens probabiliter,nupſit alteri:q̃a excuſatur, ſm Rich. & vir rediẽs eam recipere tenetur: niſi ſcienter ſteterit cũ ſecundo poſt aduentũ primi. 34.q.ij.cũ per bellicã. ¶Tertiò, ſi eſt cognita latenter ab aliquo, quẽ virum ꝓpriũ credebat:eadẽ q.in lectũ.¶Quartò,ſi fuit vi oppreſſa.32.q.v.ꝓpoſito animi. qđ intellige de vi abſoluta:ſed ſi metu aut præcepto parentum,inſtantia conſanguineorũ,vel ſimili cauſa fornicaretur, ẽt de facto cõtrahẽdo cũ aliquo,nõ excuſatur. 32.q.7.oẽs.¶Quintò,qñ eam poſt adulteriũ reconciliauit, vel publice adulterantẽ tenuit,& retinet in conſortio maritali.32.q.j. c.j.cum ſeq.quia ſm Rich.crimen reconciliatione dimiſſum,amplius obijci non debet,niſi ſequatur recidiuũ. ¶Sextò,ſi infidelis coniunx infideli coniugi det libellum repudij,illaq; nubat ſecũdo, & vterq; cõuertat ad fidẽ: quia tenetur eã recipere primus ẽt cognitã à ſecundo,niſi alteri fuerit fornicatione coniũcta.de diuor.gaudemus.¶Septimò, ſi vir conuincitur adulterari.32.q.vj.per totũ.imò ſi vir eſt adulteratus occultè,& vxor manifeſtè, ſine peccato eam dimittere nõ põt:quia vxori nõ deficit ius excipiẽdi,ſed ꝓbatio,ſm Ray. S.Tho.& Alb.Si tñ ille pœnitentiã egiſſet,& illa eam agere nollet: ſine peccato accuſare eã & dimittere poſſet.34.q.j.c.j.ij.iij.& iiij. ¶Octauò,ait Ric.ſm aliquos, ſi vir contra vxoris volũtatẽ abſtinẽdo p̃ſtet occaſionẽ adulterandi.34.q.v.ſm verba. Alij tamẽ dicũt pp̄ hoc non excuſari mulierem adulterantem, quin poſſet eam dimittere maritus, ſm gl.

13 †DECIMO quæritur,quãtũ ad ſeparationẽ pp̄ hæreſim vel infidelitatẽ, quæ eſt ſpiritualis fornicatio,vtrũ ſeparati pp̄ hanc vel illam fornicationẽ abſoluti ſint à debiti redditione? Et dico ꝙ ſic, ſm Hoſt. & Pa.in c.q̃ſiuit.de diuor.& ſi ſpiritualis fornicatio ſit notoria, maritus põt intrare religionem inuita vxore,& ecõuerſo, ſm Pan.in c.fi.de conuer.coniu. Et cum dicit Dñs, Excepta cauſa fornicationis,gl.dicit carnalis,vel ſpiritualis. Et hoc fit fauore fidei. Ex quo no. ſm Pa.ꝙ verbũ gñale in materia pęnali,intelligitur largo modo, ſi diſpoſitio tẽdit ad fauorẽ fidei.Sed p̃dicta intellige,quo ad innocentẽ:ſed quo ad reum ante latam ſñiam diuortij pp̄ ſpiritualẽ aut carnalẽ fornicationẽ,ſi innocens hoc petit,ſibi reconciliari debet,& debitũ reddere tenetur:nec eo inuito,ſm Hug.põt intrare religionẽ:quia introductũ ĩ meũ fauorẽ, in meũ dãnũ retorqueri nõ debet.l.qđ fauore. C.de legi.imò etiã poſt latã ſñiam põt innocens reũ inuitũ rèconciliare: ſm Lau.nec põt reus eo inuito religionẽ intrare:quia ſña Hu.dicentis contrariũ,eo ꝙ vterq; in ſeparatione ceſſit iuri ſuo, euertere vr̃ d.c.ex literis. Et hoc tenet Sum.Roſ.ſed repugnat Sum. Ang.ſic dicẽs: Poſt latã ſñiam ſi innocens hoc petit, reus reconciliari debet,& reddere tenetur: quod fallit,ſi religionẽ intraſſet,vel ſuſcepiſſet ordines ſacros: q̃a nec ille repetere poſſet:nec iſte reddere tenetur, ſm Ber. in c. ex literis tuis.de diuor.& Hoſt.ibi.hæc ille.quæ male adducit Ber. vt patet intuenti: & etiã malè ſentit: quia ſi ille religionẽ intrare non potuit,vt probatũ eſt,aut promoueri ad ordines,iuſte alius repetit,vt dr̃. Poteſt tñ nocẽs licitè intrare monaſteriũ tripliciter.Primò, de licentia innocentis.Secundò, ſi innocens ipſe ingreſſus eſt & profeſſus.Tertiò,ſi mulier de adulterio condẽnata, vel publice deprehenſa,in monaſteriũ ad pœnitentiã perpetuam detrudatur, & eam emendatã recipere noluerit: quod poteſt intra biennium, pp̄ quod tamen monacha nõ erit, ſi nõ fuerit amplius proceſſum.Vide pro his Pan.in c.gaudemus.& in c.fi.de conuer.coniug.

14 †VNDECIMO,vtrũ in talibus admittatur cõpenſatio: puta, ſi vnus ſpiritualiter, alter carnaliter fornicetur? Et dicit Gof. & Ho.ꝙ ſic, ſi emendare velit qui ſpiritualiter cecidit.Sed ſi nollet emẽdare, procederetur

contra illũ:& ipſe cõtra ſuũ coniugẽ nõ audiretur. Sed tñ Ho. magis diſtinguit: quia ſi, inquit accuſatur vnus de ſpirituali, & excipit de carnali, nõ eſt audiendus: quia ſi conuincitur de ſpirituali, non tenetur ei mulier cohabitare, niſi redire velit ad fidẽ. Si verò accuſatus de carnali, excipit de ſpirituali, prius de exceptione cognoſcetur, tanquam de præiudiciali: cum hæreticus accuſare nõ poſſit vxorẽ de carnali vel alio delicto. Vt facit c. exceptionẽ. & c. à nobis. de excep. Sed ſi ille velit redire ad fidem, & conſtaret de vtraq; fornicatione: fiet compenſatio. Et ita tenet Pa. in c. fi. de conuer. coniug.

15 †DVODECIMO quęritur, q̃tũ ad ſeparationẽ ꝑp ſanctimoniã, quid iura velint de votis coniugũ quo ad continentiã? Et dico de hoc multa eſſe dicẽda ĩ. Matrimoniũ. 9. §. v. & Votum. v. §. ii. Sed pro nunc eſt notãdum, q̃ ambo de cõi cõſenſu poſſunt vouere continentiã ante copulã: vt beata Virgo & Ioſeph. & ſimiliter alter tñ. Sed eo caſu tenetur ingredi religionẽ, ſm Pet. de Pa. vel debitũ reddere: quod tñ reddendo prima vice mortaliter peccat: poſt copulã verò ſimiliter vouere põt vterq; de cõi conſenſu, per no. in c. chariſſimus. de conuer. coniu. & ſimiliter alter tñ in ſuũ ꝑiudiciũ. & nõ alterius. Vnde poſt votũ reddere tenebitur: ſed ſine mortali exigere nõ poterit, niſi ſe nimis oneroſum exhiberet alteri nõ petendo: quia ei ꝑiudicare nõ potuit niſi ille conſenſiſſet in votum: facit c. quidã intrauit. & qđ ibi no. de cõuer. coniu. Et ſi vnus cõſentiat vt alter voueat, ſtatu non mutato, conſentiens, ſi nõ vouit, nihilominus poterit exigere, ſecũdũ Inn. & ſequitur Pan. in c. j. de cõuer. coniu. & ille qui vouit, reddere tenetur: ſed nullo modo poteſt exigere: etiam ſi non exigẽdo reliquo eſſet oneroſus: quia concedendo licentiam, ſibi in hoc præiudicauit.

16 DECIMOTERTIO quęritur, vtrum matrimonio cõſummato liceat religionem intrare? Et dico multa. ¶ Primũ. Conſummato matrimonio regulariter, nõ põt alter cõiugum religionẽ intrare de cõuer. coniu. verum. & c. ex publico. & c. ex parte. el ii. etiã ſi ſponſus ſponſam cognouerit violenter. ſm quoſdã: de quo. ſ. §. v. ¶ Secundum. Secundũ Pet. de Pal. alteri coniugũ licet poſt matrimoniũ cõſummatũ religionẽ intrare triplici caſu. Primò, ſi reliquus fornicatur: niſi & ipſe in hoc deliquerit: vel niſi poſt hoc ſibi reliquũ reconciliauerit, debitũ reddẽdo, vel exigẽdo. Sed tñ limita hoc verũ ex iudicio eccleſiæ, vel qñ propria poterat auctoritate nõ cohabitare. Non tñ ecõtrario põt adulter ĩtrare ſine licẽtia alterius: niſi poſt ſñiam diuortij, ſm Hug. & Sum. Confeſ. lib. 4. tit. 22. q. 14. de quo dic vt ſ. §. x. Secundò, ex cõi conſenſu, vtroq; intrante & profitente: quo caſu ſoluitur matrimoniũ quo ad thorũ & cohabitationẽ, ſed nõ quo ad vinculum. Vnde ſi vnus egrediatur religionẽ, ſ. poſt ꝓfeſſionẽ: non ꝑp hoc põt alter exire: ſed cõpelli debet ad reditũ: nec ſi vnus aliũ viſitãs exigit debitũ, alter reddere debet. Tertiò, ex cõſenſu alterius in ſeculo remanẽtis, vbi nõ eſt de incontinẽtia timor: puta, quia eſt longi tẽpis, & honeſtæ vitæ, quo caſu durat vinculum. Vnde remanens in ſeculo, cõtrahere nõ põt etiã reliquo mortuo: quia ĩtelligitur tũ eo continẽtiã promiſiſſe: ſed ſi eſt timor de incontinẽtia remanẽtis, qđ ſatis præſumitur cum eſt iuuenis, aut leuis, vel ſuſpectus: alter ſine altero non debet intrare vel recipi. 27. q. ij. Agathoſa. etiam ſi ſuſpectus cõtinentiam promittat ſiue voueat, ſecundum gl. in c. ſignificauit. de conuer. coniu.

17 DECIMOQVARTO quęritur, qñ cõiux ingreſſus religionẽ teneatur, vel nõ teneatur ad exitum? Et dico, ſm Pet. de Pal. q̃ aliqñ tenetur nõ egredi, ſed remanere, qñ licite emiſit votũ ſimplex aut ſolẽne: vel qñ illicitè quidẽ intrauit, ſed alter illũ nõ repetit: quia ratificando confirmat. Aliqñ verò liber eſt in egrediendo vel remanẽdo, qñ. ſ. nec ipſe eſt religioni aſtrictus tacitè vel expreſsè: quia. ſ. nec vouit, & nec profeſſus eſt, nec reliquus eũ repetit: aut ſi repetit, prius vel poſt notoriè fornicatus eſt. Aliqñ vero tenetur exire: vt qñ etiã facta ꝓfeſſione manẽs in ſeculo, repetet eũ q̃ illicitè intrauit: puta, innoxio ꝓhibente aut ignorãte: ſecus ſciẽte & nõ ꝯdicẽte. ar. 22. q. ij. Agathoſa. vel fragili & ſuſpecto cõſẽtiẽte, ſed nõ ĩtrãte. facit c. qdã. de conuer. coniu. hæc ex illo. Et adde, q̃ etiã illicitè intrat, & exire tenetur, ſi non ſuſpectus, nec cõſenſit nec licẽtiauit, ſed diſſimulauit aliquo bono reſpectu: vt no. in c. conſuluit. de conuer. coniu. & idem ſi cõſenſit ex timore iuſto: vt in c. accedens. eo. ti. & idem ſi conſenſit per dolum: vt eo. tit. in c. veniens. Si tñ talis à ſua vxore in vita nõ repetatur, poſt eius mortẽ exire nõ poterit, & ꝯhere, ſm Cal. & Pa. i d. c. j. q̃ a ceſſante cã, q̃ inualidabat eius ingreſſum, ceſſat ſequela. Et ita tenẽ: licet variauerit Inn. in d. c. qdã.

Item

Itē ſm Pe.de Pal.ſi licitè ingreſſus fuit,quia de licētia relig.,ſed re integra penituit.ſ. qñ ante emiſſū votū ſolēne alter ī ſeculo remanēs vel de religione exiēs repetit eū,exire tenetur.hæc ex illo.Sed tñ in hoc ſunt opiniones:q̃a Abbas in c.j.de cōuer.coniu.tenet ꝙ ſi is,q̃ dedit cōſenſum,eſt iuuenis,poterit repetere:& ad eius petitionē dēt ingreſſus vel ordinatus reuocari. Cal.aūt tenet ꝙ repetere nō pōt:ſed pōt iplorare officiū iudicis:q̃a ex officio ad euitādū adulteriū alterū reſtituet.& coget reddere debitū. Alij verò dñt vtrāq; pdictarū opinionū eē falſam,qñ licētians fuit iuris cōſcius:q̃a cū ingreſſus vnus fieri nō deat,niſi alter cōtinētiā voueat: vt ī c.cū ſis.de cōn.coniu.licētiās vr̄ caſtitatē vouiſſe,ſaltē altero viuēte:quia q̃ vnū,vr̄ velle oē,p qđ veniat ad illud. de off.dele.prudentiā.& facit c.vidua.de regul̃a. Si vero ignorauit hoc ius, reſtituet ei,ſaltē ex officio. & ita tenet gl.in c.q̃ vxorē ſuā.34. q.v.& in c. ſenatum.32.di.& ſic cōcorda opiniones. Itē tñ caſu,quo licet repetere,nō licet rapere de religione,ſm Pe.de Pal.nō obſ.c.cum eā.de ra.q̃a narrat ꝙ rapuit, ſed nō dicit ꝙ licuit. Poſſet.n. vir vxorē de vico ad domū reducere:quia hēt in ea correctionē, ſed nō poſſet eā priuato quaſi poſſidēti vi eripere: & multo minus de monaſterio extrahere,fores frāgēdo,aut habitū violēter lacerādo,vel cum iniuria loci ſacri eā accipiēdo.ar.C.Vñ vi.l. ſi quis in tantā.Aliqñ verò exigere non pōt quo ad Deū, & exigere pōt quo ad eccleſiā: qñ ingreſſus votū ſimplex emiſit, aut ſolēne de facto,non de iure,& alter nō repetit : maximè ſi votū ꝓbari nō pōt: quo caſu retinens clericū inuitū iniiciēdo manus, aut ſecularē veſtem negando ſine qua commodè egredi non pōt eſt excōicatus . hæc ex illo.

18 DECIMOQVINTO.quo cōiux religionē egreſſus teneatur ad debitū? Et dico ſm Pe.de Pa.ꝙ qñq; nec exigere pōt neq; reddere:vt ſi poſt ꝓfeſſionē egreſſus eſt illicitè.1.ↄ votū ritè ſolēnizatū:qñq; aūt & reddere pōt & exigere:vt qñ liber egreſſus eſt nullo voto adſtrictus : ſicut nouitius ſolū egrediens mrimoniū ↄhere pōt.qđ Arc. putat intelligēdū de ingreſſio aīo ꝓbandi, & nō perpetuò permanendi:quia talis,ſm Pe.ingreſſus aīo perſeuerādi hēt vim voti ſimplicis . Sed de hoc habet qōnē in Aurea Roſ. & vide ēt ↄ.§.ſe.qñq; verò pōt quidem reddere, nō autem exigere:vt quādo de conſenſu eius qui de incontinentia ſuſpectus eſt,ſimplex votū emiſit:quia tunc non præiudicauit illi.

19 †DECIMOSEXTO q̃ritur,quo coniunx egreſſus religionē teneat ad regreſſū? Et dico ſm Pe.de Pal.ꝙ tenet in trib.caſib. ¶Primò,qñ illicitè egreſſus eſt:vtpote qñ egreſſus eſt poſt ꝓfeſſionē alio cōiuge in religione remanēte. aut ēt remanēte in ſeculo honeſtè,& de cōſenſu eius ꝓfeſſus. ¶Secundò, qñ licitè egreſſus eſt : quia.ſ.ad requiſitionē vxoris ſine eius licentia ingreſſus:ſed poſtea ipſa de reuocatione pœnitet . ¶Tertiò , qñ poſt votum ad eā egreſſus mortua eſt ipſa vxor:quia tūc reingredi tenetur:vt impleat votū ſuū.Sum.tñ Ang.tenet ↄriū, fundās ſe in hoc,ꝙ oblĩo ſemel extincta nō reuiuiſcit. ff.de ſo.l.ſi res.Sed fallit:quia iſte nunq̃ fuit deobligatus à debito ꝙ vouēdo ↄxit: vnde nunq̃ potuit exigere.& ſm eādē Sum.tenet caſtè viuere,& ſimiliter ſm eādē nō pōt exire niſi cū peccato mortali: ergo tenebat ibi ſtare:ergo ſi exiuit,tenetur redire . Sed talis reuocatus ab vxore, ea mortua ſi ↄtraxerit, vtrū teneat matrimoniū? Pet. de Pal.diſtinguit:quia ſi ea inuita fuit ſolēniter ꝓfeſſus, cū illa ꝓfeſſio q̃tū ad ſolēnitatē non valuerit,eccleſia hoc ꝓhibēte : ideo talis mortua vxore peccat mortaliter ↄhendo & exigendo:q̃a talis ꝓfeſſio vim hēt voti ſimplicis : tenet tñ mrimoniū:nec cū pōt religio tanq̃ apoſtatā ꝓſequi.Et idē dic tu,ſi vxor nec dedit licētiā nec ↄdixit ſed diſſimulauit.Sed ſi vxore cōſentiēte fuit ꝓfeſſus : ſed quia erat iuuencula, & ob hoc de incōtinentia ſuſpecta,reuocatus eſt: ius noluit hoc caſu ꝓfeſſionē inhibere ſimpliciter : ſed ſolū inquātū erat ad vitā eius:vñ ſimpliciter fuit votū ſolēne in pīudiciū eius,nō vxoris : vñ ea mortua ſi ad monaſteriū nō redit,eſt apoſtata:& matrimoniū cū alia nō tenet. Et idem Gof. Si aūt non fuit ab vxore in vita ſua reuocatus , tenet ſeruare ſuā ꝓfeſſionē indiſtinctè.

20 †DECIMOSEPTIMO, quid iura velint circa ſuſceptionē ſacrorū ordinū à viro qui mrimoniū cōſūmauit? Et dico multa.¶ Primū.Secundū Pe.de Pal.in oī caſu, quo poſt conſummatū mrimoniū licitū eſt religionē īntrare licitū eſt ēt ad ſacros ordines ꝓmoueri,ēt ad epatū exēplo beati Hilarij . qñ verò religionē intrare nō licet,multominus licet ad ſacros ordines ꝓmouere:ſed talis eſſet ab ordinis executione ſuſpēſus.licet characterē reciperet.Secundū.Quantū colligit ex Pa.& alij Doct.in c.j.de cōuer.coniu. qñ vir epari vult, opȝ prius vxorē in aliquo monaſterio eſſe

eſſe profeſſam, ēt ſi de incontinentia nō ſit ſuſpecta:ut in c.ſanè.de conuer.cōiug. & ſm gl.ibi ī hoc eſt ſpeciale:ſed ſi uult ſolū effici ſubdiaconus,diaconus,uel ſacerdos, aut religioſus,hoc pōt de alterius conſenſu:nec requiritur vt alter intret religionē:ſed ſufficit ſi continentiam promittat: ut colligitur ex c.ſignificauit.& c.cum ſis.eo.ti.qđ limita,niſi licentiā tribuens ſit de incontinētia ſuſpectus:quia tunc non ſufficit promiſſio cōtinētiæ,ſed requiritur religionis ingreſſus: vt in d.c.cum ſis.¶Tertiū. Ordinatus cōſentiente vxore fragili,& ad eā reuocatus:ea mortua tenetur caſte ſeu clericaliter uiuere, ſicut & regredi ad monaſteriū ſi fuerat pfeſſus:quia ex quo uxor cōſenſit, eſt vere religioſus. & facit c.ex parte.el j.de con.cōiu.& ꝙ ibi no. Bal. ¶Quartum.Ordinatū vxore ɔtradicēte uel ignorante,pōt vxor reuocare:ut in d.c.q̄ d ī.& ille tenetur reddere debitū, ſed exigere nō pōt,niſi nō exigēdo vxori eſſet oneroſus:& ſi vxor ſciuit quidē,ſed nec contraxit, nec licētiā dedit,ſed diſſimulauit: nihilominus poterit illū reuocare:ut no.ī c.cōſuluit. de cōuer.cōiug.& idē ſi cōſenſit ex timore, iuſto:vt in c.accedēs.eo.ti. & idē ſimiliter ſi p dolū cōſentit:ut in c.ueniens.eo.ti. & ſi in vita ſua illū nō reuocat,poſt eius mortē aliā accipere non poterit.vt no. Cal. & ſequitur Pan.in d.c.j.& ſi de facto contrahat,non tenebit matrimoniū:vt ī c.unico.de uot.li. vj. unde non eſt ſimile in hoc de ſuſcipiente ordines ſacros,& ītrāte religionē vxore īuita.

21 †DECIMOOCTAVO quo ad ſeparationem matrimonij.qđ non erat verū, ſed apparens:puta,quia præceſſerat impedimentū dirimens:quæritur qūo procedetur, qñ uir aut vxor diuortiū petit pp viri frigiditatē?Et dico ſm Roſ. ꝙ vir hoc proponēs debet eſſe maior 18.ann.quia in hoc caſu reputatur plena pubertas:& ſi quidem mulier hoc ipſum cōfitetur,dabitur a iudice tps arbitrarium,vt unius mēſis,aut triū,aut vnius anni per qđ ſimul morentur: & poſtea iurabit vir ſe non poſſe cognoſcere mulierē,nec moueri ad coitus appetitū: nā ſi aliquoties moueretur,licet perficere nō poſſet,nō eſſet naturaliter frigidus,ſed p maleficium impotēs:mulier uerò iurabit ꝙ nunq̄ aliquo modo percepit ipſum ad hoc moueri:& ꝙ vterque ad hoc adhibuit diligētiā: & vterq; habebit ſeptem propinquos ſeu vicinos bonæ famæ,qui iurabunt ſe credere, ꝙ illi verū iurauerunt.Et ſic diuortiū celebrabitur,& mulier nubet in domino, ſed viro mandabitur ne,aliquā ducat. Et ſi aliquā duxerit & cognouerit,hēbitur periurij reus, & prius matrimoniū erit ſeparandū,ita tñ, ꝙ uxor pōt eū repellere pp cōmiſſum adulteriū, ar. 32. q.j.benedictio.qđ limita.niſi fuiſſet conſcia fraudis,qñ frigiditatē cōfeſſa eſt. quo caſu eū repellere non pōt.ar.ff.de adul.l. ſi vxor. §.iudex.& §.fi.Si verò mulier frigiditatē uiri negat,aſſerens ſe ab illo cognitā:puto ſtādū uerbo mulieris,quia vř,ꝙ non aſſereret, niſi verū eſſet, eo ꝙ ſibi præiudicium faceret ſ.de habendo virū impotentē. Itē cū rea ſit,ēt ſi nihil probauerit,abſoluenda eſt. vj. q.v.accuſator alioquin multi periuriū incurrerēt,ut poſſent ab vxore ſeparari.quod limita,niſi fortè maritus conuincat mulierem p corporis aſpectū. Si aūt mulier diuortium petat pp frigiditatē uiri,& vir hoc fatetur, fiet.vt ſ.dictū eſt.&diuortium celebrabitur: & ſi deinde uir cū alia cōtraxerit:ambo coniuges rei periurij habebuntur,& pęnitentia iniuncta ad priora cōnubia reuertentur. de frigi.laudabilem.Si aūt vir ſe frigidū negat, & aſſerit ſe vxorem cognouiſſe: ſtādum eſt verbo eius,qa caput eſt mulieris.de deſpon. impu.continebatur.niſi mulier p aſpectum ſui corporis ſe uirginem pbet.de proba.p poſuiſti.quæ probatio dēt caute fieri p duas vel plures matronas honeſtas,& de hoc peritas.de frig.c.fi.de ven.inſpi.l.j. quia hæc res occulta eſt:& oculus obſtetricū qñq; in hoc fallitur.17.q.1. nec aliqua. Sed ſi mulier nō allegaret frigiditatē,ſed potius diceret eū ſectū uel caſtratū,ſiue defectū mēbri patientē, anteq̄ eā cognoſceret,& ſic diuortium peteret,uir aūt hoc negaret.certè nō oportet ſtare dicto uiri,eo ꝙ pbari poſſit p aſpectum.

22 †DECIMONO quæritur,quid ſi per virum aut mulierem petatur diuortium pp arctitudinem mulieris?Et dico,ꝙ vocabuntur matronæ fide dignæ atq; peritæ, & iurabunt ſe diligenter inquiſituras,& relaturas, an ſit arcta,& an poſſit fieri mater. Et quidē ſi dixerint,ꝙ non ſit arcta,non procedetur ad diuortiū. Si uerò dixerint,ꝙ ſit arcta,nec poſſit fieri mater incontinenti pōt fieri diuortiū:& dabitur viro licentia ɔhendi cum alia,& mulieri cōtinentia indicetur.de frig. fraternitatis.Si tñ poſt diuortium mulier inueniat qui poſſit huiuſmodi ſeras reſerare, reparabitur mřimonium primum,ꝙ verum fuit,ēt ſi vir acceperat aliā.ar.in d.c.fraternitatis.& ibi Panor. cum gl. & hoc qñ prior

vir

vir erat ſimilis illi qui aperuit. Si aũt à Priori viro nõ poterat ꝓꝑ diſparitatẽ, ſine graui periculo cognoſci,ſunt opiniones,& ſm aliquos non eſt ei reddenda,licet per cõſuetudinẽ ſecundi reddita ſit apta primo: ut ibi no. gl.& cõcordat Gof.ſed ſm Inn. & Ho. eſt ei reddẽda.Sed prima opinio procedit ſm aliquos,qñ de diſparitate conſtat.Secunda verò qñ primus erat ſimilis ſecũdo,vel de hoc dubitatur.& ita tenet Pan.ibi. Et cõcordare vr̃ Pet.de Pal. dicens veriorem eſſe opinionem,ꝙ non eſt ſeparanda a primo,ſi põt fieri cognoſcibilis ab eo ꝑ manſionẽ, ẽt ſi ipſa nolit:quia mutabilis volũtas nõ facit perpetuũ impedimẽtũ, aut ẽt per vſum ipſius primi. ꝙ ſi neutro mõ hoc fieri, ꝗuis fieri poſſit per uſum ſecundi viri cognoſcibilis a primo,non ſeparabitur a ſecundo ſi cũ eo contraxit,niſi primus fuiſſet eiuſdem conditionis cum ſecundo,puta,ſimilis ætatis, & cõplexionis:quia eccleſia tũc fuit decepta, & veriſimile eſt,ꝙ per longũ vſum fuiſſet apta primo,& conſequẽter impedimentũ fuit temporale.Secus ſi erat diuerſæ cõditionis. Et ita credo tenendum eſſe de mente S. Th.

15 †VICESIMO quæritur, quid ſi petatur diuortium ꝓꝑ maleficium, ut quia vir põt cognoſcere alias,ſed non ſuã? Et dico, ꝙ primo debent confiteri,quia fortè hoc cõtingit ꝓꝑ aliquod peccatum eorũ.23.q.j. ſi per ſortiarias.& ſub recepto ſacr̃o iniungetur eis ut ſimul cohabitẽt, & bona fide dent operã ad debitum carnale, & ſic triennio ſimul habitabũt. qđ triẽniũ ſm Ho. incipit currere a tp̃e peractæ pn̄iæ, & monitionis factæ ꝑ iudicẽ.ſed ſm Inn.Vin.& Abb.ſufficeret.,ꝙ triennio cohabitauerint, ſiue ante, ſiue poſt.& hoc placet Pan.in c.fi.de frigid. per illũ tex.& verũ credo ſi iur̃o conſtet eos bona fide operã dediſſe debito carnali. Vnde tunc nõ oportet aſſignari eis trienniũ,ſed tp̃s aliquod arbitrarium adhibitis alijs remedijs debitis.d.c.ſi per ſortiarias.& de frig. c.fi.ꝙ ſi cohabitare noluerint, is, per quem ſtabit,excõicandus eſt:& de cohabitãdo idonea cautio exigenda.ar.vt lit.nõ conte. quoniã.uel diſtinguatur per curiã ſecularẽ.de iudi.cum non ab homine.& idem fiat ſi cohabitent,& non attentent. Nec eſt neceſſariũ hoc triennium eſſe continuũ:ſed ſufficit, ꝙ ꝓ maiori parte cohabitet,& bona fide operã dent.ar.ff.de aqua quoti.& æſti.l.j.§.duo. & §.quod aũt. ꝙ ſi infirmitate uel caſu alio impediatur,vr̃ tp̃s reſtituendũ.ff.de iti. actuq́ue pri.l.j.§.ij.ſeq. Et concor. Ho.& Pan. in d.c.fi. dicens hoc fuiſſe de mente literæ.Dicto aũt tp̃e peracto iterũ accedent ad ep̃m, iurãtes ꝙ ſicut promiſerant ita fecerunt, & non potuere coniũgi:& tũc adiuncto ſacr̃o propinquorũ,ut dictũ eſt §.priori. celebrabitur diuortiũ: & dabitur vtriq; licentia contrahẽdi.d.c.fi.& d.c.ſi per ſortiarias. eo modo quo ĵ.Matrimoniũ 8.§.16.part.8.

24 VIGESIMOPRIMO q̃ritur, quid iuris ſi eccleſia falſis probationibus uel huiuſmodi decepta diuortium celebrauit: & poſtea vir factus eſt ſacerdos: deinde cõpertũ eſt,ꝙ eccleſia fuit decepta:& vxor virum ſuũ repetit? Et dico ſm Ray.ꝙ ſi ad continẽtiã induci non põt,reſtituetur ei vir: quia ẽt monachus reſtitueret̃ ſibi, & tenebitur iſte reddere debitũ,ſed exigere non debet:quia, quantũ in ſe eſt,ſolẽnizauit votũ.Qđ ſi poſito p̄dicto caſu ponat̃,ꝙ mulier virũ nõ repetat:nõ tñ uir poterit vxorẽ repetere,ſm Verue.q.a ꝑ ſacri ordinis ſuſceptionẽ vel religionis ĩgreſsũ p̄iudicauit ſibi.& de hoc ĵ.§.j.

25 VIGESIMOSECVNDO q̃ritur, an mulier credens diuortiũ iuſte celebratũ, & ingreſſa monaſteriũ,poſſit cõperta veritate de iniuſto diuortio repetere virum iã eſſe ctum monachum uel ordinatũ in ſacris? Et dicit Veruec.ꝙ non: quia falſa cã nõ impedit votũ monachatus.ar.extra, de voto.magnæ.& de cõuer.cõiug.ex parte.el ij.Et hoc idẽ ſentit Su.Cõf.& Su.Pi.ac ſupplemẽtum. Sed ꝯ arguit ibi Pan. quia ex quo ex falſa cã iſta mulier inducta fuit ad religionis ingreſſum:nõ valuit ĩgreſſus.ar.in c.ex parte Aſtẽſis.de cõceſ. p̄ben. nã vbicunq; pt q̃s gerere actum vno iure:ſi explicat alio iure incõpetẽti,nõ valet actus:quia ibi deeſt intẽtio,& ĩ depẽdẽtibus a voluntate magis cõſideratur opinio,ꝗ ueritas:ut in d.c.ex parte Aſtenſis. vbi Do.cõiter colligũt, ꝙ iudex fert ſñiam exprimendo cãm non cõcludentem: illa eſt nulla,licet ex cã non expreſſa poſſit iuſtificari:ideo cautũ eſt in ſñia cãm non exprimere,uel ſaltẽ adijcere dictionem,maxime: q a tunc videris motus nõ ſolum ex cauſis expſſis,ſed etiã ex tacitis.Nã cum quis exprimit plures cãs in ſñia,quarum una facit,alia nõ, ſñia ſuſtinetur propter cãm expreſſam:ut eſt tex.notabilis in c.per tuas.qui filij ſint legit. Et ad dictum c.ex parte.de conuer.coniu. reſpondet idem Pan.ꝙ illa mulier ad religionis ingreſſum duplici ex cauſa moueri potuit,ſcilicet principaliter vt Deo ſeruiret, &

propter

pp lepram uiri credens mrimoniū ſolutū,qđ erat falſum.& iſta ſecundaria erat potius impulſiua,q̄ finalis.vnde licet eſſet cā impulſiua,non tñ finalis. Et hanc opinionem ſequitur Su.Roſ.contra Supplementum. Sed prima eſt uera:ut patet intuenti iura allegata. & Pan.arguendo falſum aſſumit,ſ.ꝙ ingreſſus ex falſa cā non teneat:licet nõ teneat ex illicita.& ꝙ dicit de caſu c.ex parte. de conuer.côiu.dici põt de qualibet ingrediente religionē,ſ.ꝙ principaliter ingreditur,ut Deo ſeruiat:& ita dici dēt: quia non eſt rõ quare illa q̄ credit mrimoniū ſolutū, & cõſequenter credit ſe poſſe nubere,uel ſaltem in libertate uiuere,ingrediatur,niſi ut Deo ſeruiat.

26 †VIGESIMOTERTIO quæritur, poſito,ꝙ duo fratres duxerint duas ſorores ſeu cõſanguineas:& lata ſit ſnīa diuortij pp conſanguinitatem inter alterum & uxorē: vtrū alter pp hoc ſeparari debeat a ſua vxore? Et dicit Ray.ꝙ non,ſ.quantū ad cohabitationem:quia res inter alios acta alijs non p̄iudicat.de fide inſtr.inter dilectos.Sed quātū ad carnis copulā diſtingue,quia ſi alter cõiugum ſcit eſſe impedimentū inter ſe & vxorē:nec exigat debitū,nec reddat.Si uerò credat ex cā probabili:reddat,ſed nõ exigat. Si aūt credit ex cā temeraria,reddat & ſi pt,dimittat erroneā ꝯſcīam.& ſic ēt exigat.de ſē. exc.inquiſitioni.& ꝯcordat p̄dictis S.T.& Pe..

27 †VIGESIMOQVARTO q̄ritur, an poſt ſnīam diuortij,& ſeparato thoro pp vxoris adulteriū ſi uir fornicetur,poſſit mulier illū repetere? Et dicit Ray.ꝙ nõ de rigore iuris:ſed iudex ex officio ſuo dēt illū cogere,ut redeat ad uxorē.ar.de iureiu. tua nos. & de diuor.ex literis.& idem S.Th. Ecõuerſo aūt ſeparata vxore propter eius adulteriū ſi uir innocens eā uult recõciliare, ẽm Ray. petere põt cogi inuitā,nõ obſtāte ſnīa:quia quod fauore meo introductum eſt, in dānū retorqueri non debet. quod limita, niſi uir poſt ſnīam fuiſſet fornicatus:aut mulier ſtatum mutaſſet intrādo religionē.de quo caſu dic ut ſ̄. §. x. De materia diuortij multa habes ĩ.Matrimoniū. Facto diuortio, apud quem filius debeat nutriri,ĩ.Filius,§.21.

## DE doctoribus & magiſtris.

1 *Doctor vnde dicatur,& quis doctoris, item magiſtri appellatione contineatur. Et quis nomine ſcholaris comprehendatur.*

2 *Doctoratus,an ſit dignitas. Et nū Iudæus doctoratum aſſequi queat. Et ibidem,doctorem prælegentem militi anteferendum. Et ꝙ doctorum copia, & in quibuſdam eorundem ingens inopia contemptibiles reddat.*

3 *Doctorum quiſnam præcedat, Theologus, Canoniſta,an Legiſta. Et quid de Abbatibus & huiuſmodi prælatis in actibus generalibus.*

4 *Doctoratus num is priuilegium habeat, qui doctoribus corruptis promotus ſit. Et ibidem ꝙ ſtipendia,non pro dignitatum titulis,vel ſcholariū numero,ſed ſecundum merita præſtanda.*

5 *Doctoratum petere,an liceat. Et ſcientiam ſemel adeptam cõmunicare laudabile eſſe ſi modo præſumptionis turpitudo non adſit. Et quot ad id expetendū requirātur. Et nõ idoneus ſi id petat,an mortaliter peccet. Et quid de eo,q talē admittit.*

6 *Doctorando, ne reprobetur, quæ requirantur.*

7 *Doctorari quis,quādo,& quomodo poſſit. Et quænam doctorum auctoritas,num.ſeq.*

9 *Scientiæ,quænam legi ac doceri poſſint. Et magiſtri ad legendum ubi & qualiter inſtituendi & nume.ſeq.de quo dicta,ſeu concluſiones quatuor.*

11 *Magiſtri in exigendis,uel acceptandis pecunijs, qualiter ſe habere debeant.*

12 *Magiſter,qualiter in docendi facultate ſimoniā deuitare debeat. Et in hoc dicta quatuor.*

1 D†OCTOR a docendo dictus eſt.nec tñ omnis docēs eſt doctor iuridicè,ſed ſolùm q ſuſcepit doctoratus inſignia. Vnde ẽm Bal.in l.j.ff.ſolu.matri.& in l.pen. de teſta.mili.licentiatus non dr̄ doctor. Vnde Poteſtas debēs habere doctorem aſſeſſorem,nõ ſatis facit habendo licentiatum. Et eps excõicat omnes Doctores non diſputantes,non dr̄ excõicaſſe licentiatos. Doctoris aūt nomine uenit ēt magiſter:& ecõtrario, ẽm Pan.in c.j.de loc.unde tex.in l.quibus p̄cipua,ff.de uer. ſig. dicit cuiuslibet diſciplinæ p̄ceptores magiſtros appellari,a monendo uel monſtrādo. Et facit tex.in proœ. cõpilationis Decretalium,ubi papa oēs magiſtros doct.appellat. & hoc ſumendo hoc nomen magiſter proprie pro docente grāmaticā,& alias artes liberales,& Theologiā,quo modo accipitur in ti.de magiſtris c.quia nõ nullis.& in cle.ij.eo.ti. Simpliciter aūt inter magiſtros proprie Theologus dr̄ magiſter: alij uerò ẽm quid, puta grāmaticæ uel geometriæ. Large aūt & improprie magiſter, ẽm Ho.dr̄ is, qui alicuius rei ſiue negotij p̄ cæteris curā gerit.l.j.§.magiſtrū.ff. de exerci. Nomine aūt ſcholarium nec magiſtri ueniūt,nec doctores,niſi ĩ larga ſignificatiõe.

2 †PRIMO verò q̄ritur, vtrū doctoratus ſit dignitas? Et dico ꝙ ſic:ut eſt tex.in c.quāto,de magi.& ibi dicit Pa.ꝙ ẽm Bar. in l. ex

co.

eo. ff. de mili. teſta. nec miles nec doctor dicũtur habere dignitatẽ. Sed aliud dixit in l. fi. C. de Iudæ. vbi concludit Iudæum nõ poſſe effici doctorẽ, cum doctoratus ſit dignitas. Et ſatis dici põt, ꝙ doctor ſaltẽ legens in cõtinenti cũ incipit legere, habet dignitatẽ: quia hẽt a lege iuriſdictionem ordinariã ſuper ſcholares: ut in auth. habita. C. ne fil. pro pa. & ſi continuat, acquirit dignitatẽ. l. vna C. de athle. li. x. Ex quibus infertur, ꝙ doctor maximè legens pferendus eſt militi, qui nullã habet in ueritate dignitatẽ: ut no. Bar. in d. l. ex eo. maximè loquẽdo de militibus tpis noſtri, qui non ſunt ueri milites: ut no. in l. j. C. de iur. & fac. igno. Sed turba doctorum, & in quibuſdã ingens inopia facit contẽptibiles: ut in ſimili dicit tex. 94. diſt. legimus.

3 †SECVNDO quæritur, quis inter doctores debeat pcedere? Et dicit Pan. in c. clerici. de iud. ꝙ Theologus, & poſt Canoniſta, deinde Legiſta, vltimò Medicus. uide ibi ſi vis de huiuſmodi multa. Et adde, ſm Gemi. in c. hi qui. de præb. li. vj. ꝙ ille præcedere debet, q eſt approbatus a ſuperiore & digniore. Ad qđ de maio. & obed. per tuas. ẽt ſi alij fuerint ante in dignitate. ꝙ nota pro militibus, prælatis, & doctoribus pferendis. Adde ẽt, ſm eundem Gem. in c. quis. de pb. li. vj. ꝙ Abbates & cæteri prælati diœceſis in actibus generalibus, ut in proceſſionibus præcedere non debent canonicos eccleſiæ cathedralis: quia illa cæteris eſt honorabilior.

4 †TERTIO quæritur, utrum doctoratus priuilegium habeat promotus a doctoribus corruptis? Et dicit Arc. in c. de quibuſdã locis. 37. di. ꝙ non. & allegat tex. in ſimili, in l. unica. ff. de athle. & facit tex. iuncta gl. in l. j. C. de ann. ciui. lib. x. vbi dr, ꝙ ſtipendia tradenda ſunt, nõ pro titulis dignitatũ, uel numero ſcholariũ: ſed ſm merita. Vnde gl. ibi dicit, pferri debere peritos ſcholares doctoribus imperitis. Et intelligit Pa. in d. c. clerici. in caſu, in quo non requiritur titulus doctoratus, & quo ad honores deferendos, nõ iã delatos: nõ aũt quãtum ad lectionẽ, ad q̃ nõ doctoratus nõ admittitur. Vide ibi, & adde, ꝙ intelligitur quantum ad anteceſſionẽ & lectionẽ, & oĩa, qñ inſufficientia doctoris eſt clara & patens, & ſic ꝙ pateat eum cõtra merita eſſet promotũ: quia tũc cenſetur nõ eſſet doctor quo ad priuilegia doctoratus.

5 †QVARTO quæritur, utrum liceat petere doctoratum? Et ad hoc reſpõdet S. Th. de doctoratu Theologiæ, i. magiſterio, ĩ quo lib. quærens utrum liceat alicui pro ſeipſo petere licentiã docendi in Theologia? & dicit, ꝙ ſic: quia nullã petit excellentiã poteſtatis, qđ turpe eſſet: ſed ſolum opportunitatẽ cõicandi illud qđ habet. Cõicare aũt ſcientiã habitã, eſt laudabile, pertinens ad charitatem, ſm illud Sap. vij. Quã ſine fictione didici, & ſine inuidia cõico. Põt tñ hoc continere turpitudinem ratione præſumptionis: ut ſi nõ eſt idoneus. hæc ex illo. Ex quibus patet primò de ſe hoc non eſſe illicitum, & cõſequẽnter neq; hoc appetere: & ſecundò, ꝙ ad licitè petendum duo requiruntur. Primò, idoneitas hoc petentis: & ſecundò, finis debitus, i. cõicatio doctrinæ, & non excellentia principaliter. Vnde ſi nõ idoneus hoc petat, mortaliter peccat, ſm Arch. quia facit contra intentionẽ eccleſiæ: quæ creditur ordinaſſe officium magiſterij. extra. de magi. per totum. ad declarationem & defenſionẽ fidei catholicæ: ut ſciant fideles ad quos recurrant in dubijs: quæ exigit cõiter iuſm in magiſtrandis, ut nõ admittãt indignos: qđ nõ facit, niſi in arduis, q̃ uult omnino ſeruari: maximè hic, quia ex cõtrario ſequitur deriſio fidei, & periculũ animarũ. Et ſimiliter eſt mortale, talẽ admittere, eadẽ rõne: & q a admittens eſt periurus. Et ſimiliter, ſm eundẽ, eſt mortale ſi hoc petat idoneus principaliter ad honorem, uel cõmoditatem ſuã: quia officium ſpirituale facit ueniale. Sed hoc non credo verũ, niſi ipſe finis intentus, ſit peccatum mortale. De doctoratu aũt iuris canonici, idẽ p oĩa vr: q a ſm Ang. de Ancho. illud ius eſt qdã practica Theologica. De doctoratu uero legũ, aut medicinæ: cũ illũ q̃rere de ſe non ſit illicitũ, iudicãdum eſt ſm finẽ q̃rẽdi: quia erit mortale ſi quæratur ad iniuſtè lucrãdum, ſecus ſi ad lucrãdum licitè & honeſtè, cũ hic nulla ſit ſpiritualitas.

6 †QVINTO quæritur, quæ requirãtur in doctorãdo, ne reprobetur, ſed approbetur? Et dico, ꝙ ſcholaris reprobari põt non ſolũ propter defectũ ſcientæ, quæ. ſ. iudicãda eſt ſufficiens arbitrio doctorãtium, ſed ẽt morum: ut probatur in l. magiſtros. C. de profeſ. & medi. li. x. iuncta cle. ij. de magi. & ita ſeruat cõſuetudo. Vñ ſex requiruntur in pmouendo ad dignitatẽ magiſterij: Primò, docẽdi peritia. i. ſciẽtia. Secundò, docẽdi facũdia. Tertiò, ſubtilitas interpretãdi. Quartò, docẽdi copia. Et hæc hẽntur ĩ l. unica. C. de pfeſ. q ĩ vr. Cõſtã. li. xij. Quinto, excellẽtia morũ, vt in d. l. magiſtros. Sexto, motus fortitudinis:

dinis:ut ſciat aduerſus vim fortitudine reſiſtere.l.reddatur.C.de profeſ.& me.li.x. Vnde pauci attingunt dignitatem doctoratus: ut dicit Bar.poſt Cy.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur.Et qui tpe approbationis habuit has cõditiones:ſi poſtea efficiatur inutilis, degradãdus eſt a doctoratu:vt in l. grammaticos.C.de pfeſ.& me.li.x.Reprobari.n.põt doctor,uel magiſter,ut ĩ l.2.C.eo.& no.Bar. in l.ſed & reprobari.ff.de excu.tu.ĩ prin. vbi tex.dicit,medicum poſſe reprobari.& idẽ in l.ut gradatĩ.§.reprobari.ff.de mu.& ho. ſed nõ ſine cã.l.Põponius ſcribit.ff.de neg. geſt.

7 †SEXTO quæritur,quis,quomodo, & qñ poſſit doctorari? Et quãtum ad primum dico,q quilibet fidelis laicus, uel clericus, imò & religioſus,dẽt admitti ad magiſteriũ: ſi ſe non ingerit,ſed mittitur a prælato ſuo. 29.q.j.ſic uiue.& c.ſi clericatus.& c.doctos. & extra eo.ti.c.j. & pe. Si verò ſe ingerit, ut hodie cõiter fit,admitti non debet. xvi.q.j. monachus.& q.vij.c.in noua. ¶Quãtum ad ſm,dicit Pan.in c.cum ſm.de pb.& in c.propoſuiſti.de proba.q ter debet approbari.Primò,a pſentãtibus.Secundò.in examine priuato a doctoribus collegij.Tertiò,in publico,qñ doctoratur:quia ut pro aliquo recte pſumatur, ter dẽt in exercitio alicuius actus approbari:ut in ſimili dr de athletis.l.vnica. C.de athle.lib.x.Peccãt,n.mortaliter admittentes ad doctoratum,niſi exigãt iurum, q nõ exponent ultra tria milia Turonenſium argenteorum in tali doctoratu, vel magiſterij ſolennitate:& ſunt ſuſpenſi per ſex mẽſes ab huiuſmodi promotione,ẽt ſi ſunt epi: ut in cle.ult.de mag.ubi hoc pcipiunt. Sed intellige vbi timeretur de huiuſmodi,exceſſiuis expenſis. Nã vbi uix decem aurei exponuntur pro magiſterio ſtultum eſſet ſic ſeruare.Quantũ vero ad tertiũ,dico aliquẽ poſſe doctorari ſolum in uita,nõ aũt poſt mortem:quia hæc dignitas potius eſt animæ, q̃ corporis: cũ talis approbetur tanq̃ idoneus docere alios.Poſſet aũt quis poſt mortẽ nobilitari per principẽ,uel recipere militię gladiũ,ſm Pa.in c.a nobis,el ij.de ſen.excõ.q a nobilitas eſt corporis principaliter. & idẽ voluit Bar.in l.j.C.de dign.li.12.Septimo q̃ritur de auctoritate doctorũ? Et dico multa.

8 †PRIMVM.Interpretatio doctorum, ſm Pan.in c.ueſtra.de coha.cle.& mulie.nõ neceſſitat,niſi inquãtum iure,aut ualida rõne probatur:ut no. in c. j. de poſtula.pla.de quo uide ĩ.Opinio.§.ij.¶Scdũm. Allegationes à doctoribus,ſm eundem ibi, faciendæ non ſunt in cõſilijs deciſiuis,ſicut nec in ſententijs;ut dr in c.ſicut nobis.in gl. de ſen. & re iud.Secus in cõſilijs poſtulatis a parte. Et diuerſitatis rõ eſt: quia in primis eſt approbata fides conſultoris,in ſecundis nõ:ideoq; nõ creditur ei,niſi quatenus pbet.¶Tertiũ. Dãnato doctore,itelligũtur reprobata opera,i.libri eius:et patet p c.fraternita. de her.

9 †OCTAVO quæritur quę ſcietiæ legi & doceri poſſunt?Et dico multa.¶Primum. Legi poſſunt oẽs ſcientiæ nõ reprobatæ, facientes ad inſtructionem animę,corporum, uel rerum:ſicut Grãmatica,Dialectica,Rhetorica,Muſica,Geometria, Arithmetica, & Aſtrologia:q ſunt artes liberales:& ſimiliter tota naturalis,ac diuina Philoſophia, & ſacra Theologia.eo.ti.q.ãa nõnullis.ius quoque canonicũ ac ciuile.de priui.cũ diuerſis. li.vj.¶Secundũ.Appetere ſcire ſciẽtias magicas,non eſt malum,ſed bonũ in genere;quia oĩs ſcia eſt bonũ:alioquin aliqua nõ eſſet in Deo:ſed tñ ſm diuerſas circũſtãtias additas pt eſſe bonum, puta,ut quis cõfutet:aut malum,puta ut eis utatur.hæc ex S.Th.4. quo, ar.16.¶Tertium.Matheſim penultima breui:licet docere,quia cõprehendit aliquas artes liberales,ſed matheſim penultima pducta docere nõ licet ad uſum;quia ſignificat artẽ diuinãdi,q̃ reprobata eſt;ut C.de male. & mate.l.nemo.& l.culpa.& ſic ſm Su. An. ẽt doceri nõ pt ad inſtructionẽ:q uerum eſt, qñ doceretur cũ talibus circunſtãtijs,q inde alicui periculum generaretur: nõ aũt ſm ſe: quia ſicut pt quis licite appetere eã ſcire ad deſtruendũ:ut pbat S.Th.in d.quolib.ita ẽt pt quis appetere ut doceatur ab aliquo: qđ non eſſet,ſi ille licite doceret. vnde verſus:

*Scire facit Matheſis,dat diuinare Matheſis.*

¶Quartum.De ſcientijs poeticis diſtinguendum eſt:quia libri quidã ut in pluribus ſunt de laſciuijs,ut Ouid.de Arte,& ſimiles: & tales legere,uel audire omnino prohibitũ eſt. Et ſic intellige c.ſacerdotes.& c. legãtur. & c.ideo.37.di.Alij uerò ſunt, qui ut plurimũ afferunt multum vtilitatis,licet aliqñ ſint in eis aliqua turpia miſta:& tales legere,uel audire bono fine nõ eſt prohibitum.& ſic loqtur c.turbat.ea.di.cũ duobus ſequentib.dũmodo talis ſit magiſter, q laſciuias breuiet & legat obſcurè, uel dimittat trãſeundo. Et ſic lita gl. in Su. di, 37.vide etiã ĩ.Scientia.

10 †NONO qritur, ubi & qualiter debeãt magiſtri ad legendũ inſtitui? Et dico multa.

¶Pri-

¶Primum. In locis oībus, in quib. ſuppetūt eccleſiæ facultates: ſiue ſit cathedralis eccleſia, ſiue alia collegiata, poni debet magiſter in grāmatica legēs: cui bñficiū cōpetēs aſſignetur, ſeu percipiat fructus vnius pbendæ: & tandiu ſolū quādiu pſeuerat in docendo clericos illius eccleſiæ gratis, & alios pauperes. In metropolitana verò eccleſia dēt poni magiſter, q̄ doceat in ſacra pagina, & de pertinētibus ad curā aīarū. 33. diſ. de quibuſdā, eo.tit. & c.j. & c. quia nonnullis. Hodie verò ſtatutū eſt, ꝙ Romana Pariſiēſis, Oxoniēſis, Bononiēſis, & Salmaticēſis eccleſia duos habeat viros peritos ad inſtituendū in Hebraica, Chaldaica, & Arabica lingua. cle.j. eo.tit. vbi ēt ponitur cuius ſumptibus. ¶Secundū. Si nō vacet aliqua pbenda, quilibet de pbendis debet tñ dare, ꝙ faciāt vnā pbendā, ſi ſit pereſt ad eorū neceſſitatē: ar.c.fi. de his quæ fi. à ma.par.ca. & de ec.ædi.c. de his. & ſi nō ſupereſt, expectent donec vacet prima. ar.c. dilectus. el ij. de præb. ſm Ber. & Hoſt. ¶Tertium. Si pbenda vna ſit aſſignata magiſtro nō canonico: & ſtatuto iuro firmato caueatur, vt canonici ſint tot in numero: non pp hoc tenētur eligere aliū canonicū auctoritate illius c. quia nōnullis. eo.tit. nec faciāt cōtra iurm: nec currit eis tps: quia non vr̄ talis pbenda vacare, niſi qñ magiſter à legēdo deſiſtat. ¶Quartū. Nec pōt magiſter in canonicum eligi ſub illa cōditione vt doceat: quia ceſſare dēt oīs cōditio & pactio. aliàs ſimoniacū eſſet. Sed ſi qua pbēda vacaret, ſtatuere poſſent, ea vacāte, vt iſtud onus ſit illi annexū: vt no. Hoſ. & Ber. in d.c. quia nōnullis: q̄uis Hoſt. videat tenere, ꝙ ēt in primo caſu nō ſit ſimonia, ſed permutatio de ſpūali ad ſpūale. c. ad qōnes. de re. permu. ¶Quintū. A prælatis & capitulis debēt aliqui habiles ad Theologiæ ſtudiū deſtinari, q̄ poſt alios doceāt & miniſtrari neceſſaria ſi pūetus pprij nō ſuficiūt: docētes aūt in ipſa facultate, dū ī ſcholis ſtuduerint, & ipſi ſtudētes p annos quinq; recipiunt de licētia ſedis apoſtolicæ integrè fructus pbendarū & beneficiorū ſuorum non obſtante contraria conſuetudine, vel ſtatuto. hæc oīa extra eo. ſuper ſpecula.

11 †DECIMO qritur, qualiter ſe debeāt hr̄e magiſtri in pecuniis exigendis, vel acceptādis? Et dico multa. ¶Primū. Magiſter, cui aſſignata eſt pbenda vel prouiſio. ſ. de eccleſia, nihil exigere pōt à ſcholaribus, etiā prætextu cuiuſcunq; cōſuetudinis. eo.tit.c.i. & ſi exigit à clericis illius eccleſiæ, vel à pauperibus alienis, ſimoniā cōmittit, ſm Hoſt. in c. qa nōnullis. eo.ti. & Io. Bar. Brix. & Arch. in c. de quibuſdā. 37. di. qđ intellige, ſi reditus illi ſufficiunt. Secus ſi ſit pauper, nec habet prouentus ſufficienter aſſignatos: quia magiſtris neceſſitas ſubleuāda eſt. d.c. quia nōnullis. Et ſi nō eſſet ſimonia, ſm Alex. nec eſt hoc vendere ſcientiā, ſed ſuū laborē. facit l. ij. de ori. iur. Sic etiā eps, licet nō poſſit facere exactiones, tñ ex neceſſitate exigit ſubſidiū charitatiuū. c. cùm Apoſtolus. §. phibemus. de cēſi. & c. cū ſit. de ſimo. & c. cōquerente. in fi. de offi. ord. ¶Secundū. Similiter ēt alij magiſtri nō debēt exigere quicq̄, qñ ſunt cōpetenter ſalariari de publico, in ſtudijs gñalibus, à quocunq;, ſm Pa. in d.c. quia nōnullis. Extra ſtudia aūt gñalia ſimiliter nihil poſſunt exigere à ſcholaribus illius loci, ſm Io. An. nec à pauperibus: ſed bene à diuitibus alienis, & etiā ſm cōſuetudinem. l. qđ ſi nolit. §. qui mācipia. ff. de ædil. edic. & facit l. ſi fundus. ff. de euic. & qđ no. Bar. in l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duo. reis. Si verò nō ſunt ſalariati, exigere poſſūt, ſed nō à pauperibus. de cenſi. licet. Sed intellige ꝙ poſſunt exigere, qñ non eſt eis prouiſum ſufficienter, & ſi legunt ad vtilitatem ſcholariū, vt docti. Secus ſi ad ſuā vtilitatem, vel faſtū: quia nō gerūt vtiliter negotiū alienū, ſed ſuum. ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. ij. Et ſi eſſent diuites, nihilominus qñ nō eſt eis prouiſum exigere poſſunt, ſm Bar. Brix. quia & eps viſitans & cōſecrans eccleſiā, recipit procurationem, etiā ſi abundet: vt de cenſi. cum Apoſtol. & c. ſopitæ. nec hoc eſt vendere ſciētiam inuendibilem, ſed locare operas ſuas. Contrarium tñ tenuit Io. in gl. di. 37. de quibuſdā. ¶Tertium. Omnes magiſtri recipere poſſunt ſponte oblata à ſcholaribus. c. dilectus filius. el ij. de ſimo. x. q. iii. priſcis. quia ſunt qdam, q̄ licet inhoneſtè petantur, honeſtè tñ recipiuntur. l. j. §. eſt quidem res. ff. de var. & extraor. cog. ¶Quartū. Magiſter, qui ſcholaribus concedere nō vult celebrationē feſti alicuius ſancti qđ eſt colendū, niſi data pecunia: ſm Ray. ſimoniā cōmittit: quia vēdit ſpirituale ad quod tenetur. Et idem eſt ſi non vult deſiſtere à celebratione feſti nō celebrandi. j. q. iij. vendentes. aut diem non colendum, colendū concedit gratia pecuniæ, ſm Sum. Conf. Si autem concederet aliquo die pro feſto ceſſare ad recreationē. nō eſſet ſimonia, ſed turpe lucrū. ſm Rod. licet dicat Supplemētū non eſſe diuerſitatē inter hunc

caſum

caſum & ſ. dictos. qđ eſt manifeſtè falſum.

12 † VNDECIMO quæritur, quô magiſter euitare debeat ſimoniã circa licentiam docendi? Et dico multa. ¶ Primum. Si quid exigatur aut ꝑmittatur ꝑ licentia docẽdi, ſm Hoſt. exactũ reſtitui & ꝑmiſſum remitti debet. extra eo. c. j. & c. ꝓhibeas. nõ tñ eſt ſimonia. ſed turpe lucrũ cum vitio cõcuſſionis, & eſt neceſſario dandũ ei, q dedit, ſi fuit idoneus: quia nõ turpiter dedit. Vide quod no. Ber. in c. ꝓhibeas. aliàs ꝓhibemus. eo. ti. Arch. tñ prædicta intelligenda dicit de ſniã ſpeciali actuali, qñ conductus vel ſalariatus ad legendũ, ex ſtatuto vel côſuetudine loci habet accipere ab aliquo licentiã accipiẽdi: non aũt de licentia gñali, q datur in doctoratione legendi, interpretãdi, gloſſandi: pro qua aliquid accipere vel exigere prohibitũ non vr: cùm vbiq; legũ interpres cõſuetudo habeat cõtrariũ: nec adhuc legi, inquit, hoc eſſe reprehenſibile. Ratio diuerſitatis eſt: q a prima licentia eſt ad actualitatẽ docendi, & ſine labore: alia eſt cũ occupatiõe & labore. Quod ſi nõ placet, oportet dicere ꝙ d. c. ſunt contraria cõſuetudine abrogata: q̃ etiã viri timorati ſeruant, vel ꝙ vbiq; eſt corruptela: qđ eſt durum. Vnde Car. Mon. tenet iſtã dationem eſſe licitã rõne laboris: allegans Pe. de Anch. hoc tenẽtẽ, hæc ex illo. ¶ Secundũ. Idem de epo dicendũ eſt. ſm Inn. q ſuo clerico dare nõ vult licentiã adeundi ſcholas, niſi aliquo dato. Sed Io. And. dicit ſm aliquos eſſe ſimoniã: quia ipſa licentia eſt ſpiritualis, & ſpirituali cõpetens poteſtati. de ſimo. tua nos. Rod. ẽt credit ſimoniã, ſi gratia lucri dat licentiã pro quinquennio iure conceſſo. c. ſuper ſpecu. eo. ti. Similiter ſi ad maius tp̃s, qñ habet reſpectum principaliorem ad ſoluendũ eum à ſpirituali officio ꝙ eccleſiæ debet: ꝑ ꝑ morã aũt in ſtudio faciẽdam, eſt turpe lucrum & peccatũ mortale, licet non ſimonia. ſm Sum. Ang. Sed tu dic, ꝙ ſi haberet eundem reſpectum, eſſet idem iudiciũ. ¶ Tertiũ. Qui concedere põt docẽdi vel legendi licentiam, etiã ſi in propria velit legere perſona, non poterit. ſm Hoſt. alterũ impedire, vel ei denegare licẽtiã: etiã ſi ipſe ſit valde idoneus. arg. de off. arch. c. vlt. quia hoc eſſet in auditorũ ꝑiudiciorũ: cum ſæpe quis habeat gratiã diſcendi ab vno, & nõ ab alio. facit c. quanto. extra eo. ¶ Quartum. Is qui obtinuit licentiã legendi, ſi fecit expenſas in conuiuijs ſm cõſuetudinẽ: põt alium ſubſtituere cũ pacto, ꝙ reddat expẽſas quaſi loco intereſſe. ſm Rod. & Veruec. dũmodo ſubſtitutus legat vice ſua: & cõſuetudo illũ ſit ſubſtituendi. Si verò transfert in totum, ſuum, non põt aliquid ẽt pro ſuo intereſſe paciſci, & multominus de certa portione emolumenti percipienda: qđ in primo caſu licebat, ſm Rod. & hoc non obſtante, ꝙ eccleſia traditur, tali modo: quia bñficia ſunt aſſignata pro ſuſtentandis clericis: iſtud aũt pro labore docẽdi. Et ita cõiter tenetur. Sed ego non video rationem differentiæ quantum ad intereſſe. De materia magiſtrorum, vide etiam ſ. Scientia. & ſ. Studium.

¶ DOLVS quid ſit, & quomodo committatur, vide ſ. culpa. per totum.

¶ DOMESTICVS quis dicaẽ, ſ. Familiaris.

## DE DOMICILIO.

1 *Domicilium non eſt domus, ſed maioris fortunæ cuiuſq; partis in locum certum receptio. Et ibidem, vbi nam clericus hẽre domicilium dicatur.*

2 *Intentionem atq; propoſitum domicilium cõtra. Huri, ad domicilij conſtitutionem ſpectanda.*

3 *Scholaris non in loco ſtudij ad ordines promoueri, ſine epiſcopi proprij licentia poſſit. Et ibidem, num minores ac prædicatores, qui ex priuilegio ad ſe accedentes audire poſſunt, an forenſium vota commutare queant.*

1 D † OMICILIVM alicuius ibi eſt, vbi quis fortunæ ſuæ maiorẽ partem cõſtituit, vel bonorũ ſuorum partem magnã, vel ſi ibi larem, i. familiã habet, C. de incol. l. ciues. lib. x. vel ſi nihil haberet ibi, aſſiduè tñ ibi conuerſatur C. vbi ſena. l. ij. & l. eius. Sola autẽ domus non cõſtituit domicilium. ff. ad muni. l. libertus. §. ſola. ſed magis ibi erit, vbi quis rerum ſuarum ſummã conſtituit: vnde rurſus diſceſſurus nõ ſit: vnde cùm profecturus fuerit, peregrinari vr: & ad quẽ locum cùm redierit, peregrinari deſinit. Et de hoc Inn. de fo. compe. ex parte. Et licet iſtud, ſm Gof. clericus habeat vbi larẽ conſtituit, non ſemper vbi habet eccleſiã: tñ ſm Arc. de reſcri. ſtatutum. lib. vj. pro domicilio ſemper reputari debet locus ſeu loca, vbi clerici ad reſidentiã tenentur: licet aliq contradicant. & ſic etiã not. Inn. & Hoſt. de priuig. ex ore. Poteſt autem, ſm Gof. de fo. compe. quis eſſe ſine domicilio. Et poteſt quis hẽre vnum tñ: vt abbas, qui extra ſuum monaſterium illud habere nõ poteſt. Poteſt etiã quis habere plura domicilia, ſicut laicus, ſm Inn. in d. c. ex parte. modo vtrobiq; ſit inſtructus. Et allegat l. aſſumptio. ff. ad munic. & l. ſenatores. ff. de ſenat. & loquitur de inſtructo.

de inſtructo,de quo in l.quæſitū . §.ſed & ſi; ſun.ff.de fun.inſtr.& inſt.lega.vbi accipitur pro oībus pertinentijs neceſſarijs ad vſum. Et addit Inno.idem ſi nihil haberet aſſiduè; tamen ibi conuerſatur . Et idem ſecundum aliquos eſt de clericis inferioribus, id eſt,nō prælatis:vt videtur velle Archid.

2 SED omnia pdicta intellige dicta pſumptiuè:veraciter aūt rationē domicilij cōſtituit intentio habitationis perpetuæ : determinatè qñ eſt vnū tm̄ : vel ſub disiunctione, qñ ſunt plura . de quo ēt s̄.Confeſſor.j.§.x. Qui autem alicubi nō habet domicilium : q̄tum ad ſacra neceſſaria.ſi dēt illa ibi percipere,ſm Inn.in c.oīs.de pę.& re.requiritur, q̄ habitet ibi p maiorē partem anni,& non in fraudē proprij ſacerdotis.Et facit c.q.16. q.j.de deci. ad apoſtolicæ. niſi ſe transferat hoſpitiū conſtituens aīo ibi remanēdi:quia ſtatim fit ibi parochianus . de quo Paro.c. vlt.& d.c.ad apoſtolicæ.& idem Hoſt.Et intelligo animum remanēdi, nō quidem perpetuū,quia iam ibi hr̄et domiciliū, ſed vſq; ad tp̄s percipiēdorū ſacrorum neceſſariorū: puta confeſſionis & cōionis ſemel in anno: ante qđ tamen tp̄s pōt iſta recipere , ſi adeſt talis intentio.Quantum verò ad ſacra volūtaria,ſecus eſt.Vnde dicit Pa.ſingulariter in c.nullus.de paro.q̄ in iurib. diœceſanis ſpectamus domiciliū & non habitationē:vnde quo ad ſacra neceſſaria eps̄ ſtudij erit iudex cōpetens,ſed non quo ad voluntaria .

2 † EX quo infero, inquit , q̄ ſcholaris ad ordines promoueri non pōt in loco ſtudij ſine licētia ſui epi.cum ibi nō habeat domiciliū. C.de incol. l.ij.lib.x.nec eps̄ ſtudij cōmutare pōt vota ſcholaris extranei : qđ eſt contra multos confeſſores ignorantes. hæc ille.Et ratio eſt:quia iſta nō ſunt neceſſaria. Vbi etiā aduertant fratres Prædicatores & Minores, qui ex priuilegio audire poſſunt vndecunque ad ſe accedentes: quia non pp hoc poſſunt vota commutare forēſiū , quia hoc non pōt eps̄,qui eos expoſuit vel acceptauit:à quo ſolo in huiuſmodi habent auctoritatem. vide s̄.Confeſſor.j.§.x.

## DE DOMINICA, ET FESTIS, Feriatiſque diebus .

1 *Dominica a Domino dicta,quanam conſtitutione ſabbato ſucceſsiſſe dicatur . Et ibidem quid feſtum,& vnde dicatur.*

2 *Feriarum legalium genera tria:de quibus hic ſigillatim.Sunt & canonicæ feriæ . Et quid in his liceat,aut minime,quantum ad carnium & reliquorum ciborum vſum pertinet.*

3 *Feriæ ſolennes quænam ſint.Et in quibus ex his conſuetudo ſit,aut minime. Et ad hæc concluſiones variæ .*

4 *Feriæ ſolennes quando celebrentur , & quando incipiant . Et in his a quibus abſtinendum ſit. Item quot in his ſunt regulæ,& quot ex his quæſtionum concluſiones deciſiuæ.nu.5.6.& 7.*

8 *Feſtis diebus,quibus inſiſtendum ſit.Et quid ſi epiſcopus ſi.tum excōicationis aduerſus laborantes in diebus feſtis intulerit : & qui neceſſitatis cauſa,pluuia ſcilicet,an tempeſtate ingruente, aut pietatis occaſione,contrafecerit, num in huiuſmodi ſententiam incurrat.nu.9.*

1 D†OMINICA dicta eſt à Domino: & eſt dominica dies illa , q̄ in honorē Domini noſtri Ieſu Chriſti pp reſurrectionē eius,per quā recreatus eſt mundus, celebratur.de cōſe.diſt.iij.ſabbato. ſuccedēs ſabbato,nō diuina, ſed eccleſiaſtica cōſtitutione.Quod fieri potuit : quia pceptum de ſanctificatione ſabbati , inquantū erat morale,vt.ſ.aliquod tp̄s daretur creatori, mutari non potuit : ſecus inquantū erat cęremoniale,ſeu figurale.i.quantū ad diem taxatā . ¶ Feſtum autē eſt dies otij & religionis , in quo hoīes cōueniunt: dictum à feſto ligno, ad quod in domus ſummitate tigna conueniūt:vel dictū eſt feſtū a feria, quaſi feriatū. ¶ Feria verò dr̄ à foro,quaſi fœria,ſm Azo. in Sum.quia præſtat vacationē ab his quæ in foro iudiciali agi cōſueuerunt. Vnde ſm Goſ.feriæ dicūtur,quia à forēſibus negotijs immunitatē præſtant.l.diuus.ff.eo.tit. & ſic eſt dies quietis à cauſis. Vel dr̄ à feriēdis victimis,q̄ cædebantur in ferijs , & ſic eſt dies quietis ab operibus ſeruilibus,ſeu dies feſtiuanda. Vel dicitur feria à fando : quia in ea Deus ſolo verbo aliquid fecit.& ſic eſt omnis dies ſeptimanæ præter ſabbatum:vt dominica ſit feria prima,& conſequenter.

2 †VNDE feriarum legalium tria ſunt genera.Quædā.n.dicuntur ſolennes, in quibus nō licet manualiter operari,introductæ ob reuerentiā Dei : de quibus in c.conqueſtus.de fer. & C.eo.dies feſtos.vt ſunt ab eccleſia inſtituta . Dn̄s.n.vel ciuitas ſi ſtatuat feſtū ſub certa pœna colēdum: pœnā quidē à violatoribus poſſet exigere : ſed culpā nō incurrent:quia ad hos nō pertinet feſta præcipere . ¶ Quædam verò dicuntur temporaneæ,quæ ſunt duorū menſium , datæ pro fructibus colligendis,id eſt,meſſis & vindemiarum : quæ ſecundum diuerſas regiones

citius aut tardius præcogitantur & indicũtur.ff.eo.l.præſides.& de of.procõ.l. ſi in aliquo.& in quibus iudicialis proceſſus fieri non põt,niſi cõſenſu partiũ. ¶ Quædã uerò ſunt repentinæ,quas Imperator indicit ꝑp victoriã q̃ fecit, aut reductionẽ uxoris, uel filij natiuitatem: & quas ſolus princeps indicit.C.de fer.l.a nullo.& quas populus obſeruare tenetur,ſaltẽ in publico,ex quo princeps poteſt illas indicere: utrũ tñ contra facientes peccet mortaliter,uid᷑ ĩ.Statutũ.§.vj. In pdictis ferijs nullus põt ad iudiciũ cõpelli,niſi in certis caſibus: de quibus ff.eo.l.j.& in c.vlt.de iu.& niſi urgeat neceſſitas, puta, quia res erat peritura:ut hẽs exẽpla l.j. ij. & iij.ff.eo.& l.j.ff.de dã.infec.aut pietas,puta, cã debiliũ uel miſerabiliũ ꝑſonarũ: ut in c. conqueſtus, de ferijs, quia in operibus miſericordiæ non eſt habẽda diſtinctio dierũ. ar.76.di.utinam.de cõſec.di.5.nunq̃.& ſumma rõ eſt quę pro religione facit.ff.de relig. & ſump.fun.l.ſunt ꝑſonæ.imò pdictis ferijs renunciare partes non poſſunt,niſi temporaneis:vt in d.c.cõqueſtu .& xv.qõ.iiij. in ſũma.Præter has ſunt feriæ canonicæ,i.dies ſeptimanæ. de quarum aliquibus in c. de illis. xj.q. iij. in quarũ ſexta illicitũ eſt carnes comedere.de conſec.di.4.ieiunia:qđ limita,niſi ſit dies natiuitatis dñi:quę ſi eueniet feria ſexta uel ſabbato,carnibus ueſci poſſumus, niſi quis ſe uoto uel regulari obſeruãtia adſtrinxerit ad nõ comedendũ:ut in c.fi.de obſerua.ieiu.Additur & dies ſabbati,de quo in c.ſabbato.de conſec.di.3. & di. 5.& c. quia dies,ubi admonentur oẽs Chriſtiani a carnibus abſtinere,niſi feſtũ,ſ.natiuitatis,uel infirmitas impediat: ſed hoc eſt præceptum ubi eſt conſuetud .de obſer.ieiu. conſiliũ. Vbi uerò non eſt conſuetudo, & non cõmedantur carnes,eſt conſilium,ſm glo.in d.c.quia dies.de cõſec.di.v.¶ Ex his aũt patet primò, ꝙ religioſus, qui ex diſpenſatione plati põt comedere carnes:hoc pt ſexta feria, ſi ſit natalis dñi:quia cũ ad non comedendum tali die teneatur ex duplici lege,ſ.eccleſiæ & religionis ſuæ:prima remouetur per d.c. fi.vnde remanet ſecunda tantum,ſuper quam plalatus habet auctoritatem . Et idem dico de eo, qui hoc habet ex uoto : ex licentia eius qui diſpenſare põt in tali uoto,poterit carnes mãducare.¶ Patet ſecundò,ꝙ habens ex voto nõ comedere oua in ſexta feria, poterit comedere carnes ex diſpẽſatione epi uel hẽtis auctoritatẽ ab eo diſpẽſandi in uotis. Vtrũ aũt ſine diſpẽſatione poſſit comedere carnes,cõiter tenetur,ꝙ non: quia abſtinentia ouorũ includit abſtinẽtiã a carnibus:ſed tñ credo diſtinguendum,an tpe uoti habitualiter habuerit intentionem ſe obligãdi, ſi affuiſſet memoria dicti caſus,an nõ : quia hic non eſt obligatio,niſi ſm eius intentionem.Et ſi neſcit diſcernere: teneat ſecuriorem,ut abſtineat:uel petat diſpenſationem.

3 † PRIMO uerò quæritur , quantum ad ferias ſolennes,quę ſint? Et dico multa. Primum. In c.conqueſtus.extra,de fer. ubi quidã dies mandãtur feriati quãtum ad ceſſationem a ſtrepitu iudicij, & ẽt ab operibus ſeruilibus,ſm cõem opinionem doctorum, ſic dr:Debet iudicialis ſtrepitus diebus conquieſcere feriatis, qui ob reuerẽtiã Dei noſcuntur eſſe ſtatuti,ſ.natalis Dñi, ſancti Stephani,Ioannis Euangeliſtę,Inn.ſancti Syluestri,Circunciſionis,Epiphaniarum, ſeptẽ diebus dominicę Paſſionis , Reſurrectionis, cũ ſeptem ſequẽtibus,Aſcenſionis,Pẽtecoſtes , cum duobus qui ſequuntur,natiuitatis Ioãnis Baptiſtę,feſtiuitatem omnium glorioſę virginis,quę ſ.erãt tpe [illegible] ut purificatio,annuntiatio , aſſumptio & natiuitas:de alijs aũt ĩ.feſtiuitatum 12. Apoſtolorum,& precipue Petr. & Pauli. Sed intellige feſtiuitatum principalium, qñ. ſ. euolarunt ad celum,ſm Arch.& ut conſuetudo teſtatur.& Laurentij,dedicationis beati Michaelis,ſ.de menſe Septembris, ſolẽnitatis oĩum Sãctorum,ac diebus dominicis, cęteriſq; ſolennitatibus quas ſinguli epi in ſuis diœceſibus,cum clero & populo duxerint ſolenniter uenerandas.Quod limita primò,ſm glo. de conſe.di.3.in c.pronuntiandum.de ſolennitatibus ſanctorũ canonizatorũ,ſ. auctoritate eccleſię Romanę , cum eps canonizare nõ poſſit.de reli.& ve.ſan.c.j.ad quos ſolus, ſm Arch.dirigi põt oratio ſolennis,i. in miſſa,uel diuino officio facta:licet oratio priuata dirigi poſſit ad omnem,qui creditur eſſe cũ Chriſto.Limita ſecundò,ſi populus conſentiat,ſm Arch.& idem patet ex textu: & ſequitur Pan.in d.c.cõqueſtus.& Arc.in d.c. pronunciandũ.& Fede.licet do.An.dicat,ꝙ ſolus eps cũ clero,ſeu capitulo hoc poſſit.Limita tertiò quo ad eos q̃ sũt de diœceſi , vel ĩ ea morãtur,q̃ bonas loci cõſuetudines ſeruare dẽnt.di.8.q̃ ꝯ.di.12.illa aũt.Quibus vtique ſolẽnib. ferijs,niſi neceſſitas urgeat, gl. puta ſi eſſet res tpe peritura. Exempla plura hẽs.ff.eo.l.j.2.& 3.& ubi res celeritatẽ deſiderat

derat ff. de dñ.in fe.l. j. vel pietas ſuadeat. gl. puta cã debiliũ, vel miſerabiliũ pſonarũ: vſq; adeo conuenit ab hmõi abſtinere: vt conſentientib. ẽt partibus nec pceſſus habitus teneat nec ſnia, quã cõtingit diebus ab hmõi promulgari. hæc ibi. ¶Secundũ. In c. pronunciandum. de conſ. di. 3. vbi fit conſimilis feriarum enumeratio, non fit mentio de annũtiatione beatæ virginis: quia ſ. fortè nondũ erat illud feſtũ inſtitutũ ſm Arc. & tñ ibi aliæ feriæ addũtur, ſ. tres dies rogationũ, feſtũ S. Martini, & dedicatio cuiuſcũq; oratorij. quod limita quantũ ad loca ipſius oratorij: & vbi eſt conſuetudo, quæ in hmõi valet, vt patebit. vbi verò nõ eſt cõſuetudo, q celebretur, aut nõ celebretur, vt vbi nouiter fit dedicatio, non eſt etiã peccatum non celebrare: quia ſm Arch. iſta lex eſt conſuetudine abrogata: vnde non ligat niſi gratia conſuetudinis particularis. Eadem quoq; di. in c. crucis. additur feſtum inuentionis ſanctæ crucis, quinto Nonas Maij: & feſtũ corporis Chriſti. in cle. ſi dñiũ. de reli. & ve. ſan. ¶Tertiũ. In c. ẽt glorioſus, de reli. & ve. ſan. li. vj. additur Euangeliſtarũ & quatuor doctorũ eccleſiæ, q̃ mandãtur ſub feſto duplici ſolenniter celebrari, q Io. An. intelligit non ſolũ quo ad officium, ſed ẽt quo ad ceſſationem ab operibus ſeruilib. & vr̃ ſequi do. Ant. & Pan. in c. queſtus. Et hoc tenuit Sum. Ang. ſ. q ſint de præcepto. & idem Suppl. multipliciter conatur oſtendere: ſed oppoſitũ tenuit Arc. tũ quia conſuetudo legũ interpres hẽt contrarium: tum quia periti & timorati viri ſimiliter contrarium dixerunt: tum quia dicit ſe vidiſſe Eugenij declarationem, vel diſpenſationem, dicentis ſe non intendere q fideles obligentur. Quicquid tñ de iure ſit, in hoc, ſm oẽs, conſuetudini ſtandũ eſt: & vbi de cõi omnium more celebrantur, ſeruanda ſunt. ¶Quartũ. Feſta p eccleſiæ totius cõſuetudinẽ introducta: vt beati Nicolai, & fortè b. Antonij, & Catharinæ, & hmõi, ſeruanda ſunt: quia cõſuetudo eſt tacita lex, & p lege habetur, ſi rõnabilis ſit, & proficiat ſaluti. di. j. cõſuetudo. de quo ſ. Cõſuetudo. Quę verò introducta ſunt in vna ciuitate tñ, aut puincia, in illa ſimiliter ſeruanda ſunt: quia ſicut gñalis cõſuetudo rõnabilis ẽt non pſcripta, gñalẽ, ita particularis particularẽ facit legẽ: ar. di. 12. c. illud. & c. illa. quæ tñ intellige dicta de conſilio, non de pcepto, niſi rõne ſcãdali: quia non ſunt introducta vt de pcepto, ſed ex deuotione: conſuetudo aũt non eſt pceptiua, niſi ex intentione potentis cõdere legẽ, vt ſ. dictum eſt: rõne tñ ſcandali cõſuetudo eſſet pceptiua. iuxta dicenda j. Scandalum. ¶Quintũ. Feſtum viſitationis Mariæ pcepit Vrbanus vj. ſed mõ non ligat ſm Arc. quia receptũ non fuit, nec cuſtoditũ, nec fortè publicatũ. Feſtũ aũt Niuis non eſt ſub precepto, ſimiliter nec feſtum Conceptionis: q olim quidem eccleſia Romana non celebrauit, vt patet p gl. in d. c. pronuntiandum. ſed tolerauit ſm S. T. & meritò: quia non eſt repudiandũ, vt idem dicit, habito reſpectu ad ſanctificationẽ: quę pro tpe facta ſit, ignoratur. Vnde potius eſt ſanctificationis, q̃ conceptionis. Vnde nunc illud vr̃ celebrare, nõ quaſi affirmans, aut determinans dictam cõceptionẽ fuiſſe immaculatã, & ſine originali contagio, vt Sũ. Ang. & Ro. conantur aſſerere: quia expreſsè Sixtus quartus ordinis Minorũ, q illi opinioni fauit, quantum honeſtè potuit, dicit in extrauaganti, quæ incipit graue nimis, q eccleſia Romana nondũ hoc determinauit. & idẽ Alex. ſed quaſi in conceptione colens ſanctificationem citiſſimè, vt creditur, ſubſecutã. & quaſi gratias referens de cõceptione ratione pſonæ conceptæ, nõ ratione ſanctitatis in conceptione collatæ: ſicut ẽt colitur feſtum Epiphaniæ, in quo tñ nulla ſanctitas noua collata eſt. ¶Quod aũt dicit Sum. Ro. circa hoc extare miracula: nihil eſt, niſi facta fuiſſent in teſtimoniũ huius veritatis: quia ẽt tpe beati Martini ad preces porrectas latroni fiebant miracula gratia fidei petentiũ. Quod ẽt dicit Sum. Ang. olim puritatẽ conceptionis non fuiſſe reuelatã, ridiculũ eſt: quia cõtra auctoritates ſanctorũ, & conciliorum, & ſcripturarum ſtultum eſt credere muliercularum ſomnijs. Quia tñ deuotio ſimplicium ſine ptinacia nõ eſt condẽnanda: ideò idẽ pontifex in eadẽ extrauaganti, ad ſcandala tollenda mãdauit ſub pęna excõicationis: vt j. Excõicatio. 7. §. vlt. ¶Sextũ. Feſtũ aũt beati Franciſci eſto, q fortè Sixtus quartus illud ſub pcepto poſuerit: tñ modò nullus tenetur: quia illa cõſtitutio non fuit moribus utentiũ approbata. di. 4. in iſtis §. leges. ¶Septimũ. Circa hmõi feſta diſtinguendum eſt. Nã ſi ſunt iuris humani, in eis ſtãdum eſt cõſuetudini: ſicut fuit olim de feſto Trinitatis faciendo. extra eo. quoniã. quod tamen hodie ex mãdato Ioan. 22. fit per vniuerſalem eccleſiã. & idem, ſm Arch. eſt de feſto Innocẽtium, & S. Syluestri: quia ſ. ſtandum eſt conſuetudini: & cõiter malè

cuſtodiuntur. Et idem eſt, ſm eundem, de feſtis Euangeliſtarũ & doctorũ: & idẽ de feſto S. Bartholomęi, quo ad diẽ, in quo celebrat. de obſeruatiu. conſiliũ. imò q̃dã pdictorũ feſtorũ ſunt p conſuetudinẽ abrogata, quo ad ceſſationẽ ab operibus, vt cõiter dr: vt tres dies rogationum, & ſeptem dies dñicæ paſſionis, i. hebdomada ſctã. & ſeptima reſurrectionis, i. hebdomada Paſchę: nec ſeruantur hodie niſi tres dies Paſchæ: & ſm Arc. paraſceues, & feria v. in cœna Domini: imò nec iſti ſeruantur, niſi fortè paraſceues vſq; ad oſculum crucis. Si verò ſunt iuris diuini, in eis cõſuetudo, locum non habet, vt dies dominica, vt cõiter tenetur, & dies maiores: vt natiuitatis Dñi, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pẽthecoſtes, & Epiphaniæ, vt dr in gl. de ferijs. licet. & ſequuntur cõiter doc. & Io. An. addit Aſſũptionis glorioſę Virginis. ar. c. fi. de ſen. exc. li. 6. imò gl. Ray. dicit dies maiores eſſe feſta Chriſti, beatæ virginis, Apoſtolorũ Petri & Pauli, & itẽ paraſceues. ꝙ põt fortè eſſe verũ. quãtũ ad vacare à ſeruilib. nõ aũt quia ſint de iure diuino. Ex q̃b. malè intellectis infert Suppl. ꝙ nulla cõſuetudo põt excuſare laborantes ſabbato poſt occaſum Solis, vel in vigilia feſtorum dñica maiorũ: cùm in hoc, inquit, fiat cõtra ius diuinũ. ꝙ dictum eſt falſum, & cõtra alios Summiſtas ordinis ſui: vt patebit §. ſeq. Vnde dico conſuetudinem non hr̃e locum in his q̃ ſunt de iure diuino, vt ſic: vñ ſicut eccleſiaſtica lex, ita & eccleſiaſtica ꝯſuetudo variare põt tps diei dominicę, quod ex lege poſitiua & non diuina depẽdet, vt dictũ eſt: dummodo feſtiuetur 24. horis ꝙ eſt iuris diuini: & ſabbato non incipiat ſolennitas ante Solis occaſum, ne videamur Iudaizare. de con. diſ. 3. pnunciandum. vnde Arc. dicit, ꝙ vbi eſt de more gn̄ali artificiũ, puta barbitonſorum, ꝙ in ſabbato, aut magnorũ feſtorũ vigilijs laborãt p duas horas noctis, quia tunc magis hoĩes cõueniunt, tolerari põt mos: q͂a ẽt in ſero feſti qñ liceret laborare, die trãſacta non laborãt vſq; ad noctẽ mediã: & ſic vr̃ admitti poſſe cõpenſatio, conſuetudine ſic agẽte: & ſic dñs, inquit, Eugenius quartus ſup hoc req̃ſitus cũ talib. diſpẽſauit, vt pcepi à fide dignis.

4 † SECVNDO quæritur, qñ feriæ ſolẽnes celebrentur, & qñ incipiant? Et quantũ ad primũ dico, ꝙ in die qua occurrunt, ẽt ſi officium ad diem aliã transferatur: quia eccleſia ordinauit, ꝙ ſuo die celebrentur, & de remiſſione nihil ſtatuit: vñ & cõſuetudo ita hẽt. ¶ Quantũ verò ad ſm, dico vt colligitur ex glo. in c. quoniã. de fer. & in c. pronuntiãdum. de conſe. di. 3. ꝙ diuerſis reſpectib. incipit dies feſtus, aut dominicus horis diuerſis. Nã quantũ ad eſum carnium, ſicut & quantum ad ieiunium, incipit à termino cœnæ diei pcedentis vigiliã, q terminus eſt media nox, qñ vj. feria, aut vigilia ſequit, ſm Pan. in d. c. qñ. quãtum verò ad officium incipit in veſperis: quantum verò ad ceſſationem ab operibus ſeruilibus, regulariter incipit à veſpera vigiliæ, i. ſero vel ultima parte diei, ſeu occaſu Solis, & terminatur in ueſpera ſequẽti, extrà eo. oẽs. & de con. di. 3. pnuntiãdũ. & fuit originale dictũ ſcripturæ Leu. 23. tñ feſtorũ initiũ & finis iuxta eorũ qualitatẽ, & diuerſarũ regionũ conſuetudinem ſeruari debet: & ſicut eorũ magnitudo exigit, prius ĩcipere, & tardius terminari: extra eo. qñ. Qđ limita uerum eſſe primò quãtũ ad augmẽtũ feſtorũ, ſed nõ quo ad diminutionem, niſi eſſent de iure poſitiuo: quia non poſſunt eſſe minus, q̃ 24. horarum, ſi ſunt de iure diuino, licet illæ horæ poſſint citius & tardius incipere, uel terminari. Secũdò, limita uerum, niſi ſit dominica, cuius celebratio incipere nõ põt ante Solis occaſum die ſabbato, ne iudaizare uideamur. de con. diſ. 3. pnuntiãdum. Vnde augeri põt hoc feſtum à parte pòſt, ſed non à parte ante. ¶ Hic tñ cauendi ſunt tres errores. Primus eſt Suppl. dicentis nulla conſuetudine excuſari poſſe laborantes ſabbato poſt occaſum Solis, ut dictũ eſt, & improbatũ. §. priore. Secundus eſt Su. Ang. q̃ alleg. uerũ dictũ Pan. in c. j. de fer. ſ. ꝙ dies feſtus quantũ ad ceſſationẽ ab operibus ſeruilibus, incipit ſm conſuetudinẽ patrię. & facit c. qñ. eo. tit. & inde ex hoc uerbo malè & indiſtinctè intellectio infert falſum, ſ. ꝙ ſi ſit cõſuetudo. ꝙ incipiat feſtare ĩ manè, tenẽda eſt, i. laborãdo tota nocte, mõ ceſſent uſq; ad aliud mane: quia Pan. loquitur de conſuetudine rationabili, cuiuſmodi non eſt hæc, quæ homines redderet inhabiles ad miſſam & ſermones in mane diei feſti. Tertius eſt Su. Ro. quæ primò quidem cũ Arc. tenet uerã ſniam, ꝙ ſ. tolerari poſſit artificiũ mos laborãtiũ quaſi uſq; ad mediã noctẽ, ne ꝯcurſum ſimul, & lucrũ pdãt, attẽto, ꝙ ſero feſti qñ laborare poſſẽt, uacãt & recõpẽſant, ſed deinde uolẽs reprobare dictã opi. Sũ. Ang. aſſumit ꝙ talẽ ꝯſuetudinẽ facere nõ pt una ars, aut duæ, uel tres, ſed ſolũ maior pars populi utẽs ea, ſm gl. in c. fi. de cõſu. & Pan.

quod

quod quidē dictum ad eius intellectū primo eſt falſum: quia non oportet populi partem maiorē vti actu inducente cōſuetudinē, exe quādo illū: ſed ſufficit ſi vtatur approbādo. Vnde in ciuilibus ex duob. ſnījs datis in iudicio cōſuetudo inducit: vt dictū eſt s. Conſuetudo. §.4. & ſecundò repugnāt vere ſcietię, q̄ tenuerat: quia ſi duæ, vel tres artes nō pnt facere cōſuetudinem laborandi vſq; mane: nec vſq; ad noctē mediā poterūt. Vnde dico in hoc ſtandū cōſuetudini iudicio boni viri rationabili: puta qua pauperes artifices nec lucrū perdunt nec in mane diei feſti ſunt dormitantes: puta in neceſſitate laborādo ſero duab. aut tribus horis, vel prope ad mediā noctem: cùm vbiq; vniuerſaliter vſq; ad medium noctis ſequentis feſtiuetur.

5 †TERTIO q̄ritur, à quibus abſtinēdū eſt in ferijs ſolēnib. ſiue dieb. feſtis? Et dico ex S. Tho. nō eſſe modo ita arctū p̄ceptum de obſeruanda dñica, ſicut olim fuit de obſeruādo ſabbato, ī quo nō licebat decoctio ciborū, & hmōi: quia non eſt modo iſta obſeruatio figuralis, vt tunc: & facilius nunc ratione neceſſitatis diſpenſatur in ꝓhibitis, q̄ tunc: quia figura pertinet ad ꝓteſtationē veritatis, q̄ nec ī modico oportet p̄terire. opa aūt ſm ſe cōſiderata mutari poſſent ꝓ loco & tpe. hæc ex illo. Et adde, ſm Arch. nō eſſe dubiū de papa, quin poſſit illā die & alijs feſtis diſpēſare, cū ſint de iure poſitiuo, ſ. quātum ad determinationē tpis. de epō etiam creditur à multis, ꝙ poſſit, cùm ſubeſt cauſa rationabilis. Sed de hoc dic iuxta dicta s. Diſpenſatio. §. ix. ꝙ pōt in caſu nouiter & inexcogitato emergēte, puta ī piſcatione, qñ repente cōpareret piſcium inſolita multitudo. Igitur in diebus feſtis abſtinere tenētur hoīes nō ſolùm à peccatis, ſed etiā ab operibus ſeruilibus: vt ab operibus artiū mechanicarū, agricultura, & hmōi: vt nec mercatū, nec placitū fiat, nec ꝓceſſus, vel ſnīæ iudiciales, nec cōdemnatio alicuius ad pœnam, maximè mortis. de cōſe. diſt. iij. rogationes. ext. eo. c. oēs. & c. licet. xv. q. 4. ꝑ to. nec fiant iura niſi pro pace. extra eo. c. j. vel ꝓ alia neceſſitate, vt dicit ibi. gl. puta pro fide, ꝓ obedientia, ꝓ fama. qđ tñ de iudicialibus iuris intellige eſſe p̄ceptum, de alijs verò cōſiliū. vnde agitatio cauſæ nō tenet etiā de cōſenſu partium, & gñaliter ab omni opere ſeruili, ad quod opus ſeruilę pertinent nō ſolùm p̄dicta, ſed etiā emptio & venditio, & ſcribere, & ratiocinia facere, & delatio onerū cū iumentis, & iter, qđ tñ illicitū nō credo, niſi ſit cū magna fatigatione: quia nō multum impedit vacationem à diuinis. Et conſentit Fran. de Mai. in trac. de x. præceptis, & actus voluntarię iuriſdictionis: vt emancipare, cōtractus inire, iudicium facere, ſcribere, inſtrā cōficere, & hmōi: quæ qui faciunt peccant mortaliter, niſi excuſentur: vt j. Actus tñ tales tenent, ſm Pa. in d. c. conqueſtus. & vr̄ expreſſum in l. actus. C. de ferijs. & gñaliter ꝓhibentur oīa fieri cōſueta per ſeruos, & oīa opera corporalia, quibus vnus alteri ſeruit.

6 QVARTO quæritur. q̄ ſint regulę, vel theoricæ, ſeu claues, aut maximè, quibus decidi poſſint oīa, aut multa dubia occurrentia circa materiā iſtā? Et dico tres eſſe. ¶ Prima colligitur ex S. Tho. 2. 2. q. 122. vbi probat, nō prohiberi hic opus ſpirituale, vt docere verbo, vel ſcripto, ſm glo. Numeri 28. nec opus corporale ſeruile factū ad ſeruitiū Dei, vt de circunciſione patet Ioā. vij. & de ſacrificijs, Matt. xij. nec opus corporale cōe ſeruis & liberis: vt ꝓuiſio ī neceſſarijs ſibi & ꝓximo, præcipuè pertinētibus ad ſalutē corporis ſui, vel proximi, q̄ differri cōmodè nō poſſunt: ſicut Machabæi ſabbato pugnauerunt ꝓ defenſione. j. Macha. ij. & Helias die ſabbati fugit à facie Iezabel: & Chriſtus totum hoīem ſanum fecit in ſabbato. & ſecūdario in dāno rerum vitando: ſicut ouis cadens in foueā leuatur die ſabbati. Matt. xij. hæc ex illo. Ex quibus elicitur, ꝙ die feſto nō licet facere opus ſeruile ꝓ lucro conſequēdo principaliter: licitū verò eſt illud facere ꝓ damno rerū vitando, aut corporis, aut animæ à fortiori: & hoc tā quo ad ſe, q̄ quo ad proximum. ¶ Secunda verò colligitur ex Ric. in iij. diſt. 37. art. 3. q. 4. dicente, ꝙ opus ſeruile tripliciter dr̄. Primò. ſ. materialiter tm̄, non formaliter. ſeu finaliter: vt ſcribere nō ad lucrum, ſed ad edificationē animarū. Secundò, formaliter tm̄, nō materialiter: vt cogitare de opere exteriori exercēdo ad lucrum: puta à rōne, aut aduocatione. Tertiò, materialiter, ꝙ formaliter, ſeu finaliter: vt opus corporale ꝓpriè, & proximè ordinatū ad bonū corpale, ſeu lucrū. Quorum primū die feſto cōceditur: vt in d. c. cōqueſtus. vbi cā pietatis permittunt aliàs ꝓh[illegible] facit l. diuus. ff. de feri. vbi permittunt a[illegible]us feriatis ſpectantia ad diſciplinā militarē. Secūdum verò ꝓhibetur de cōſilio, nō de præcepto, niſi ꝑ hoc impediret illa vacatio, q̄ ex neceſſitate debemus diuinis: de qua in ſe-

quentibus dicetur. Tertium verò ſub præcepto prohibetur, & illud exercens mortaliter peccat. ¶Tertia colligitur ex multis doctoribus, ſed præcipuè Fāciſco de Mayro.in tract.de x.pcep. dicentis, quod opus ſeruile tertio mō eſt peccatū mortale, niſi excuſet vnū ex quatuor:quorū primū eſt modicitas operis:q̄ non impedit ſpiritus libertatem, q̄ tñ ſm Veru.arbitrio boni viri penſanda eſt. Secūdū,neceſſitas operis,q̄ aut pueniri, aut cōmodè differri nō poſſit:vt in decoctione ciborū.vel neceſſitas coactionis,q fit à dominis:aliter bona pſcriberentur.facit c. licet.de feri.Tertiū.pietas cordis.ſ. pro Dei honore, vel pauperū ſuffragio vt dictū eſt ex d.c.cōqueſtus.Quartū eſt vtilitas publica, vt pro pace,cōcordia,pōte,& hmōi, q̄ ēt ſunt pia. Adde quintū.i.diſpenſationē platorū. ¶Quę autem neceſſitas excuſet:quidā dicunt, quod ſolū neceſſitas vitę ſuſtentandę, cōtra quos eſt dictum Dñi Math. 12. de oue cadente in foueā.Alij,vt Sum.Roſ.& Ang.dicunt,quod excuſat neceſſitas vitæ ſuſtentandæ, & dāni vitādi,vt dicit S.T. & ēt vtilitas acquirendi, qđ alio tpe acquiri nō pōt:ſicut patet extra eo. licet.de piſcatione ad alecia.ſed hoc tertiū nō eſt neceſſitas, ſed vtilitas,nec licet niſi ex diſpenſatione epi, ſi haberi pōt,ſm Veruec. aliàs ſacerdotis pprij.Sine diſpenſatione autem erit mortale:licet Sum. Ang. dicat hoc eſſe conſilium,quia eſt contra diuinum, vel eccleſiæ preceptum,niſi vtilitas eſſet talis,quod credať platus,ſi haberi poſſet diſpenſaturus: quo caſu locum haberet,ſm mētē Veru.ratihabitio.de lucro aūt indeſequēte dēt fieri pauperib.portio:vt in d.c.licet quod Sum.Ang. putat eſſe pceptū: ego verò cōſiliū.¶Quarta pōt addi pro iſta, & oī alia materia,quod qñ ſermo eſt de peccato mortali,ſemp duo prę ſupponuntur. Primò, quod res ſit alicuius importantię, circa quod dari non pōt regula gñalis.ſed ſtatur arbitrio boni viri.Scđ ò,quod exerceatur cum deliberatione expſſa: vt cū quis deliberat aliquid facere,aut cogitare,ēt ſi facere nolit:vel ſaltē interpretatiua, q̄ eſt cùm quis aliquid ſubditò qdē faciat,aut cogitat, ſed nō adeò ſubditò quin aduertat,& delibe rare poſſit, nec tñ deliberat illectus à voluptate,de quo tamen dic, vt ſ. Conſenſus. in prin.Quando autem res eſt minima, aut ratio non aduertit,nunquam eſt mortale.

7 QVINTO q̄riť, quot cōcluſiones q̄ſtionum deciſiuæ ſequunť ex pmiſſis? Et dico quod multę.¶Prima. Excuſatur rōe modicitatis à mortali,aut ēt veniali, ponēs aliqua pūcta, ſcopās domū, vēdēs vnā rē tātū breui ſermone,puta racemū,modicū itinerās, aut aliqd tale faciens tpe breui,arbitrio boni viri. Rō ſm Bo.3.di.37.in lit.quia iſta modicitas vacationem circa diuina minuit quidē aliqualiter,ſed non impedit.Et faciunt, q̄ notātur in c.intelligentia.de ver.ſig.¶Secunda. Similiter ēt rōne neceſſitatis, maximè ſi vergat ī periculum,vel dānum excuſātur carnifices, etiā ſi tpe notabili occupentur pp neceſſitatem,q̄ pueniri nō pōt, nec differri rōne æſtatis,aut multitudinis feſtorum,vel hmōi: idē de tabernarijs pparantib. cibaria neceſſaria medicis,minutorib.aromatarijs, ferratorib. equorum, ſi principaliter rōne neceſſitatis, licet inde habeāt lucrum:idem de uendentibus panem,herbas,fructus,& hmōi,pro neceſſitate diei feſti, etiā ſi talia conferrent ad guloſitatem.cōtra Angelicā,quia quod vni eſt guloſitas,alteri erit honeſtarecreatio,aliàs aūt vendentes non excuſantur,niſi rōne modicitatis diſtractionis,vt vendentes candelas,vel placentulas inzuccaratas,& hmōi,ī qb.ptia facere non pōt.Et idem de exigentib.debita à ruſticis,aut conducentib.operarios, quia alia die eos ſine incommoditate inuenire non poſſunt.Et idem ſm Veru. de vectorib. mercium alimentorum, aut pſonarum, & curſorib.q ſine graui commodo aliter facere nō poſſunt.ſecus de ruſticis, dominis ſuis blada,aut alia deferentib.Et idem de his, q in vigilia feſti mittunt ſua iumenta ad poitā dum neceſſaria pro feſto,cùm præuenire non potuerūt,ſm Ro.ſecus ſi faceret, vt diē vnā lucrarentur.Et idem de ruſticis,vxore, ac filijsfamilias, ſi iuſto metu labore compellun tur,etiā poſſunt ſuā recipere mercedem, ne domini procliui ad hoc reddātur, & cōmodum ex ſua iniquitate reportent. ¶Tertia.Similiter excuſantur ratione pietatis laborantes pro eccleſia monaſterio,aut alio loco pio, non habentib.ſufficientes reditus,vel pauperib.indigentib.modò non ſufficiat in dominicis,vel feſtis ſolēniorib. ſm Ver.nec dimittantur diuina.i.auditio Miſſę, nec laboretur pp mercedē, aut carnalem amorē, nec vſq; ad ultimā fatigationē.Et hoc oēs doc. conſentiunt,excepto, quod Monal. vult hæc poſſe fieri dñicis dieb.& pcipuis feſtis,& etiā beatæ Virginis, & Apoſtolorum Petri & Pauli, & in paraſceues, non tñ in die Paſchæ, aut Pentecoſtes: niſi eſſet cōſuetudo approbata p epm.quod verum credo ex diſpenſatione epi,

vel

vel neceſſitate tāta, q̄ hoc arbitrio boni viri exigeret. & ſimil'r laborātes ad reintegrationē potiū, aut viarū, pp. trāſeuntiū pietatē, & non ad lucrū, eadē rōne. Et ſimiliter ſi hoc faciunt pp bonū publicū: q̄a ſub noīe pietatis includit̄. Et idē de doctore faciente cōſiliū, vt expediat illū q̄ venit à longè: licet cōſequēter intendat lucrū. Secus ſi ad lucrū prīcipaliter: quia eſſet mortale. Et à fortiori excuſantur, ſ̄m Archi. laborātes ꝓ ſuſtentatione ſui. & familiæ ſuę, q̄n aliter ſuſtentari nō valēt. ſ. ſine magna incōmoditate. Cautū tñ eēt ī oībus, diſpēſationē ab epo hr̄e. Et ſimiliter excuſantur, q̄ actus voluntarię iuriſdictionis exercent ad honorē Dei, ſ̄m Lap. & Bar. in l. actus. C. de fer. ¶Quarta. Similiter excuſantur ſ̄m Veru. ēt oēs, q̄ operātur ad indemnitatem pſonarū ſui, aut ſuorū: vt ſi imminente bello, fiāt ptinentia ad defenſionē, vt muri, aut foſſata, & oīa arma defenſiua, vel ptinentia ad defenſionē ordinatā: vt machinę, tela. & oīa arma inuaſiua. Et ſimiliter operātes ad indemnitatē rerū ſuarū, aut aliorū: vt eas mutando ne ſubripiant̄ ab hoſtib. aut à tēpeſtate, vel alia cā lædant̄: ſicut lana læditur aliq̄n, ſi non extendat̄ ad ſolē: & fornax ſi ignis non nutriatur, & hmōi: & gn̄aliter quicquid fit ad repugnādū dāno imminenti in pſona, vel reb. ſuis, aut aliorū, eſt licitū: ſicut itinerare exiſtentib. in hoſpitio pp iacturā expenſarū, & laborare facientib. vitra. quia ignis deuorat: & idē de ſimilib. Et multo magis ad vitādū animæ dānū: puta, otioſitatē, vel aliud peccatū. vn̄ rōnabiliter occupātur hoc fine domicellæ poſt ſuas deuotiones, non aūt ad lucrum principaliter. ¶Quinta. Similiter excuſant̄ multi rōne diſpēſationis euntes ad mercata, vel nūdinas, de quib. Veru. quē ſequit̄ Su. Piſ. & Suppl. & Su. Ang. ſcrupuloſè loquitur. volens, ꝙ peccet mortaliter. q̄ hoc facit conſuetudinariè, aut cupiditate lucrādi. Sed veritas eſt, ꝙ peccent mortal'r ſolū ī duob. caſib. Primò, ſi Miſſam omittāt. Scd'ò, ſi hoc ꝓhibeatur à plātis, maximè ſub pœna excōicationis, quo caſu inciderent ēt venientes ex aliena diœceſi rōne delicti, ſ̄m Veru. & Sum. Con. Audita aūt Miſſa, & tolerante epo, nō eſt mortale: quia hoc non ſpectat ad ius diuinū. Vnde eccleſiæ, q̄ laqueū filiis ſuis nō ponit, tolerando diſpenſat. Et ita ſentit Fran. vbi ſ̄. & Pet. de Pal. & Arc. Qđ limita, ſ̄m aliquos, niſi eſſet dies dominica, vel maior: quia in his diſpēſatio non excuſaret, ſed pietas, vel neceſſitas: puta ſi quis multū dānificetur, tunc non ꝯtrahendo, aut alia iuſta cā. Sexta. Similiter à mortali excuſantur multi rōne operis, ſi ſit ſeruile materialiter tm̄: ſimiliter ſi tm̄ formaliter, ſiue finaliter, ſicut ſtudentes principaliter ad illuminationē ſui vel aliorū: licet conſequēter veniat lucrū: vt tenet Pan. in c. j. de feri. ar. c. cū ex eo. de ele. li. vj. & idē ſi fiat ad otiū vitādū: ad lucrū aūt nō licet, licet non ſit mortale. Et ſimiliter excuſantur ſcholares legētes non ad lucrū: ſed ad execitiū ſuū, ſ̄m Pan. ibi, dummodo non faciāt principaliter ad lucrū. Si aūt in conſequentia, non nocet. ar. l. j. ff. de auth. tut. & in l. rogaſti. §. j. ff. ſi cer. pet. & in c. ꝙ ꝓderit. di. lxvj. Secus de doctorib. legentib. principaliter ad lucrum. & idē de ſcholarib. quia eſſet opus ſeruile materialiter. & formaliter. Et ſimiliter, excuſantur ſcholares notātes ſuas lectiones ſ̄m Ver. & ſermones, & libros corrigentes: non tñ licet in his operā ꝓtio locare, nec licet ſcribere in aliquo grādi. vt de quaterno ad quaternū vt dicit: quia. ſ. eſt opus ſeruile: ſpiritualia aūt ſcribere ad ſpiritualē finē, ēt in quātitate magna, licitū eſt: vt in d. c. cōqueſtus. Et ſimiliter excuſantur pictores, q̄ dieb. feſtis retrahunt in eccleſijs pulchras figuras: quia ad peritiā artis id faciunt, licet ſequatur lucrū conſequenter. Excuſant̄ ēt cithariſtæ, & alij ſonatores, cantores, ſi id faciunt ad honorē Dei prīcipaliter, vel ad honeſtā recreationē, aut ad aliū piū, vel neceſſariū finē. licet ſecūdario pp lucrū, ad qđ principaliter operentur, nō excuſantur. niſi aliqua ex ſuperiorib. cauſis adſit. & ſi id faciāt ad lucrū, & cū periculo peccati alicuius, ut q̄ ad lucrū regulariter pulſant laſciuę iuuētuti, multo minus excuſantur. Si aūt id faciunt cū periculo ſolū, & non ad lucrum principaliter, eſt mortale, ſi illud periculum intendunt. & ſi illud ex ſignis probabiliter credunt, non aliter. Piſcatio autē, ſ̄m Suppl. nullo modo licet in maiorib. ſolēnitatib. in dominicis uerò diebus, uel inferioribus etiā non licet, niſi ex cā urgente, & cum licentia, & portione pauperū. Et allegat c. licet. de feri. & idem dicit de occupatione. maximè quia eſt magis publica, & cū occupatione maiori. Sed oppoſitū tenuit Su. Roſ. Et dico, ꝙ illud ꝓcedit de ea. q̄ eſt ad lucrū, ſecus ad honeſtā recreationem, cùm non ſit opus ſeruile formaliter. Nec obſtat, ꝙ omne opus ſeruile prohibetur: & ſic regula eſt prohibitiua, & conſequenter oē illud colligitur prohibitum, ꝙ non eſt ſpecialiter

cialiter cōceſſum:ut in cle.exiui.de uer. ſig. quia dico hoc verū eſſe de cadentibus ſub regula:cuiuſmodi eſt opus ſeruire materialiter, & formaliter: non aūt materialiter tantū. De uenatione aūt tenet idem, & Su.Ang. cōtra Su.Roſ.ꝙ nullo modo liceat in feſtis: quia non licet in diebus ieiuniorum, ſm gl. in c.qui venatoribus.di.85.ergo, inquiunt, multo minus in diebus feſtorum. Nec tñ, inquit Angelica, eſt mortale:niſi cā lucri principaliter fiat, uel omiſſis diuinis. Ego uerò dico,ꝙ eſt licita de ſe in diebus feſtis, ſi fiat ad honeſtā recreationem:quia non eſt opus ſeruile formaliter:ſi aūt ad lucrum,uel omiſſis diuinis,eſt mortale. Nec eſt ſimile de diebus ieiuniorum, qui debent eſſe afflictiui:& de diebus feſtis,qui aliquo modo licite ſunt recreatiui. Et dato ꝙ ſit illicita, non poteſt eſſe de ſe veniale: quia eſſet contra præceptum Dei,uel eccleſie: niſi excuſaret operis modicitas,uel huiuſmodi.

8 † SEXTO queritur,quibus inſiſtendum ſit die feſto? Et dico multa. ¶Primum,ut patet de conſe.di.3.in c.ieiunia.die dominica, & eadem ratione die feſto vacandū eſt Deo ſpecialiter in pſalmis, hymnis,& cāticis ſpiritualibus.& hoc eſt finis huius pcepti:quo tñ nō obſtante nō peccat mortaliter,ſm Arch. qui toto feſto ſolatiatur, & de otioſis fabulatur:modò audiat Miſſam, & abſtineat ab operibus ſeruilibus ſiue manualibus: quia ſm S.Th.j.ij.q.c.ar. ix. ad ſm.finis precepti nō cadit ſub pcepto. ¶Secundū. Vacādū eſt ēt orationi,quia ſub huiuſmodi cōprehēditur:qđ quidem Supple.cōtra Su.Roſ.ꝓ multa conatur probare eſſe ſub pcepto.ſ.in die feſto orare. Sed ſua motiua ſunt friuola, & contrario falſa,quia cū in feſto ſint infinita inſtātia,ſi in nullo eſt pceptum orare, ſequitur,ꝙ oratio non eſt tunc ſpecialiter de precepto:ſi in quolibet,ſequitur ꝙ non orās infinities peccabit mortaliter omittendo. qđ eſt ridiculum:nec pōt dici, ꝙ ſit preceptum in aliquo tantū, quia illud nō eſt aſſignare. Vnde ſufficit aſtare orāti ſacerdoti in Miſſa,quātū eſt ex ui huius pcepti, licet teneaē quis ī feſto orare,ſi occurrat aliquis de caſibus,in quibus quis tenetur orare, de quibus ÿ.Oratio.§.8. ¶Tertiū.Vacādū eſt ēt audientię pdicationis,de ui.& ho. cle.cū decorē. & de ſtatu mo.cum ad monaſteriū.qđ ēt idem Supple. contra eādem Su. conatur probare ſub pcepto eſſe:quia dr̄ in c.ſacerdote.de cōſe.di.i.ꝙ ſacerdote uerbū faciēte in eccleſia, qui ingreſſus fuerit de oratorio,excōicetur. & ea.di.in c.qui die.dr̄.Qui de ſolenni, omiſſo eccleſiæ conuetu, ad ſpectaculum vadit, excōicetur. Excōicatio aūt nō infertur a iure,niſi ꝓ culpa mortali.11. q. 3. nemo epōrū. Sed iſta iura intelligo, de cōtemptoribus expſsè,uel interpretatiue:qui.ſ.ſine cā legitima ita faciūt,pdicationē aut uilipendentes, aut nō magnifaciētes:cū tñ indigeāt, ignorātes ſibi ad ſalutis neceſſaria:& ſimiliter de egredientibus cū ſcādalo notabili aliorū. Et hoc uerū eſt,ēt in die nō feſtiuo. Vnde ex ui huius præcepti de ſanctificatione ſabbati ad pdicationē nō tenemur:ſed ex alio, de quo ÿ.Predicare. Su.aūt Ang.contra Su.Ro.dicit peligendā pdicationē miſſæ in die feſto. qđ patet falſum,cū Miſſa ſit in pcepto,non predicatio, ēt ſi talis habeat ignorantiā neceſſariorum ad ſalutē:quia aliās poterit implere pceptū de addiſcēdo,nō aūt pceptum de audienda Miſſa illo die. Nec ſua ratio ualet, quia.ſ.præcipitur auditio Miſſæ principaliter ut audiātur ſcripturæ:quod magis militat in predicatione. Dico enim primò,ꝙ illa eſt principalis ratio: alioquin aſtātes Miſſæ, & nō audientes ſcripturas, nō ſatisfacerent. & ſcđò,hoc dato,non ſequitur ꝙ teneamur audire ſcripturas,niſi eo modo,quo eccleſia tali ratione mota taxauit.ſ. audiēdo Miſſā: alioquin quilibet tenereē legere, uel audire Bibliā. ¶Quartū. Vacādū eſt ēt compunctioni,& cōtritioni peccatorū:quia ſine ea Deo vacari congrue nō pōt, a quo ſeparat peccatū. Et hoc Su.Ang.cōtra Su.Ro.dicit cadere ſub pcepto indubitate,inquit, in eo,qui recolit ſe eſſe in mortali,ꝙ utiq; cōcedo,ex ui pcepti,ſub quo cōtritio cadit,qđ obligat, ꝓ omni inſtāti,uel tpe,in quo pctm̄ memoriæ occurrit practicè.i.ſub rōne dolēdi,& deplorādi,non aūt ex ui huius pcepti de feſto, qđ non eſt ſimpliciter de fine. i.ipſa vacatione circa Deū,uel neceſſariò requiſitio ad illā,vt dictū eſt:ſed de abſtinētia a ſeruilibus & auditione Miſſæ:& cōſequēter de his ſine quibus iſta fieri non poſſunt: cuiuſmodi nō eſt cōtritio. Non ualet dicere,inter iſta ſeruilia cōputari peccatū:quia hoc falſum eſt, vt ſ. Circunſtātia.§.3.& ſ.Cōfeſſio ſacrālis.j.§.x. & in Aur.Ro.caſu 63. Quātum ad eū verò, qui de peccato non recolit:credit eum teneri ad dolere in generali. Sed hoc eſt falſum ratione iā dicta in hoc dicto 4. & ſ. dicto ij. quia infinities quis omitteret in vna hora. ¶Quintū. Vacādū eſt ēt Miſſæ, & ſimiliter obla-

oblationibus:ad quæ quomodo teneamur, vide J.Miſſa.ij.§.j.&S.§.Decima iiij.

9 †SEPTIMO quæritur,quid ſi eps fulminauit ſnīam excōicationis contra laborā tes in feſtis:& aliquis contrafacit cā neceſſitatis imminēte pluuia aut tēpeſtate, uel cā pietatis pro pauperibus:an talis ligetur, uel ne?Et dico,ꝙ ſi in ſnīa expreſſum eſt, ut nullus laboret cā neceſſitatis, uel pietatis, aut huiuſmodi:eſt nulla,cōtinens intolerabilem errorem,& exiſtens contra iura expreſſè: ut cōtra c.fi.extra,de feri.ibi,neceſſitas urgeat, vel pietas ſuadeat. Si uero non eſt expreſſa neceſſitatis cā,uel pietatis, ſm ius cōe ſnīa dēt intelligi & interptari.ſ. ꝙ nō liceat laborare ī feſtis,exceptis caſibus de iure cōceſſis.

## DE dominio & domino.

1 *Dominij multiplex acceptio.Et quid iuxta auctorem hunc ſit.*
2 *Dominium iuridicum quotuplex ſit.*
3 *Dominium vſusfructus,uſus proprietas,poſſeſſio ac ius inter ſe qualiter diſtent.*
4 *Dñium rerū,aut hominū, quō iuſte acquiratur.*
5 *Domini hominum temporales, in quibus delinquere ſoleant.Et ibidem ꝙ quinque modis, quibus additur & ſextus.*
6 *Dominus,num aliquo caſu a ſubditis ultra conſuetum,aut commune ſtatutum exigere poſſit.*
7 *Dominus ex ſua familia facto an teneatur.*
8 *Dominus num ex maleficio in dominio ſuo, aut territorio commiſſo teneatur.*
9 *Statuto ſi cautum ſit,ut deprædato in uilla, ad æſtimationem villatici tenĕatur: an viatoris ſpoliati emendationem petentis,iuramēto ſtabitur.*
10 *Subditi ſi in nemore aut fundo uſuariū habeāt, ſi dominus illum abſtulerit,num ſubditis ad reſtitutionem teneatur.*

1 D†OMINIVM ſm aliquos, eſt idē qđ ius.Vnde qui ius habet in re,hēt in re dñiū: & qui habet ius in uſu rei, ſimiliter in eo habet dominium, & econuerſo. Quid aūt ſit ius,J.§.ij.Secundum alios uerò non eſt idem qđ ius: quia inferior in ſuperiorem non hēt dñium,& tñ habet ius, puta,filius in patrem ius alimentorū: & ſubditus in prælatum ius ſacrorum, & huiuſmodi:ideo,ſm eos, dominium oē eſt ius, non econtra:ſed ſuper ius addit ſuperioritatem. Et ſm eos,ſic deſcribitur:Dñium eſt ius habendi,poſſidendi,fruendi,& utēdi aliqua re pro libito voluntatis ſimpliciter,vel ſm aliquē determinatum modū,ex quadā ſuperioritate.Vbi nota ius:quia. ſ. detinens rem ſine iure, vel ea utens non habet dñium. Habendi,poſſidendi, fruendi, & utendi aliqua re.ſ.iure proprio,non alieno: quia procurator,ęconomus,& huiuſmodi,utitur iuſte re domini:ſed iure dñi,non propriè pro libito voluntatis ſimpliciter, ſ.quātum ad dñium perfectum,quo hr̄ ius in re quātum ad proprietatem,& omnem uſum natū circa rem, vendēdo,donādo,diſtrahendo, ut libet. Vel ſm aliquem determinatum modum, qđ dr̄ ꝑ ꝑ duo.Primò,ꝑ ꝑ dñium perfectū, ſed cōditionatū:ut quia talis vendere non pōt,niſi certis perſonis,uel niſi certæ,ſeruādo legitimā liberis,ſm leges & ſpeciales cōſuetudines patriç.Scđò, ꝑ ꝑ dñium im ꝑfectū, licet uerum, qđ. ſ. hr̄ in uſu rei,non in proprietate,cū ſuperioritate quadā & auctoritate:q̄ eſt relatiuū ſuprapoſitionis. Et hāc opiniōnē ſequitur Su.Ang.Ego uerò dico,ꝙ dñiū, ſm S.T.po.7.14.& j.di. ij.l. ſemper importat potentiā.vnde dñium eſt idem qđ poſſe: & eſt duplex,ſicut & poſſe.ſ.dñium uel poſſe iuris,de quo loquitur prima opinio:& eſt idem qđ ius:nec inferiori conuenit, ut ſic: imò filius ut habet ius in patrem, eſt ſuperior,& agit contra eum ad alimenta.Et dominium vel poſſe facti:& hoc eſt duplex. ſ. liberū:& ſic ſolus homo inter inferiora hēt dñium ſui actus.& non liberum:& ſic elemēta inuicem dominātur uiciſſim.Dñs aūt dr̄, qui habet dñium, & diuiditur in dominum iure,qui. ſ. iuridice dominiū tenet:& facto, & iſte in liberum, qui. ſ. dicitur ad ſeruum: & non liberum, qui. ſ. dicitur ad paſſum, uel ſuſcipiens in quod agit.

2 †PRIMO quæritur,quō dominium iuridicum diuidatur?Et dico,ꝙmultis modis. ¶Primo,cū ſit ius, diuiditur, ſicut diuiditur ius a Philoſopho,v.Ethi.in naturale & politicum:quod ibi uocatur ſm diſpoſitionē legis.Et eſt dominium naturale ius competēs a natura habendi rem aliquā,& ea vtendi, ſicut ius patris in prolem,& viri in uxorē, & domini in ſeruum, ſi a natura ſit,ſeruus: vt debilis mente,corpore fortis, & hominis in primo ſtatu ſuper irrationabilia. dñium uerò politicū ſeu ciuile eſt ius cōpetens alicui nō a natura,ſed ꝑ inuentionem humanā vel diuinā,ſicut dominium regis ſuꝑ ſubditos. ¶Secundò,quia dñium ciuile eſt duplex.ſ.ꝑfectum:ꝙ eſt ius ſuper re,quātū ad proprietatē & uſum,& imperfectū, ꝙ eſt ius in uſu rei ſolū,nō in proprietate.¶Tertio,quia dominiū perfectū hēt multos modos, quia diuidiť ꝑ altū & baſſū: ſicut eiuſdē fundi rex habet

hēt dñiū altum, & miles baſſum,& vtrunq; horū diuiditur per directū,& utile,& merū, ac miſtū.Directum,ſm Azo.habet,qui ciuiliter poſſidet tanq̄ dñs. de quo j. Poſſeſſio. at illud directum dr̄,quia ſolus dñs directus habet poſſeſſionē ciuilē:ut no.in l.3. §.ex contrario.ff.de ac.poſ.vel quia ſine omni alia obligatione liberā poteſtatē habet rei, qualiter nō eſt in habente utile uel miſtū.Vtile verò, ſm eundem,dr̄ habere is, qui ſolū naturaliter & non ciuiliter poſſidet:ut emphyteuta, vſufructuarius & feudatarius.q̄ Io. non placet:ut in d.§.ex contrario.Sed quidā, ut refert Azo.dicunt emphyteutā habere quādā ciuilē poſſeſſionē,& utilem rei vendicationē.ff.ſi ag.vec.l.j.Merum aūt fortè idem eſt, quod directū.Miſtū uerò eſt,q̄ cū directo & utili conuenit partim:tamen merum & miſtum differentiæ ſunt potius imperij, q̄ dominij:ut in l.imperium.ff.de iuriſ.om. iudi.

3 †SECVNDO quęritur,quomodo differat dñium ab alijs,quæ alicui circa rē aliquā conueniunt, quæ ſunt dñium vſusfructus,uſus,poſſeſſio,proprietas,& ius? Et dico horū differentias ex diffinitionibus patere.Nā quid dñium ſit,dictū eſt in principio. Vſusfructus aūt,ſm Iuriſtas, eſt ius utendi ſiue fruēdi rebus alienis ſalua ſubſtātia. ff. de uſuf.l.j.ubi notāter dr̄,rebus alienis:quia in re propria non p̄t conſtitui ſeruitus. Vnde ſi proprietas fundi,in quo habeo vſumfructū, ueniat ad me, ceſſat uſusfructus. Salua aūt ſubſtātia dr̄:quia in his, quæ uſu cōſumuntur,non cōſtituitur uſusfructus proprie: q̄a nō manent poſt uſum.Inſt.de uſufr.§.conſtituitur.& dr̄,ius utendi, ad differentiā utilis dñij,q̄ qnq; in rebus alienis hr̄, & fruendi, ad differentiam nudi uſus:quia minus eſt in vſu,q̄ in uſufructu.Inſt. de uſu & ha. §. minus.Vñ ſi in uiridario ſit tibi relictus vſus, flores ſumere poteris ad uſum tuum:nō aūt vēdere,aut donare.Et idē de oleribus horti. Secus ſi relinquitur tibi uſusfructus;& in vſū tuū ſumere poteris, & uēdere,& donare. ff. de uſufr.l.ſi fundi,Inſt.de uſu & ha.§.ꝑ ſeruū.Vnde ſequit̄: hēt uſumfructū, ergo vſū. & ſi legatur uſusfructus,& deinde adimitur uſus:ſm iuriſtas legatum ualet: quia habuit initiū bonū,& adēptio dr̄ nulla. ¶Vſus aūt, ſm eoſdē, eſt ius utendi alienis rebus ſalua ſubſtātia.Sed iſta intellige de uſu ſolo, & a ꝓprietate diſtincto. Vtor.n.rebus meis:ſed non habeo vſum ſolū,ſed ēt proprietatē.Similiter utor pane deſtruēdo ſubſtātiā:ſed ille vſus nō eſt a proprietate diſtinctus, ſm S. Th. nec unū ſine alio cōcedi pōt. Poſſeſſio aūt eſt corporalis rei detentio, corporis & animi, & iuris adminiculo interueniēte, ſm Ho.in Su.de cau.poſ.& proprie.Vnde nō eſt poſſeſſio proprie.ſi res ſit incorporea: nec ſi deficiat corpus, aut animus, aut ius. Vnde fur.& raptor nū poſſidet propriè,ſed iniuſte detinent.¶Proprietas aūt,ſm eundē Ho. eſt rei dñium iuſtis modis quęſitū. Acquiritur aūt dñium iure gentiū ꝑ occupationē,ſicut in his,quæ nō ſunt in bonis alicuius,quę occupāti cōceduntur:ut in beſtijs,auibus,piſcibus,& gemmis,quæ ſunt in mari, & in litore.Inſti.de re.ꝑ totum.itē in his,quę ab hoſtibus capiuntur.Et ſimiliter acquiritur iure ciuili multipliciter,ꝑſcriptione,vſucapione, arrogatione,monachatione,teſtatione,ſucceſſione,& alijs multis modis.¶Ius aūt, ſm illā opi.quæ dicit dñium dicere ultra ius ſuperioritatē,diffinitur ſicut & dñium, d ꝑta ſuꝑioritate & authoritate. Vel dico,q̄ ius ē ptās licite exercēdi actū aliquē circa rē:vnde ī re,puta libro,hēo ius vēdēdi, ſi licite vēdo: uel legandi;ſi licite lego:uel donādi, ſi licite dono: quia cū oē poſſe ſit iuris aut facti: & poſſe licite nō ſit poſſe facti:eſt poſſe iuris.

4 †TERTIO quæritur, quomodo iuſte acquiratur dñium rerū aut hominū?Et dico quātum ad primum dñium rerum acquiri iuſtè duobus modis in genere.ſ.authoritate iuris gentiū,ſiue naturalis, ut dictum eſt: & iuris ciuilis.Et hoc tripliciter. ¶Primò, authoritate principis, qui ex iuſta cā pōt rem vnius ablatā alteri tradere,ut no.Inn & cōiter doc.in c.quæ in eccleſiarum. de cōſti. & cōiter Legiſtæ in l.fi. C. ſi contra ius uel pu. uti.puta ꝑꝑ delictum puniendū, uel huiuſmodi,aliàs non.ut ibidē dr̄.Et nō ſolum authoritate principis, ſed ēt ꝑ ſtatuta inferiorū habentiū authoritatem a principe ſic ſtatuendi:ut no.in d.c.quæ in eccleſiarū.¶Secūdò,ꝑ cōſenſum eius,cuius res eſt, ut ꝑ donationē,mutationem,permutationem, uenditionē,& huiuſmodi cōtractus.¶Tertiò,iuris diſpoſitione,vt vſucapione,ꝑſcriptione,adoptione,deportatione,ceſſione,aditione, bonorū poſſeſſione, & huiuſmodi: de quibus oībus hr̄.ff.de acq.re.do.l.j.in gl. & Inſt. de re.di.cum multis titulis ſequētibus. ¶Aduerte tñ inter ſpiritualia,& nō ſpiritualia differentiā,quia in ſpiritualibus ex ſolo titulo ſine traditione dñium trāſit in aliū,ut eſt tex. in c.ſi tibi abſenti.de pb.li.vj q̄ tenet Inn.& communiter

cōiter approbatur in c.inter cætera.de pbē. in alijs aūt rebus traditio requiritur ad trāſlationē dñij:nec ſufficit titulus ſolus, niſi in re data eccleſiæ: de quo j.Immunitas,j.§.4. Non ſufficit ēt ſola traditio:niſi aliqua iuſta cauſa vera,vel putatiua pceſſerit,l.nunq̄ nuda.ibi no.ff.de acq.re. do. ¶Quantū ad ſm, dñium hoīum iuſtè & legitimè acquiritur. Primò,per legitimā ſucceſſionē.¶Secundò, per electionē populi habētis facultatē dñm eligēdi:quod tñ,ſm Hoſt.in c.nouit.de iud. nulla ciuitas pōt, nec tradere ſe alicui dño, vel dñij titulū iuſtificare: quia eſſet in præiudicium Imperatoris,vel papæ.qđ verum intellige,niſi hoc habeat ex priuilegio vel cōſuetudine,quæ.ſ. dat iuriſdictionē. de arbi. dilecti.C.de eman.l.j.& vlt.¶Tertiò,p inſtitutionē ſuperioris habentis iuriſdictionē in loco:nō pōt tñ dñs cōponere ſuper iure ſuperioris,in piudiciū ſuorum ſubditorū ſine eorū conſenſu:vt not.Pa. in c.fi.de maio.& obe.¶Quartò aliquo iuſto legali titulo:puta præſcriptione,donatione,permutatione, emptione,iuſto bello,& huiuſmodi. Et qui ſic habet dominiū,eſt verus dominus: alioquin autem eſt fur,& latro, vel raptor.

2 † PRIMO vero quæritur, quō emptio & venditio rem faciat eſſe emptoris? Et dico, ꝙ nō aliter, niſi aut pretium ſit ſolutum, aut ſatis eo noīe factum, vel aliter fidem de pretio habuerit venditor, & res tradatur: vt l. quod vendidi. ff. de contrah. emp. nec tradendo tamen rem, venditor videtur fidem habere de pretio, ſecundum gl. in d. l. quod vendidi. niſi fortè emptor dicebat ſe pecuniam habere ad manum, cùm non haberet: & ſic tradidit: vt ff. de pign. act. l. ſi quaſi. Similiter fidem habet de pretio, ſi dedit diem ſolutionis emptori. ar. l. ad ſolutionē. C. de re iud. nō tamen quilibet qui pōt vendere, poteſt fidem habere de pretio, vt tradendo rem emptori transferat in eum dominium: quia hoc non pōt procurator fiſci, eccleſiæ, & minoris, vt no. Bar. in l. à diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iud. & Cy. in l. in ciuile. C. de rei vend. & eſt tex. iuncta gl. in l. ſi procurator fiſci. ff. de iure fiſc. & no. Pan. in c. cum olim. el j. de offi. deleg.

3 † SECVNDO quæritur, ad quē pertinet periculum rei venditæ, ſi aliud in pacto

ſpecialiter

ſpecialiter nõ eſt deductũ? Et dico de natura eſſe huius cõtractus, ꝙ ex quo initus eſt, pertineat lucrũ & periculũ rei emptę ad emptorẽ:licet res tradita nõ ſit. Inſt. eo. §. cũ autẽ. ff. de peri. & cõ. rei ven. l. id qđ. Circa hoc aũt datur regula talis: Cùm venditio ſit purè, & ſine ſcriptis, certæ ſpeciei nõ exigentis deguſtationẽ, oẽ periculũ ſpectat ad emptorem: excepto caſu publicationis: niſi pactũ, culpa, vel mora interueniat, vel calliditas. ¶ Primò aũt dr̃ purè, quia ſi cõdõnalis eſſet venditio, añ cõditionis euentũ periculũ pertinet ad vẽditorẽ, ff. de peri. & com. l. illud. qđ, vt ex Azo. & Gof. colligitur, intelligẽdũ eſt de periculo peremptionis: ſed periculũ deteriorationis pertinet ad emptorẽ: vt in l. neceſſariò ſciendũ. ff. de peric. & cõ. rei ven. ¶ Et ſecundò dr̃, ſine ſcriptis: quia ſi fiat in ſcriptis, periculũ ſpectat ad venditorẽ, anteꝗ̃ ſcriptura perficiatur: cũ neuter agere poſſit quouſq; cõpleatur. C. de fide inſtr. l. contractus. Sed limita qđ dictũ eſt, intelligẽdo contractũ fieri in ſcriptis, qñ cõuenitur vt non valeat anteꝗ̃ ſcriptura ſit facta. C. de prob. l. cũ res. Vnde ſecus, ſi à principio ſimpliciter cõtrahatur, & poſtea ad ꝓbationẽ fiat inde ſcriptura. ff. de pig. l. contrahitur. ¶ Et tertiò dr̃, certæ: quia ſi ſub alternatione ſeu diſiunctione vendã tibi Stichũ vel Titiũ: periculũ primi ad vẽditorẽ, ſecũdi verò ad emptorẽ pertinet. Vnde ſi perit Stichus, peribit vẽditori: & Titius erit in obligatione ſolũ, & dabitur. Si verò ambo pereant: venditor liber erit, & Titius peribit emptori, qui ſolus remanſerat. ff. de cõtrah. emp. l. ſi ĩ emptione. §. ſi emptio. ¶ Et quartò, dr̃ ſpeciei: quia ſi in gñe fiat vẽditio: puta, vẽdo tibi aſinum vel hoĩem, non dicendo quẽ: nunꝗ̃ ad emptorẽ periculũ ſpectat: quia genus perire non põt. ff. ad leg. Fal. l. in rõne. §. verũ. Et hoc verum eſt, qñ genus nõ eſt determinatũ, ſeu qñ venditur certũ de incertis. Sed ſi genus eſſet determinatũ, ſeu ſi vendatur incertũ de certis: vt vendo tibi decẽ ſextaria ex hoc dolio, vel aſinũ vnũ de his quos poſſideo: liberatus eſt vẽditor ſi pereunt oẽs, ſicut in legato. d. l. in rõne. §. incertæ. In hoc tñ Hoſt. in Sum. tenet, vt vr̃, ꝙ legatarius ſi oĩa pereant, nõ perit legatũ: puta vinum cùm effuſum ſit neq; pretiũ: quia illud nõ eſt legatũ: emptor autẽ poterit pretiũ repetere, quaſi ſine cauſa ſit apud venditorẽ: & ſi adhuc nõ ſoluit, habet exceptionẽ: & ſic ad eũ periculũ nõ ſpectat. Sed ego dico, ꝙ nec etiã pretiũ emptor iſto caſu repetere põt, nec excipere vt nõ ſoluat, niſi vẽditor fuiſſet in mora: quia iam tranſlatum erat dñium vnius illorũ aſinorũ inde terminatẽ, ſiue ꝓ indiuiſum: res aũt dño ſuo perit: nec illud pretiũ erat apud venditorem ſine cã: ſed cum cã. ſ. emptionis. Vnde Pau. de Caſt. in l. qđ te. ff. ſi cer. pet. dicit, ꝙ debitor obligatus ĩ gñe gñaliſſimo, puta ad hominẽ, non liberatur ꝓ interitũ: nec in ſubalterno, puta ad ſeruos, ſi intereant ſolùm aliqui, ſecus ſi oẽs, quia perijt totum genus: vt d. §. incertæ. Quod tñ dictũ Pauli, qui opin. teneret Hoſt. diceret verũ ſolũ in legato: vt loquitur d. §. incertæ. ſecus in vẽditione, ad qđ eſt tex. not. in l. qđ ſi pẽdentẽ. ff. de peri. & com. rei ven. ¶ Et quintò dr̃, nõ exigentis deguſtationẽ, quia ſi fiat vẽditio purè. i. ſine cõditione, & ſine ſcriptura, & de re certa, ſeu determinata, & in ſpecie. i. in ſingulari, puta hunc ſeruũ, aut hoc vinũ: vbi res uendita deguſtationẽ requirit, vt vinũ, diſtinguẽdũ eſt, quia ſi venditio fiat in ſpecie, periculũ erit emptoris poſt deguſtationẽ ſolũ, ẽm Sum. Roſ. q̃ allegat l. ſi vina. ff. de peri. & com. rei ven. vel ẽt ante deguſtationẽ, ẽm Sum. Ang. q̃ allegat gl. in l. j. ff. eo. Sed illa gl. vr̃ quibuſdam euertere textũ, & tangit cõtra opinionem cõem. Ibi vide ſi placet. Si autẽ non in ſpecie, ſed ad menſurã venditio fiat, periculum eſt venditoris, donec ſit menſuratũ: & ſi emptor nolit mẽſurare, venditor ẽt ſi nihil dixit de expeditione vaſorũ, põt corã teſtibus menſurare, & effundere, monito prius emptore, ſi vaſa ſunt ei neceſſaria ꝑꝑ vindemiam, vel nouã & iuſtã rationẽ. ff. vbi ſ̃. l. j. & ij. ¶ Et ſextò dr̃, excepto caſu publicationis, quia ſi fundus venditus fuerit ante traditionẽ, vel poſt publicatus, cã maleficij venditoris, periculũ erit venditoris. l. ſi fundus. ff. loca. & ibi gl. & ibidẽ Gof. & Hoſt. Sed intellige ꝑꝑ maleficiũ admiſſum, anteꝗ̃ emptor proprietatẽ adipiſceretur. ¶ Et ſeptimò dr̃, niſi pactũ: quia licet venditor ex natura cõtractus teneatur de dolo, & lata culpa, & leui: nõ tñ de caſu fortuito. ff. de peri. & cõ. rei ven. l. cuſtodiam. & l. ſi vendita. ex pacto tñ tenetur. ſ. de caſibus ſpecificatis tm̃. ff. eo. l. ſi in vẽditione. ¶ Et octauò dr̃, culpa. ſ. pręcedente. Inſti. eo. §. cum aũt. & hoc etiam ſi fuit in culpa leui perditionis rei: ſicut in cõmodato & depoſito. ¶ Et nono dr̃, mora. ſ. tradendi rem: quia tunc periculũ ſpectat ad moroſum venditorẽ, etiã ſi res penes alium erat peritura. ff. de leg. j. l. cum res. & hoc in foro

foro contentioſo:ſecus in foro aīæ. Si verò vterq;.i.tam venditor ꝙ emptor fuit in mora,poſterior mora pponderat primæ, & illi nocebit quo ad periculū d.l.illud.ff.de peri. & com.rei ven.quod limita, niſi poſterioris moræ primus moroſus fuerit cā:quia ſic poſteriori nō nocebit. & caſus eſt iuncta gl.in l.ſi per emptorē. in fi.ff.de act.emp. & ven. ¶Et decimò dr, calliditas: quia ſi venditor affirmauit bonitatē duraturā,imputatur ei: vel ſi bonitatem ſciebat non duraturā.& tacuit.ff.de peri.& com.rei vē. l.ſi quis veſtra. Vnde admiſcentes vina praua bonis,& tacētes,tenētur ad reſtitutionē de oī damno vel intereſſe,& de eo quod inde plus habuerūt.

4 †TERTIO qritur ad quē ſpectet periculum meliorationis & deteriorationis,aut fructuū rei venditæ?Et dico, ꝙ ſi res vēdita eſt in ſpecie,ſm Legiſtas, ſiue ī numero ſm dialecticos,qđ idem eſt: puta ſi venditus eſt iſte equus,deterioratio & melioratio rei vēditæ pertinet ad emptorē:extra, de reg.iur. qui ſentit.lib.vi.niſi vēditio ſit cōditionalis, vt dictū eſt fructus aūt rei venditæ pertinēt ad venditorē,donec ſit perfecta vēditio: qđ tunc eſt,vt no.gl.C.de peri. & com. rei ven. l.j.qñ pretium eſt ſolutū, vel habita fides de pretio:licet aliàs ſit perfecta, qñ res eſt tradita.ff.de act. emp.& ven.l.ſi quis alienā rem. Ea verò perfecta pertinent ad emptorem. Vnde ad ipſum pertinet quod per alluuionem flumen accreſcit, & fructus, & partus. C.de act.emp.l.fructus.& l.pen.

5 †QVARTO qritur q̄ ſunt, q̄ poſſunt, aut nō poſſunt vendi? Et dico ꝙ vendi poſſunt oīa menſurabilia pecunia,nō prohibita vendi.¶Prohibentur aūt primò ſpiritualia:vt j̄.Simonia.¶Secundò, illa quorū vſus eſt ſolū ad malū:vt ſ̄.Ars.¶Tertiò, res aliena.de quo vide gl.in l.rem alienā,ff.de contrah.emp.& qui emit, ad reſtitutionē tenetur:vt j̄.Reſtitutio.j. ¶Quartò, vaſa ſacra in eadē forma laicis: ſed ſolū alteri eccleſiæ pp neceſſitatē. l.ſancimus. la j.C.de ſacroſ. eccle.cōfracta aūt vendi poſſunt cuicūq;.de conſec.diſt.j.ligna.x.q.ij.hoc ius. ¶Quintò, res pupilli ipſi tutori.l.cū ipſe. C.de cōtrah. emp.ff.eo.l.ſi ī emptione.¶Sextò,liber homo. pōt tñ pater vēdere filiū neceſſitate famis vrgēte.l.j.& ij.C.de pat. qui fi.di.ita tñ, qđ ſi reſtituatur emptori pretiū à filio ſiue ab alio quocūq;.qñcunq; ipſe in ingenuitatem perueniat:in nullo aūt alio caſu licet filium vēdere patri: matri verò nec ī alio nec etiā in iſto:ſimiliter nec marito vxorē, quia nō eſt ita in eius ptāte, ſicut eſt filius in poteſtate patris.Si aūt homo patiatur ſe vendi ad pretiū participādū,efficitur ſeruus. Inſti. de iure perſo.§.ſerui.¶Septimò, Chriſtiani, ſm Arch.capti in bello redigi nō poſſunt in ſeruitutē, aut emi in ſeruos,aut empti vēdi: infideles aūt rediguntur in ſeruitutē,& emi poſſunt ac vendi in bello iuſto: & ſi poſtea efficiātur Chriſtiani, non tñ ex hoc à ſeruitute liberātur ꝗuis hoc facere ſit piū.¶Octauò,oīa ſophiſticata prohibētur vendi ꝓ veris:vt de auro & argento alchimico dictum eſt ſ̄.Alchimia.§.v.& j̄ §.xvij.

6 †QVINTO qritur, vtrū quis rem ſuā aliquo caſu vēdere cōpellatur? Et dicit Pan. in c.j.eo.ti.ſm cōmuniorē opinionē,ꝙ aut quis expoſuit rē ſuā venalē, aut nō. Primò caſu in neceſſarijs ad vitā hoīs pōt ſuperior inſtituere iuſtū pretiū:quia intereſt ſuperioris prouidere vtilitati ſubiectorū & reipublicæ, & in iſtis debet intelligi d.c.j. & iura ſimilia.Ex quo infert Bal.in l.j.C.de epi.aud. ꝙ cum vita hoīs ſine veſtimētis & hoſpitio duci non poſſit: ꝙ etiā in domibus aptis ad locandū,& ī pannis pōt ſtatui certū pretiū. Et ita iam dudū actu fuit Paduæ in domib. cōducendis ꝓ ſcholares: quia deſcripta fuit domus ꝗlibet apta in certo libro, & deſcripta penſio annalis.In alijs aūt q̄ nō ſunt neceſſaria ad vitā hoīs, locū hēt l.dudū. C.de cōtrah.emp. & l.nemo exterus. C.de iudæ. vbi hr̄ ꝙ nemo cōpelli pōt ad vendendū rē ſuā,nec pōt quis alienæ rei pretiū imponere: ſed quiſq; in re ſua erit moderator & arbiter.l.in re mādata.C.mand.& in d.l.dudū. Secundo aūt caſu principali,ſ.cū quis rē ſuā non exponit venalē,aut ſubeſt neceſſitas:& poſſunt exuberantes cōpelli ad vendēdum iuſto pretio ea, q̄ ad hoīs vitā ſunt neceſſaria:& ſic ſeruatur tpe chariſtiæ,q̄a tunc oīa victualia debēt eſſe cōia.Et ad hoc tex.cum gl.in c.ſicut hi.47. diſt. vbi cōcluditur ꝙ licet indigentibus agere contra diuites ad victualia cōicanda:tñ cum imploratione iudicis,vt cōpellat.Nota verò ſm Azo. ꝙ ordo ciuitatis pretia grādia taxare nō pōt.ff.ad l. Iul.de anno. l.vlt. pōt autē ſtatuere ne quis fructū ſuum ad domū reportet,aut rē aliā, poſtꝗ in foro venalē expoſuit. l.nemo.la ij. C.de iudi.& ꝙ pro ſterilitate vitanda & fertilitate habenda quilibet mercator partes alias adire teneatur ad emenda frumēta,vendenda in cōi: & ꝙ quilibet ad hoc pecuniā mutuare

mutuare teneatur.l.vnica.C.vt ne.li.in com para.ſpe.ſe ex.li.x.& ibi gl. & q nullus emat vltra ſuā indigētiā,ne alijs res ſint cariores, vel incōmodè habeantur.l.j.C.de epiſ. audi.

7 †SEXTO q̄ritur, quo p̄tio res poſſunt emi aut vendi? Et dico,q licet variæ,fuerint opinio.tā Legiſtarū in l.j.C.de epiſ.au. q̄ Canoniſtarum in c.j.& c.cum dilecti. de empt. & ven. tñ ſm omnes non licet ſemper venditori rem ſuā vendere quantū poteſt: quia eſt ſnīa iuris.x.q.2. hoc ius.addita gl. Sed vt dicit S.Th.2.2.q.77.oportet p̄tiū eſſe æquale rei,& econtra:quia emptio & venditio p̄tinet ad iuſtā commutationem,ſm Philoſophum ī lib.Ethi.de cuius rōne eſt æqualitas. Pretium autem iuſtum,ſiue ęquale,ſm Inn. & Ray.eſt quod communiter currit in loco hmōi contractus & etiam in tempore:vt in c.cùm dilect.de emp. & vend. & in l.2.C.de de reſc.ven. niſi dubium ſit an res tempore ſolutionis plus ſit valitura de quo j. Vſura. 2.quod tñ pretium iuſtum,ſm S.Th.in indiuiſibili non conſiſtit. Vnde dicit glo. in d.c. hoc ius.q iuſtum pretium taxatur ſm æſtimationem communem: & idem habetur in l.pretia.ff.ad l. Falci. Et ſi alicuius commertij non ſit communitas, determinabitur pretiū præſcitis circunſtantijs iudicio boni mercatoris in re mobili, cū alia regula dari non poſſit:ī re verò immobili ſm fructus: vt no. gl.& Bar.in l.2.C.de reſcin. ven. & ſequūtur cōiter doctores. Quod tñ limitatur primò ſm S.T.quia qñ venditor ex venditione dānificatur multum,vendere pōt & rem & ſuū damnum,quod tñ intellige,ſi venditor vendit ad inſtantiā emptoris & vt ei ſeruiat: nō aūt ſi.venditor venderet coactus p̄p aliquā propriā neceſſitatem: quia tunc S. Th. in q. de ma.q.13.ar.4. dicit q qui emit rē aliquā, tantum pro ea iuſtè dat, quantū valet: non aūt quantum ille q vendit, ex eius carentia dānificatur.hæc ille. Secus aūt,ſi ipſe non dānificaretur, & emptor multū iuuaretur: q̄a cum hoc nō ſit p̄p conditionem vendentis, venderet quod non eſt ſuū. Et ſecundò limitatur ſm Arch.niſi adſit fraus minorantium, vel augētiū p̄tia rerū ſtudioſè: ſicut quidā lupi ſua volentes vendere frumenta,cōueniūt ut non niſi certo p̄tio vēdāt vel emāt oīa, q̄ ſunt ī foro:vt p̄tiū creſcat,& ſuo mō vendāt: aut volētes emere exponunt multa in foro, vt p̄tiū uileſcat. Quib.duob.caſib. p̄tium rei non eſt ſm cōem æſtimationē: ſed in prima limitatione eſt maius, in ſecunda eſt maius aut minus:uide j.eo.§.9.& Vſura.2.§.1.

8 †SEPTIMO quæritur, utrum liceat iſ uendere plus q̄ ualeat, aut emere pretio uiliori, dūmodo nō excedatur medietas iuſti pretij,ut dicunt iura?Et dicit S.T.2.2.q.77. q iniuſtum eſt vēdere carius, aut uilius emere q̄ res ualeat:poteſt tamē aliqñ uendi plus quàm ualeant in ſe: licet tunc non uendatur plus quàm ualeat uenditori, neq; quantum ualet emptori, iuxta dicta in priori §. ut qñ ex uenditione læditur uenditor: ſed uendit ut cōplaceat:ut ſ.Et ſimiliter eadē ratione licet emere uilius,q̄ res ualeat utile eſt uenditori uēdere,nō aut emptori emere: ſed emit vt ſeruiat, ſicut q emit operas pauperis pretio expenſarū,ne fame moriatur. Et hæc uera ſunt in conſcientia: iura tñ ciuilia permittunt contrahentes ſe decipere uſq; ad dimidiū iuſti pretij. C.de reſcin.uen.l.2.extrà, de emp.& uen.c.cùm cā, quod Inn.in c.in ciuitate,de uſu.dicit procedere iure fori,nō iure poli,& quo ad Deū. Nā ius poſitiuum in odium litium noluit dare actionem pro modica læſione: ſed ſolùm qñ exceſſus eſt magnus: puta,cū q s eſt deceptus ultra dimidiū iuſti pretij:quod quidē,ſm aliquos tunc eſt, qñ res ualens decē, uenditur uiginti & uno: ſed ſm Azo.eſt ſi res ualens x.uenditur quinque,minus uno denario:aut 15.plus uno denario.& hoc eſt uerius.& ſm Hoſt. & Bern. in c.cum cauſa.extra eo.ubi & Pan. dicit q ſm aliam opinionem non eſſet dare cauſam deceptionis in uenditore: quia rem ualente x. oporteret dare pro nihilo uel pro minus, quod eſt impoſſibile: quia uenditio eſſet ſine pretio.

9 †OCTAVO quęritur quid agendum ſit ubi pretiū nō fuerit ęquale rei,ſiue iuſtum? Et dico, q ſi hoc ſit ultra uel citra dimidiū iuſti p̄tij in plus uel minus reſcindetur uenditio,uel p̄tiū reducetur ad æqualitatē:& habebit optionē reſcindēdi cōtractū. uel ęquādi pretium emptor, qñ eſt citra dimidium: ut not.Ber.in c.cum dilecti.& c.cum cauſa. de empt.& uend.Qñ uero eſt ultra dimidiū, optionem habebit uenditor ſm Azo.per ar. à contrario.Et ſi periret res, ſm Pan. in d.c. cum dilecti, periret emptor.ſi pretium erat minus dimidio: quia cùm duo ſunt in obligatione alternatiuè,uno perempto remanet aliud.l.plerūq;.ff.de iur.do.& l. Stichum. ff. de uerb.obli.Aut uenditori, ſi res eſt plus uēdita,per eandem rationem, tamen prædicti non tenetur reſtituere, niſi illud minus. Et

poterit

non tenentur reſtituere, niſi illud plus, uel illud minus. Et poterit agere deceptus vſq; ad xxx. annos, ſiue agatur conditione ex l. ij. C. de reſcin. uen. quæ conditiones, cũ ſint perſonales, ſunt perpetuæ, ſiue agatur ex eo contractu, ſ. ex vẽdito: ut no. Pan. & Inno. in d. c. cum cã. Sed ſi ageretur officio iudicis, vt volunt aliqui, ſic agere non poſſet niſi vſq; ad quatuor annos: quia uſq; ad illud tps datur reſtitutio in integrum. l. vlt. C. de in integ. reſtit. Pa. tñ ubi ſ. uult ꝙ ẽt vſq, ad xxx. annos. Si uero inæqualitas pretij non ſit vltra vel citra dimidium iuſti pretij: ſi quidem dolus dedit cãm contractui, annullat illũ. Sed ſi nõ dedit cãm contractui, ſed incidit in illũ, tenet quidem contractus, ſed æquabitur pretiũ. Si uerò nec dedit, nec incidit, & tñ emptor ſciebat rẽ plus valere, & venditor ignorabat ſm Pan. in c. quia plerique. de immu. eccle. in foro animæ tenet̃ reſtituere ꝙ plus ualebat: quia agit contra iuſtitiam naturalẽ decipiens proximũ, ſaltem re ipſa in pretio. Si aũt uterq; fuit ignorans, ſed re ipſa euenit deceptio: puta, quia lapidẽ pretioſum venalem uterq; uitreum credebat: quidam dicunt emptorẽ nõ teneri: quia emptione bonæ fidei lapidem acquiſiuit. Sed Panormit. dicit illum teneri ad reſtitutionẽ, ſi à principio emiſſet vero ualore, ſi illum ſciuiſſet: nũ aũt ſi uero pretio non emiſſet. ſed eo caſu tenetur reſtituere rem, ſi alter vellet pretiũ reſtituere, ex quo iuſtum pretiũ ſupplere non vult. ar. l. in fundo. ff. de rei uen. & in l. ſi quis, cum aliter. ff. de uerb. oblig. ubi parificatur deceptio ex re ipſa, & a ꝓpoſito. Intellige ſi. ſit ultra dimidiũ. Vnde & Bar. in d. l. ſi quis. dicit, ꝙ ſi in vẽditionis inſtrõ dicatur. Vẽdidit rẽ ꝓ tãto, & qđ plus valebat, donauit, nõ ꝓp hoc ceſſat remediũ l. ij. C. de reſcin. uen. q loquitur de deceptione à propoſito. & d. l. ſi quis. ſi venditor ignorabat rei ualorẽ: q a per talia uerba habebat animũ donãdi ſolũ modicũ: ut l. ſi libertus. ff. de ope. libe. l. hæc adiectio. de uer. ſigni. Si aũt ſciebat valorẽ, ceſſant remedia dictarũ legũ. Notãdum eſt uerò, ꝙ ubi iuxta prædicta vẽditio reſcindẽda nõ uenit, tenet: & ſic ſufficit æquare pretiũ. Et licet Su. Ro. dicat, ꝙ ubi deceptio eſt citra dimidiũ re ipſa, non teneatur quis reſtituere in foro animæ: tñ eſt contra mentem S. Th. & cõtra rationem iuſtitiæ: quia oportet pretium eſſe æquale: unde in conſciẽtia tenetur quis de pluri, niſi ſit adeo modicũ, ut damnum paſſus nõ curare putetur. Dicit ẽt Pan. in c. in ciuitate. de uſur. ꝙ iura canonica permittentia deceptionẽ uſq; ad dimidiũ, intelligi debent qñ uenit deceptio re ipſa. Secus ubi dolus dat cãm cõtractui, uel incidit in ꝯtum: quia tunc dẽt illud reſtitui: quia nõ eſt veriſimile, ꝙ ius canonicũ inſtinctu ſpiritusſancti conditum, d. l. ſi quis diaconus: approbet hãc deceptionẽ doloſam. Ego aũt dico, ꝙ loquitur in foro contentioſo, ſiue deceptio ſit ex re, ſiue ex dolo: nõ quia illum approbet, ſed quia tolerat. ſicut & lex diuina tolerauit iniuſtum diuortium.

10 † NONO quæritur, an liceat alicui carius uendere aut uilius emere quantum pt? Et dico, ꝙ res tãtum valet quãtum vẽdi pt. ff. ad Treb. l. j. §. ſi hæres. & ff. ad l. Fal. l. quærebat̃. & ff. de fur. ſi quis uxori. §. vlt. & hoc ad numeratũ in loco & tpe vẽditionis: quia pretia rerum nõ ex affectu ſingulorum, ſed cõiter eſtimantur. ff. ad l. Fal. l. pretia. & ſm hoc licet cuilibet carius uendere, aut uilius emere quãtum poteſt ad numeratũ. Sed prædicta ſnia, ſ. ꝙ res tãtũ ualet quãtum uendi põt, eſt vera, quãtum ex doctoribus colligo, cõcurrentibus tribus. Primò, ꝙ ceſſet fraus minorantiũ vel augẽtiũ ꝑtia doloſe, de qua ſ. §. v. Scđò, ꝙ ceſſet ius ſeu coactio emẽtiũ & uẽdẽtium, ita. ſ. ꝙ nõ cõpellãtur aliqua neceſſitate emere aut uendere hic, & nunc, ab iſto, uel iſti eo modo quo moriens fame vẽderet equũ electum paruiſſimo ꝑtio, vt inde redimere panẽ ꝑtio maximo. Tertiò, ꝙ ceſſat ignorãtia cõtrahentium, ita. ſ. ꝙ uterque bene nouerit factum ſuũ. Addit Sũ. Ang. ex mente Sco. requiritur, ꝙ ceſſet leuitas mentis, & adſit prudẽtia: ſed hoc ꝑtinet ad ignorantiã. Addit ẽt requiri, ꝙ qui plus debito vẽdit aut emit, donare poſſit: ſed hoc nihil facit ad hoc, ꝙ cõtractus inde fiat: ſed ad hoc, ꝙ iniuſtè factus iuſtificetur, cum illum ſupponat iniuſtum: omittit aũt primum requiſitum, ꝙ tñ Archi. ponit: & per ſe manifeſtũ eſt requiri, alioquin potentes cõuenire poſſent, & opprimere pauperes.

11 † DECIMO q̃ritur, utrum negotiando liceat aliquid carius vẽdere, q̃ ſit emptum? Et dicit S. T. 2. 2. q. 76. & Pet. de Anch. in c. j. de uſur. li. vj. & alij Doc. ꝙ ordinario lucro ad aliquem finẽ neceſſarium, uel honeſtum, licita redditur negotiatio, puta ad ſuſtentationẽ ſuę domus, uel pauperum uel patrię, ne deſint illi neceſſaria exſpectãdo moderatum lucrum, nõ quaſi finẽ, ſed quaſi ſtipendium laboris. Sed tamẽ ex hoc licet dicatur nego-

negociatio licita ex intentione: nõ tñ licet
carius vẽdere rem, q̃ ſit empta, vt colligitur
ex dictis eiuſdẽ S. Tho. & Pet. de Ancha. niſi
pretiũ rei ſit mutatũ ratione loci, aut tpis,
aut formæ: quia res in ſe eſt meliorata à ſe:
vt ęquus, qui creuit, vel ab arte: vt gladius,
qui eſt expolitus. Imò inter mutationes for-
mę vr̃ cõprehendi poſſe, ſi empta in quãti-
tate magna vendatur minutatim: ꝑ quo vr̃
facere dictũ Chryſo. ꝙ qui rem cõparat vt
integrã & immutatã, ſ. aliquo trium modo-
rum ꝓdictorũ, vendendo lucretur, ille mer-
cator eſt qui de tẽplo Dei eijcitur: vbi illud
verbũ integrã, ponderandũ eſt. Additur hoc
licere quartò rõne laborũ & periculorũ, &
in transferendo, ſed hoc reducitur ad prædi
cta. & verũ eſt, qñ translatio fit ad locũ, vbi
pretiũ eſt maius: alioquin ſtultus mercator
emens rem vbi eſt cara, poſſet eam vendere
carè vbi eſt vtilis & abundans: & cõſequen-
ter iuſtũ non eſſet ſm cõem eſtimationem,
cõtra ꝓdicta. Poſſet tñ hoc quartũ mẽbrũ
eſſe à tribus prioribus diſtinctũ, & habere
locũ vbi quis res detulit cũ periculo & labo
re ad locũ, vbi nullum habent pretium: quia
ibi. ſ. nõ venduntur: quia eo caſu in ſtatuen-
do iuſto pretio habebitur ratio periculorũ
& laborũ & expenſarũ. Qui aũt emit vt ca-
rius vendat ſine aliquo honeſto fine, ſolũ vt
lucretur, ſine reipublicæ vtilitate, ſed potius
cum dãno, peccat mortaliter ſm Alex. in 3.
parte Sum. vt ẽt patet ꝑ c. eijciens. 88. diſ. de
talibus intelligitur c. quicunq; tpe. 14. q. 4.
vbi turpe lucrũ dr̃ tpe vindemiarũ vilius
emere, vt carius vendatur. Et concordat his.
Hugo. & Lau. 14. q. 4. ſi quis. & S. Tho. vbi ſ.
& Pan. in c. j. ne cler. vel mo. Non tñ neceſſa
riò tale turpe lucrum eſt reſtituendum, ſm
Rodo. ſed de conſilio ſolùm niſi fortè fuiſ-
ſent cauſa talis excreſcentiæ, quæ aliàs non
fuiſſet: quia tenerentur damnificatis.

12 † VNDECIMO quæritur, vtrũ liceat
emere rẽ intentione ſtatim reuẽdendi cum
lucro ſine mutatione rei, tpis, & loci: ſicut
faciunt q prius vẽdunt rem q̃ emant vẽden
tes ꝑ xij. & emẽtes ꝑ decẽ? Et dico ꝙ Sum.
Roſ. tacto fundamẽto ex Arch. ꝙ iuſtũ ꝑtiũ
nõ ſit indiuiſibile, dicit iſtũ de prudẽtia eſſe
laudandũ. Arch. aũt dicit nõ apparere clarè,
ꝙ ſit iuſtum: ego aũt dico apparere clarè, ꝙ
hoc ſit iniuſtũ: quia de iſto propriè intelligi
tur dictũ Chryſo. allegatũ §. ſuperiore. Vnde
Alex. vbi ſ. Excuſando eum qui à caſu emit
bono foro, & vẽdit ſtatim carius accuſat eũ
qui hoc hac intentione facit. Imo Nider. 7.
præcep. c. v. dicit, ꝙ tales eſſent à republica
exterminãdi, quia nocent vtriq; eorum qui
parati ſunt œconomicè cõmutare. Qui tñ
emit non illa intẽtione, ſi ſtatim ſibi occur-
rat ad reuendendum cum lucro, nõ peccat,
quia iuſtum pretium eſt diuiſibile.

13 † DVODECIMO q̃ritur, vtrũ liceat
carius vendere, q̃ emere, ex ſola mutatione
tpis, puta emendo blada tpe frugum, vt po-
ſtea carius vendantur? Et dico reſponſionẽ
patere ex d. §. priore. Nam ſm Ray. Archi. &
Viliel. hoc lucrũ ex ſe eſt turpe, vt patet 14.
q. 4. quicũq;, vnde oportet illud aliquo bo-
no fine honeſtari. Vnde & S. Tho. 2. 2. q. 77.
dicit, ꝙ ſm Philoſophũ primo Politicorũ,
lucrum mercatorũ de ſe eſt turpe: quia ordi
natur ad ſeruiendũ cupiditati: ideo oportet
illud honeſtari honeſto fine, qui eſt ꝓſerua-
tio ſui, vel pauperũ eleemoſyna, aut opulen
tia cõitatis. Igitur eſt licitum hoc facere ad
bonũ cõitatis, ſm Ray. vt Ioſeph. & ſimiliter
ad prouiſionem ſuam, ſm Viliel. maximè ſi
aliter neſcit negotiari, nec habet vnde ſuſtẽ
tetur: dũmodo non intendat cariſtiã: & ſimi
liter ad largiẽdũ inde eleemoſynã, ſm Ray.
Inn. Viliel. & oẽs. Si verò hoc fiat ex auari-
tia, vt alij compellantur emere ab eo, & ille
ſuo modo vendat: aut ſi intendatur cariſtia,
eſt mortale, ſecundùm Viliel. Et ſecundum
Ray. tenetur reſtituere pauperibus. 14. q. v.
qui habetis, quod ſecundùm Viliel. verum
eſt de honeſtate, ſed non de præcepto.

14 † DECIMOTERTIO quid de facientib.
annonã carius vendi: puta impediẽdo cõdu
ctores? Et dico eos teneri ad ponendũ eã in
bono foro, ac ſi fuiſſet delata ſi poſſunt: &
puniũtur pœna xx. aureorũ. l. ij. ff. ad l. Iuliã
de anno. & etiã corporaliter. l. annonã. ff. de
extraordi. cri. & idẽ de emente oĩa blada, vt
carius vendat. d. l. annonã. & idẽ de oĩb. per-
tinẽtib. ad victũ vel vſum ꝑ ipſos ſolos ven-
dendis in cariſtiã reipublicæ: vt l. vnica. C. vt
ne lice. in cõpara. ſpec. ſe. &c. vnde q dat ar-
rhas ꝑ omnibus, ſciens naues q ferebãt eas
ſubmerſas, facit monopoliũ, & incidit in pę
nam d. l. vnicæ. & tpe neceſſitatis tales com
pelli poſſunt vendere minus ꝑtio tunc aliàs
iuſto. l. ij. §. cum in ead. ff. ad l. Rho. de iac.

15 † DECIMOQVARTO q̃ritur, vtrũ liceat
carius vẽdere ad tps. q̃ ad numeratũ rõne di
lationis tpis? Et dico, ꝙ nõ, ſed eſt vſura vir-
tualiter: vt ĩ. Vſura. ij. §. j. & idem eſt ſi ema
tur pretio viliori, q̃ ſoluitur ante tps.

DECI-

16 †DECIMOQVINTO quæritur, vtrũ mercator, qui ſcit ad aliquẽ locũ alios poſt ſe venturos cũ abundantia earundem mercium, poſſit vendere pretio tunc currente: an uerò teneatur vẽdere pretio, qđ futurũ eſt, aut qđ eſſet tũc, ſi res ſciret? Et dicit S. T. ꝙ nõ facit ꝯ iuſtitiã vẽdẽs ꝑtio currẽte, & tacẽs qđ futurũ eſt: ſi tñ diceret, uel de ꝑtio ſubtraheret, eſſet abundantioris virtutis.

17 †DECIMOSEXTO, quid ſi quis intendens nocere inimico, ſcribit amico, ut multum emat de lana, uel alia re, quia erit carum poſterum, quod tñ nouit falſum: & deinde literam ſibi cadere permittit in loco vbi inueniatur & legatur ab inimico: & conſequenter talia emat & perdat? Et dico ſm Arch. ꝙ talis mortaliter peccat ex intentione nocẽdi, nõ tñ teneť ſatisfacere de dãno: q̃a nõ dedit occaſionẽ efficacẽ: extra, de iiu. ſi culpa. q̃a ille nõ debuit ita leuiter credere.

18 †DECIMOSEPTIMO, quid de eo qđ in facto accidit. Mercator magnus Venetijs acceptis literis ab oriente, vt emeret aromata, quia futura erãt cariora, eas lacerauit, itẽdẽs oĩa aromata emere, ſed alius tenuis colligens literarũ fruſta, & legens eũ ꝑuenit ĩ emẽdo & lucrũ ſuſtulit? Et dicit Ar. ꝙ ſi legit literas illas, vt ſciret eius ſecreta, curioſitas eſt: ſi vero ut ſibi ꝓuideret, prudẽtia humana ẽ, & nõ peccatũ: q̃a licitũ ẽ cuilibet accipere qđ ꝓ derelicto hř, vt dictæ literæ.

19 DECIMOOCTAVO queritur, vtrũ liceat mercatoribus conuenire ut certo pretio vendãt, vel vt unus ſolùm tale quid vendat? Et dicit Hoſtien. pactum eſſe illicitum: & idem eſt ſi quis in ciuitate impetret, ut ſibi ſoli vendere liceat: unde ſi quis huiuſmodi exercet officiũ, ſm leges dẽt ſpoliatus bonis exilio perpetuo dãnari, & concedentes puniri, i. officiales q̃ ꝑdicta cõcedũt, aut nõ puniunt: ut C. de monopo. l. una. vbi Azo. ꝑ illã l. cõcludit prohibitum eſſe ne quis exerceat monopoliũ, i. ſingularẽ negociationẽ, ꝙ accidit cum aliqui paciſcuntur, ne in arte ſua quenq̃ inſtruãt præter filios uel nepotes, & idẽ eſt in omnibus huiuſmodi. Prædicta tñ & d. l. vnã, intellige ſm Inn. in c. ſignificãte. de pign. qñ fraudulenter & in dãnum reipublicæ fiunt. Secus ſi cõitas ſic ſtatuat ꝓ bono reipubl. vt vnus ſolus uendat vinũ aut huiuſmodi: & tale lucrum applicetur cõmunitati, ut quotidie fieri uidemus.

20 †DECIMONONO quæritur, utrũ venditio reddatur iniuſta ꝑ defectum rei venditæ? Et dicit S. Th. 2. 2. q. 77. ꝙ circa rẽ uenalẽ triplex defectus conſiderari põt, ſ. ſm ſpeciem, quantitatẽ, & qualitatem: ut ſi vendatur aurichalcũ pro auro, uel vtatur quis deficienti pondere aut menſura: uel ſi animal infirmum uendatur quaſi ſanum. In his igitur tribus ſi uenditor ſcienter offendit, peccat, & reſtituere tenetur. Si uerò ignorãter, non peccat quidem: ſed cũ ad eius notitiã venerit, recompenſare tenetur emptori. hæc ex illo. Sed qđ dixit de qualitate intelligitur de corruptiua ſubſtãtiæ, ut in domo cõbuſta: arg. l. quid tñ. ff. de contrahen. emp. Secus in non corruptiua, puta ſi agrũ ſterilẽ putabat vberẽ. xxix. q. j. §. his ita reſpõdetur. Vnde tunc, ut ibi pater in gl. vẽditio non reſcinditur, niſi eſſet deceptio ultra dimidiã, vt dictũ eſt, vel haberet peſtiferas herbas. C. de ædil. edic. l. ſi prædiũ, uel niſi dolus dediſſet cãm contractui: ut ff. de dolo. l. elegãter. Ex his multa patent. ¶Primum. Si uendẽs intẽdit vẽdere rẽ unã, puta unũ agrũ, & emẽs emere aliã in ſubſtãtia, ut aliũ agrũ, vẽditio non ualet. l. in vẽditionibus. ff. de cõtrahen. emp. Et idẽ eſt in materia: ut ſi uendatur aurichalcum ꝓ auro. ut in d. l. in emptionibus. ¶Secundũ. Tabernarij dãtes vini menſuram diminutã, ſm Arch. non excuſantur, quia decipiunt & dãnificant emptores, non obſtante contraria cõſuetudine, quæ eſt corruptela: niſi hoc faciãt ad ſuã indemnitatẽ, uel lucrũ moderatũ, puta, quia ſi darent plenas, oporteret pretiũ augere. & cõſequenter nullos aut paucos inuenirent emptores. Si aũt econtra, mulier dãs ad filandũ pro libra dat uncias xiij. & nõ ſoluit niſi pro libra, ſm eũdem, nõ eſt fraus, ſ. ubi ſic eſt cõſuetũ: quia ſic intelligitur eſſe pactũ, cũ a principio datur opus, ut ſic ſoluatur. ſcienti aũt & conſentienti non fit iniuria, quãuis mos turpis videatur. ¶Tertiũ. Si equus vẽditus ad paucos dies ratione ſuæ malæ qualitatis moriatur Pan. in c. iniuſtũ. de re. permu. poſt Ci. diſtinguit. Nam aut morbus erat notus vtriq;, & nõ cõpetit remediũ, quia ſciẽti, &c. Aut vterque ignorabat, & tũc aut emptor nõ fuiſſet aliàs empturus: & cõpetit actio redhibitoria. Aut aliàs emiſſet: & tũc cõpetit actio q̃ti minoris, nõ aũt ad totũ damnũ. Aut ſciebat alter tãtũ, & ſi emptor, ſibi ĩputetur rõne ꝑdicta: ſi vẽditor, teneť ad oẽ intereſſe. nõ ſolùm ad ꝑtiũ, ut ĩ l. Iulianus. ff. de act. emp. niſi interueniſſet pactũ ut nõ teneretur: etſi emptor fuiſſet minus diligẽs, nihilominus

ſm Cy. ueditor tenetur: quia licet ille fuiſſet in quadã negligentia, vel culpa: tñ venditor non patefaciens fuit indolo, qui ꝑponderat culpæ. vt in l. itẽ ſi obſtetrix. ff. ad l. Aqui. Io. tñ And. poſt alios dicit, ꝙ ſi intra triduũ mo ritur, & inuenitur habere cor marcidum, ex tpis prauitate pſumit̃ illũ morbũ tps vendi tionis habuiſſe. ¶Quartum. Si quis vendat equũ dolentẽ in ſpatula, ſed hoc non oſtendentem, quia erat caelfactus, dicens, do tibi æquũ iſtum pro ſtrabone & dolente ac habente oẽs maculas, nec volo ex aliquo teneri: ſm Spe. in tit. de emp. & ven. §. nunc. nihilominus tenetur, ex quo aliàs ſpecifice nõ ꝓ palauit defectũ, quia emptor fuit deceptus, videns dictã eſſe falſitatẽ in alijs expreſſis: & credidit veriſimiliter ſic eſſe de morbo ſpatuloſo. ¶Quintũ. Si fundũ vendidi tibi expſ ſis confinib. & menſura terrę. & nunc inuenitur maioris quãtitatis, an cedat emptori ꝙ plus eſt, aut venditori: diſtinguit Old. Nã qñq; loquens vtit̃ terminis denotãtib. certũ numerũ vel menſurã, & agit ad ſupplemẽtũ, qñ, ſ. exprimit conceptũ ſuũ incipiendo à numero vel mẽſura, vt vendo tibi terrã quatuor modiorũ in talib. confinib. qñ q; autem vtitur terminis denotantib. ſpeciem ſeu cor pus: licet adijciat, certũ numerũ vel mẽſurã. vt, vendo tibi talem fundũ ſic cõfiniatum: q eſt trium modiorũ, & tunc, ꝙ eſt plus cedit emptori: quia hoc caſu numerus, vel menſura vr̃ adiungi loco demonſtrationis: q̃ licet ſit falſa, non uitiat nec minuit illud. cui adiũ gitur: vt l. falſa demõſtratio. ff. de con. & demon. Hæc Pan. in c. ꝑ tuas. de dona. Vel dic, ꝙ ſi pretium taxatur per modia, emptor nõ habebit illud plus: ſi verò non taxatur ꝑ mo dia, habebit totũ. & de hoc s̃. Donatio. j. §.

21 † VIGESIMO quæritur, vtrum vendi tor teneatur dicere vitiũ rei uenditę? Et dico, ꝙ S. T. 2. 2. q. 77. ar. 4. obſcure de hoc loq tur, & 2. quolib. ar. x. cuius doctrinã ſic intelligo. Nulli eſt licitũ inſerre damnũ ꝓximo, vel periculũ. Cũ igitur quidã defectus dent damnũ tantũ, vt pannus malus quidã verò dãnũ & periculũ ꝑſonæ vel rerũ, vt cib. corruptus ſeu venenoſus, & equus retrocadẽs: ĩ primis ſiue defectus ſit ſecretus, ſiue nõ, venditor dicere non tenetur: ſed ſufficit ſi minuat de ꝑtio rei quantũ apprehendit ille defectus: q a neq; dãnũ neq; ꝑiculũ inferet emptori: ſi tñ ꝑtiũ nõ minueret, infert dãnũ. In ſecundis aũt, ſi ſint publici, ſufficit minuere de ꝑtio, nec eos dicere tenet̃: puta, ſi equus ſit monoculus, q a nec dãnũ nec periculũ infert. ſi verò ſint occulti, dicere tenet̃, nec ſufficit minuere de ꝑtio: q a exponeret emptorẽ periculo. Hæc ex illo: cui cõſonat & quaſi cordat ac limitat Ang. in l. ſi quis cũ aliter. ff. de act. emp. & uen. & Pan. in c. iniuſtũ. de re. perm. Ex quib. colligitur, ꝙ diſtinguẽdũ eſt ſic. Nã aut emptor ſi ſciret hmõi defectus, nullo mõ emeret: & tunc nullo mõ celare [illegible] cet. Aut emeret quidẽ, ſed nõ ita libenter: & tunc ſi nullũ immineat periculum vel da num, non tenetur venditor reuelare, ſed ſufficit minuere pretium. & idem eſt de [illegible] ra aquę ad vinum, & hmõi. Si aũt imminet periculum vel damnum emptori vel alteri, manifeſtare tenetur: aliter eſſet obnoxius reſtitutioni dãni, ſi accideret. ar. l. in reb. §. itẽ q ſciens. ff. com. & l. Iulianus. ff. de ac. emp.

22 † VIGESIMOPRIMO quæritur, q d de his, qui rerũ defectus negãt, aut falſas bonitates affirmant cũ periurijs & mendacijs ſciẽter? Et dico ex Ray. iuncta gl. eius, ꝙ quã tũ ad iura ſemꝑ peccãt mortaliter iurando falſum, ẽt in modico. Quantũ verò ad mẽdacia, ſimiliter, qñ ꝑ hæc lędunt ꝓximũ in magno, vel ẽt paruo, cum voluntate lædendi in magno: ſecus ſi in modico, animo nõ lędẽdi ĩ magno, vel ſi in nullo, ſed ad ſe ſeruãdũ idẽ nes. Vtroq; aũt mõ tenentur de nocumẽto.

23 † VIGESIMOSECVNDO q̃ritur, utrum emptũ ex aliena pecunia ſit ementis? Et dico, ꝙ ſic, ſi noĩe ſuo emit. ſ. ſi ex ea. C. de rei vẽ. Fallit ꝙ dictũ eſt in empto ex pecunia eccleſię. 12. q. 3. c. 1. & 2. & q. 5. fixũ. ꝙ adeò eſt verũ, ꝙ ſi clericus habens pecuniã de ꝑbenda, emerit ꝑdium, amplius illud dare nõ poterit intuitu pietatis, licet pecuniã da re potuiſſet: quia ſtatĩ ꝑdiũ fit eccleſiæ: ſiue emerit noĩe ſuo, ſiue alieno, de pec. cle. c. j. & c. inquirendum. Et idẽ dic de empto ex pecunia pupilli vel minoris à tutore uel ꝓcuratore: quia minor ſibi uẽdicare põt. l. 2. ff. qñ ex fac. tu. Idẽ de empto ex pecunia militis. C. de rei uẽ. l. ſi ut proponis. Similiter dic in empto à marito uel uxore de pecunia ſibi ab altero eorũ donata, ſi efficiatur nõ ſoluẽdo, qui domũ accepit. l. uxor marito. ff. de don. inter uir. & uxo. Hæc ita limita, qñ pecunia nõ fuit alteri miſta: quia ſi fuiſſet miſta, trãſiret in dominium etiam furis. l. ſi alieni nummi. ff. de ſolu. & ſic non eſſet eccleſię vel prælatorum.

24 † VIGESIMOTERTIO q̃ritur, ſi res uendatur duob. cuius erit? Et dico, ꝙ potior eſt ſecun-

eſt ſecūdus, ſi res tradatur ſibi, uel primus, ſi primò ſibi detur, & idē in donatione. l. quoties. C. de rei vend. arg. c. ex literis. de conſu. & expſſe C. de ſac. ſan. eccl. l. vt inter diuinū, & ēt ſi ſecundus emiſſet, & ipſe noīe eccleſiæ: quia præfertur primus. ff. de ꝑc. l. in cauſæ. Venditor aūt tenetur crimine falſi: vt patet. ff. ad l. Cor. de fal. l. q duob. Sed ſi ꝑmutauit, aut alteri in ſolutū dedit, vel aliter diſtraxit, poſtq̄ eā obligauerat tenetur crimine ſtellionatus. ff. de cri. ſtel. l. 2. De hoc tamen pleniſſimè Iaſ. in rep. l. quoties. C. de rei ven.

25 †VIGESIMOQVARTO queritur, vtrum is, cui datum eſt aliquid ad vendendū pro x. & vendidit ꝑ 12. teneatur de duobus dño rei? Et dicit Arch. ꝙ cùm habeat mercedē ꝑ ſuo labore, & exhibet nudū miniſteriū: totū ꝙ ſuperuēdit, tradere tenetur dño ſiue primo venditori, & non emptori, niſi fortè plus iuſto vēdidiſſet. Sed Sū. Ang. cōtra Ro. tenet ꝙ ſibi acquirit illa duo ſua induſtria, nō obſtāte mercede: quia illa danť vt inueniat emptorē ꝑ decē: ſi tñ daretur ſibi ſimpliciter vt venderet, ſecus, quia teneretur vendere meliori pretio quo poſſet. Sed hoc nō bene dr: quia illa duo nō retinet rōne rei vēditæ, cùm non ſit ſua: nec rōne laboris vel induſtriæ, cùm habeat mercedē ꝑ toto illo ꝙ exhibet in vendendo. Nec res datur ſic vendenda à dño ꝑ decē, quin velit habere duodecim ſi pōt, ſed expreſſit minimum. Et ita tenet Arc. Io. Fab. & Io. de Pla. in §. actionū. Inſti. de acti. & ibidem domi. Iaſ.

26 †VIGESIMOQVINTO quæritur, vtrū venditor teneatur emptori de euictione? Et dicit gl. & Pan. ī c. ſi vēditori. de emp. & vend. ꝙ ſic: & ſi nō defendat emptorē poſt q̄ ſibi denuntiauit, tenetur ad oēs expenſas, quas fecit in iudicio, ſm eundē, ſiue obtinuerit, ſiue non: vt l. j. C. de euict. & l. venditores. ff. de ver. ob. & vtrobiq; ꝑ Bar. Secus ſi non denuntiaſſet litē motā. Fallit aūt, inquit, in trib. caſib. qđ dictū eſt, nec ad euictionē tenetur. ¶Primò ſi in prīcipio litis, vel ad minus poſt litē conteſtatā, nō denuntiauit venditori vt eū defenderet. C. de euic. l. emptor fundi. & l. Authore. ff. eo. l. ſi rē. §. fi. Sed & ſi venditor ſciebat litem motā, vr ſentire Bar. in l. denuntiaſſe. ff. de adul. ꝙ ēt denuntiare teneatur: quia qñ requiritur denuntiatio ad aliquid faciendū, vt in caſu iſto, non ſufficit ſcientia ſola: ut in d. l. denuntiaſſe. Secus qñ requiritur denuntiatio ad ſimplicē ſcientiā habēdā: quia ualet, ut regula, q certus, de re. iur. li. 6. & l. j. ff. de act. emp. & uend. Et licet gl. & Cy. in d. l. emptor. & Dy. in d. regula. q certus. teneant ꝙ non tenetur denuntiare: & multi alij: tñ tutius eſt ꝙ denuntiet, ꝑ l. ſi cōtrouerſiā. in uer. authori hæredive eius nuntia. C. de euict: quæ denuntiatio non importat ſimpliciter indicare, ſed ꝑ officialem notificare litem motā, vt veniat ad defendēdū. Secundò, qñ emptor citatus contumaciter abſuit: quia vr condemnatus ꝑ ꝑ ſuam contumaciā. d. l. emptor. & ff. de euict. l. ſi ideo. j. reſponſo. & idem ſi venditore abſente non appellauit à ſentētia. l. Herennius. ff. de euic. Tertiò, quando per iniuriam ſententia lata fuit contra emptorem. d. l. emptor. quia iniuria, quæ fit emptori, non contingit venditori. l. ſi imprudētiā. in prin. ff. de euic. Idē dic ſi ꝑ violentiā extraiudicialiter auferatur. d. l. ſi per. & C. de eui. l. fi. ēt ſi notarius poſuit ꝙ obliget ſe defendere de iure & de facto: q. a. illud de facto intelligitur, ſi lis moueatur de facto, non iure, ſm Pan. vbi ſ. quia violentia extraiudicialis non venit ſm naturā contractus: de quo dic vt no. per Bar. in l. ſtipulatio iſta. ff. de ver. ob. Adde quartò, qñ emptor cōpromiſit & reportauit ſententiam cōtrariam. l. ſi dictum. §. ſi in arbitrium. ff. de euic. quod intellige verum, ſi voluntariè compromiſit: quia ſecus ſi coactus, ſ. à ſtatuto: qđ ſic vult, vt inter cōſanguineos compromittať, & hmōi: & hoc denunciauit venditori, ſm Bar. in d. § ſi in arbitrium. & Bal. in l. j. C. de peri. & com. rei ven. Et quintò, qñ emptor potuit vſucapere, & nō vſucepit. d. l. ſi dictū. §. ſi cùm poſſet. Et ſextò, ſi rem alienā ſcienter emit: niſi de euictione ſpecialiter ſibi cauerit. l. ſi fundum. C. de eui. Et ſeptimò, ſi aliquid caſuale contingat. C. eo. de leg. l. fi. de reb. eccl. non alie. c. ad noſtram. Vide etiam alios caſus per Hoſt. in Sum. eo. ti.

27 †VIGESIMOSEXTO queritur, qd ſi venditor pactū fecit quod de euictione nō non teneretur? Et dico nihilominus eū teneri ad pretiū re euicta. l. ex empto. in fi. de act. emp. & ven. ꝙ limita Lu. de Ro. qñ pactum ſit, in genere, ſ. à quocunq; euincatur: ſecus ſi ſpecificatur ꝑſona vel cauſa vna: quia tūc ēt non tenebitur ad pretium. Caſus eſt in l. qui libertatis. in prin. ff. de euic. & ibi gl. de hoc.

28 †VIGESIMOSEPTIMO quæriť, quātum emptori teneť venditor in caſib. in quib. de euictione tenetur re euicta? Et dico, ꝙ tantū in ſimplum: & ſi fuit in culpa in vēdendo, tenetur ēt ad intereſſe. In foro tamē

contentioſo in rebus pretioſis arbitrio iudicis cogitur ꝓmittere duplũ: aliter cõdemnatur in duplũ ꝑtij cõuenti. ff. de euic. l. 2. & emptori. De emptione rei furtiuæ habes q. Reſtitutio. 3. §. 7. Vide etiã ſ. Contractus. §. 9. Vtrũ teneat vẽditio ꝑ cõpromiſſum: & ſimiliter vide multa j. Negotiũ, & Vſura ſcđò.

EMVNITAS, vide j. Immunitas.

## DE ENORMI.

1 *Enorme, quaſi extra normam poſitum, dictũ eſt. quid autem importet, & præſertim ad mores relatum. & quotupliciter malum enorme dicatur.*

2 *Enormia crimina iuxta Canones quænã ſint. Et ibidem, ꝙ crimen enorme dupliciter dicatur.*

3 *Enormis iniuria corporalis quæ dicenda ſit. Et ibidem quod exceſſus notorius ſit enormis: qui ſi fiat in perſonam eccleſiaſticam, ab eo epiſcopus abſoluere non poteſt.*

4 *Iniuria enormis num ſit, quis arbitrabitur.*

1 ENORME † dr̃ quaſi extra normã, vel ſine norma, i. menſura: & importat aliquid exceſſiuè magnum. & loquendo in moribus ſemper ſonat in malũ, quia bona ex ſuo gñe non poſſunt eſſe magna ꝑ exceſſum: cũ infinitè creſcere poſſit homo in gratia, & cõſequenter in virtute. Dupliciter aũt malũ dr̃ enorme, ſ. in ſe: & ſic peccata aliqua dicuntur enormia. & in ſuo effectu vel nocumento illato: & dr̃ enormis iniuria.

2 † PRIMO verò q̃ritur, quæ ſunt enormia crimina ſm̃ canones? Et dico, ꝙ dupliciter crimen dr̃ enorme. Primò quod ad normam pœnitentiæ, quę. ſ. pœnam delet cum culpa, plenè reduci nõ poteſt. quin ſemper aliquid remaneat de pœna: quia ſcilicet impedit ordinis executionem, & beneficij detentionem. etiã poſt pęnitentiã. Et hoc eſt triplex, ſ. homicidium voluntarium: diſt. l. minora. j. q. 7. ſi quis enormem. de conſ. diſt. 1. c. 1. & idem eſt de caſuali præcedente culpa. de homi. continebatur. Secus vbi culpa nõ præceſſit, eo. tit. ex literis. Item hæreſis, in qua poſt ſanatum vulnus remanet cicatrix. 1. q. 1. vẽtum. Item ſimonia in ordine. de accuſ. inquiſitionis. & ibi patet, ꝙ idem eſt de ſimonia in beneficio, i. ſi quis adipiſcatur ordinẽ vel beneficium per ſimoniã: vt ibi. Et de his vide etiã ſ. Crimen. Secundò dr̃ enorme, quod diſpenſationem non recipit: vt ſimonia in beneficio. 1. q. 1. erga. & q. vlt. patet quomõ enormia dicuntur etiam omnia delicta, quę inducunt infamiã ciuilem, i. ex quibus quis remanet infamis etiam poſt pœnitentiam. 3. q. 7. §. porro. & 2. q. 3. §. hinc colligitur.

3 † SECVNDO quęritur, quę iniuria corporalia dicatur enormis? Et dico, ꝙ c. cum illorũ. de ſen. exc. exemplificat ſi mutilatio ſequit, vel ſanguinis effuſio, ſ. abundans, & ex membro, ex quo de facili nõ fluat, ſm̃ doc. ſeu ex vulnere: & ſi in epiſcopum vel abbatẽ ſeu ſuperiorem manus iniecta ſit. Similiter ĩ §. atrox. Inſt. de iniu. exemplificatur, ſi quis vulneretur. intellige ſm̃ Mod. ſi opus ſit medicamine chirurgię, vel emplaſtrorũ, ſeu aliorum medicaminum. Itẽ ſi quis fuſtibus cędi tur, ſi in theatro vel foro aut in conſpectu iudicis verberetur: item, ſm̃ alios, ſi in eccleſia vel cœmiterio, vel dormitorio. arg. c. cũ pro cauſa. de ſen. exc. 17. q. 4. quiſquis. & §. q aũt. Item ſi ſacerdoti induto veſtib. ſacerdotalib. magiſtratui, parenti, patrono, & p̃lato. ff. de iniu. l. ꝑtor. §. atrocẽ. C. eo. l. atrocẽ. Et ſic enormis dr̃ primò ex perſona: ſecũdò ex loco: tertiò ex tempore, puta ludi aut feſtiuitatis: & hoc eſt arbitrarium. quartò ex re, puta vulnere: aut etiam vulneris loco, veluti oculo percuſſo. ff. de iniu. ita incipit. quintò ex modo. vnde ſm̃ Pan. in d. c. cum illorum. exceſſus notorius dicitur enormis: & ſi ſit in perſonã eccleſiaſticã eps abſoluere nõ poteſt. Et de his omnib. ſ. Abſolutio 4. in prin.

4 † TERTIO quæritur, quis arbitrabitur an iniuria ſit enormis? Et dico ꝙ is, qui hẽt abſoluere & ligare, vt ſciat an ſit quis ſuæ iuriſdictionis: & poſſit illum abſoluere nẽcne. arg. c. ſuꝑ literis. de reſc. & l. ſi quis ex aliena. ff. de iu. Sed caueat ne leuẽ arbitrari velit, vbi ius attrocẽ determinat: q a non abſolueret, ſed deciperet: ſecus aũt vbi determinat.

## DE EPISCOPO.

1 *Epiſcopus vnde dictus, qualiter interpretetur, quodnã ſit ipſius officium ac munus. Et an differentia ſit inter epiſcopũ & p̃ſbyterũ: & qualis.*

2 *Epiſcopatus ordo ne ſit, an dignitas. Et num eorum ſtatus religioſorum ſtatus ꝑfectior ſit. n. ſe.*

4 *Epiſcopatum expetere, aut oblatum recuſare, an liceat. Et ad hoc ſubnectunt cõcluſiones aliquot.*

5 *Epiſcopus in ſui ordinatione & inſtitutione interrogatus, an nouum ſimul que vetus teſtamentum nouerit, reſpondens, quod ſic, ſi illa ignoret, an mortaliter peccet.*

6 *Epiſcopalis dignitas, num a ſeruili, aut adſcriptitia conditione liberet. Et iura epiſcopalia, quænã poteſt epiſcopus a ſuis ſubditis ex Canonum diſpoſitione exigere. num. ſeq.*

8 *Epiſcopalis lex ſm̃ iura, quænã ac quotuplex ſit.*

9 *Eps qui ſecundum iura aut poſſit, aut non poſſit.*

10 *Epiſcopus quid debeat, & quid non.*

11 *Epiſcopus*

11 *Epiſcopus ad quid iure teneatur.*
12 *Epiſcopus quas incurrere poſſit pœnas.*

1 †EPISCOPVS Græcũ nomẽ eſt, dictum ab epi, qđ eſt ſ. & ſcopos uel ſcopi, qđ eſt intũdere: quaſi ſuperintendẽs: quia ſuperintendit laicis & clericis ſibi commiſſis. 8.q.1. qui epatum. di.x. cleros. vbi ẽt interpretatur Spec. eo ꝙ ſubditorum mores & uitã ſpeculatur. & in hoc negligens, eſt in peccato mortali. & dr̃ canis impudicus. ij.q. j. c. qui nec. cuius officiũ cõſiſtit in cõfectione chriſmatis, chriſmatione frontis, collatione ordinis, conſecratione eccleſiarum, & altarium: ut de ſen. excõ. c. quia periculoſum. li.vj. in gl. & ſm S.Th. in 3.diſt.23. ſolus diſpenſat illa ſacra, quæ ponunt ſuſcipientẽ in aliquo gradu perfectionis ſup alios: & æqualis eſt Papæ, ſm eundem ibi di.3. in collatione ſacrorum, ſeu quo ad ea, quæ ſunt ordinis epalis: ideo quilibet põt alium conſecrare, ſolus ẽt, ut ibi dicit di.xx. propriè eſt prælatus eccleſiæ, & quaſi ſponſus eius accipit annulum: cuius ẽt conuerſatio debet eſſe, q̃ Greg. in Paſto. deſcribit, dicens, Sit rector cogitatione mundus, actione præcipuus, diſcretus in ſilentio, utilis in uerbo, ſingulis per cõpaſſionem ſocius, præ cunctis cõtemplatione ſuſpenſus: internorum curã exteriorũ occupatione non minuens: exteriorum prouidentia internorũ ſolicitudinẽ nõ relinquẽs. Et quãtum ad appellationẽ qñq; inter epm & presbyterum differentia nõ fuit: quia iſti & illi presbyteri & epi dicebãtur: ſemper tñ fuit differentia realis: unde & in primitiua eccleſia ſoli epi confirmabant, Act.viij.i. per manuum impoſitionem Spiritum ſanctum dabant, ut tenet S. Tho. Ray. & Pet. de Pal. quæ impoſitio per cõfirmationem deſignatur: ideoq; ſoli epiſcopi ſunt, qui apoſtolorũ uice confirmant. ut extra, de ſac. vnct. c. vno. §. per frontis. Erant & olim quidam prælati, qui coepiſcopi dicebantur, de quibus pertranſeundum eſt, quia amoti ſunt. diſtin. 88. §. hi uerò. & c. ſequen.

2 †PRIMO verò quæritur, utrum epatus ſit ordo vel dignitas? Et dico, ꝙ eſt dignitas: ut patet ex dictis ſ. Dignitas. eſt ẽt ordo ſ. Sacerdotium, ſm S.Tho. in 3.di.7. & di. 24. nõ in ordine ad uerũ, ſed ad myſticum corpus Chriſti, ſuper quod habet aliquem actũ ad aliquam poteſtatem, quam non habet ſacerdos: ſicut poteſt ordinare, & confirmare, & huiuſmodi. Vnde ſm Ioa. And. in principio ſexti. Papa ſe epiſcopum appellat, licet in eccleſia ſint dignitates epiſcopatu maiores: quia epiſcopatus eſt ordo maximus.

3 †SECVNDO quæritur, vtrum ſtatus eporum perfectior ſit ſtatu religioſorũ? Et dicit S.Tho.2.2.q.184. ꝙ ſic: quia in omni genere præſtantius eſt patiẽte: in genere aũt perfectionis epi ſm Dio. ſe habent ut perficientes, religioſi uerò vt perfecti: quorũ vnũ ad actionẽ, reliquũ ad paſſionẽ ptinet. Si tñ ſtatus epiſcopalis agatur perfunctoriè, nihil eſt miſerius aut periculoſius. di.xl. ante oĩa.

4 †TERTIO, vtrũ liceat appetere epiſcopatum, aut recuſare oblatum? Et dico, ꝙ ſm Aug. xix. de ciuitate Dei. & S.Tho.2.2. q.185. & 8.q.1. qui epatum. & ſi adminiſtretur ut decet, tñ indecenter appetitur. quamobrem inquit Augu. otium ſanctum quærit charitas ueritatis: negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis: quam ſarcinã ſi nullus imponit, percipiendæ atq; intuẽdæ ueritati vacãdũ eſt: ſi aũt imponitur, ſuſcipienda eſt pp charitatis neceſſitatẽ. Iſtã aũt quæſtionem diffuſe tractaui in Ro. aur. Dñica xvij. poſt Trinita. & ibi habẽtur hæ cõcluſiones. ¶ Prima. In nullo caſu licet prælationem pcurare quacunq; populorum neceſſitate, uel quocunq; fine. ¶ Secunda. Licet nunq̃ liceat prælaturã quærere, tñ neceſſitatis tpe, i. qñ non videt quis unde cõpetẽter de bono paſtore prouideatur: licitũ eſt hanc appetere, non abſolutè, ſed a Deo, non ut quis præſit, ſed ut proſit: & licitum eſt hoc deſiderium: vellem ꝙ me Deus dignũ iudicaret, & faceret, ut alijs prodeſſe poſſem: quia uelle prodeſſe eſt laudabile, & uelle promoueri per Deum non eſt præſumptuoſum, cũ ipſe nõ promoueat niſi dignos. ¶ Tertia. Tale deſiderium extra caſum neceſſitatis non eſt laudabile nec licitũ: quia eſſet minus bonũ præferre meliori, cũ ſit melius vacare Deo q̃ pximo, ubi non eſt neceſſe uacare proximo. ¶ Quarta. Is cui uitia placẽt in propria perſona, uel cui non diſplicent, nec ea conatur euertere ĩ aliena, nunq̃ licitè appetit a Deo promoueri, quandiu ſic eſſe deliberat. Eſt aũt mortale, iudicio meo, appetere ratione deliberata epatum & omnem prelaturã ſiue beneficium cũ cura, in multis caſibus, de quibus. j. Superbia. §. vlti. & ſpecialiter pp ambitionẽ uel cupiditatẽ principaliter, q a eſt ambitio piculoſa, & repugnãs bono cõi: tũ quia talis neſcit ſe idoneũ ad illud adminiſtrãdũ: cũ hoc ſine Dei gratia, q̃ ſe hẽre neſcit, facere nõ poſſit: tum quia bonum cõe ordina-

ordinatur ad particulare, vt populus ſit ꝓp ꝑlati, cū ſit ecōuerſo. Eſt ēt mortale hoc recuſare, cū quis ꝓbabiliter credit ſe idoneū, vel ſaltē dubitat, & ad ſuſcipiendū adſtringitur ꝑcepto ſuperioris: quia ī dubijs tenetur ſubditus obedire: vt ĩ. obediētia. & idem vr̄ ſi nō adſtringatur præcepto, ſed conſilio, & probabiliter credat, ꝙ per alium æquè bene prouideri non pōt: quia eſt contra fraternā charitatem: & facit c. in ſcripturis. 8. q. j. ſed vide ſ. Electio. j. §. xx. ĩ. ſimonia. §. xvj.

5 †QVARTO q̄ritur, vtrū peccet mortaliter eps ignorans in ſua ordinatione interrogatus an ſciat nouū & vetus teſtm̄, & reſpondens, ꝙ ſic? Et dicit Rich. in quolib. 4. ꝙ ſic, ſi ita eſt ignarus, ꝙ neſciat in gn̄ali mandata Dei, articulos fidei, virtutes, & vitia, & ſacra: quia tunc pernicioſum mentitur: non autē ſi ſciat duo teſtamēta q̃tum ad ea, ſine quibus officium ſuum conuenienter exercere non poteſt: licet in alijs ſit indoctus: quia videtur, ꝙ conſuetudo ſic ſolùm velit.

6 †QVINTO q̄ritur, vtrū epalis dignitas liberet à cōditione ſeruili vel adſcriptitia? Et dico, ꝙ ab vtraq;: imò & ſacerdotalis. diſt. 54. ſi ſeruus ſciente. & c. ex antiquis. iūcta gl. & ēt à curiali ſeu officiali, ſm gl. in d. c. ſi ſeruus. & idē ſm Piſ. & Sum. Ang. licet Supple. ſentiat, ꝙ nō, innitendo textui d. c. ſi ſeruus. Sed q̃tū ad hoc illud c. nō tenet ſm Piſ. Verūtamē nec ſeruus, nec adſcriptitius, nec ēt curialis ordinari debet, niſi ſm diſtin. quam habes ĩ. Seruus ij. per totum, id eſt, niſi prius à tali conditione ſint abſoluti, & ab alijs irregularitatibus.

7 †SEXTO q̄ritur, q̄ ſint epalia iura, quæ eps exigere poteſt à clericis & religioſis ſibi ſubiectis ſm canones? Et dico, ꝙ declaratur in c. cōquerente. de offi. ord. vbi dr̄, In eccleſijs ſeu capellis tuæ diœceſis ad monaſteriū ipſum ſpectantibus, habeas canonicā obedientiam, ſubiectionē & reuerentiā, inſtitutionē & deſtitutionē, correctionē, & reformationē ac cenſurā eccleſiaſticā, iuriſdictionem quoq; ordinariā cauſarū oīum ad forū eccleſiaſticū de iure ſpectantiū, pœnitētias, & ſacrorū oīum, q̄ ab epo recipiēda ſūt, &c. de quibus vide plene Arc. iij. parte. ti. ix. c. v.

8 †SEPTIMO queritur, quotuplex, & q̄ ſit lex epalis ſm iura? Et dico, ꝙ duplex, ſ. iuriſdictionis, cui ſubijciuntur monaſteria: & diœceſana, cui monaſteria nō ſubijciuntur: in quibus conſiſtit totū ius & poteſtas eporum: & de quibus in c. dilectus. de offi. ord. vbi gl. dicit iſtam eſſe inter vtranq; drīam. Nam ad legem iuriſdictionis pertinet datio curæ, delictorū coercitio, ordinatio eccleſiarum, conſecratio earū, altariū, & virginū, & chriſmatis, & gn̄aliter oīum ſacrorū & ordinum collatio, q̄ in dando cōſiſtunt: & alia plura, q̄ enumerantur in §. ꝑcedenti. c. conquerente. vſq; ad verbū ſynodaticū. Ad legē verò diœceſanā ſpectat conuocare ad ſynodum, ad ſepulturas mortuorū, cathedraticū, id eſt, qđ ſoluitur in ſignū ſubiectionis, tertia vel quarta mortuariorū, decimationū, hoſpitiorū, & ſimilia quæ conſiſtunt in recipiendo. Igitur omnia monaſteria ipſo iure exempta ſunt à lege diœceſana. xj. q. j. c. j. & q. iij. inter cætera. & 18. q. ij. quàm ſit. & 16. q. j. placuit. nec cogi poſſunt ad predicta pertinentia ad illam d. c. quàm ſit. à lege verò iuriſdictionis nō ſunt exempta, niſi munita ſint ſpeciali priuilegio. de quibus omnibus vide diffuſe Arch. vbi ſ.

9 †OCTAVO quæritur, quid eps poſſit ſm iura, vel nō poſſit? Et dico multa. ¶Primū. Secundū Pan. in c. accedētibus. de exce. præla. pōt concedere non epis authoritatē, quā habet, q̃tum ad ea, q̄ ſpectant ad dignitatem epalē: ſicut cognoſcere de cauſa matrimoniali, iniungere publicā pœnitentiā, cōcedere indulgentiā, iudicare de clericis, & hmōi: vt xvj. q. ij. viſis. præter inſignia, vt eſt vſus mitre ac pontificaliū, quæ ſolus papa cōcedit. ar. c. vt apoſtolicæ. de priuil. lib. vj. Et etiā q̄ ſunt iuriſdictionis pōt concedere, q̃uis nondū ſit cōſecratus, nec ſacerdos. Et idem Io. And. & Cal. Quantum ad ea verò, q̄ ſpectāt ad ordinē cōcedere nō pōt nō epis: vt ordinare, chriſmare, cōſecrare, & ſimilia q̄ no. in c. q̃uis. 68. diſt. & in c. aqua. de cōſe. ecc. vel alt. Vnde credo, ꝙ dare nō poſſit authoritatē benedicendi veſtes ſeu paramēta. Eo aūt mortuo expirat officium vicarij, ſm eundē Pan. in c. j. ne ſe. va. vt not. gl. in cle. ſi. de procu. Et idem vr̄ de officio prioris conſtituti ab abbate eo mortuo: ar. ex no. in d. cle. Secus ſi cōſtitutus eſſet ab abbate cum capitulo: arg. c. ij. de ſta. regu. ¶Secundū. Pro perſecutione ſui corporis licitè poſſet fugere, ſm S. Tho. 2. 2. q. 185. vbi per aliū in eius abſentia ſufficiēter poſſet ſaluti gregis prouideri. Vbi verò ſalus ſubditorū eius pſentia exigit, fugere non pōt ꝓp tꝑale aut corporale dānum: ſed tenetur ſicut bonus paſtor animā ſuam ponere pro ouibus ſuis. & idem j. q. j. ſciſcitaris. ¶Tertiū. Poteſt etiā ꝑ ſe vel

ſe vel per aliũ in quolibet loco nõ exẽpto pro tribunali ſedere, cum in tota ſua diœceſi iuriſdictionẽ habeat ordinariã. de off. or. cũ eps. lib. vj. Vtrum aũt poſſit immediatè iudicare de ſubditis ſubditorũ ſibi p̄latorum nõ appellantium ad eum gradatim, ſm Ho. & Goſ. licet ſint opiniones, ſeruanda tñ cuiuslibet eccleſiæ cõſuetudo eſt, q̃ iuriſdictionem tribuit. ¶ Quartũ. Poteſt etiã cogere religioſos mendicãtes, vt vadant ad ꝓceſſiones. c. nimis priua. de exce. præl. Ex quo tex. dicunt Doct. ꝙ quia ꝓhibetur eis ne ex leui cauſa eos cõpellant: ſequitur ꝙ ex magna & graui poſſunt: puta ex nouo introitu epi vel legati, aut imminente peſte, aut alio flagello, vel in gñalib. litanijs, q̃ ſunt tres dies Rogationum. hæc Pan. in c. cùm dilectus. de off. or. q̃ limita, niſi ſint ſpãliter priuilegiati. ¶ Quintũ. Poteſt etiã quærere de titulo beneficij ſubditi ſui, ſi nõ conſenſit in eum: & voluit Fed. cõſi. 98. & idem dic de quocũq; alio cuius intereſt. ¶ Sextum. Poteſt etiã vbicunq; celebrare, & celebrari facere cum altari portatili: vt in c. fi. de priuile. lib. vj. & ſimiliter tp̄e interdicti celebrare põt, & celebrari facere, & audire diuina vbicunq;: vt in d. c. fi. quod limita vt in c. quod nonnullus. de priuile. ſ. excluſis interdictis, ſubmiſſa voce, ianuis clauſis, & campanis non pulſatis, & ſi ipſe ſpãliter nõ ſit interdictus, vel nõ fuerit cã interdicti. Q̃uo aũt ĩ aliquib. poſſit diſpẽſare, hr̃ s̃. Diſpen. §. 4. & ix. & xj. & ĩ bñficiorũ pluralitate ſpecialiter s̃. Beneficiũ. 4. §. 8. Quam autẽ habeat iuriſdictionẽ, vide extra, de off. ord. per tot. ¶ Septimum. Poteſt etiã in ſua diœceſi multa etiã ſine metropolitani conſilio, ſm Ray. vt cõſecrare eccleſias ac virgines, ordinare, erigere altaria in eccleſia cõſecrata: nam in nõ cõſecrata hoc põt etiã ſacerdos, chriſma cõficere, cõfirmare, reconciliare ſolẽniter pœnitẽtes, literas cõmendatiuas clericis dare, inter ſubditos iudicare, anathematizare cum ſolẽnitate. de qua xj. q. iij. debẽt. vnã eccleſiã in duas diuidere, & duas in vnã vnire, vnã alteri ſubijcere, & nouas erigere ex cauſa, & non aliter, & requiſitò cõſenſu eorum quorũ intereſt, & qui forſan ex hoc lędi poſſent, qñq; etiã eorũ conſenſu nõ obtento. de exceſ. prela. ſicut. & ibi Pan. extra, de eccl. ædi. ad audientiã. ſynodũ celebrare, canonẽ latę ſñiæ concedere in ſua diœceſi. Vide Archid. iij. parte, tit. xxj. c. ij.

¶ Octauum. Non põt autẽ ſine capituli conſenſu à principio de nouo cõſtituere monaſterium, nec eccleſiã conſtructã ſecularem monaſticis regulis informare, ſm Pan. in c. apoſtolicæ. de donatio. & ita intelligitur c. ſi eps. xij. q. ij. Sed poſtq̃ hæc ſunt acta cum aſſenſu capituli põt ſolus donationẽ facere, de qua s̃. Eccleſia. iij. §. vlt. etiã de poſſeſſionibus ipſis ſm cõiter Doct. & nõ ſolum reditibus. Sed intellige de donatione inter viuos, nõ teſtamẽto, ſm Doct. cõiter: q2 a teſtm̃ porrigitur ad tps quo nõ eſt futurus p̄latus, cùm morte confirmetur. & non ſit de rebus alienis. Si tñ quinquageſima aut cẽteſima eſſet in graue dãnum eccleſiæ, dari nõ deberet. d. c. apoſtolicæ. ¶ Nonum. Non põt etiã teſtari de bonis eccleſiæ, niſi vt alij clerici: tñ ſm S. Tho. 2. 2. q. 185. Poteſt habere proprium, & illud hæredibus teſtari. non poteſt autẽ cauſam ſpiritualem committere laico, aut laico & clerico ſimul: vt s̃. Arbiter. §. 19.

10 † NONO quæritur, quid facere debeat vel non debeat? Et dico multa. ¶ Primũ. Eps in ſynodo cõſtituere debet idoneos viros ꝑ totam diœceſim, eos iuro adſtringẽs, ad denunciãdum ſibi vel miſſo ꝑ eum quicquid perpenderint fieri cõtra voluntatem Dei & Chriſtianitatẽ, quod pertineat ad eccleſiaſticam iuriſdictionẽ. xxxv. q. vj. eps in ſynodo. & tales appellantur teſtes ſynodales. ¶ Secũdum. In eccleſijs etiã baptiſmalibus debet ordinare magiſtros, q doceãt pueros in ſtudijs literarũ, artiumq; liberaliũ aſſiduè, vbi neceſſitas occurrerit. 37. diſt. de quibuſdam. ¶ Tertium. Singulis etiã annis debet ſynodũ tenere admonẽdo clericos, & cõſtitutiones legendo, & laicis p̄dicando. x. q. j. placuit. & ſimiliter ſingulis annis, ſi põt viſitare oẽs eccleſias, monaſteria, & hoſpitalia ſibi ſubiecta. ¶ Quartum. Debet etiã in publico lineis vti, niſi ſit religioſus, ſuꝑ indumẽtis. de vit. & hone. cleri. clerici officia. ¶ Quintum. Debet etiã, vbi tꝑalem iuriſdictionẽ habet, cõſtituere iudicem laicum, qui in cauſa præcipuè criminali, iuſtitiã faciat: cui & delegare poteſt in ſpeciali ſuper aliquo maleficio, vt iuſtitiã faciat ſine irregularitate: dummodo per ſuam reſponſionẽ nec directè nec indirectè indicet iudici: ꝙ pœnã ſanguinis debet irrogare: ſed ſolum in gñe, ꝙ iuſtitiã faciat: & ſi dubitat, cõſulat peritos, aliter eſſet irregularis, de exceſ. præla. ex literis: ſanguinis tñ vindictæ p̄ſens eſſe nõ debet: vt in d. c. ex literis. ¶ Sextũ. Debet ẽt ordinãdos, ne citò nimis manus imponat, inquirere primò de ætate ad illũ ordinẽ debita: de quo ĩ. Aetas.

Et ſecundo

Et ſecundò, de bonitate vitæ: & quo ad hoc quẽlibet põt admittere, niſi ſit peccator notorius iure vel facto, vel excõicatus maiori, vel ſuſpẽſus vel interdictus: quia nemo ſalutis ſuæ immemor iudicãdus eſt. j. q. vij. ſanci mus. ſi ẽt eſſet quis illegitimus, ſine diſpenſatione ꝓmoueri non poſſet vel epi quo ad minores, vel papæ quo ad reliquos ordines, niſi ſit religioſus qui diſpenſatione nõ indiget rõne religionis, ſm Arch. Et tertiò de literatura: quia ordinans diaconũ vel ſubdiaconũ, q neſcit officiũ, peccat mortaliter: & ſimiliter ꝓmouens ad curã nõ habentẽ ſciẽtiam neceſſariam, de qua ſ̃. Confeſſor. iij. in princ. & de hoc j̃. Ordinandus. & qualiter tã ipſe q̃ ſuus notarius cauere dẽt à ſimonia.

¶Septimũ. In cõferendo etiã beneficia dẽt attendere vt cõferat dignis: aliter mortaliter, ſm S. Tho. & Albe. in iiij. & facit qđ no. 61. diſt. in ſacerdotib. ¶Octauũ. Non debet autẽ eccleſiaſtica officia cõmittere propinquis, nec rerum eccleſiaſticarũ adminiſtrationem. 89. diſt. iudicatum eſt, & c. ſequẽti. quod intellige, quando alij haberi poſſunt æquè idonei, vt ceſſet ſcandalum: aliàs põt etiã ſuis cõmittere, ſi ſunt alijs meliores: cũ hoc caſu ceſſet ratio prohibitionis. Sed & œconomus debet eſſe clericus honeſtę vitę: vt probatur eadem diſt. per totum.

11 †DECIMO q̃ritur, ad q̃ Eps iure tenetur? Et dico duo. ¶Primũ. Executione deuoluta ad epm ꝑ ꝑ negligentiã executoris, tenetur ſeruare formã, quã & executores ſeruare tenebantur, ſm Bar. in l. ſi puellã. C. ſi man. ita ſu. ali. & facit tex. in cle. i. de ſup. negli. præl. & qđ no. Io. And. in c. publicato. de elect. ¶Secundũ. Eps tenetur deputare in eccleſijs cathedralibus & alijs cõuentualibus viros idoneos ad p̃dicandum, & cõfeſſiones audiendũ, & viſitandũ, quibus & prouidere dẽt de officio ordinarij. c. inter cætera. vbi dicit Io. And. ꝙ quia dr̃, ꝓcipimus: & ſubſequitur, ſi quis aũt. qui in hoc ſunt negligentes, ſ. notabiliter, ſunt in mortali. Hoſt. autẽ orat vt Deus miſericorditer agat cũ tranſgreſſoribus huius pręcepti: hodie tñ, inquit, prouidit paracletus ꝑ ordines Prædicatorũ & Minorũ: licet nõ oẽs capiant verbũ iſtud. de priui. c. nimis. Et intellige de cõuentualibus ſecularib. i. collegiatis: quia monachis nõ cõpetũt iſta officia, ſ. ex monachatu, ſm Pet. & Abb. ¶Tertiũ. Secundũ S. Tho. ẽt tenetur ingredi religionẽ q̃ vouit. 2. 2. q. 189. & exponere omnia ſua pro honore Dei, & ſalute gregis ſui cũm opus fuerit: ibi q. 184. & alere clericos indigentes, quos promouit ad ordĩnes: non autem alios clericos: ſecundum eum. 4. diſt. 24.

12 †VNDECIMO quæritur, quas pęnas eps de iure incurrat, vel nõ incurrat? Et dico duo. ¶Primũ. Ex nulla conſtitutione epi cadunt in pœnã ſuſpenſionis vel interdicti, niſi de ipſis in illa fiat mẽtio ſpecialis: ſimiliter nec eorũ ſuperiores. de ſent. excom. quia periculoſum. lib. vj. Et idem dic de ſuſpẽſione à beneficio iure poſita: vt in c. ſi cõpromiſſarius. §. hmõi. de elect. lib. vj. Secus de excõicatione, vt no. in d. c. q̃a periculoſum. ¶Secundũ eps canones non ſeruans, aut ſeruari nõ faciens, eſt periurus: vt not. Pan. in c. ego. de iureiur. alleg. gl. in c. ſacerdotes. el j. ij. q. vij. q̃ dicit, ꝙ à prælato nõ ſeruante canones recedi põt: ſicut ab excõicato & præciſo receditur. qđ dictũ Pan. intelligit verũ, qñ ex contẽptu hoc ꝓcedit. Quomodo aũt nõ poſſit reſtituere degradatum, ſ̃. Degradatus. §. vlt. Quomodo aũt teneatur obſeruantias irregulares, ſi eſt religioſus, vide j̃. Monachus. quõ etiã aliqui caſu ei reſeruentur, vide ſ̃. Caſus. §. ij. iij. iiij. & v. Quomodo ẽt poſſit aliquid accipere à clericis, & qñ. vide Archi. & diffuſiſſimè iij. parte tit. xxj.

## DE EREMITIS.

1 *Eremita quis ſit, & quotuplex.*
2 *Eremita an gaudere dẽat clericorũ priuilegijs.*
3 *Eremita an poſſit ad monachorũ p̃laturã aſſumi.*
4 *Religioſi qñ ad vitam eremiticã trãſire poſſint.*

1 E†REMITA, qui & Eremicola, eſt is, qui eremũ colit inhabitando. Et eſt duplex, quidã. ſ. colens quidẽ ſeu habitãs eremũ, ſed non ex deſiderio vitæ ſolitariæ, ſed alia cauſa, puta ad aggrediẽdũ vel fugiẽdum: & hic propriè non dr̃ eremita: quia, vt dr̃ in c. qui verè. xvj. q. j. eremita dr̃, qui verè & purè ſolitariam vitam elegit. quidã verò colẽs ex deſiderio colẽdi. Et iſte eſt duplex: quia quidã eſt colens ex deſiderio cõlendi, & tñ eſt adſtrictus obediẽtię alicuius approbatę religionis, qui ẽt etſi ſit eremita ꝓpriè, non tñ præciſè: ſed eſt religioſus ducens vitam eremiticã. alius verò nõ eſt obedientiæ adſtrictus: & iſte propriè dr̃ eremita, ſ. is, qui vitam eremiticã eligit ſub ſpiritu libertatis. Vnde dicit S. Tho. in 4. diſt. 28. quòd eremitæ habent ſolenne votum continentiæ, ſed non obedientiæ: licet teneantur epiſcopis obedire, ſicut & alij: vt dicitur 2. 2. quæſtio. 186. art. v. ad iij. imò etiam poſſunt habere

proprium,

proprium ſecundum glo.in d.c.qui vere. & eſt tex.xix.q.iij.§.econtra.

2 PRIMO verò quęritur, utrũ eremitæ gaudeant priuilegio clericali? Et dicit Sum. Ang.ac Roſ.cum Io.de Lig.in cle.ꝑ literas. de preb.ꝙ ſicut laici nati ſunt,ita laici perſeuerant ſub Imperatoris iuriſdictione, cũ eis nihil adueniat eos eripiens, aut eximens inde.qđ eſt duplex,ſ.receptio ordinis, uel conuerſio ad aliquã religionẽ approbatã.de rel. do.c.fi.17.q.3.ſi quis ſuadẽte.de ſen.exc. nõ dubiũ.& ſequitur Pan.in c.nullus.de for. cõpe.Sed ɔ̄rium tenuit glo.in d.c. qui verè.qđ Archi.limitat verum in eremitis, nõ profugis, ſed qui adſtricti ſunt alicui regulæ vel ſuperiori,ſ.religioſo:ſed ſaltẽ hoc priuilegio gaudẽti.ut s̄.Eccleſia j.§.v.di.vj.&hoc tenet tñ quia ſi laicum viuentẽ in turba dicta adſtrictio facit gaudere priuilegio clericali: quare non vacãtem Deo penitus in ſolitudine?tum quia & ipſa Su.Ang.dicit,ꝙ ſunt de foro eccleſiaſtico.per c.nulla ratione,diſtin. xciij.&per c.ſi autem.xj.q. iij. priuilegium aũt fori tardius acquiritur, & citius ac facilius perditur, q̃. perſonale, ſm Doc. vnde ſi gaudent reali priuilegio ſiue fori, gaudẽt & perſonali.s̄.Excom municatio.vj.§.vj.

3 †SECVNDO quæritur,utrũ eremitæ vocari poſſint ad prælaturã monachorũ? Et dico,ꝙ ſic per poſtulationẽ.extra, de ele. cũ ad monaſterium. & ratio,quia trãſeũt ad uitã ſtrinctorẽ ĩ hoc, ꝙ monachus abrenũtiat ꝓpriis:nõ aũt eremita. vñ põt cõdere teſtamentũ.xix.q.iij.§.ſed illud eſt: qđ intellige, ubi eremita nõ eſt religioſus. Vita tñ ſolitaria debite aſſumpta p̄eminet ſociali, ſm S. Th.2.2.q. 186. ſicut iã ꝑfectũ ei qđ ad perfectionẽ exercetur:ſed ſine p̄cedẽti exercitio eſt periculoſiſſima,niſi diuinitus ſuppleatur.

4 †TERTIO quæritur, utrum religioſi poſſint uitã eremiticã eligere? Et dico,ꝙ ſic de licentia ſuorũ prælatorum,ẽt mẽdicãtes: & cellas ſiue habitacula in eremo, ſiue ubi hominũ habitatio de propinquo non ſit,capere & mutare.de exceſ.pręla.cũ ex eo.li.vj. prælati tñ nemini debent dare licentiã, niſi iã in ſocietate perfectis,cũ imperfecto ſit periculoſiſſimum habitare ſolitarie: cui & dr̄, væ ſoli,quia cũ ceciderit,nõ habet ſubleuãtẽ.Vnde Sanc.Th.ubi s̄.dicit,ꝙ uita ſocialis neceſſaria eſt ad exercitiũ perfectionis,quia mutuo ſe inſtruunt verbo exemplo,& correctione,quæ ad perfectionẽ ducunt: ſolitudo autem competit iam perfectis.

## DE ERRORE.


1 *Error quid ſit,& an conſenſum tollat.*

2 *Error quando intolerabilis dicatur.*


1 ERROR conſenſum tollit: & errãtes non videntur conſentire.ff.de reg. iur. l.nihil.& ſi ſit error iuris, excuſat a dolo:& conſequenter a pena,q̃ debetur ꝑ ꝓ dolũ. ſi etiam ſit error communis, aliquando facit ius.ar. xcv. di. ecce ego quaſi. in fin.& in l. Barbarius. ff.de of.prærto.

2 †DICITVR aũt intolerabilis,qñ continet aliquid,quod in ſuo genere eſt peccatũ,ut in c.venerabilis.§.poteſt. de ſen. exco. li.vj.uel aliquod impoſſibile:ut in gl. in c. ꝑ tuas.de ſen.excom.uel ſi ſit contra ius aut legem,uel ſi excõicet aliquem,quia bonũ fecit,puta eleemoſynam.uide dictam glo.

## DE EVANGELIO.

EVANGELIVM non ſedendo, uel genu flexo audiendum eſt: ſed ſtando, & uenerabiliter adorando,ſ.capite diſcooperto.de conſec.diſt. j. apoſtolica.

DE ſacroſancta euchariſtia primò, in ſe, quantum ad materiam,& formam.


1 *Euchariſtia Græce,quid Latinis ſignificet.*

2 *Euchariſtiæ ſacramenti quæ ſit materia.*

3 *Materia ſacramenti euchariſtiæ quæ ſit.*

4 *Euchariſtia materia quæ ſit,dum ad modum potus ſumitur.*

5 *Sacramenti euchariſtiæ ſpeciebus an poſſit liquor aliquis licite miſceri.*

6 *Vino deficiente quo confici poſſit liquore.*

7 *Euchariſtiæ ſacramenti quæ ſit forma.*


1 EVCHARISTIA Græcè, Latinè dr̄ bona gratia:ab eu, quod eſt bonũ, & charis gratia:ſic dicta ꝙ Chriſtũ pleniſſimũ gratiæ in ſe cõtineat: ut ſignũ verò rememoratiuũ paſſionis, qua ſpũalis agnus Chriſtus oblatus eſt, dr̄ ſacrificium, uel hoſtia: ſed ut ſignum demonſtratiuũ unitatis eccleſiæ,cui vnitati homines per ipſam aggregãtur,dr̄ cõio,uel ſynaxis:prout uerò eſt ſignũ ꝑfiguratiuum diuinæ fruitionis in patria,cõtinet illud quo nobis ianua cęli aperta eſt,i.ſanguine Chriſti, & dr̄ uiaticum. Eſt aũt euchariſtia ſacramentũ vnũ: ut probat S.Th.in 3.di.8.in quo tria ſunt,ſ. ſpecies viſibilis panis & uini, corpus Chriſti uerum, & corpus Chriſti miſticum,i.eccleſia uel vnitas eccleſię:& ſm S.T.Vgo.& alios ſanctos, primũ eſt ſignum ſecundi & tertij: & dr̄ ſacramentum tantũ. Secundũ uerò eſt res ſacramenti,& ſacrum,ſeu ſignum ac cã reſpectu tertij.Tertiũ verò eſt res ſecundi & ueritas

tas primi. vnde eſt res tantũ: de qua, de cele-
bra.miſ.ĩ c.cum Marthæ.§.diſtinguẽdũ eſt.
2 †PRIMO verò quęritur, quę ſit materia
huius ſacr͂i, inquãtum ſumitur per modum
cibi, ſeu inquantũ cõtinet ex vi ſacr͂i corpus
Chriſti tantũ? Et dico ſm S.T.& cõiter oẽs
ſanctos, quod eſt panis triticeus aqua natura
li confectus: tum quia Chriſtus grano frumẽ
ti ſe comparauit. Io.12. tum quia in tali cre
ditur ipſe confeciſſe: tum quia hoc habet
vſus eccleſiæ ab apoſtolis traditus: non tñ
diſtinguendo vtrum ſit azymus aut fermen
tatus: quia vterq; eſt materia huius ſacr͂i: &
in vtroq; cõfici poteſt de facto: vt eſt tex. de
celebr.miſ.literas.& de conſec.di.2.in ſacr͂o,
ſed non de iure: quia ſm S.Th.& alios Theo
logos conficiendus eſt cum Chriſto in azy-
mis.& hoc eſt rationabilius: vnde peccaret
grauiter Latinus conficiens in fermentato:
ſicut & Grecus in azymo, quaſi agens cõtra
eccleſiæ ſuæ cõſuetudinẽ. Ex quibus patet,
ſm omnes, quod confici poteſt ex pane, in
quo cum tritico ſunt alterius generis grana:
niſi tanta ſit additio, quod ſoluatur ſpecies
tritici: puta quia trahitur ĩ illud aliud genus,
vel in ſpeciem mediam ex vtriſq; compoſitã.
Similiter & ex ſiligine, ſm S.Th. licet contra
rium teneant aliq̃, quos ſequitur Sum.Ang.
& Roſ. ſed de hoc in §. ſeq. Et ſimiliter etiã
ex pane nondum corrupto, ſed in via corru
ptionis exiſtente, ſm S.T.& alios, licet pec-
caret conficiens pp̄ irreuerentiam ſacr͂i. Si
tñ tanta eſſet corruptio, quod ſpecies ſolu-
ta eſſet: quod inde cognoſcitur ſi cõtinuitas
ſoluitur, & deſinit ſapor, & color & alia acci
dentia pannis: inde confici non põt. Non au
tem confici poteſt ſm S. Th. & cõiter doct.
ex pane ordei, farris, ſpeltæ, & alterius gra-
ni, neq; ex paſta tritici: quia iſta ſpecie diffe-
runt à pane triticeo: & eadem rõne, neq; ex
pane tritici confecto ex aqua roſacea aut en
diuiæ, vel hmõi: ſed tantũ ex aqua naturali:
quia vt dicit S. T. aqua eſt de compoſitione
& ſubſtantia panis. vnde diuerſificatio aquæ
ſm ſpeciem facit diuerſitatem ſpeciei in ma
teria ſacr͂i. Nec tñ eſt ſimile de materia ſan-
guinis, i. vino cui apponi poſſet aqua artifi-
cialis, licet eſſet peccatum: quia aqua nõ eſt
de ſubſtantia uini. Non debet ẽt confici ex
amido ſm S.Th. qđ ex farina triticea fit: q̃a
vr̃ amiſiſſe ſpeciem farinæ: vel ad corruptio
nẽ omnino diſpoſitum: quidam tñ, inquit, di
cunt, quod ſi coquatur, inde cõfici põt, cum
ſit farina triticea. Intellige autem in prædi-
ctis cum dr̃ non poſſe confici, de poſſe facti,
ita.ſ. quod ſi quis conficiat, non eſt ibi cor-
pus Chriſti: non autem de poſſe iuris, quo
dicitur non poſſe fieri quod fieri non licet.
3 †SECVNDO quæritur, quomodo aliq̃
differunt in prædictis, quę ſunt ſm cõem
opinionem Theologorum? Et dico multa.
¶Primum. Si aqua fuit roſacea, vel hmõi, te-
net Aſten. inde poſſe confici: quia aqua in
pane non manet, ſicut quæ apponitur vi-
no cõuertitur in vinũ.& idẽ Duran.ord.mi-
norũ. ſed iſtã rõnem S.Th. ſoluit anteq̃ fie
ret, dicens nõ eſſe ſimile: quia aqua apponit̃
uino qđ iã erat vinũ, & nõ eſt de ſubſtantia
eius: ſed aqua apponitur pani tanq̃ pars eius
ſubſtantialis, & materia tranſiens. ſicut & fa-
rina: unde licet non maneat, eſt tñ de ſubſtã
tia eius, ſicut & farina: uariato autẽ aliquo
eorum quę ſunt de ſubſtantia, variatur ſub-
ſtantia ſiue ſpecies: cum totũ non poſſit eſſe
idem, & partes aliæ. ¶Secundum. Quantum
ad ſiliginẽ: dicit Ric. quod inde confici non
põt: & hoc, ut dictũ eſt, ſequit̃ Sum. Ang. &
Roſ. contra S.T. Pet. de Pal. & Alb. Sed rõ S.
T. cõcludit dicentis 3.q.74.art.3.ad 2m, qđ
generans generat ſibi ſimile in ſpecie: licet
fiat diſſimilitudo aliqua generantis ad geni
tum, quantum ad accidentia, vel pp̄ mate-
riam, uel pp̄ debilitatem virtutis generati-
uę. vnde ſi qua frumenta ex ſemine tritici
generari poſſunt: ſicut ex grano ſeminato in
malis terris naſcitur ſiligo: ex tali frumento
panis cõfectus põt eſſe materia huius ſacr͂i.
hęc ille. Quod aũt cõtra hoc aliq̃ obijciunt
de aceto, quod generatur ex vino, & non eſt
eiuſdẽ ſpeciei cum eo, nec inde confici põt,
eſt inſtantia valde rudis: quia vinũ non gene
rat ſeu producit acetum, ſicut triticum gene
rat ſiliginẽ: ſed generatur ex vino, nulla exi-
ſtente virtute gñatiua in vino. ¶Tertiũ. Quã
tũ ad ſpeltã. Alb. dicit, ꝙ abſq; dubio frumẽ-
tum eſt genus. & non ſpecies grani, habens
ſub ſe triticũ & ſpeltã. unde & de ſpelta con
fici põt ſicut de tritico. ꝙ nulli dubiũ eſt cõ-
ſideranti granum cum grano, & panẽ cum
pane: vnde parum diſtant in ſapore, colore,
& forma. Pet. aũt de Pal. dicit cũ Albe. poſſe
confici ex ſpelta: addens: quod ẽt ex farre: nõ
quia triticum ſit genus ad iſta, ſed quia ſunt
eiuſdẽ ſpeciei cũ eo: quia cõpertũ eſt in ea-
dem terra triticum aliqñ far, aliquando ſpel
tam, aliquando triticum generaſſe. Sed S.T.
in 3. parte. vbi ſuprà, implicitè, in iiij. au-
tem diſt. xj. q. ij. arti. ij. q. j. ad tertium. expli-
citè

ſtitè negat ex tritico aliquando naſci ſpeltam, vel ordeum, aut far, quod inter omnia grana eſt ſimilius tritico, & ſimilitudo coloris, figure, & accidentium in huiuſmodi eſt ſignum propinquitatis, & non identitatis ſpecificæ.

† TERTIO quæritur, quæ ſit materia huius ſacramenti, inquantum ſumitur per modum potus, ſiue inquantum ex vi ſacramenti continet ſanguinem Chriſti? Et dico, quod ſecundum S.Tho. & Pet. eſt vinum vitis: quia in eo Chriſtus confecit: & propriè dicitur vinum: & communius ſumitur in potum: & aqua naturalis miſcenda inſtante oblatione in tam parua quantitate, vt in vinum conuerti poſſit: & hoc non propter neceſſitatem ſacramenti, quia etiam ſine aqua conficeretur verum ſacramentum, licet peccaret ſacerdos: ſed hoc fit ad ſignificandam vnionem populi ad Chriſtum. aquæ enim multę populi multi ſunt. Apocaly. 17. & quia Chriſtus creditur aquam vino miſcuiſſe. ¶ Ex his quantum ad vinum patet quod confici poteſt ex muſto, ſecundum S.Tho. & Pet. quia habet completam ſpeciem vini, vt dulcedo teſtatur: quod tamen non eſt faciendum, ſi ſit multum recens propter impuritatem. quod limita ſecundum S.Tho. niſi neceſſitas vrgeat, quę ſ. irreuerentiam excuſat. Limita etiam ſecundum eundem, ſi muſtum ſit expreſſum de vua: quia ſ. aliter non eſt ſub ſpecie potabili. arg. de conſe. diſt. ij. c. didicimus. & c. ſeq. Non poteſt verò confici, ſecundum omnes Theologos, ex aceto: licet oppoſitum teneat Inno. de off. miſſæ. & malè: quia iam non eſt vinum, vt etiam per Philoſophum patet viij. Metaphy. Si autem vinum ſit quaſi in via aſcendendi, ſecundum S.Tho. idem eſt iudicium, ſicut de pane, qui eſt in via correctionis: quomodo Rich. in 4. exponit dictum Inno. & idem eſt ſecundum Alber. ſi vinum ſit in via putreſcendi. Nec ſimiliter ex vappa, ſeu aquarello, ſecundum Alb. quia non eſt vinum: ſed aqua fuſa ſuper acinos vuarum, habens aliquantulum vini acumen. Nec ſimiliter ex agreſta; ſecundum S.Th. & alios, quia adhuc non habet ſpeciem vini, ſed eſt in via generationis: ſi tamen, vt dicit Alber. cum ſapore vinoſo eſt ſapor aromaticus, vel ſtipticus, aut ponticus, vel ſapor acer ex minus perfecta digeſtione, ſecus eſt: quia ſtat ſpecies vini. Nec ex aqua expreſſa de panno intincto vino rubeo: quia ibi non eſt vinum, ſed aqua rubea aut vinata: vnde hoc damnatur, de conſec. diſt. ij. cum omne. ¶ Quantum verò ad aquam, patet primò quod apponi non debet aqua roſacea, vel alia artificialis, ſecundum omnes: ſed ſola naturalis. de celebra. miſſę. c. in quadam. nec de aqua naturali tamen debet apponi, quod conuertat in ſe vinum: vt quando eſt maioris virtutis, aut quod tam aqua quam vinum tranſeat in tertium miſtum ex vtroque: vt quando eſt æqualis virtutis, & de hoc infra §. ſeq. Et ſecundo quod non ſufficit aquam appoſitam fuiſſe in dolio, ſecundum S.Tho. quia non ſignificaret aliquid: ſed apponi debet imminente celebratione, ſeu quando ſacra myſteria inchoantur: & debet apponi vino calicis. de celebr. miſſę. literas. & de conſe. diſt. ij. c. j. & c. cum omne crimen. & quare, vide ibi. Et tertiò, quod ſi aqua omittatur, nihilominus verè conficitur. de conſec. diſtin. ij. ſcriptura. ſed peccat mortaliter, qui hoc ſcienter facit. arg. c. literas. de cele. miſ. & ſimiliter, ſecundum Alex. qui ex negligentia: quia nulla eſt adhibita diligentia: venialiter autem qui ex negligentia ſemiplenę diligentiæ, ſecundum mentem S.Bona. in 4. diſt. xj. Et quartò, quod ſi apponatur aqua artificialis tam modica, quod vertatur in vinum: licet ſit peccatum mortale eo modo quo dictum eſt, tamen conficitur verum ſacramentum: quia ſtat ſubſtantia vini, quæ ſola eſt de neceſſitate.

5 † QVARTO quæritur, vtrum poſſit aliquis liquor miſceri ſpeciebus vini in Eucariſtia? Et dicit S.Tho. in 4. parte. q 77. art. 8. ſic: Species in hoc ſacro permanentes ſicut adipiſcuntur virtute conſecrationis modum eſſendi ſubſtantię: ita etiam adipiſcuntur modum agendi & patiendi, vt ſ. agere & pati poſſint, quicquid ageret vel pateretur ſubſtantia. Sed ſi ſubſtantia ibi eſſet, poſſet alius liquor permiſceri. Ergo & iſtis ſpeciebus. Huiuſmodi tamen permiſtionis duplex eſſet effectus, ſ. ſecundum formam liquoris, & ſecundum quantitatem. Si enim permiſceretur aliquis liquor in tanta quantitate, quod poſſet diffundi per totum vinum, totum fieret permiſtum: quod autem eſt permiſtum ex duob. neutrum miſtibilium eſt, ſed vterque tranſit in quoddam tertium ex his compoſitum: vnde ſequeretur, quod vinum prius exiſtens non remaneret, ſi liquor permiſtus eſſet alterius ſpeciei. Si autem eſſet eiuſdem ſpeciei liquor adiunctus, puta ſi uinum permiſceretur uino, remaneret quidem ſpecies, ſed non remaneret idem numero vinum, quod declarat diuerſitas accidentium, puta ſi vnum uinum eſſet album & aliud rubeum. Si uerò liquor adiunctus eſſet tam paruę quantitatis quod non poſſet diffundi per totum, non fieret totum uinum permiſtum, ſed aliqua pars eius, quæ quidem non remaneret eadem numero propter miſtionem extraneæ materiæ, remaneret tamen eadem ſpecie, non ſolùm ſi paruus liquor permiſtus eſſet eiuſdem ſpeciei, ſed etiam ſi eſſet alterius ſpeciei: quia

quia gutta aquæ multo uino ꝑmiſta trãſit ī ſpeciē uini, ut dr̄ primo de Generation. Manifeſtum eſt aũt, qđ corpus & ſanguis Chriſti remanēt in hoc ſacro, quãdiu illę ſpecies manent eædem. conſecratur.n. hic panis, & hoc uinum. Vnde ſi fiat tanta permiſtio liquoris cuiuſcunq;, qđ ꝑtineat ad totum uinum conſecratum, & fiat ꝑmiſtio, erit aliud numero, & non remanebit ibi ſanguis Chriſti. Si uerò fiat tam parua alicuius liquoris additio, quod non poſſit diffundi ꝑ totum, ſed uſq; ad aliquā partem ſpecierum, deſinet eſſe ſanguis Chriſti ſub illa parte uini conſecrati, & remanebit tñ ſub alia. Hæc ille. Et ſimile dicit in 4. di. 21. q. 1. art. 2. q. 6.

6 †QVINTO quæritur, quid faciendum in partibus, in quibus uinum non habetur? & Alber. dubitatiuè dicit, ꝙ uř papa conſulē dus, cùm ꝑꝑ intolerabile damnum animarũ, qđ incurritur ex ſacri defectu, diſpēſandũ uideretur, ut corpus Chriſti abſq; uino conficeretur, quia corpus non eſt ſine ſanguine. qđ dictum ſequens Sum. Ange. ſuo more in determinãdo audax, dicit papā in hoc poſſe diſpenſare. Sed hoc eſt falſum: q̀a ea q̄ ſunt de ſubſtantia ſeu integritate ſacrorum papa mutare non poteſt, ſm̄ S. T. 3. q. 74. & alios Theologos cõiter: hmōi autem eſt conſecratio ſanguinis, ſine qua, ut idem dicit, ſacrm̄ non eſt integrum, ſed immane ſacrilegium. Vnde & conciliũ Toletan. 7. q. 1. in c. nihil. contra tales excõicationis ſnīam tulit, quod non feciſſet, ſi non eſſet de ſe mortale. Nec obſtat, quod corpus ſine ſanguine à fidelib. ſumitur: quia hoc ſacrm̄ non conſiſtit in uſu fidelium: ſed in conſecratione materiæ, ſm̄ S. T. 3. q. 73. in 3. & 4. diſt. 8. Vnde ſm̄ ipſum dicendum eſt, quod non eſt aliqua terra, ad quam non poſſit tantum portari de uino, quantum ſufficeret ad celebrandum.

7 †SEXTO quæritur, quantum ad formā Euchariſtiæ, quid ſentiendũ ſit? Et dico multa. ¶Primum. Forma conſecrationis potus & ſimiliter formę aliorum ſacrorum, ſm̄ S. T. nõ ſunt ab euãgeliſtis ex intētione traditæ, ſed eas eccleſia habuit ex traditione Apoſtolorum: & ſucceſſiuè ad poſteros tranſiuit, & quantũ ad panem, ſm̄ oēs, eſt hæc. ſ. hoc eſt enim corpus meum. ita tñ, quod ly enim non eſt de ſubſtantia formæ ſm̄ S. T. & Sco. & cõiter Doct. licet peccaret illud omittens ex negligentia uel contemptu: quia eſt de conſuetudine eccleſię Romanæ data à beato Petro apoſtolo. ¶Secundum. Secundum Albe. in li. de miſſa. formæ panis ac uini mutari aut truncari non debent, aliter non cõficeretur, ēt ſi uiderētur habere eũdē ſenſum; ſi tñ aliquid addatur nec ſignificationē mutans, nec inducens errorē, nihilominus fit cõſecratio, ut, hoc eſt corpus meũ dilectũ. licet ualde eſſet increpandus iſte ſacerdos. Vide tñ ſ. Baptiſmus. 1. ¶Tertium. Si ſacerdos ſolum ꝑdicta uerba ſuꝑ pane ꝓferret, ſm̄ Sco. in 4. di. 8. quem Sum. Ang. ſequitur contra Roſ. non conſecraret, quia dicendo, hoc eſt corpus meum, non refertur ad corpus Chriſti. unde licet non ſint alia uerba de ſubſtantia formæ q̄ prędicta, tñ neceſſariò requirit ut aliqua proferātur, quib. forma illa determinetur ad corpus Chriſti. ſed ſm̄ S. Th. conſecraret, ſi hoc intenderet, & ipſa intentio facit ut illa uerba intelligantur dicta ex ꝑſona Chriſti, & limitent ad eius corpus. Et hoc eſt uerius, q̀a ſi illa determinatio fieret ꝑ uerba ꝑcedentia, ut illi dicunt, & nõ ꝑ intentionē, ſacerdos non intendens conſecrare, cõſecraret, quod eſt abſurdum, idē de uino. ¶Quartum. Circa formā cõſecrationis uini Scotus in di. 8. quarti, dicit uirtualiter, qđ nõ eſt certa forma ꝑciſa: qđ contra, quia pari rõne uel à fortiori non eſſent certæ formæ aliorum ſacrorum: item ſi contra, quia in miſſali Romano & Ambroſiano ubiq; literis maiuſculis uel aureis ponitur forma ꝑciſa, ut docet experientia. & de Ambro. olim teſtatus eſt Petr. de Pal. Sanctus aũt Bo. in ea. di. dicit, ꝙ conſiſtit ſolùm in iſtis uerbis, hic eſt. n. calix ſanguinis mei: cætera aũt, q̄ ſequuntur, non ſunt de ſubſtantia, ſed ꝑtinēt ad oſtendendũ effectũ, vt ibi, noui & æterni &c. uel uſum, ut ibi, accipite, uel ornatum. quod cõtra eſt cõis uſus eccleſiæ, ſm̄ quē forma eſt hæc, ſ. Hic eſt enī calix ſanguinis mei, noui & ęter. te. my. fidei, q pro uobis & pro multis effun. in re. peccatorum, ut patet ex dictis miſſalibus. Quod etiam confirmatur ſm̄ S. Th. & cõem ſcholā, quia cætera, quæ ſequuntur ly mei, cum ſint determinatio prædicati, pertinent ad illam unam orationem, & conſequenter ad illam unam formam. Quantum autem ad prolationem harum formarum, uide ſ. Baptiſmus. 1. Quantum uerò ad conuerſionem prędictę materię in corpus & ſanguinem Chriſti, & quomodo in hoc ſacramento ſit ueraciter corpus & ſanguis Chriſti, multa ſubtiliter dicuntur à doctoribus, quę Theologicę potius, quàm pręſentis ſunt ſpeculationis.

RVRSVS

## RVRSVS De Euchariſtia ſecundò, quantum ad miniſtrum, & defectus, qui accidere poſſunt in miſſa.

1 *Miniſter ſacramenti euchariſtiæ quotuplex.*
2 *Sacerdos ſolus an poſſit corpus Domini cõſecrare.*
3 *Sacerdos quilibet nũ poſſit euchariſtiã conficere.*
4 *Sacerdotes plures, num poſſint ſimul eandem ho-*
5 *ſtiam conſecrare. Et an ſacerdos quantamcunq; materiam conſecrare queat. Et ad corpus Chriſti conficiendum, quid in miniſtro requiratur, n. ſe.*
6 *Intentio in ſacramentis quotuplex eſſe debeat.*
7 *Sacerdos, an vnam hoſtiæ partem ſine alia ſtante continuitate, conſecrare poſſit. Et quid ſi ſacerdos vndecim hoſtias ante ſe habeat, decem duntaxat conſacrare intendens, an nihilo ſecius ipſas prorſus vndecĩ vna cõfectione conſecret. Et quid de vini guttis in calicis pede exiſtentibus. nu. ſ.*
9 *Sacerdos incepta miſſa, ſi quod in ſe impedimentum, quo, ſalua religione ac conſcientia, in ſacramento peragere non poſſit, recognoſcat: quid facere debeat. Et in hoc doctorum ſententiæ variæ. & quid in hoc propoſito neceſſitatis nõie cõtineat.*
10 *Confeſſus ſemel in anno cum contritione, an celebrare poſſit. Et an ſine confeſſione Paſchatis tpe, quis cõicare queat. Et quid de excõicato & irregulari, num diuina inchoare poſſint. circa quod adducuntur multa, & ſimul Ang. Su. refellitur.*
11 *Simulatio in ſacramento Euchariſtiæ in omni caſu ſummopere deuitãda: quoniã falſa remedia abijciẽda ſunt, quæ veris periculis grauiora sũt.*
12 *Sacerdoti in miſſa deficienti, quid faciẽdum ſit. Et quis cum ſupplendi modus. Et qualiter hoc ipſum fieri poſſit, vt aſtantiũ ſcandalum euitetur.*
13 *Sacerdoti ſi quid præter intẽtionem in miſſa, vel extra quippiam ab extrinſeco circa materiam aut ſpecies Euchariſtiæ accidat, quid agendum ſit, concluſionibus octo expedit.*
14 *Sacerdos ſi deprehendat inter celebrandum defectum eſſe in Euchariſtiæ materia, quid efficere debeat, vſque ad finem capit.*
15 *Sacerdotem, cum ad Canonem celebrando peruenerit, quid facere oporteat. Et ibidem varie Sum. Ang. errare coarguitur. Sed fortaſſis argute nimium, nec citra inuidiam.*

1 EVCHARISTIA † ſecundò quantum ad miniſtrum vt innoteſcat, ſciendũ, q̃ eſt duplex: vnus. ſ. ad cõficiẽdũ & diſpenſandũ ſimul, vt ſacerdos: ad diſpẽſandũ ſolũ, vt diaconus, ſicut ſ. dictum eſt, qui & ꝓpriè diſpenſator & non miniſter dicitur.

2 † PRIMO verò quęritur, vtrũ ſolus ſacerdos ſeu presbyter poſſit conſecrare corpus & ſanguinẽ dñi? Et dico q̃ ſic. 25. diſt. perlectis. de ſum. tri. & fide cat. firmiter. §. vna. & hoc ſequunt̃ oẽs Thologi, ĩ 4. di. 13. Si quis aũt credat ſe ſacerdotẽ eſſe, cũ non ſit, & celebret, ſm gl. in c. apoſtolicã. de presbyter. non bap. in veritate non conficit. & ita ẽt ſentit S. Th. licet credatur ſupplere ſummus ſacerdos, quantũ ad effectus vltimos ſacrorum: quia. ſ. recipiens panẽ à tali ſacerdote loco corporis Chriſti ęquè ſaginatur in ſpiritu. ac ſi verũ corpus Chriſti ſuſcepiſſet. Oppoſitũ tamen ſentit Sum. Ang. vt ſ. Baptiſm. 6. §. 3.

3 † SECVNDO quęritur, vtrum quilibet ſacerdos poſſit hoc ſacr̃m cõficere? Et dico quod ſic de facto, quãtumcunq; nefarius ſit, etiam hæreticus, ſchiſmathicus, excõicatus, & degradatus. ſm S. Th. 4. di. 13. quia character, ſuper quem fundatur conficiendi ptãs, eſt indelebilis: de iure tñ ſm Rich. ea. diſt. conficere non poteſt irregularis, nec ſuſpenſus ab executione eorum quæ ſunt ordinis, nec ſimoniacus, ſchiſmaticus, excõicatus, aut degradatus, ſiue depoſitus, aut quilibet publicus & notorius peccator. De corpore vitiatis, vide ſ. ſuo loco.

4 † TERTIO quæritur, vtrũ plures ſacerdotes poſſint ſimul eandem hoſtiã conſecrare? Et dicit Sum. Ang. cum Suppl. quod nõ: contra Roſ. quia qui prius verba protulit, ille conſecrauit, & alij nihil faciunt. Sed ꝯ: primò quia eadem ratione plures non poſſent ſimul vnum baptizare. quod ipſe negat. Secundò, quia poſſunt ſimul verba proferre: & tunc, vt arguit Alb. quia rõne cõſecrat vnus, & alij, ſi intendunt: ſi aũt non ſimul ꝓferant, ſm Inn. de off. miſſæ, intentio omniũ ferri dẽt ad illud inſtans in quo eṗs profert, ſiue prius, ſiue poſterius ꝓferant. Vnde Inno. & Pe. de Pal. & S. Th. tenẽt, quod poſſunt, quia eccleſia Romana hanc hẽt conſuetudinẽ, vt cardinales papę, & ordinati eṗo ordinãti celebranti celebrent, vel rep̃ſentent apoſtolos Chriſto cœnanti concœnantes, eccleſia aũt Spũ ſancto regitur. Quod aũt ita eccleſia Romana cõſueuerit, credendũ eſt Inn. q̃ fuit põtifex ſummus, & S. Th. qui fuit doctor Italicus, & Campanus, & Romæ conuerſatus.

5 † QVARTO quæritur, vtrum ſacerdos conſecrare poſſit quantamcunq; materiã? Et dicit Alex. in 4. trac. de euchariſtia, quem ſ. Sum. Ang. cum Suppl. contra Ro. ſequitur, quod non, ſed ſolùm quantitatem illã, quæ rationabiliter ſumi poteſt à fidelibus quia ĩtẽtio Chriſti & eccleſiæ eſt vt ſumatur. vnde nõ conficeret q̃ intenderet conſecrare totũ panem, q̃ eſt in foro, nõ ex defectu virtutis

uerborum,

verborũ, q̃ vna vice cõficere poſſet tot hoſtias quot mundo toti ſufficerẽt, ſi eſſet neceſſitas eccleſiæ: ſed ꝑ defectum intẽtionis eius qui hoc ſacrũ inſtituit: qui nõ intẽdit, qđ in ludibrio vel ſtultitia fiat conſecratio: & ſic patet, qđ multo minus cõſecrat, q cõficit ad irriſionẽ beneficia, & hmõi. Et licet, inquit Sum. Ang. S. Tho. in 4. diſt. 6. teneat, qđ conficit, nõ cures. Et idem ſenſit Supple. malè limitans dicta S. Tho. ad dictũ ſenſum. Sed iſta irrationabiliter & periculosè dicuntur: quia ſi ad conficiendũ requirit, ꝙ miniſter nõ ſolùm intendat conſecrare: ſed ẽt eo fine quo Chriſtus inſtituit: ſequitur, qđ non cõſecrabit is, cui ĩ miſſa ſubrepit inanis gloria vel cupiditas: & cõſequenter, q̃tum in ſe eſt, idololatrare facit. Et ideo ad qõnẽ ex S. Tho. 3. q. 84. art. 2. & 4. diſt. 11. q. 2. art. 1. q. 3. ſic rñdetur. Quidam dicunt virtutẽ nõ eſſe datã miniſterio & verbis ad conſecrandum panem & vinũ ſub quacũq; quãtitate, puta totum panẽ fori, aut vinũ dolij, ſed ſub tanta, quãta ſufficere põt ad vſum fidelium: q a ſic cõformabitur intentio cõſecrantis intentioni eccleſię. Sed hoc verũ non vr̃. Oportet enim hic quãtitatẽ materiæ determinari ꝑ cõparationẽ ad vſum fidelium qui eſt finis huius ſacri: cum in oĩbus materialibus ratio determinationis materiæ ſumatur ex ordine ad finẽ. Non aũt põt determinari per cõparationẽ ad vſum fideliũ, q nunc occurrit: alioquin ſacerdos in deſerto vel habẽs paucos parochianos conſecrare non poſſet tot hoſtias, quot is qui parochianos habet multos: ſed ad vſum qui occurrere põt, ſeu ad vſum fidelium abſolutè, quorum. ſ. numerus eſt indeterminatus. Vnde dici nõ poteſt, qđ quantitas materiæ huius ſacramenti ſit determinata: præcipuè, cùm vnus hoc ſumere poſſit in magna & in parua quantitate.

6 †CVM aũt poteſtas miniſtrorũ eccleſię ordinetur ad effectũ propriũ & ad finẽ effectus: in ſacris duplex eſt intentio, prima. ſ. ordinata ad perfectionẽ ſacri: & ſecunda ordinata ad finem ſacri: quarũ prima eſt eſſentialis ſacro: vnde ea ꝑtermiſſa nõ eſt ſacrũ: ſecũda verò illud cõſequitur: vnde ea poſita vel remota, nihilominus perficitur. ſicut, ſi quis intendat baptizare ad lucrum, eſt verũ ſacrũ: quia conformatur intẽtioni eccleſiæ q̃tum ad primã intentionẽ, licet non q̃tum ad ſecũdam: & ſimiliter hic, ſi quis intendat cõſecrare ad vſum in beneficijs, aut magnã quãtitatẽ panis aut vini ad irriſionem. Non tñ dico, ꝙ poſſet ſimul cõſecrare totũ panẽ ciuitatis aut fori: quia ipſa forma pro noĩe demonſtratiuo vtens, oſtendit, quod materia conſecranda debet eſſe corã ſacerdote: vnde exiſtens in domo cõſecrare nõ poſſet panem in altari, nec totũ eum qui eſt in foro, nec totum vinum quod eſt in cellario: ſed quantacunq; ſit quantitas panis, quę coram illo prępouitur, credo, quod cõſecrari poſſit ab ipſo. hæc ex illo. Sed quod dixit de toto pane fori, aut vino cellarij, intellige ſi ſit ibi diuiſio ĩ plura: ſecus ſi eſſet vnus aceruus, aut vinum dolium tantum: quia verè diceretur, hoc eſt, vel hic eſt, &c.

7 †QVINTO quæritur, vtrum ſacerdos conſecrare poſſit vnã partẽ hoſtiæ ſine alia, ſtante continuitate? Et dicit Io. de Nea. in quoli. & Rich. in 4. diſt. x. quod ſic, ſi intẽdat cõſecrare vnã determinatè: puta medietatẽ quæ eſt à dextris: quia verba nõ operantur, niſi ſuper materia intenta: ſecus ſi vnã indeterminatè: quia reales operationes nõ ſunt circa ſingularia vaga: vnde nulla eſſe pars conſecrata. Non requiritur autem ſm Pet. de Pal. quod fiat determinatio tactu, viſu, aut ſenſu, vel imaginatione: ſed ſufficit ſi fiat intellectu: qui ſcilicet apprehendit indiuiſibilem lineam partes diuidentem.

8 †SEXTO quæritur, quid de ſacerdote habente corã ſe hoſtias vndecim: intendens cõſecrare ſolũ decẽ ex illis? Et dicit Duran. ꝙ effectus cõſecrationis ſequitur intentionem cõſecrantis, & nõ eius opinionẽ. Igitur ſi numerus ſit quidẽ in eius opinione, ſed intentio ſit cõſecrandi totũ qđ eſt ante ſe, oẽs ſunt cõſecratæ. Si verò numerus ſit in intentione, ita. ſ. qđ intẽdit cõſecrar decẽ ꝓcisè: ſubdiſtingue: quia aut ſcit verũ numerũ: & ſic ſunt cõſecratæ decem tñ, quas determinat: aut nulla, ſi nõ determinat quas decem: aut illum ignorat: & eodem modo diſtinguendũ an determinet quas decẽ cõſecrare intendit, aut nõ. Et cõcordat Io. de Neap. & Rich. Poteſt aũt determinare decẽ, & ignorare vndecimã: vel quia vna latet, & reliquę ſunt viſæ & intentę: vel quia alius vnã appoſuit: vel quia ibi erat, & neſciuit. Si aũt ipſe vnã plus poſuit q̃ crediderit, vel alius poſuit, vndecim, cũ ipſe iuſſerit poni decẽ, & non intendit cõſecrare niſi decem tñ, nõ eſt determinata eius intentio: & ſic nulla eſt conſecrata. Ex quibus patet, ſicut etiã dicit Alb. in lib. de miſſa, quod ſi remanent ex obliuione in altari, aut guttæ vini in pede calicis, & ſacerdos

ſacerdos cōficiat, nō cōſecrantur: quia de his nō erat intentio. Patet ēt. ꝙ ſi ſacerdos aſſumat multas hoſtias conſecrādas, dequibus in actu conſecrationis non aduertit, ꝙ ſunt nihilominus cōſecratæ: quia ſufficit intētio virtualis, ſm S. T. & alios Theologos cōiter.

¶ SEPTIMO quęr. quid faciet ſacerdos qñ cœpta miſſa aliqđ impedimentū recognoſcit in ſe? Et dico ꝙ ſi quis in miſſa recordatur ſe eſſe excōicatū, vel ſuſpēſum, vel nō ieiunū, aut cōfeſſum mortale aliqđ, ſm Al. & S.T.3.q.83.art.5.& 4.di.13.in lite.& Pet. de Pal. ſi recordatur horū poſt cōſecrationē inceptā, ꝓſeq̄ dēt: quia vbi difficultas occurrit, ſemꝑ accipiendum eſt qđ minus hēt de periculo. arg. diſt. 13. nerui. Eſt aūt maximè periculoſum ꝙ eſt ꝯ ꝑfectionē huius ſacri: quia eſt immane ſacrilegiū: minus aūt ꝙ ꝑtinet ad qualitatē ſumentis, dēt tñ dolere & ꝓponere vt expedit: & ꝑ inuiſibilē pontificē abſoluitur quantū ad actū illum, ſm S. T. & conſequenter ſi erat excōicatus, non efficitur irregularis: quod ēt tenet Sum. Ang. cōtra Roſ. Et idem dico de irregularitate. Si verò alicuius horū recordatur ante cōſecrationem ſiquidem illud eſt ſolū peccatū non cōfeſſum, ꝓſequi debet miſſam inchoatā, etiā ſi ſine ſcandalo poſſet dimittere, ſm Pet. de Pal. & concordat S. Th. & ſufficit contritio. Si tñ cōmodè & ſine aſtantiū nota ante ſecretas poſſet habere confeſſorē: vt cōiter accidit qñ ipſa miſſa cantatur: credit Arch. ꝙ debet quærere. imò credo illū teneri: cū idē ſit quo ad hoc ſi miſſam non inchoaſſet. ſi uero hoc ſit quia eſt excōicatus, uel non ieiunus, S. Bo. quē ſequitur Sum. Ang. dicit, ꝙ poteſt inchoatā miſſam perficere cū contritione. Pet. verò de Pal. dicit, ꝙ oīno dimittere dēt, niſi ſcandalū immineret. imò inſtante ſcandalo magis vř declinare ad hoc ut dimittat. Sed opin. S. T. media īter iſtas eſt verior, ꝙ tutius eſt miſſam inchoatā dimittere, niſi graue ſcandalum immineret: quia iſta impediunt ex iure poſitiuo, quod eſt in pectore papæ: quē nō eſt veriſimile velle incidere in ſcandalū eum qui inſcius cum talibus vinculis miſſam inchoauit. Si uerò hoc ſit, q̄a eſt irregularis, ſm S. Bo. proſequi pōt cum contritione. ſed ego dico vt de excōicato. Si verò hoc ſit, quia incœpta miſſa hēt conſcientiā ꝙ non ſit ſacerdos, dicit S. Bona. ꝙ ante conſecrationē dēt miſſam dimittere fingendo infirmitatem, aut conſcientiā deponere.

¶ Si verò quis alicuius horū recordatur ante inchoatam miſſam quantū ad peccatū non confeſſum, ſecundum S. Th. in 4. diſt. 17. ſi quidem habet copiam confeſſoris, tenetur confiteri: ſi verò eam non habet, licet ei celebrare vrgēte neceſſitate: & hęc neceſſitas ſecundū Pe. de Al. eſt, ut ſi timetur ſcandalum populi, vel ſi iam incœpit ſacra myſteria vel ſi infirmus amiſit loquelam, & eſt in propoſito confitendi. Ego autem puto, ꝙ hic ſub nomine neceſitatis, intelligatur omne excuſans ab irriuerentia ſacramenti: vt ſi eſt obligatus ad celebrandum, vel ſi non celebrando generaret ſibi infamiam vel admirationem; vel nuper deceſſit anima indigens ſacrificio probabiliter, aut ſi imminet ſolennitas magna, in qua valde utile ſit animæ celebrare: aut ſi tantus ſit feruor in eo qui peccauit, quòd inde ex ſacrificio ſperet magnum iuuamen contra peccatum, & huiuſmodi: quia in talibus poteſt eſſe reuerentia maior in aliquo non confeſſo, q̃ aliàs plerunque in multis confeſſis: tota autem ratio obligationis ad confeſſionem hic eſt reuerentia ſacramenti, quæ naturali iure debetur, quod non aliquod pręceptum canonis: licet multæ de hoc ſint glo.

10 † VNDE & quidā tenent, ꝙ cū contritione ſufficit ſemel in anno eſſe confeſſum. ꝙ Pan. in c. de homine. de cel. miſ. dicit verius; quia. ſ. ius canonicum & non naturale conſiderauit. Imò dicit Rich. in 4. diſt. 17. habens idoneum confeſſorem, ſed expectans alium, cui deuotius & ſecurius confiteatur: pōt cū ſola contritione cōicare: & à fortiori vbi nō eſt copia confeſſoris, & adeſt magna vtilitas. š. Confeſſio ſacramentalis. j. §. ij. Pet. etiam de Pal. dicit, ꝙ ſine confeſſione cōicare poteſt quis tempore Paſchali, ſi non habet confeſſorem, vel habet caſum reſeruatū, & epiſcopum adire non pōt. quod dictū recitans Arch. dicit. Credo iſtud reſtringendū, qñ ex hoc, quod abſtineret ſequeretur magnum ſcādalū, & haberetur multū ſuſpectus de aliquo malo: tunc fortè poſſet. hæc ille. Ex his etiam dico, ꝙ volens cōicare poſitus corā ſacerdote, ſic, quod iā ſine nota non cōicare non pōt: ſi recordatur de mortali non confeſſo, licitè ſine confeſſione cōicat cum propoſito confitendi. Quantum vero ad excōicatum & irregularem: puto quod inchoare poſſent diuina, vbi nō inchoando metuerent mortē, aut verbera, metu cadente incōſtātē virū. & idē de nō ieiuno: q̄a in talib. iura poſitiua agētes ꝯ ſua ſtatuta excuſant: nec

incurretur in hmōi aliqua irregularitas.ar.c. clerici.c.latores.& c.fraternitati.q̄ temeritatē requirunt.de cler.excom.min. per totū. Nec obſtat c.apoſtolicę.eo.tit.quia illi ſunt in culpa non intelligendo qđ debent: iſti verò neceſſitate:imò hoc Sum. Ang. extendit, non ſolū ad verbera, ſed ēt ad ſcandalū, mō nō ſit Phariſęorū,vel idē qđ admiratio. Circa pdicta tñ Roſ.multipliciter deficit. ¶Primò,quia dicit, ꝙ recolens ſe excōicatū poſt conſecrationem,celebrando efficitur irregularis,ēt ſi examinando conſcientiā fuit ſine omni culpa,quod eſt falſum: quia anteq̄ recolat,ſine culpa ignorat. & conſequenter excuſatur.p c.apoſtolicę.de cler.exc.mi.poſtq̄ verò recolit, excuſatur: quia Dei præcepto tenetur ſacrificium conſummare, & p ſummum pontificem abſoluitur, quantum ad actum illum,vt dictum eſt.ſecundò,nā dicit, qđ is qui poſt conſecrationem recolit ſe comediſſe vel bibiſſe: licet perficere debeat, p c.relatum.de conſe.diſt.2. tñ ſic perficiendo mortaliter peccat,ēt ſi examinando conſciētiā fuiſſet ſine culpa:quia,inquit, verum eſt dicere, quod non celebrauit ieiunus: quod eſt falſum & ridiculū:quia ante recordationem non peccauit,per ipſum:nec poſt,quia ſi conteratur & proponat vt dēt,ſequitur, ꝙ contritus peccauit mortaliter faciendo qđ facere tenetur: & eſſet verè perplexus non habens viā ſalutis, ſiue cōpleat miſſam ſiue non:potuit tñ ante peccaſſe mortaliter non examinando conſcientiā.Tertiò,quia dicit, quod is qui ante conſecrationē recordatur ſe comediſſe vel excōmunicatū eſſe, debet omnino deſiſtere, non obſtante ſcandalo: quia non video,inquit, quod oriri poſſit tā graue ſcandalum,cùm illud ſit quia fortè populus die feſto miſſam pderet: ſed dico,ꝙ ēt illud eſt fortè ſufficiēs qñ teneē celebrare: vt q a eſt curatus: & ſi illud nō eſt,poſſunt eſſe multa alia: vt q a deſiſtendo ſe infamaret de graui peccato: aut ſaltē q a incumberet illi mors aut vulnus.Nec obſtat ꝙ dicit d.c.apoſtolicę.excuſare ſolum ignorantem ſine culpa: exceptionem autem regulam firmare in alijs:quia ibi nulla fit exceptio, ſed abſolutè excuſantur ignorantes probabiliter.

11 †IN omni aūt caſu dēt cauere ne ſimulet ſe cōſecrare, & nō cōſecret:q a ī ſacro veritatis nō dēt eē aliqua fictio,ſm Pet.& S.T.nec dēt q̄ tū ī ipſo eſt facere idolatrare. Vñ dicit decretalis,ꝙ abijcienda ſunt falſa remedia,q̄ ſūt veri picůlis grauiora.de cel.miſ.de hoīe.

altari exiſtens cõuertitur in illud: ſicut ignis incipit eſſe in aere,qñ aer in ignem conuertitur.¶Secundum,quia facta conuerſione nihil remanet de ſubſtãtia panis: & tñ non eſt corrupta,neq, annihilata:quia. ſ. cõuerſa eſt in aliud,i.corpus Chriſti.¶Tertiũ,quia q̃uis materia panis conuertatur in materiam corporis Chriſti,& forma in formã:non tñ cõuertitur in animã rationalem , quæ eſt forma,inquãtum eſt anima rationalis, ſed inquantum dat eſſe corporeum,i. ꝙ anima ut anima non eſt ibi ex ui ſacri,ſed concomitãter. Quartum quia quotquot hoſtiæ in Chriſti corpus conuertãtur,ipſum tñ non augetur nec mutatur:quia illud,quod ei additur, eſt ſubſtantia ſine quãtitate, & conſequẽter eſt indiuiſibilis, ex ij. Phyſ. & conſequenter non auget, ſicut nec punctum additum lineæ, uel color additus ligno. ¶ Quintum, quia q̃q̃ in multis altaribus ſint multæ hoſtię conſecratæ, & in qualibet integrũ corpus Chriſti,illud tñ eſt vnum tãtũ: quia vna eſt ſubſtantia,in quam oẽs hoſtiæ cõuertuntur:& illa eſt in multis locis:quia ibi eſt quãtitas multarũ hoſtiarum cõuerſatũ.¶Sextũ, quia in tã parua hoſtia eſt uerè corpus Chriſti cũ carnibus & oſſibus,& rõ iã patet.¶Septimũ,quia in qualibet particula hoſtiæ, ſiue cõtinua,ſiue diuiſa, eſt totus Chriſtus indiuiſus: ſicut ſubſtãtia aeris eſt ſub qualibet parte aeris,ſiue continua, ſiue diuiſa: & anima eſt in qualibet corporis parte: quia ibi eſt corpus Chriſti ſolum per modum ſubſtantiæ, quę tota eſt ſub qualibet particula:unde non eſt maioris uirtutis,aut efficaciæ hic cibus ſi ſumãtur mille hoſtiæ,quàm ſi una ſola,ſecundum S.Th.3. q. 79.¶Octauum, quia in qualibet particula hoſtiæ eſt totũ corpus Chriſti, cũ ſuis mẽbris ſine mẽbrorum cõfuſione, nõ obſtãte eorum diſtãtia.quia determinata diſtãtia membrorũ in corpore organico fundatur ſuꝑ quantitate dimenſiua. Vnde quia cõuerſio panis directe terminatur ad ſubſtantiã corporis Chriſti, nõ ad quãtitatem:ideo ſubſtantia corporis Chriſti nõ cõparatur ad hoc ſacrm per modum quãtitatis,ſed potius eius quãtitas ꝑ modũ ſubſtãtiæ,i.indiuiſibiliter. Vnde corpus Chriſti habet ordinẽ, & diſtantiã partiũ in ſe, ſed nõ cõparatiue ad ſpecies ſacrales. ¶Nonum,quia in hoc ſacro accidentia,i. dimenſiones ſine ſubiecto ſubſiſtũt:qualitates aũt ĩ dimẽſionibus ſuſtẽtãtur. qđ fit diuina uirtute,quæ dat eſſe poſterioribus,i.accidẽtibus ſine priori,i.ſubſtãtia: quia ceſſante ſecunda cã,non ceſſat prima.¶Decimũ, quia fracta hoſtia nõ frangitur Chriſtus:quia fractio nõ fit niſi per diuiſionẽ quãti : Chriſtus aũt nõ eſt ibi per modũ quãti.¶Vndecimũ, quia cũ nõ ſit ibi ſubſtãtia panis: tñ illæ ſpecies ita nutriunt & cõfortant,& omne aliud agunt & patiuntur, ac ſi ibi eſſet ſubſtantia panis.Vnde corrumpuntur, & inde aliquid generatur.& idem de ſpeciebus uini: quia ſicut ab eis aufertur miraculoſe ſubſtãtia panis:ita eis miraculoſe cõfertur ſubſiſtere.qđ eſt ſubſtãtiæ propriũ.& cõſequẽter poſſunt omnia facere & pati, quę & ſubſtantia poſſet.Duodecimum,quia quamuis hoſtia cõſecrata putreſceret, aut reſolueretur in puluerem : corpus tñ Chriſti qđ in ea eſt, nihil horum pateretur: quia iſta accidentia illi corpori non inſunt.ſed ſubſiſtunt.

2 HABET ẽt hoc ſacrm mirabiles effectus. ¶Et in generali cõprehẽdi põt eius effectus, primò ex pręſentia eius,qui in eo eſt.qui dedit uitam & gratiã mũdo. vnde proprius effectus huius ſacri ſm S.T.in 3.di.12. eſt trãſformatio hominis in Deum, ſ. per gratiam & amorem: ad qđ ſequitur augmẽtũ uirtutũ.¶Scđò,ex repſentato ꝑ illud,ꝙ eſt paſſio Chriſti:unde quicquid eſt effectus paſſionis Chriſti,eſt effectus euchariſtiæ,ſm S. Th. in vj.vel vij. ¶Tertiò, ex modo quo traditur, quia per modũ cibi & potus. unde ſm S. T. 3.q.79.facit omnẽ effectum vitæ ſpiritualis ad ſimilitudinem cibi corporalis:quia ſuſtẽtat,auget,reparat, & delectat. ¶Quartò, ex ſpeciebus,ſub quibus traditur: quæ ex multis ad unũ aliquid rediguntur, ſicut ex multis granis fit vnus panis,&ex multis racemis uel vuis, vnum uinum. Vnde ſm S. Tho. in miſſa corporis Chriſti ſignificant unitatem eccleſiæ,& conſequenter illam efficiunt.

3 †IGITVR euchariſtia inquantum ſacramentum,prodeſt ſumẽtibus tãtũ: ſed vt ſacrificium,prodeſt ẽt alijs. Et primò cõfert gratiã,eã auget, & excitat ad uirtutes. 3. q. 79.ar.j.¶Scđò, ex conſequenti confert charitatẽ & oẽs uirtutes.¶Tertiò,ex cõſequenti diminuit fomitem ratione feruoris charitatiui.3.q.79.ar.vj.ad tertium. ¶Quartò, ſuſtentat,ſiue dat uitã, auget, reparat, delectat ut cibus.3.q.79.ar.j. adde ẽt ꝙ facit laudare,ſicut cibus cãtare.pſal.21.col.8 ¶Quintò, confortat in pugna, dans prægustationem gloriæ.Iſa.4.colla.iiij.¶Sextò, dat amatoribus adeptionem gloriæ.i.uirtutem adipiſcendi.

piſcendi.3.q.79. ar.ij. & beatis auget gloriã accidentalẽ.4.di.xij.q.j.ar.j.q.ij.¶Septimò, præſeruat à peccato dupliciter.ſ.interius roborando per gratiam: & exterius repellẽdo oẽm dæmonũ impugnationẽ ꝑ Chriſti paſſionem,cuius eſt ſignũ.¶Octauò, delet peccata venialia.3.q.79.art.4.¶Nonò, delet ẽt mortalia,quorũ qui nõ habet cõſciẽtiã,nec affectũ.3.q.79.ar.3. vñ eſt ablutio ſcelerũ.i. mortaliũ peccatorũ tripliciter.ſ. ignoratorum,futurorum, vel cauſando contritionẽ. ¶Decimò,delet pœnã debitã peccatis, non totam, ſed ſm menſurã peccatorũ & deuotionis.3.q.79. art.v. ¶Vndecimò, liberat à purgatorio,inquantum eſt ſacrificium ſatiſfactorium pro peccato.3.q.52.8.2.

4 †EFFECTVM euchariſtiæ impediũt peccata venialia ꝑſentia quo ad refectionẽ dulcedinis ſpiritualis:non autẽ quo ad augmẽtũ gratiæ habitualis 3.q.79.art.3. aliqua tñ venialia impediunt gratiæ augmẽtũ, ſ. q̃ faciunt mẽtis diſtractionẽ:& tollũt deuotionẽ actualẽ.4.di.xij.q.ij.ar.j.q.3.Nec tñ tunc incurritur neceſſariò peccatũ mortale, ſed veniale tm̃.vt ibi.peccata tñ venialia præterita nullo modo hunc effectum impediũt.

DE EVICTIONE.

EVICTIO, vt recitat Azo ſm aliquos eſt rei emptæ, vel ex alia iuſta cã acceptæ per ſententiam iudicis abductio, vel eſt rei ex iuſto titulo ab eo emptæ iuridica amiſſio: ſicut emo agrũ à Sempronio: & Titius in iudicio probat illum eſſe ſuum: dicitur illum euincere.

EVNVCHVS an poſſit ordinari,vide s̃. Corpore vitiatus. Vtrũ aũt debeat puluerẽ portare,dic ꝙ non,diſt.55.eunuchus.

DE EXACTIONE.

EXACTIO nõ eſt,vbi quis ſpõte ſoluit.vide gl.& Car.in cle.pſenti. de cẽſi. Et ibi dicit Pa.ꝙ exigere,& extorquere ducit violentiã:vt ff.de leg.iij. l.fideicommiſſa. dicit tñ ꝙ ſi pceſſit extorſio, licet ſequatur voluntaria ſolutio, eſt exactio, facit qđ not.Hoſt.in c.preterea.el ij.de iure patr. & de pœ. c.conſtitutus. Exactiones qñ, & qñ fieri poſſint à dominis, vel prælatis, s̃. Dominium.§.v.& ĩ.Gabella.

EXCEPTA intelligitur in generali ſermone perſona loquens.de iureiuran. c.pretio.cum allega.in gl.

DE EXCEPTIONE.

EXCEPTIO dr̃ extra captio: & ſic regulã firmat.vide s̃. Alienatio. §.xij. & xviij.Dr̃ etiã exceptio,defenſio q̃ reo cõpetit cõtra actionẽ,quæ eſt in eum,& dr̃ quaſi actionis excluſio: vt ſi petis à me debitum, & ego excipio ꝙ remiſiſti illud.

DE EXCOMMVNICATIONE primo de maiori in ſe.

1 *Excommunicatio,quæ eſt a fidelium cõione excluſio, vt triplex fidelium cõmunio eſſe dicitur, ſic triplex quoq; eſt.Et ibidem eius diffinitio.*
2 *Excommunicato ſuffragia,quæ pro tota eccleſia fiunt,an proſint.Et quot requirantur,vt pro excommunicato orans peccet.Et an ſacerdos,in ipſo memento,poſſit pro eo nominatim orare.*
3 *Excommunicationis alia definitio: & ſub hæc de ſecunda,& tertia ipſius ſpecie:de quibus ſigillatim & abundè.*
4 *Conſuetudo ſola ſtatuto,aut ſententia, num quẽ excommunicatum reddat.*
5 *Excõicationis infligendæ,quinã ptãtem habeat.*
6 *Excommunicandi facultas vt cuipiam competat, quid neceſſarium ſit.*
7 Excommunicari *quinam poſſint.Et quo caſu mortuus excõicatur, ad quid excommunicetur.*
8 *Papam pro hæreſi non modo excommunicari,ſed iudicari,& deponi poſſe.*
9 *Superiorem inferioris ſententia ligari non poſſe, qualiter intelligatur.*
10 *Collegium perſonã verã non eſſe, ſed repræſentatam.Et an ſententia perſonã veram ſolũ liget.*
11 *Excõicabiles,quibus cauſis, aut culpis excõicari poſſint.Et excõicationis pœna quanta ſit.*
12 Excommunicationi *inferẽdæ, quinam ſit modus adhibendus,& ſeruandus.*
13 Excommunicatio *inferenda, quando monitionem non requirat.*
14 *Prælati in excommunicando,qui formam prædictam non ſeruant, an pœnam de qua ſupra incidant.*Et *ſubinde limitationes aliquot.*
15 *forma certa,ac determinata, num in excommunicatione ſit aliqua. Et quid ſi iudex dicat, excommunico te,& abſoluo.nu.*16.*& ſeq.*
18 *Iudex cum dicit,excommunico te:vel vbicunq; de excommunicatione mẽtio fit,an de maiori excommunicatione intelligatur.nu.ſeq.*
20 *Excõicari per literas num quis poſſit. Et vtrum excõicatio lata ſnĩa ſit, vel comminatoria, cum dicitur:ſub excommunicationis pœna.*21.
22 *Canon an ſit ſententiæ ferendæ,an latæ,num aliquibus verbis,aut regulis cognoſci poſſit.*
23 *Differentia,num ſit inter maiorem excommunicationem,& anathema.*

1 †EXCOMMVNICATIO primò maior,vt intelligaᵺ quid & quotuplex ſit,& q̃ ſint eius cãe, ſciendũ eſt primò ex do-

et doctrina & mente S.Tho. in 4.diſt.18.& Arch.in 3.parte.tit.xxv.ꝙ excõicatio.vt nomen ipſum oſtendit,dr̃ excluſio à cõione. ſ. fideliũ. Eſt autẽ triplex fideliũ cõio:prima.ſ. in cõuerſatione,ſiue ĩ actibus legitimis corporalibus:& ſecũda in ſacrorũ ſuſceptione, dũ vnus ſuſcipit.& alius miniſtrat,vel multi ad ſuſcipiendũ adunantur: & tertia in actibus legitimis ſpiritualibus, ſiue in bonorũ ſpiritualiũ participatione:q̃ fit vel rõne intẽtionis,dum vnus ꝓ alio orat,vel aliud ſuffragiũ facit:vel rõne charitatis, q̃ facit oẽs eſſe vnum in Deo,ſm illud Pſalmiſtæ:Particeps ego ſum oĩum timentium te. Vnde etiam triplex eſt excõicatio. ¶ Prima dr̃ excõicatio maior,de qua 3.q.4.Engeltrudã. & hæc etiã dr̃ anathema, quod interpretatur ſeparatio:quia ſeparat,& excludit à triplici prædicta cõione,& ſm S.Tho.ſic diffinitur: Excõicatio, eſt ſeparatio à cõione eccleſiæ, quo ad fructum & ſuffragia gñalia: per fructum intelligendo perceptionẽ ſacrorum, per conuictum fidelium,& per ſuffragia generalia intelligẽdo ſpiritualia bona, quibus eccleſia priuat excõicatum: inquãtum ſunt communia nõ per charitatem, quam aliqñ habet excõicatus,ſed per interuentionẽ: nõ quidem huius perſonæ particularis, quæ orare poteſt pro eo:ſed eccleſiæ, quæ excõmunicatum ſeparat ab vniuerſitate fideliũ, pro quibus ſuffragia facit.

2 †Vnde ſecundũ S.Tho.excõicato nõ proſunt ſuffragia,quę pro tota eccleſia fiunt:nec ex perſona eccleſię oratio pro eo inter membra eccleſię fieri poteſt quamuis aliqua perſona particularis poſſit aliquod ſuffragium ad eius cõuerſionem per interceſſionẽ dirigere.Quæ quidem dicta.S.Tho.ſic intelligo, quia ad hoc, ꝙ peccet orans pro excõicato,duo requirũtur.Primò ꝙ oret ex perſona eccleſiæ,i.tanquã eccleſiæ miniſter:vt ſacerdos inquantũ ſacerdos:hæc oratio eſt publica,quantũ ſpectat ad ordinationẽ eccleſiæ,licet p̃ter occupationes aliqñ aliter ſit.Secũdò,ꝙ oret enumerando ipſum in membris eccleſiæ:qđ fit qñ orat pro eo in particulari,ſicut tũc facit, vel aliàs facere conſueuit pro alijs fidelibus non excõicatis. Et conſequẽter qui nõ orat publicè,etiam ſi oret ſpecialiter:vel qui non orat ſpecialiter,etiam ſi publicè, nõ peccat: vnde in paraſceue eccleſia gñaliter orat pro hæreticis. & Sum. Con.lib.iij.tit.33.q.169. dicit,ꝙ in priuato põt orari pro eis.& Hoſt. dicit non eſſe orandũ ſpãliter.& Sum.Con. limitat in publico. Vtrum autẽ ſacerdos in miſſa ĩ.ipſum Memento poſſit orare pro ipſo,etiã ſpecificè & nominatim,vr̃ quibuſdã: ꝙ ſic:quia licet miſſa ſit oratio publica, tamen illud ſpacium conceditur ſacerdoti, vt poſſit orare pro ſuis, tanq̃ perſona priuata, & ſimiliter ſeorſum à miſſa & officio: in ipſis etiam petitionibus quæ in miſſa, vel officio ex ordinatione eccleſiæ recitat, põt orare pro eo intentione generali, nõ ſpecifica.

3 †DIFFINITVR etiã ſic:Excõicatio, eſt à qualibet licita cõione,& legitimo actu ſeparatio.xj.q.3.§.euidenter. ¶Secunda eſt excõicatio minor,de qua xj.q.3.cũ excõicato,quę excludit præcisè,à participatione,& cõione paſſiua ſacrorum, ſm Io. de Lig. vt de cle.excõ.mi.c.fi.de celeb. & participatione eorum, q̃ ſunt via ad ſacra percipienda: quia ſic excõicatus nõ eſt eligibilis, nec conſequenter habilis ad quodcunq; eccleſiaſticum bñficiũ, vt in eodẽ c.notatur. vnde ibi dicit Inno.ꝙ nullã dignitatẽ conſequi põt, etiã ſi eligentes hoc ignorabãt, vt tenet ibi gl.& cõiter Doct.non autẽ excludit à cœtu fidelium vel ſpiritualiũ bonorũ participatione,aut etiã à ſacris conferendis:ita ꝙ collata effectu non carent, licet ipſe peccet: vt patet in eo.c. ¶Tertia eſt excõicatio excludens à perceptione ſacrorum & bonorum ſpiritualiũ participatione, ſed non à cœtu fidelium:de qua xj.q.3.cum excõicato.& in d.c.Engeltrudã.& hæc à Deo infligitur pro quolibet mortali. ¶Si tñ volumus maiorẽ & minorẽ excõicationẽ tam à iure q̃ ab homine diffinitione cõcludere,ſic diffinit Pan. ſuper rubrica eiuſdẽ tituli dicens. Excõicatio,eſt cẽſura à canone vel à iudice eccleſiaſtico prolata,priuans à cõione ſacrorum,& qñq; hoĩum.igitur omiſſa excõicatione diuina,duas alias habemus,maiorẽ.ſ.& minorem:& vtraq; eſt duplex,ſ.ab hoĩe,i.à iudice eccleſiaſtico: licet hodie minor ab hoĩe nõ cõſueuerit inferri:& à iure. Dico aũt excõicationẽ eſſe à iure,ſm Guli.de Pa. & Archi. qñ ab eo,qui põt conſtitutionẽ facere,conſtituitur aliquid animo iuris ſtatuẽdi in perpetuum, & gñaliter in oẽs ſubditos ſuos,& ſtatutũ illud roboratur: per ſnĩam excõicationis in futuros tranſgreſſores:vt dicendo, excõicamus oẽs qui exercent vſuras. Vnde quędam eſt à iure cõi ligans ꝓ totã eccleſiã, facta in cõcilio gñali,vel ab aliquo ſummo pontifice. qđ verò eſt à iure particulari,i. cõſtitutione ſynodali alicuius diœceſis, vel

ꝫconſtitu-

conſtitutione facta in concilio prouinciali: vel è cõſtitutione alicuius legati prouinciæ alicuius: quæ non extenduntur ad alia loca extra diœceſim vel prouinciam.

4 †CONSVETVDO aũt ſola ſine ſtatuto vel ſnĩa non reddit aliquẽ excõicatũ, ſ̃m Sum. Piſa. & Roſ. quia iſte non eſt modus ferẽdi ſnĩam. Contrariũ tñ tenuit Sum. Ang. dicens ſ̃m Hoſt. ꝙ ſic: qñ conſuetudo eſt approbata per papam vel alium prælatũ quo ad ſuos ſubditos: quia perinde eſt ac ſi eſſet ſtatutũ: aliàs non, quantũcunq; ſit longa. Ego verò diſtinguo: quia ſi conſuetudo non habet in obſeruantia vel opinione, hominũ annexũ, ꝙ ſic faciens ſit quaſi excõicatus, eius tolerantia aut approbatio ẽt explicita non inducit excõicationẽ: quia nõ plus exprimit approbatio, q̃ ſit in conſuetudine, q̃ non exprimit actũ excõicandi. Si verò cõſuetudo habet in hoĩum obſeruãtia vel opinione annexũ, ꝙ ſic faciens ſit quaſi excõicatus: approbatio inducit excõicationẽ. Et hoc tene: quia ſ̃m gl. Ray. eo caſu intelligitur conſtitutio eſſe edita verè aut pſumptiue: vt Sum. Con. li. ii. tit. v. q. x. Ab hoĩe verò eſt, qñ fertur pro cõtumatia vel offenſa pterita, aut futura: non tñ intẽtio faciendi conſtitutionẽ gñalẽ aut perpetuã: ſed vt alicui vel aliquib. perſonis prouideatur ad vitã eorum, aut alicui negotio ad tps: ſicut dicẽdo, excõicamus omnes, qui bellabunt vſq; ad illud tempus, vel vſque ad illud.

5 †SCIENDVM eſt ſecundò q̃tum ad excõicationis cauſam effectiuã, ꝙ excõicationem à iure facere poſſunt oẽs iudices eccleſiaſtici, qui poſſunt facere ius: vt papa in vniuerſali eccleſia, & legatus in ſua prouincia, & ſinguli epĩ in diœceſib. xvj. q. ij. viſis. 24. q. 3. corripiẽtur. & à fortiori multitudo epõrum, i. concilium prouinciale. qui verò non pñt facere ius, vel ſtatuere, etiã nõ poſſunt excõicare. Statuere aũt põt, vt dictum eſt, papa & eps requiſito conſilio capituli, ꝑ notata in c. quanto. de his quæ fi. à prel. etiã ſi capitulum non conſentiat, ſed diſſentiat, nihil rationabile opponendo, ſ̃m Arch. & Io. And. in c. j. de conſti. lib. vj. ꝙ Pan. in d. c. quanto dicit indubitabile: quia cũ requiratur conſilium capituli, & nõ conſenſus, ſatiſ factũ eſt iuri ex ſola petitione & expectatione reſponſi: cũ non teneatur conſiliũ ſequi: vt in c. cùm olim. de arb. de quo vide ſ̃. Conſilium. §. ij. Canonici aũt cathedralis eccleſię ſtatuere non poſſunt ſine licẽtia epi ſuꝑ his, quę tangũt epm, aut iura eius, aut cõem ſtatum eccleſiæ: aut ſuꝑ magnis rebus & negotijs eccleſiæ: ſed ſolum ſuper ſua ſingularia negotia: puta ꝙ ſuas dietas modis diſtribuãt: vel certo modo ad capitulũ vocentur: ſ̃m gl. in c. ij. de ver. ſig. Similiter nec capellani eccleſiarũ ſine epo ſtatuere poſſunt, etiã cum ſui prælati conſenſu in arduis & magnis, ſ̃m Pan. in c. cum oẽs. de conſti. Secus ergo in paruis. Et gñaliter ſtatuere poſſunt, vel non poſſunt aliqui, ſ̃m ꝙ habent vel nõ habent iuriſdictionẽ: de quo vide ſ̃. Lex ex §. 4. Excõicatione verò ab hoĩe facere põt omnis iudex eccleſiaſticus potens cõſtituere: & vlterius etiã propriè facere excõicationem maiorẽ pertinet ad officiũ epale: vt patet in c. corripiantur. 24. q. 3. quia dr̃ mucro epi, in c. viſis. xvj. q. ij. S. Tho. dicit in 4. ꝙ ſolus eps & ſ̃. põt propria authoritate excõicare, niſi in furto & rapina, & hmõi, in quib. ꝯceſſũ eſt à iure parochiano excõicare. Excõicare etiã pñt de iure cõi etiã citra epm oẽs eccleſiarũ prælati: vt in c. cum eccleſiarum. de off. or. id eſt, ſ̃m gl. oẽs qui ſunt ſimul prælati collegio vel vniuerſitati eccleſię ab habente adminiſtrationẽ cum iuriſdictione: vt puta, epo, vel qui ſunt electi à collegio vel vniuerſitate, licet ſubſint alteri. i. epo, vt in c. j. de ele. & 94. diſt. legitimus. & hoc verum eſt, niſi epi præſcripſiſſent cõtra eos ne hoc poſſint. Et ſimiliter abbates etiã non bñdicti, modo ſint confirmati: vt in c. ſicut tuis. de ſimo. Et ſimiliter priores excõicare poſſent ſingulos de collegio, etiã alienos, ſi in eos aliquo iure ſpeciali habent iuriſdictionẽ: vt in d. c. cum eccleſiarũ. Et ſimiliter idem ſ̃m Arch. vr̃ de Archidiacono, licet non ſit presbyter. ar. diſt. 15. perlectis. niſi cõſuetudo ſit in cõtrariũ. Sed Pan. in c. cũ in cunctis. de elect. dicit, ꝙ de iure cõi non habet curã in foro contentioſo vel pœnitẽtiali: ſed de cõſuetudine aliqñ habet parochiam, in qua exercet curã. & inquirit ac viſitat totã diœceſim loco epi: & ex iſtis cauſis meritò excõicat. Pan. in alijs ergo vr̃ ſecus. Et ſimiliter ſacerdotes parochiales excõicare poſſunt, ſ̃m Hoſt. in notorijs, q̃ non indigent indagine iudiciali, prẽmiſſa tamẽ monitione. quod verum eſt vbi hoc eis tribuit conſuetudo, q̃ dat iuriſdictionẽ. ix. q. 3. cõqueſtus. vel vbi ſpeciali iure eius cõpetit iuriſdictio. ſ. in aliquibus particularibus caſibus: vt dicit S. Tho. quod intellige, niſi eps prohibeat. aliter nõ eſt verum. ij. q. j. nemo.

nec c.cũ inhibitio.de clande. deſpon. quod allegat Hoſti. hoc probat. Et ſimiliter metropolitanus excõicare põt ſuffraganeum ſuum ſm Io.de Lig.cum ſit eius ordinarius xij.diſ.de his.Et ſimiliter excõicare & ſuſpẽdere non põt eps p.p contumaciam ortã in iudicio ſine conſenſu capituli,ſm eundem: niſi aliud ſibi competat aliquo iure ſpeciali. 16.q.7.eps nullius. Et ſimiliter capitulũ uel prior,ſm eundem.cũ ſuccedat in iuriſdictionibus:ut in c.cum olim.de ma.& obe.nullus tñ inferior epo excõicat cum illa ſolemnitate:de qua 11.q.3.debet.ſed ſolus eps.i.circunſtantibus 12.ſacerdotibus cũ cãdelis accenſis in manibus. Nulli ẽt alij a ſacerdote cõpetit poteſtas excõicandi procedẽs a clauium poteſtate uel fori pęnitentialis,& ſemper ipſe illã exercet, cum ꝓpoſitus eſt curæ, niſi ſit contraria conſuetudo uel ſuperioris inhibitio. facultas aũt excõicandi ꝓcedens ex iuriſdictione ſpecialis competit prælati habentibus iuriſdictionem ordinariam a iure communi, uel priuilegio uel conſuetudine ſpeciali:ut dicit Inno.

6 †QVAE facultas ad hoc ꝙ alicui competat,requiritur ꝙ ſit clericus uel religioſus & electus per uniuerſitatem eccleſiaſticã, & quo ad dignitatem principalẽ,aliàs non hẽt ordinariã,niſi cõſuetudo uel priuilegiũ concedat. competit ẽt hoc habenti iuriſdictionẽ ſpecialẽ a ꝑlato eccleſiaſtico uel delegato:cõpetit ẽt habenti ordinariã nõ principaliter,ut uicario ordinarij.hæc ille.Excõicare uerò non põt aliquis ſeipſum.x.q.3.ſi is qui.Nec mulier prælata, cũ non habeat iuriſdictionẽ talẽ,qualẽ habet uir, ſm gl. in c. dilecta. de maio. & obe. & careat clauibus. de pœni.& remiſ.noua.Nec delegatus extra ſibi cõmiſſa,ſm Io.de Lig.vt 2.q.3.c.1. tenet tñ ſnĩa eius,ſm Rich.in 4.lata poſt reuocationẽ commiſſionis, anteq̃ tñ reuocatio ad eũ uenire potuerit: quia adhuc remanet penes eum cõmiſſa poteſtas.ad ꝓcur. auditis. in gl. qđ quidã ꝓbabiliter limitãt uerum,niſi is,qui reuocat,intẽdat,& exprimat ꝙ totum ſit irritum & inane, ꝙ extunc per delegatum fuerit attentatum.Quod ẽt Pan. in c.audita. de reſti. ſpo. ſentit dicens: ꝙ ſi Papa in ſecundis literis clare exprimit, irritũ & inane eſſe quicquid actum eſt poſt datã ſecundarum literarum, indubiè proceſſus non ualet iuſtus uel iniuſtus:ut in c.j.de cõceſ. præb.li. vj. Si aũt iuriſdictionẽ reuocat ſimpliciter,ualet proceſſus agitatus per primos tã inter partes q̃ contra tertios impedientes iuriſdictionẽ. Et de hoc eſt caſus in c.audita,quia non vr̃, papã uoluiſſe cũ graui ꝑiudicio irritare ꝓceſſum factũ ignoranter.qđ intellige,qñ ex reuocatione ꝑiudiciũ generatur tertio:aliàs non ualet actus, licet ignorãter geſtus:ut in d.c.j. unde non ualet excõicatio illata ab ordinario,licet ignoranter,contra habentẽ priuilegium, ꝙ ab eo excommunicari nõ poſſit:ut in d.c.j.Sed ſi verba eſſent ambigua & generalia,ut in d.c.audita,ubi mãdabatur reuocari quicquid eſſet immutatũ in cã a t.pe miſſionis nuntij, non tenet reuocatio ꝓceſſus legitimè facti. Rõ, quia cũ factum ſit odioſum,& alteri parti ꝑiudicatiuũ,dẽt fieri interꝑtatio ſtricta. & ſic dẽt intelligi de mutatione facta ꝑ uiolẽtiã, ſeu q̃libet ꝑſumptionẽ.Nec ſimiliter excõicare põt alienus eps.ſ.nõ ſubditũ ſuum, modò ratione delicti uel contractus,ſeu rei, de qua agitur, non ſit effectus de eius iuriſdõne,ut no.in c.j.de priuil. li. vj. imò nec ſnĩa ab eo lata põt ratificari per epm proprium: ẽt ſi ſit lata in eius territorio:quia ab initio fuit nulla:ſm Inn.& Bar.Brix.Nec laicus,niſi ex delegatione ſummi pontificis:quia tũc põt,32.di.§.uerum.Nec eps extra ſuam diœceſim,nec alij ꝑlati extra territorium ſuæ iuriſdictionis,ſm Ho.quia cũ nullus ſit excõicãdus ſine cãæ cognitione.xj.q.3.nemo.requiritur locus ad ſedendum pro tribunali, quẽ eps non habet in aliena diœceſi ad hoc aut ad aliquod contentioſe diſponendum. 9.q.2.epm.niſi eps ſit expulſus: uel conſentiat is,qui iuriſdictionẽ hẽt in loco eo modo quo dictum eſt ſ̃. Abſolutio.1.§.3. licet quidã dicãt, epm extra ſuã diœceſim poſſe excõicare. qđ de notorijs concedi poteſt: quia nec illa requirũt examinationem cãæ. 9.q.3.§. fi. Nec ꝑlatus habens iuriſdictionẽ temporalem tantum,ſm Ho. ar. de offi. or. dilectus.& hoc niſi habeat iſtud ex priuilegio ſpeciali,uel ex conſuetudine,q̃ ẽt dat iuriſdictionem.Nec is qui in cõi opinione hominum non credebatur excõicatus,& tamẽ erat.3.q.7.c.infamis.§.tria. in glo. quia nec excõicatus,nec iterdictus,nec ſchiſmaticus, nec hæreticus,nec intruſus, nec ſuſpenſus a iuriſdictione:ſecus ſi ſolũ ab officio,põt excommunicare.22.q.1.audiuimus.&c. fi. de cõceſ.præb.Nec uiolans interdictum,ſecundum Hoſt.extra,de exce.prælat. c. ſi uni. [illegible] men fuiſſet abſolutus a tali uiolatione teneret ſententia.

7 †SCIENDVM eſt tertiò, quantum ad cauſam excõicationis materialem, qua eſt excõicandus, & culpa eius, ꝙ excõmunicari non poteſt mortuus à canone vel à iudice: quia non eſt homo, de ſum. trini. & fi. ca. c. j. Item excõicatio canonis nõ fertur, niſi propter crimen: mortuus autem delinquere nõ poteſt: excõicatio verò iudicis requirit monitionem, quæ mortuo non competit. In quibuſdam tamen ſpecialibus caſibus mortuus excõicatur. & hoc ad terrorẽ: & potius ratione præcedentis vinculi. quàm præſentis, ꝓꝑ ꝙ fit negatio ſepulturæ, cõis orõnis, & hmõi: vt in decedẽte in crimine hęreſis & in crimine notorio. Io. de Lig. Nec Iudæus vel paganus: quia nullus poteſt ꝑdere quod non habet re aut ſpe. quod verũ eſt de cõione intrinſeca ſacramẽtorum extra quã ſunt prædicti: & circa quam nihil ad nos de his q̃ foris ſunt, ij. q. j. multi. Sed loquendo de extrinſeca fideliũ communione, inquãtũ ſunt animalia ciuilia & ſocialia: vt in commercijs, & alijs actibus humanis, non poſſunt excludi directè, ita ꝙ excluſio terminetur in eos, quia nõ ſunt ſubditi: per indirectum tñ poſſunt, ſcilicet interdicẽdo fidelibus taliũ cõionem. Ioã. de Lig. quomodo tamen ſint ſubditi, vide ĩ. in verbo, Papa. §. vij. & viij.

8 †NEC papa ſimiliter excõicari poteſt niſi pro hæreſi pro qua & iudicari. & deponi poteſt. xl. di. c. ſi papa. nec ab homine, q a eſt oĩbus ſuperior. di. xxj. inferior. nec à canone quia à canone ſolutus eſt: quãuis deceat eũ ſm canones viuere: nec etiam minori, cõicando cũ excommunicatis: vt in c. nulli. de ſen. exc. in gl. excõmunicari tñ põt excõicatione ſeparante à Deo per mortale. Ioan. de Lig. Nec eṗs ſimiliter, aut eius metropolitanus per ſtatutũ ipſius contrafaciendo intra territoriũ ipſius ſuffraganei, ſm Lau. Io. An. Io. Cal. Pau. & Hoſt. qui in Summa dicit, certò certius eſſe tenendũ, nec ſuperiorẽ, nec ꝑ ferẽtẽ ſñiam fulminatoriã ligari. 21. di. inferior. & de ma. & obe. cũ inferior. Idẽ S. T. in 4. diſt. 18. q. 2. ar. 3. cuius rõ eſt irrefragabilis, quia inquit, ꝑ iuriſdictionẽ eſt quis ſuperior eo in quem illã habet, cũ ſit iudex eius: vnde nullus in ſe vel æqualem aut ſuperiorẽ hẽt iuriſdictionẽ. Et hãc opin. ſequitur Sum. Piſ. contrarium tenuit Hug. Arc. & Pe. de Bel. & Dir. lib. 3. & Bar. Brix. Qui Hugo dicit hoc caſu ipsũ non ligari ſñia inferioris, ſed iuris.

9 †GOF. etiã dicit ꝙ illa regula, ꝙ inferior ſuperiorem ligare non poteſt, fallit, cũ maior delinquit in iuriſdictiõe minoris. 6. q. 3. placuit. nec dãnatur ſententia puri hominis, ſed canonis, cum incidat in factum dãnatũ: & eṗs authoritate apoſtolica gñalẽ habeat authoritatẽ condendi canonẽ. à quo nullus excluditur vnde talis ſententia dr̃ papę. vñ & Arch. dicit, ꝙ ipſe eṗs conditor contra faciendo incidit: nec poteſt diſpenſare contra propriã conſtitutionem, nec ꝯ generalẽ conſuetudinẽ: ex quib. iã alijs ius eſt acquiſitũ. Sed ſi vult non ligari, deſtruat ipſa ſtatuta. Io. And. verò, & Io. de Lig. in tract. de eccleſiaſtica cenſu. conãtur facere concordiã ꝙ non incidunt facientes cõtra, vt archiepiſcopus. vel ut eṗs ſi ſtatutum erat, ꝙ nullus exerceret iuriſdictionem in tali loco: & iſti ibi celebrant in pontificiali. ſecus ſi contraueniũt vt ꝑſonæ priuatæ: vt ſi ſtatutũ erat de non furando. vt ludendo ad azarũ, & ludunt. Et hanc concordiã ſequitur Sum. Ang. Sed quia plures & ſolenniores docto. tenent ſimpliciter opinionem primã: ipſa vr̃ magis tenenda, di. 19. in canonicis. Vnde dico, ꝙ iſta concordia nihil eſt: quia virtus excommunicationis ex voluntate pendet ferentis & ſuperioris: neuter autẽ iſtorũ habet voluntatẽ, ꝙ liget eos: quia à re volita quilibet vellet omne malũ abeſſe. Vñ peccator vellet ſine offenſa Dei peccare, ſi poſſet: nec dictã concordiam Io. de Lig. aſſertiuè tenet: ſed primam opi. nec dicta Sũma bene recitat: quia quod iſte dat pro exẽplis, illa recitat pro mẽbris diuiſionis, vt patet intuenti. Dico igitur ꝙ prima opinio vr̃ communis, ſm Pan. in c. j. de rap. Ad motiua aliorũ ſoluo. Nam fallentia Gof. non hr̃ in illo c. quia ibi non plus habetur, niſi ꝙ ſubditum unius eṗi alius poteſt excommunicare. ſi tñ ibi haberetur, intelligeretur qñ maior delinquit in iuriſdictione minoris contra legẽ ſuperioris vtriuſq;, puta Papæ, vel Dei: non aũt contra legẽ inferioris. Non etiã ligatur ſñia Papæ: quia eṗs non habet licentiã à Papa condẽdi canonẽ, quo liget ſe & maiores, ſed minores tantũ ſubditos, & aliqñ non ſubditos. Nec verũ eſt, ſed falſum, ſm Inn. in c. cum ad monaſteriũ. de ſta. mo. ꝙ non liceat eṗo diſpenſare contra ſuã conſtitutionẽ: ſed eam poteſt tollere: & in ea diſpẽſare ſm Io. An. in regula generali. & hoc dicit ſeruare vniuerſum. Et addo quod mirabile eſt, ſi poteſt ſm aduerſarios ſuam conſtitutionẽ ſine præiudicio alterius auferre ex totò, ſed nõ in parte, ſiue in caſu, qđ eſt diſpenſare. Sicut tñ dicit do. Ant. hoc limitatur,

limitatur, niſi conſtitutio tranſierit in priuilegium, vel contractum: vel niſi eſſet iurata: qa ea ſtante non poſſet diſpenſare, ſicut nec ſe à iuro abſoluere. Excõicari ẽt nõ põt collegiũ, vel cõitas ſiue vniuerſitas, quia hoc de ſen. exc. Roma. li. 6. §. vniuerſitatẽ. ꝓhibetur fieri penitus. Et rõ aſſignatur: quia cõtingeret innoxios irretiri. Itẽ qa, vt dicit S. T. ĩ 4. actus ſunt ſingularium: & ſi aliqñ actus ſit multitudinis, vt cũ multi trahunt nauẽ, tñ non eſt probabile, ꝙ tota aliqua multitudo ſic ĩ malo cõſentiat, ut nulli ſint diſſentiẽtes.

10 † ITEM QVIA, vt dicit Gem. collegiũ non eſt perſona vera, ſed repræſentata. ff. de fideiuſ. l. mortuo. nec hẽt baptiſmũ. Sententia aũt excõicationis ligat ſolùm verã ꝑſonã de offi. deleg. P. & G. & baptizatã xj. q. 3. omnis Chriſtianus. Si tñ excõicetur, quidã dicunt, ꝙ ſententia tenet: alij verò, ẽm Rich. in 4. dicunt ꝙ nõ. Mihi aũt vr̃ dicendum, ꝙ vniuerſitas ipſa ſumpta vt aliquid ꝓſcindẽs à ſingularibus hominibus, nulla authoritate p t excõicari, quia neq; cõicat: quia cõicatio in actibus eſt ſingularium quorum ſunt actiones: ſed ſumpta pro ſingularibus ꝑſonis omnib. collectiuè, excõicari poteſt, ẽt citra Papam non excõicãdo totum collegium: quia textus, cui ſubijcitur omnis inferior Papa, hoc prohibet: nec excõicãdo ſingulos de collegio abſolutè, vt putauit Ho. dicẽdo ſic: Excõico Præpoſitũ, Decanũ, & omnes alios de collegio, quia eſt idem. & rõ aſſignata in textu repugnat. Secus excõicando ſingulos cum hac limitatione, q vel ſi fecerunt tale quid: quia ſic nec irretitur innoxius, nec aliquid inanimatum. vnde ꝑ p contumaciã capituli excõicantur ſinguli de capitulo qui fuerunt culpabiles. de ſen. exc. Rom. li. 6. ẽm Arch. Si aut Papa excõicet, qui non ſubijcit d. c. Romana. tenet ſententia, ẽt ſi excõicet oẽs & ſingulos abſolutè: quia vt patebit, excõicatio tenet, ẽt ſi liget innoxiũ. Nec ſimiliter excõicari põt Imperator vel prĩceps ab ẽpo ſuo. 2. q. 7. §. cũ humanã. Nec dẽt ſimiliter excõicari multitudo exiſtens in crimine, vbi ſchiſmatis, aut ſcandali periculũ timet. di. 50. vt conſtitueretur. 23. q. 4. ipſa pietas. Veritas tñ iuſtitiæ ꝑ p ſcandalũ poſtponenda non eſt. quod ſanè intellige. ſ. vt detur iniqua ſententia. Io. de Lig. Nec debet excommunicari vnus pro alterius peccato. 24. q. 3. ſententia. Excommunicari aũt poteſt regulariter Imperator poſt monitionem: & rex ſolũ pro notorijs. di. 66. Valentinianus. Io. de Lig. Et ſimiliter, ẽm eundem, ignorans & abſens, qui tñ liber eſt apud Deum à ſententia, ſi moriatur anteq̃ ſciuerit: ſed poſt mortem abſolui dẽt iuxta dicta ſ. Abſolutio 3. §. 11. Et ſimiliter excõicari poteſt archiepiſcopus à ſubdito delegato: ſi eſt ei à ſuperiore conceſſa poteſtas. 2. q. 6. ſi quis ẽps. Et ſimiliter poteſt excõicari raptor ſine monitione præmiſſa, ſi rapina eſt manifeſta, ſi præſens eſt, & ſtatim nõ reſtituat: ſi abſens, intra tẽs ꝓfixũ: vt in c. Romana. de ſen. exc. li. 6. Et ſimiliter excõicatus, iterũ poteſt excommunicari pro eadem & alia cã ab eodẽ & ab alio iudice. c. Engeltrudã. 3. q. 4. excelentiſſimus. 11. q. 3. & conſentit. Io. And. & S. T. in 4.

11 † QVIBVS verò cauſis vel culpis excõicabiles poſſint excommunicari, dico, ꝙ excommunicatio maior ferri nõ dẽt ab hoĩe, niſi pro mortali peccato, ẽm S. T. & Pe. in 4. diſ. 18. Et quia dãnificans in corporalib. põt peccare mortaliter: ideo pro temporali dãno ferri poteſt, non tñ debet infligi etiam ꝓ mortali, niſi in contumacem, ẽm S. T. & 11. q. 3. nemo. quia eſt grauiſſima pœnarum, inquit S. Th. qua. ſ. nulla eſt maior in eccleſia: vt, in c. corripiantur. 23. q. 2. Vnde dicit Pan. in c. per venerabilem. qui fil. ſint legit. ꝙ vbicunque in iure eccleſiaſtico reperitur pœna mortis, pro excommunicatione debet exponi. Quę quidẽ contumacia, ẽm Ray. eſt triplex, vt dictũ eſt ſ. Contumacia. Si tñ perſona, quæ deliquit, ignoratur, excommunicatio fit in generali, & valet expreſſa cã, vt quicunq; fecerit furtũ niſi reſtituat: & q ſcit niſi reuelet: vt ĩ c. à nobis. de ſen. exc. el j. Sed hęc intellige qñ quis excõicatur ꝑ p culpã præteritã qñ verò ponitur ſñia comminatoria vel abſoluta ꝓ aliquo futuro nõ oportet illud in ſe eſſe mortale, imò, nec veniale: licet peccet mortaliter q contrafacit, rõne ꝑcepti incluſi. ſimiliter non oportet tunc hominẽ eſſe contumacẽ, ſed ſufficit ſi ſit inobediens. Igit̃ poteſt q s cõicari ꝓ inuaſione, aut retẽtione rerũ eccleſiaſticarũ. de reſ. ſpo. Piſanis. & ꝓ iniuria facta plato. 23. q. 4. Guiliſarius. & ꝑ p negligentiã. de conſ. di. j. nemo. & dñs ꝑ p contumaciã ſerui, aut ꝓcuratoris: vt lite non cont. c. j. & de dolo & cont. c. 2. & cum modificatione ibi notata. & poteſt excõicare ordinarius pro defenſa fratris ſui: vt in c. dilecto. de ſen. exc. li. 6. Et q a excõicatio nõ niſi pro mortali infligenda eſt: quia eccleſia ꝓſcindere non dẽt, niſi eũ qui iudicio Dei creditur ꝓciſus. ideo ẽm Pet. de Pal. in 4. diſ. 18.

LI. 2 poteſt

poteſt ſibi homo formare conſcientiam, ꝙ ubi mortaliter non peccat, nunquam incurrat ſententiam iuris: quia illa nunquam eſt iniuſta. Quod intelligo, quando poſita eſt contra aliquid, quod eſt de ſe mortale: ut ꝑcuſſio clerici: quando uerò ponitur contra illud quod de ſe non eſt malum: vt ꝙ ante annum profeſſio non recipiatur in mendicātibus, ſufficit, quòd actio aliàs licita habeat rationem inobedientiæ. Vtrum autem ſit ſimile de ſententia hominis: dico, ꝙ non: quia interdum tenet, etiam ſi irretiat innocentē, vt dicetur tit. ſeq. in prin. caſu 8. §. 4. dubio 13. Eſt autem ſimile quantum ad hoc, ꝙ licet vtraque nunquam fiat ſine mortali, tamen quando non infertur pro re præſenti, aut præterita, ſed pro futura, à qua prohibetur ſub pœna excommunicationis, comminatoria, vel latæ ſententiæ: ſufficit ipſa tranſgreſſio, quæ eſt mortalis: cum talis prohibitio ſemper habeat incluſum præceptum. Ratio prædictorum eſt, quia quando aliquid eſt de ſe mortale, ibi eſt præceptum Dei: vnde ſi addatur excommunicatio, non intelligitur ſuperaddi nouum præceptum, ſed noua pœna: ad quam incurrendam oportet, quòd illud aut fiat quo ad præcepta negatiua, aut omittatur quo ad affirmatiua deliberate ſecundum rationem, & quantum ad aliqd̄ notabile: quia ſic cadit ſub ꝓcepto Dei.

12 † SCIENDVM eſt quartò, pro cauſa formali excommunicationis, quis eſt modus ſeruandus, ꝙ excommunicatio à iure, ſecundum Hoſt. proferatur eo ipſo, ꝙ quis incidit in factum damnatum à canone ſub pęna excommunicationis: ſententia verò hominis fertur vt dicetur. Igitur ſententiam excommunicationis debet præcedere trina monitio, vel vna pro tribus: aliàs iniuſta eſt, & iudex eſt ſuſpenſus per menſem ab ingreſſu eccleſiæ, extrà eo. ſacro. Et ſi quis haberet ſimpliciter in mandatis à Papa, vt ſententiam excommunicationis in aliquem ferat, ſm Inn. in c. fi. de offi. dele. non debet eam ferre, niſi præcedente cauſæ cognitione, & monitione præmiſſa 2. q. 1. nemo. & d. c. ſacro. & facit gl. in d. c. fi. Addit tñ ꝙ ſi cōſtet, Papā cognouiſſe de cā, ꝙ tunc ad eius mandatū ſine cāę cognitione dēt ferre ſñiam. l. de quā re. ff. de iud. Et ſimiliter dicendū eſt de ſñia, quā alij poſſent ꝑ aliū ferre: ſed tñ eo caſu monitio deeſſe nō dēt, niſi cōſtaret, quòd Papa eam feciſſet: quia regulariter monitio præcedere debet. Quæ monitio, ut no. in Sum. Confeſ. 3. lib. tit. 31. c. 56. dicitur competens ad arbitrium boni uiri. Et ſiue fuerit triplex, ſiue una pro tribus, debet habere dierum competentia interualla, niſi neceſſitas ſuaſerit aliud. ut in c. conſtitutionē. eo. tit. lib. 6. Non eſt tamen neceſſarium, ꝙ fiat in ſcriptis: ut no. gl. in c. ſacro. ſed ſententia ipſa fieri debet in ſcriptis continentibus cauſam excommunicationis, & exemplar debet tradi excommunicato intra menſem ſi requiſiuerit: aliter excommunicator eſt ſuſpenſus non ſolum ab ingreſſu eccleſiæ, ſed etiam à diuinis per menſem: ut in c. cum medicinalis. eo. tit. lib. 6. quæ quidem ſi exequatur, irregularis eſt, nec niſi per Papam poterit cum eo diſpenſari: ut ibi. Hæ tamen pœnæ non tangunt epiſcopum, cum de comentio non fiat ſicut oportet, ut ſ. Epiſcopus. Et ſi iſta non ſeruentur, tamen ſententia tenet: licet ſuperior, ad quem recurritur, ab ea faciliter abſoluat: & lator teneatur ad pœnas prædictas, ut in d. c. ſacro. & c. cùm medicinalis. ſimul, niſi in c. ſtatuimus. eo. tit. lib. 6. ſcilicet quando eſt contra participantes excommunicatis. Videtur autem mihi, ꝙ iſta monitio locum non habeat neceſſariò, niſi in ſententia hominis: & non in qualibet, ſed in aliqua tantum. & horum utrumque haberi poteſt ex ſententia Io. de Lig. in tracta. de cenſuris eccleſiaſtic. dicentis: Licet contumacia ſit cauſa immediata, propter quam fertur maior excommunicatio ab homine: ipſa tamen contumacia aliquando ortum habet à crimine, i. ſpeciali inhibitione criminis, ſ. futuri, facta ab homine: & tunc non eſt opus monitione ſuper emendatione criminis iā cōmiſſi, ut incidat: imò ſtatim incidit: ut cū monet ſuperior aliquē ut nō fornicer cū tali, aliàs ipſum excōicat: ſi contra faciat, excōicari pōt, & excōicatus eſt ſine alia monitione ſuꝑ emēdatione criminis. Et rō eſt: quia iſte uerè contumax eſt. Aliqñ uerò contumacia oritur à crimine iā cōmiſſo: ut dū cōmiſit q̄s crimen ſuꝑ quo monitus erat nec cōmitteret: & ſic nec lata, nec cōminata eſt ſñia in ꝯfacientē: & tunc opus eſt monitione, ſi contingat: & ſi contumax fuerit, poterit excōicari. hęc ille.

13 † EX his hr̄, ꝙ ꝓhibitio alicuius futuri roborata ſñia, ut ſi q̄s fecerit hoc, ſit excōicatus, nō indiget monitione: q.a. ſ. ipſa ꝓhibitio eſt monitio: ſed monitio ē neceſſaria, ubi infert ſñia ꝑ re ꝑterita originaliter: & ſic q.a oīs cōſtitutio reſpicit futura: ut ĩ c. 2. de cōſt. nulla ſñia

iuris

iuris monitionem requirit, quod limita vt ſ. Excommunicatio 7. excommunicatione 20. Sed tamen notandum, ꝙ dicta decretalis ſm gl. habet locum in excõmunicatione ẽt contra perſonã incertam, & conſequẽter in ſententia etiã generali. Qñ autem monitio ſit debita, vide tit. ſeq. §. j. Poſt hæc verò ſñia ferri conſueuit duobus modis. Primò, in generali, qñ reus ignoratur. vel in ſpeciali: vt dicẽdo excõicamus tales, vel talem, ꝑ talẽ cãm ſententiã ſcribendo. Et licet nulla ſit determinata forma verborũ, oportet tñ, ꝙ excõicans vtatur verbo, excõicamus, vel æquiualenti, quod expirat conſenſum iudicis de preſenti. Vnde Ray. non approbat illum modũ quorundã, ſ. denuntiamus talẽ excommunicatũ, quẽ. ſ. prius non excommunicauerunt. quia illa verba non ſunt apta ad excõicationem: & gl. dicit, ꝙ talis eſt vitandus ab ipſis, quibus denũtiatur: quia non eorũ eſt iudicare, vtrũ ſit excommunicatus nécne: tñ ſi agatur in foro contentioſo, non iudicabitur excommunicatus. De cauſa autem finali excommunicationis, cùm ſit eius effectus, dicetur in tit. ſeq. ¶ Circa præmiſſa autem dubia multa conſurgunt.

14 † PRIMVM, vtrum prælati regulares, q in excõicando nõ ſeruant formã ſupradictã, incidant in ſupradictã pœnã? Et Lapus quidẽ dicit ꝙ non, hac rõne: quia cũ ſingulis horis habeant corrigere, durũ eſſet, vt ſemper chartã & calamũ tenerẽt in manib. Sed tex. in c. cũ medicinalis, de ſen. exc. li. 6. ſm Gem. adſtringit ad dictã formã oẽm habẽtẽ poteſtatẽ excõicãdi: dicens, quiſquis igitur excõicat. Nec valet ratio Lapi: qa non habẽt continuè corrigere de criminib. q̃ requirãt ſummã pœnã, i. excõicationẽ. Limitari tñ poteſt quo ad oẽs, qđ dr̃ de iſta forma, qñ ſeruãdo eã periculũ eſſet in mora: quia tunc locũ nõ habeat dicta pœna, ſm Dir. & Io. And. & gl. in d. c. ſaro. eo. tit. in verbo, temerarius. quia hoc caſu excõicator non fuit in culpa. Scđò limitatur, quo ad religioſos ſpecialiter, & rationabiliter, qñ ſtatuta ſui ordinis, vel cõiter approbata cõſuetudo aliud haberet: qa, vt dictũ eſt ſ. Citatio. §. vlt. ſm Pan. ordo iuris in regularib. non ſeruatur ad vnguẽ. Tertio, limitat Sũ. Ang. quo ad religioſos, ſi ex ignorantia contrafacerent: quia faciliter, inquit, religioſi ignorant iura: vt in c. veniens. de ſimo. Sed licet illud c. verũ dicat, ꝑꝑ hoc tñ nõ excuſat religioſos, maximè ꝑlatos: maximè, quia tunc nullus talis poteſt ignorare niſi ex negligẽtia maxima: & in eis maximè eſt verum illud, Ignorantia facti, non iuris, excuſat. de reg. iur. in 6. & tanto magis, quanto tunc religioſi, mendicantes ꝑcipuè, ex diuina prouidentia ſunt illi, qui principaliter habent curam animarum, quantum ad laborem, & effectum: licet non habeant iuriſdictionem ordinariam in populum, neque beneficia.

15 † SECVNDVM eſt, vtrũ in excommunicatione ſit forma verborũ certa determinata? Et dico, ꝙ oportet vti talib. verbis, q̃ exprimãt conſenſum iudicis de ꝑſenti excõicantis: ſicut in ſimili. de ſpon. c. ſi inter virũ. & de ſpon. duo. c. j. & ſm Ho. req̃rit̃ exꝑſſio certa. Vnde ſi dicat iudex, Denuntiamus talẽ excõicatũ quẽ tñ prius non excõicauit: vel, habeo talẽ ꝓ excõicato, vel hmõi: non erit excõicatus in foro contẽtioſo, ſm Gul. niſi aliter conſtiterit de mente iudicis: vt qa ſemꝑ ſolitus eſt ita dicere: tunc. n. eſt excommunicatus: quia verba intentioni deſeruiũt, non econuerſo. 22. q. 5. humanæ. & ſermo rei, non res ſermoni eſt ſubiecta. de verb. ſig. intelligentia. in foro tñ pœnitentiali eligenda eſt tutior via, vt ſe putet excõicatum, ſi dubitat de intentione, ſm Hoſt. & Gul. ſed tamen non ſunt aliqua verba determinata, quibus ita oporteat vti, quin poſſit quis eq ꝓ ollentibus vti, vt dictum eſt.

16 † TERTIVM, vtrũ ſi quis excõicatus, ſi iudex dicat, Excõico te, & abſoluo? Et dico, ſm Veru. ꝙ ſi vtrunq; ſimul intẽdebat, nihil egit: ſi aũt voluit excommunicare prius, & abſoluere poſt, vtrumq; valuit. Si aũt dicat, Excommunico vnum de iſtis duobus: credit Gul. illum eſſe excommunicatũ, de quo iudex intellexit. quod ſi non poteſt ſciri, aut vaga, i. indeterminata fuit eius intentio, neuter eſt vitandus, vt excommunicatus: licet in foro animæ tutior ſit eligenda vbi dubitat̃.

17 † QVARTVM eſt, ſi mandetur duobus vt aliquem excommunicent: & vterque eorum eodem momento dicat, Excommunico talem, ſi illum talis non excommunicauit: vtrum iſte ſit excommicatus? E dico ſecundum Hug. ꝙ ſic: quia vtriuſque iudicis intentio eſt, ꝙ iſte excommunicetur. Et eſt ſenſus, Excommunico te, ſi ille, &c. i. quia neſcio an ille te excommunicet: vt ſic pœnam non euadas.

18 † QVINTVM eſt, utrum cùm dicit iudex, Excõico te, vel vbicunq; ſit mentio de excõicatione, intelligi dẽat de maiori? Et dico, ꝙ

:eo ꝙ ſic,qñ iudex ſic dicit,ſi aliud non expri mat,ꝑ c.quem.eo.ti.& idẽ vr̃ vbicunque fit mentio de excõicatione ſimpliciter ſine limitatione:quia verba ſimpliciter ꝓlata,con ſueuerunt & debent accipi in ſignificato cõ ſueto:vt ĩ c.ex literis.de ſpõ.& l.Labeo.ff.de ſup.le. cõis aũt vſus hẽt ꝙ accipiatur ꝓ maiori: vnde excõicatum minori non dicimus ſimpliciter & communiter excõicatum.

19 †SEXTVM eſt,vtrũ excõicatio maior fieri poſſit ad tp̃s? Et dico ꝙ ſm Io. de Lig.excõicatio dr̃ perpetua: quia nullum tp̃s continet diffinitiuum. Intelligitur tñ donec expiret: & ꝑt fieri ad tp̃s,ſm do.And.& ẽt eius abſolutio:vt recitat Pan.in c.veniens.el 2.de teſti.vbi dicit ꝙ poteſt abſolui, vt ferat teſtimonium,& deinde reincidat: ſuſpendi autẽ non poteſt,ſed oportet ꝙ totaliter liget,aut totaliter tollatur,ſm gl.ĩ c. præſenti. de ſen. exc.lib.6.Poteſt autem ferri cõditionaliter: & conditione deficiente non ligabit. vt dicetur tit.ſeq.in prin.caſu 15.Abſolutio verò non poteſt fieri conditionaliter. quod intellige de conditione propria,quę actum ſuſpẽdit:quæ.ſ.eſt de futuro,non de præterito, vt ſ.dictum eſt,Abſolutio.5.§.j.

20 †SEPTIMVM eſt,vtrum poſſit quis excõicari per literas? Et dico, ſm Arch. & Io. de Lig. ꝙ poteſt quis excõicare per literas, etiam excõicato ignorãte, ſi excõicans hoc expreſſit: ſed non punitur intermedio tempore ſi ſe ingerat fidelium cõioni. Sufficit autem,ꝙ ſententia excommunicationis vel interdicti ſit lata publicè ad hoc vt teneatur quis ad obſeruãtiã eius.de cle.exc.mi.illud.

21 †OCTAVVM eſt,vtrum ſit excõicatio latę ſententiæ, vel comminatoria, cum dr̃. Sub pœna excõicationis? Et dico, ꝙ vbi ſic dicitur, non habet vim ſententiæ, ſed comminationis. Et ſic intellige, qđ dr̃ in rubro. C. comminat. vel epiſtolas. tñ ſm Hoſt. & Hug.qñ prohibitio eſt a lege,i.canone, hæc verba habent vim comminationis. 30. diſt. per totum.qñ verò eſt à iudice, habent vim latæ ſententiæ: dum tamen iudex hoc non intendat:quia mitius agitur cum lege, ꝗ cũ miniſtro legis.ff.de arb.l.ſi cum dies. & conſentit gl.Ray. & addit Hoſt. ꝙ in hoc iudici credẽdũ eſt & ante eius declarationẽ excuſatur,q ꝓbabiliter credidit, ꝙ eẽt cõminatio tñ.Sed tñ q.a iudicis intentio nobis cõſtare nõ põt, cõcludit gl.in c.vnico.de ſagit.& in c.ij.de ſimo.& in c.ij.de matri.contra.com. inter.ec.ꝙ non eſt lata ſnĩa,qñ ſic dicitur: & hoc niſi aliud appareat ex coniectura.& cõiter ita tenetur. Dicit aũt Gul. ꝙ ſi iudex dicat, Præcipio ſub interminatione vel pœna excommunicationis ne fureris: furãdo non incidis.Secus ſi excõicet ſub conditione, dicendo,Excommunico oẽs, qui furtiuè ordines ſuſcipiunt.quia cõtra faciendo es excõicatus.& idẽ in d.gl.in d.c. vnico. de ſagitta.

22 †NONVM, vtrũ aliquibus verbis aut regulis cognoſci poſſit qñ canon ſit latę ſnĩę, aut ferendæ? Et dico, ſm Pan.in c.ſi diligenti.de fo.compe.ꝙ cum fertur ſententia in iure per participium temporis preteriti:vt, ſit excõicatus vel interdictus: tunc ipſo iure regulariter ligat.de elect.cupientes.in §.cæterũ,& idẽ tenet glo.ibi in verb.ſuſpẽſos,& in c.quicũq;.de hære.li.vj.& ſimiliter gl.in l.in criminali.C.de iuriſd.om. iud.circa iſta verba,ſit meratus. Et hoc verũ,niſi alio iure appareat ꝙ canon ſit ſnĩę ferẽdæ: vt no. in c.ij. de fo.cõp.in ver. ſit ſequeſtratus.Si verò verba nõ ſint reſpectu præteriti tp̃is: tũc ſi ſunt declaratoria,ipſo iure ligant,vt ſi dicat̃, Decernimus excõicationi ſubiacere, & hmõi: vel,viribus carere:vt in c. nouit.de his q̃ fiũt à prel.iuncta gl.Si aũt verba ſunt diſpoſitiua & reſpiciunt actũ iudicis:vt,priuetur, excõicetur,& hmõi:ſic eſt canon ferendæ ſententiæ,niſi addatur aliquod verbũ oſtendens ꝙ ipſo facto:de quo vide gl.in regula, in pœnis.li.6.vt ipſo facto.vel eo ipſo. & idem eſt de ly omnino; ſm aliquos,quia intelligitur ipſo facto. Et glo.eſt ſm gl. in l. j.§.ſi pecunia.ff.depo.& idẽ eſt de ly.oĩbus modis,i.ipſo iure,ꝑ gl.in auth.de reſti.& ea quæ.§.ſancimus.& idẽ de ly mox, vt intelligatur ipſo iure,ꝑ gl.in auth.de inceſt.nup.§.ſi verò cõtigerit.licet ẽt verbũ ꝓſentis tẽporis, aut futuri nõ intelligatur ipſo iure: tñ ſi diceret̃ talc quid caſſent & irritent: intelligitur ipſo iure,ſm Bal.in tit.de pa. Conſtan.c.1. col.9. & idẽ Lud.Ro.in ſuis ſingularibus. Tenetur aũt cõiter de iſto verbo,ſubiaceat,ꝙ ſit latę ſententiæ, licet ſonet in futurum. Similiter verbum habeatur:vt no.in c.vnico. de iniur. li.6.& probatur in c. ſi quis ſuadẽte. 17.q.4. Adde ꝙ hoc verbũ, ſub anathemate,vel ſiẽ cõminatoriũ eſt.ff. com. vel epi. in rubro & & nigro. De his Fel.in c.Rodulphus.de reſc.

25 †DECIMVM eſt.vtrũ differentia ſit inter maiorem excõicationem,& anathema? Et dico.ꝙ ſunt realiter idem.quod patet primò ꝑ d. c.Engeltrudã.vbi dr̃,ꝙ anathematizati illi intelligendi ſunt, q nõ ſolũ à perce-

ptione

ptione ſacramentorum,ſed ēt a cōione hominū ſunt ſeparati:quod.ſ.facere proprium eſt maioris excōicationis, & ſecūdò ex ſignificato: quia idem eſt quod ſeparatum a cōi vſu.ſm S.Th. Vnde & dr̃ ab ana, qđ eſt ſurſum, & thema, quadā. ſ. figura olim impreſſa frontibus dānatorum, qui a ciuili cōuerſatione ſeparabāt:quaſi ſuperna dānatio uel maledictio.unde pro excōicatione ponitur.24.q.3. certū eſt. Vnde ſicut duplex eſt excommunicatio.ſ.ſolennis: quæ eſt ſolius epiſcopi,ut dictum eſt:& non ſolennis: ita ēt dupliciter ſumitur anathema. Vnde vj.q.ij.in c.uiſis.dr̃ mucro epiſcopalis,ſ.qñ eſt ſollenne. Additur tamen ad ly excōicamus: ly anathematizamus, ad maiorem terrorem.

RVRSVS de excommunicatione ſecundò,id eſt,de maiori quantum ad uirtutem obligatoriam eius.

1 *Excommunicatio maior, quando obliget, uel id minime;& proinde non ſit timenda.Vbi qj quindecim caſibus:de quibus ſigillatim & fuſe.*

2 *Sententia,licet iniuſta fuerit,timenda ſit:qualiter intelligendum.*

3 *Sententia iniuſta,quot modis dicatur. Et ut iniuſta ſit,quot concurrere debeant.num.ſeq.*

5 *Sententijs quorumcunque prælatorum,per uiam ſtatuti latis,qui ligari dicantur.num.6.*

7 *Statutum,an forenſes liget, & quid de ſubditis extra territorium.nu.8.*

9 *Limitatio ad c.vt animarum.*

10 *Sententia lata,quæ iuris non eſt, licet hominis ſit,qui ligentur: & an etiam extra territorium.*

11 *Sententia pro futuris culpis,an ferri poſſit.*

12 *Delinquens cōtra Epiſcopi ſtatutum in loco exēpto,an pœna ſtatuti ligetur.num.ſeq.*

14 *Licentia ingrediendi monaſteria exempta,petēda ne ſit ab Epiſcopo acceſſum ad illa prohibente:an uero ab eo qui horum curam gerit.*

15 *Prælati epiſcopi inferiores.an habeant territorium.Et an religioſorum ſubditi extra exemptorum loca,in quibus degūt,delinquentes legētur.*

16 *Iudice dicente,Excommunico te,ſi appelles,uel appellare præparaueris,an ſnīa teneat: & ſic appellans excōicatus ſit.Et quid ſi iudex dicat,Excōico te ſi talem elegeris,an ſnīa efficax ſit,ac teneat,& pinde nulla ſit electio inde facta.nu.17.*

18 *Iudex ſi dicat,Excommunico omnes, qui nouerint ſciuntque authores talis damni,uel furti, ſi non reuelent:an ſcientes & non reuelantes in excommunicationem incidant. Et hic ſæpius Ang. Sum.refellitur.Et quid ſi res,ob quam incutitur excommunicatio,ab aliquo in compenſationis titulum detineatur.nu.ſeq.*

20 *Epiſcopo excommunicante omnes, qui in die feſto in eccleſia parochiali miſſam non audierint, an omnes non audientes excōicationē incurrant.*

21 *Iudex ſi dicat.Excommunico te ſi habes res furtiuas, & non reddis:an appellatione huiuſmodi ſententia ſuſpendi poſſit.*

22 *Cauſa falſa,ratione erroris intolerabilis, an poſſit aliquādo nullā facere ſnīam.Et quid ſi cū falſa ſit notorie, aut non notorie impoſſibilis.ibidē.*

23 *Impotentia implendi,quod mandatur, notoria, an excuſet implere non potentem.*

24 *Epiſcopus, aut iudex, ſi præcipiat cuipiam ſub excommunicationis pœna,ut aliquid det ſibi,& in quo peccatū nō uerſetur,iniuſtū tū ſit,an huiuſmodi ſnīa teneat.Et an q. cōſulit ei,cui mādatū ſit,ut mādato hmōdi iniuſto nō pareat peccet.*

tanta.nec illud acquirere.de cle. exc. mi.poſtulaſti.de æra.& quali.cum bonæ.nec de habitis aliquid percipere,qñ eſt in mora petendæ abſolutionis de app.paſtoralis. Secus ſm Io.de Lig.ſi non eſt in mora. de conceſ. pb. quia diuerſitatẽ.& idem tenuit Sum.Pi.Nec vr̃ ſm iſtos, diſtinguendum vtrum excõicatio fuiſſet iuſta,vel iniuſta:ſicut vr̃ diſtinguere Pet.de Pal.qui dicit, quod ſi quis eſt iniuſtè excõicatus,vel facit poſſe ſuum de impetranda abſolutione ab iniuſta excõicatione, in foro conſcientiæ facit fructus ſuos:& etiã in foro contentioſo debet cum eo diſpenſari. Imò ſi fuit excõicatus tp̃e electionis,vel confirmationis,vel collationis beneficij,nõ poteſt accipere fructus, ẽt facta cum eo diſpẽſatione,ſm Pe.de Pal.qa reqrit noua collatio, cùm nullum fuerit ſibi ius acquiſitũ. Vnde ſi eſt,inquit, bñficiũ ptinens ad collationem epi, vel ſimpliciter,vel pro tunc, rõne delicti quia contulit excõicato: nõ ſufficit eius diſpenſatio,ſed papæ, vel alterius, qui poteſt conferre ex certa ſcientia. Et idẽ videtur tenere gl.in c.bonę.de ętat & qual.ſ. quod epiſcopus non diſpenſet vt retinere poſſit beneficia, ad quæ erant hmõi inhabiles tempore conſecutionis. licet poſſit dici, ꝙ loquitur de obtentis à papa. gl. tamen in c.poſtulaſtis.de cle.ex.mi.dicit,ꝙ ex quo nõ dicitur quis debeat diſpenſare,vr̃ poteſtas relicta epiſcopo.ar.extrà.de ſen. exc. nuper. & ſm do.Ant.de Bu.ibi,Gof.& Inn. hanc glo. ſequitur.de temp.ord. dilectus. quod Veru. in Spe. de delegato. limitare videtur,dicens hoc non eſſe verum in excommunicato ꝑ contemptum ſedis apoſtolicæ. & Hoſt. dicens hoc non eſſe verum quando ab excommunicatione abſoluere non poterat eps:ita, ꝙ ſm eam ille poterit diſpenſare, q. poterat ab excõmunicatione abſoluere. Hæc autem gl.ſaltem limitata tenenda eſt: quia Pet. de Pal. non concludit,niſi qñ excõicatus accepit beneficium ab epiſcopo ſcienter illud cõferẽte excommunicato. Imò nec abſolutus ex ipſo facit ſuos fructus perceptos tempore medio,niſi cum eo ſuper hoc ſpecialiter diſpenſetur,ſm eundem: vel excõicatio fuerit iniuſta, aut non fuerit in mora.Si ẽt ꝑ annũ ſtet excõmunicatus, priuari põt omnib. beneficijs quæ habet. 11.q.3.rurſus.quod limitat gl.in c.cum contumacia,de hær.lib.6. & Inno.in c. cum bonæ. de ætat. & qual. & d. Ant.in c.j.de iud.ſi excommunicatus fuit ꝓ cã criminali;ſecus ſi pro ciuili: quia etiam ſi mille annis ſtetiſſet,priuari nõ poſſet. & gl. eſt ſingularis in c. contingit. de do. & con. ¶ Decimò, eſt ſuſpenſus ab officio & beneficio. Vnde nec ligare poteſt, nec abſoluere, 24.q.1. audiuimus. nec beneficium conferre.de conceſ.præb.tanta.quandiu tamen toleratur,valet qđ fit ab eo:vt ſi prouideret alicui eccleſiæ,vel alicuius confirmaret electionem,ſm Arch.qui argumentum ſumit.7.q. 4.nõne niſi fortè eſſet notorium. Vnde dicit Ric.in 4.di.18. ꝙ ſi irriti eſſent actus legitimi excõicatorũ latenter: excõicatione detecta multi de ſuo ſtatu dubitarent. Vnde mitior & rationabilior eſt opinio contraria, ſ. quod in eo caſu valent abſolutiones eorũ, & beneficiorũ collationes,quãuis poſtea detegatur excõicatio eorum. de excep.c.exceptionẽ.in gl.ar.de iure pa.conſultationibus. Vide ẽt §.ſeq. ¶ Vndecimò,interdictus eſt ei omnis actus legitimus: vt patet ex diffinitione excõicationis. Vnde nec iudicare, nec accuſare,nec teſtificari poteſt.3. q. 2. §. euidẽter.imò iudices ſeculares compellendi ſunt ab eccleſiaſticis iudicibus repellere excommunicatos ab agendo, patrocinando, & teſtificando in ſuis curiis: vt in c.decernimus.eo.tit.lib.6.Et conſtitutiones, vel ſñiæ factæ aut latæ ab eo,vel de eius mandato, irritæ ſunt ipſo iure nunq̃ valituræ.de immu. ecc.aduerſus.niſi non ſit excõicatus publicè: valet enim iudicium habitum corã eo, ſm Io.de Lig.Imò ſi plures ſint iudices,non valet ſententia, ſi ſimul cum vno eorum excommunicato pronuntiãt,ſm Io.de Lig.de ſen.& re iud.ad probandum. quod ſm Pet. de Pal. in 4. eſt verum. ſi eſt excommunicatus publicè,vt in d.c.ad probandum.quia facta & iudicata per excõicatum occultè, valent. vnde & in ſpiritualibus non valet ꝙ fit ab excõicato.de ap.conſtitutionẽ. & tñ quãdiu tolerantur prelati excõicati occultè,valet quod faciunt.8.q. 4. nõnne. Vnde tenet collatio beneficij, & electionis cõfirmatio, & abſolutio in foro cõſcientiæ.hæc ex illo. & cõſentit Rich.vt §.priore dictum eſt. & l. Barbarius,ff.de offi. pręt. vide ĩ. §.14.in fi. §.23.circa mediũ. ¶ Duodecimò, nõ põt ꝓcurator inſtitui.de prob.c.poſt ceſſionẽ. nec ẽt conſtituere procuratorẽ. quinimo ſi cõitas conſtituit procuratorem, & excõicatus ſint inter conſtituentes,vt rector,vel principalis & expreſſus, ſ. in literis procuratorijs, vel eius authoritate factus eſt ꝓcurator: vel ſi ipſa cõitas ſciens ipſum excõicatum vnà cum

eum iſto cõſtiterit procuratorẽ,nõ valet. de proc.c.fi. Si tñ excõicatus ſit reus, bene põt ſe in iudicio defendere,& ad hoc procuratorẽ inſtituere.de iud.c.intelleximus. & ſm gl. ſi non inueniret procuratorẽ vel fidelẽ, põt ẽt reſpõdere ꝑ ſeipſum:ſecus aũt ſi ſit actor, aut reconueniat.de prob.poſt ceſſionem. & melius de exc.cũ inter.¶ Decimotertiò, obligati ei ex iuramẽto fidelitatis ſunt abſoluti. 15.q.6.non ſanctorũ. & c. iuratos.Vñ ſi qs debet alicui in certo termino,& interim creditor ipſe excõicator,ei ſoluere non dẽt, dũ perſeuerat in excõicatione,ſm Io.de Lig.& Bar.Bri.& Pan.ſed ſm Io. And.deponet debitũ in ædem ſacrã,vt detur abſoluto.Io. tñ & Hug.dicunt,quod ſoluere debet. & credo verius:vt j̃.Excommunicatio.v.§.vlt. dubio 12.¶Decimoquartò,vti nõ poteſt ſacro matrimonij, i. contrahere nõ põt matrimoniũ ſine mortali,ſm Arch.tñ ſm Io. de Lig. tenet ſi contrahat, & debibũ reddere tenetur: exigere verò non debet.licet hoc Arch.non putet mortale.Non poteſt etiã vti ſacro ordinis,i.nõ poteſt ordinare quo ad executionem,ẽt ſi ignoret: vnde ordinati ab excommunicato ẽt ignoranter,imò & occulto,ſm Pet. de Pal. indigent diſpenſatione, quo ad executionẽ ordinis,vt in c.fi. de eo q renun. nec poteſt ordinari quo ad executionem. Vnde qui ordinatur excommunicatus publicè, ſiue ignoret ius, ſiue factum, non ſuſcipit executionem.de ſent. exc. cum illorũ. Et addit Pet. de Pal. quod ratio diuerſitatis in epiſcopo excommunicato occultè, cuius abſolutio in ſacramento pœnitentiæ tenet, nõ aũt ordinatio quantũ ad executionẽ, eſt: quia eṗs ordinando ſe habet vt cã unica cõmunicans,ſ.formã eo modo quo habet: vñ executionem non confert,cum eã non hẽt: ſed in pœnitentia ſe habet vt ęquiuocum inſtrumentum in conferendo gratiã, etiam ſi eam non habet:ideo tenet abſolutio.¶Decimoquintò,non poteſt adminiſtrare temporalia,uel ſpiritualia: ſed tñ tenet contractus ꝑ eum factus nomine eccleſiæ, vel nomine proprio,ſm Io.de Lig.de quo j̃.§.23. & ſubditi tenentur ei obedire,ſm Io.de Lig. quãdiu toleratur ab eccleſia.8.q.8.nonne.alij tñ contrarium tenent.¶Decimoſextò,non valent literæ impetratæ à papa per eum ſuper alio articulo q̃ excõicationis vel appellationis:vt in c.ipſo iure.de reſcr. lib. 6. nec poſt abſolutionem vti poteſt impetratis pendente excommunicatione, & poſt litis conteſtationem opponi poteſt exceptio excõicationis,& eo repulſo ab agendo currit ꝓſcriptio contra eum,ſi eſt in mora petendi abſolutionẽ:& ſi ꝓſcriptum ſit, non dabitur ei reſtitutio. Io.de Lig.Nec poteſt quis pacto tacito, vel expreſſo adſtringi ad participandum ei, niſi in caſibus iure expreſſis.idem.¶Decimoſeptimò,infamis efficitur.6.q.1.infames. ꝙ tñ Bal.refert ad excõmunicationẽ notoriã. ¶Decimooctauò, quia ſm aliquorum eṗorum ſtatuta tenetur ſoluere pro ſingulo die vnũ groſſum anteq̃ abſoluatur.quod quidẽ licet videatur ſimoniacũ ꝑ c.ad noſtrã. & c. nemo.de ſimo.tñ Hoſt.& Io.An.in c. ad aures.de ſimonia.dicunt licitum eſſe, quod verũ eſt intelligẽdo hoc eſſe in pœnã & non in pretium,& vt citius quærat abſolui. ¶Decimononò, condere non poteſt teſtm̃ ſm aliquos;ſed tñ verius eſt,quod poteſt:vt no.Al. in l.j.C.de hę.inſt. & Car.in c.quanq̃. de vſu. li.6.& Pan.in c.ad probandum.de re iud.q a æquiparatur relegato.¶Vigeſimò, ſic decedens non poteſt in eccleſia vel loco ſacro tumulari;quia cui non communicamus viuo, nec mortuo communicare debemus: de ſepul.ſacris,nec pro eo oblatio ſuſcipi, nec publica oratio fieri, ſicut nec pro eo viuo. qđ verum eſt, niſi in eo ſigna contritionis ante mortem apparuerint: quia eo caſu abſoluetur poſt mortem, & fieri poterũt pro eo oĩa prædicta. 24. q. 2. ſanè. ſecreta tñ oratione orari poteſt pro excommunicatis. ſm Pet. de Pal. quod intelligunt aliqui etiam intra canonem miſſæ in memento.vide s̃.Excommunicatio.j.in prin.¶Vigeſimoprimò, eius cadauer non facit locum religioſum, vt cadauer fidelis non excõicati,ſm Io.de Lig.& ſepultum in cœmeterio,ſi diſcerni poteſt exhumatur,ſm Archi. Sed intellige niſi abſoluatur,vt dictum eſt s̃. Abſolutio 3.§.ij.¶Vigeſimoſecundò, non poteſt baptizare ſolenniter paratus,ſed efficitur irregularis ꝑ hoc, ſm Gul. Dur. ſi tamen baptizat aliter, vt in neceſſitate:ſecus eo modo,quo de malo miniſtro dictum eſt,Baptiſmus.3.§.4.

2 † AD maiorem tamen prædictorum euidentiam.23.quæritur vtrum valeant contractus facti per excõicatũ maiori excõicatione? Et dico, qđ multiplici diſtinctione opus eſt. ¶Prima eſt, quod aliquis eſt excõicatus publicè,i.notoriè:alius verò occultè, qui. ſ. ſm cõem opin.hominum habetur pro non excõicato,vel pro abſoluto.¶Secunda eſt, ꝙ ciuile officium eſt duplex.ſ.publicum:vt tabellio,

bellio, tutor, & etiam procurator: quia eius actus eſt cōis: vt in c. poſt ceſſionē, de proba. & priuatū, vt emptor, & venditor. ¶ Tertia eſt; quod officiū publicum eſt duplex, ſ. publicum authoritate & vtilitate, i. quod cōi authoritate fulcitur, & ad communem vtilitatem ordinatur, vt tabellionatus: & publicum authoritate, ſed vtilitate priuatum; vt tutela, q̄ ad priuatam pupilli vtilitatem ordinatur. ¶ Quarta eſt, quod actuum quidā ſunt ſpirituales, i. deſcēdentes à ſpirituali authoritate, vt baptizare, abſoluere. quidam nō ſpirituales: vt emere, commutare. ¶ Quinta eſt, quod actuum ſpiritualium quidam ſunt, in quibus imprimitur character: vt baptizare, ordinare. quidam, in quibus non imprimit: vt abſoluere. & cōferre beneficia. ¶ Sexta eſt, vt ꝙ actum ſpiritualium, in quibus non imprimitur character, quidam ſunt publici, & communes: vt abſoluere, cōferre beneficia, & excommunicare. quidā verò priuati: vt eligere quod licet quo ad capitulum ad officium publicū pertinere videatur: tñ quo ad ſingulares non eſt officium publicum, ſed pertinet ad canonicatum: quia non quilibet canonicus hēt officiū publicū. ¶ Igitur, ſm Rich. in 4. di. 18. ar. 7. q. 1. diſtinguendum eſt de publicè & occultè excōicato. & dicendū eſt, ꝙ ſi quis eſt excōicatus publicè, non valent geſta ꝑ eū. Sed intellige primò de geſtis rōne officij publici authoritate & vtilitate ſimul, vel etiam authoritate ſola: vnde non tenent actus publici, & ciuiles: puta, q̄a tutor exiſtens interponit authoritatem alienandi, ſeu ſuſcepit procuratoris officiū, aut adminiſtrationem bonorum eccleſiæ, aut alienat eccleſiaſtica bona, aut conficit inſtrumenta, ſiue laudum profert, vt arbiter: quia tales actus ſunt publici. Secus ſi cōpromiſſū eſt in eum vt in arbitratorē, ita, ꝙ arbitramētum accipiat effectum ex cōſenſu partium, non ex vi ſententiæ: vt qñ partes ad concordiā reducit: quia talis actus tenet ex conſenſu dicto partium. Ratio prædictorum eſt.

5 † QVIA excommunicatus ſuſpenſus eſt ab omni adminiſtratione rerum eccleſiæ, & ab omni officio, & actu publico, ēt in ciuilibus: vt in c. pia. de exc. li. 6. vbi dr, ꝙ eſt priuatus omnib. actib. legitimis: Intellige primò, qñ eſt notorius. Intellige ſecundò, quantum ad actus ſpirituales, in quibus character imprimit: quia licet teneant quantū ad impreſſionē characteris, nō tñ quantū ad executionem officij, ſi eſt character ordinis. Intellige tertiò, ēt quantū ad ſpirituales, in quibus nō imprimitur character. Fallit autem illud dictum in actibus priuati officij ciuilibus: vt q̄a emit, vendidit, depoſuit, locauit, & aliter ſuo nōie contraxit: quia ſm Inn. in c. veritatis. de do. & cont. oīa talia & ſimilia valent: & pro his excōicatus procuratorē conſtituere pōt ſm aliquos, ad negotia: & conſentit Inn. Pan. ibi dicens, ꝙ iura diſtinguentia inter publicè & occultè excōicatum, procedūt in his, quæ reguntur ratione publici officij ratione publicę vtilitatis: in geſtis verò rōne priuati officij ceſſat illa diſtinctio. Sed tñ in iſtis alia oportet vti diſtinctione, ſm gl. Ray. dicentem, ꝙ tenet contractus, ex quo alter tranſit in alterius ſeruitutē: vt cū quis dat ſe in arrogationē alicuius excommunicati, vel ſe vēdit in ſeruū, aut contrahit matrimoniū cum perſona excōmunicata: in quibus poſſent ſibi inuicem contrahentes cōicare tp̄e excommunicationis: ſicut, inquit, cum quis excommunicatus recipit in monaſterio ad profeſſionē, aut recipitur ab excōicatis: credo ꝙ poſſent inuicē cōicare, ſm ꝙ excōicatis regularibus ſolet ab alijs fratrib. cōicari. In alijs aūt cōtractibus, ēt diſtinguendū eſt: quia, inquit, ſi contrahens non obligat ſe ad cōicandum excōicato, licet mortaliter peccet contrahendo, tñ tenet contractus: vt ſi quis vendat excōicato, & tradat aliquid ſtatī ſumpto ꝓtio. ſi aūt obliget ſe ad cōicandū ei tp̄e excōicationis, vel in caſu nō cōceſſo, nō tenet: vt ſi q̄s excōicato iuret ſe vēditurū ei aliq̄d aut locaturū, aut ſeruiturū, vł hmōi: quia illicitū ꝓmittitur. Si verò iuraſſet ſe facturū aliquas operas, poſt excōicationē teneret: licet ſic iurando peccaret. hæc ex gl.

4 † CVI addo breuius, ꝙ in omnibus cōtractibus ratione priuati officij contrahendo, quis cum excommunicato peccat, quia cōicat: niſi ille eſſet in extrema neceſſitate, vel quaſi. & contraheretur ſuper neceſſarijs ei: quilibet tñ talis contractus ex ſua natura eſt validus de ſe, vt patebit §. ſe. & ex dictis Inn. ſed ꝑ accidens quidē nō tenet: quia tota ꝓmiſſio eſt ſuper illicito: vt qñ promittitur aliquid, ad qd̄ ſequitur excōicatio tota complēda intra tp̄s excōicationis q̄a in malis ꝓmiſſis reſcinde fidē. Si verò excōicatio compleri poſſet, etiā poſt excōicationē; & tempore excommunicationis: tenet pro primo, non pro ſecundo. Vnde dictā glo. quantū ad aliquid nō approbo. Si verò excōicatus ſit q̄s occultè, inquit Ric. tunc valēt geſta eius

pretextu

ſtextu publici officij: quãuis eius excõicatio poſtea fuerit detecta. Et conſentit Inn. & Pan. in d. c. ueritatis. dicens, ꝙ geſta ratione publici officij ualent, ſi excõicatus erat toleratus, ita ꝙ communi opinione habebatur pro non excõicato. l. Barbarius. ff. de off. pto. 3. q. 1. §. utrũ. Ex quo dicto ĩ eo. c. ĩfert.

5 † QVOD ualet alienatio rei eccleſiaſticæ facta per excõicatum toleratũ, & inſtra confecta: & tandẽ concludit, ꝙ geſta ab excõicato tolerato regulariter tenent, fauore iuris publici, & publicę utilitatis: quia dignitas ur̃ exercere, quæ non eſt excõicata, & nõ pſona: per d. l. Barbarius, & hoc cõiter tenetur per doc. Sed tñ ipſe Pan. ur̃ limitare iſta in d. c. poſt ceſſionem. de proba. quia regulariter ſunt uera, ſi officium eſt publicum autoritate & utilitate: ſed ſi autoritate tantũ, non ualent generaliter: quia ſi erat excõicatus tpe aſſumptionis officij, ut quia excõicatus fuit conſtitutus procurator, non ualent generaliter, ſecus ſi fuit excommunicatus poſt conſtitutionem: quia tenent, niſi excipiatur, ut dicit: aliàs aũt ualẽt regulariter, ut dictum eſt. Et hoc intellige ẽt de oĩbus actibus ſpiritualibus, in quibus non imprimitur character, ſi ſunt publici offi. & ẽt in quibus non imprimitur, excepta executione, ut s̃. dictũ eſt: ſunt tñ primi retractandi, ſi is, in cuius fauorem ſunt facti, erat conſcius de excõicatione: ſecus de his, in quibus character imprimitur, modò ſit impreſſus. Imò dicit Pan. in c. ad probandũ. de re iud. de mente Inn. in c. j. de ſchiſma. ꝙ ſpũalia, ẽt ſacra ab excõicatis collata, & ſchiſmaticis, & hæreticis, & ſimilibus in forma eccleſiæ illa cõferentibus hñt omnimodã uim ſuã: ex quo ab eccleſia tolerãtur: & ſic ordinati ab iſtis recipiũt nedũ ſacr̃m, ſed ẽt executionẽ abſq; alia diſpenſatione. Sed gl. ix. q. j. tenet contrariũ, & Io. Cal. quãtũ ad executionem: & ſic s̃. determinatũ eſt. Qui tñ uellet tenere opinionem Inn. q̃ ur̃ ualde æqua, ubi quis nõ põt ſine magna ĩcõmoditate recipere hæc ab alijs, & iſti tolerãtur, & ẽm cõem opinionẽ hominũ nõ ſunt excõicati: ad iura contraria dicat, ꝙ loquuntur de nõ toleratis, & qđ licet nõ habeãt executionẽ, tñ eã conferunt, ut inſtrumẽta Dei, licet mortua.

6 † SED de excõicatione lata ab excõicato occulto dubium eſt, an teneat ratione officij publici. Et Pan. in d. c. ueritatis. dicit, ꝙ poſt factũ ad pœnã irregularitatis uitandã nõ ualeat. Et ſi tenent geſta ex officio publico: multò magis officio priuato, ſi non ſunt ſpũalia: cum ẽt talia teneãt in excõicato publicè: ſi tñ ſunt ſpũalia, ut electio, non tenẽt ẽt in occulte excõicato, ſiue tolerato, ẽm Inno. & Io. And. & Cal. & idem eſt de impetrãte reſcriptum ad proprium commodum.

7 † EST ẽt 24. dubiũ, utrũ excõicatus cõntrahẽdo in priuato officio, in nõ ſpũalibus obliget ſibi alium? Et dico, ẽm Hoſt. ꝙ non: quia contrahendo poteſt, inquit, ſuã conditionẽ deteriorare, non meliorare. unde obligatur alteri, & non obligat ſibi alterum. Sed verius ur̃ quod dicit Inn. ſ. omnes cõtractus initos cum excõicato, ẽt ſcienter & durante excõicatione tenere, & ex eis agi contra excõicatum: licet ipſe durãte excõicatione, agere non poſſit, licet poſt abſolutionem: & ipſum poſſe agere de contractu inito, dum erat excõicatus. 11. q. 3. quoniã multos. in c. ſi uerò. eo. ti. & conſentit Veruec. ac Sum. Confeſſ. eo. tit. q. cxxxiij.

8 † EX prædictis patet, de cã finali excõicationis: quia proxima eſt pœna multiplex: remota, & principalis eſt emendatio.

RVRSVS de excommunicatione quartò, i. de minori in ſe.

1 *Excommunicatio quarto modo conſiderata, i. minor, quid ſit.*

2 *Excommunicatio minor, quo ad eius uim obligatoriam, decem modis hic contrahi dicitur.*

3 *Excõicationis minoris, q̃s effectus prĩcipalis ſit.*

4 *Excommunicatione minori excommunicatus, & irregularis, quo ad beneficij obtentionem, num paris ſint iuris.*

5 *Excommunicatus minore, ſacramenta percipiendo duntaxat, num peccet, an uerò etiam conferẽdo. nume. ſeq.*

1 EXCOMMVNICATIO quartò. i. minor, ut plenius innoteſcat in ſe, & in ſua uirtute, & in ſuo effectu, & quõ contrahatur. Sciendum eſt primò, ꝙ excõicatio minor, ẽm San. Th. eſt ſeparatio a participatione ſacrorum, & quo ad eccleſiã. intellige a participatione paſſiua: quia peccant ea recipiendo, & carent effectu vltimato, i. executione, qñ imprimitur character, uel etiam proximo, quando non imprimitur, unde abſolutus a peccatis ſic excommunicatus tenetur iterum ad confeſſionem in genere, uel ſpecie. Quo ad Deum uerò intellige, ẽt a participatione actiua. ſ. quia conferens ſacra ſic excõicatus ſcienter, peccat mortaliter: ſed non quo ad eccleſiã: quia illa habent oĩmodum ſuum effectum: quia non

eſt iuriſdictione priuatus:vt in c. ſi celeb. de cle. exc. mi. & ideo ſi ſunt excõicati minori, alter alterum poteſt abſoluere, ſm Pan. in c. duobus. de ſen. exc. Vnde alij diffiniunt, ꝙ eſt ſeparatio à perceptione ſacramentorum.

2 † SCIENDVM eſt ſecundò, quantum ad eius virtutẽ obligatoriã, ꝙ ligat & contrahitur quantũ ad Deũ ꝓ quolibet mortali, ẽt occulto. 11. q. 3. audi. inquantũ tali nõ licet participare in ſacris actiuè, vel paſſiuè: ſed quo ad eccleſiã, q̃ priuat aliquo effectu ſacrorũ: puta, executione ordinis, ẽt poſt contritionẽ, ante abſolutionẽ, & validitatem abſolutionis ſacramentalis: qñ excõicatio eſt ex parte ſuſcipiẽtis, incurritur ipſo iure multis caſibus. Primò, cum quis communicat excõicato in caſibus non conceſſis. ¶ Secundò, cùm quis ſacrilegium committit. 17. q. 4. miror. & c. ſi quis inuentus. ibi, donec in conuentu admonitus. & generaliter qñ violatur eccleſiaſtica immunitas: vt in c. cum pro cã. eo. tit. iuncta gl. in c. canonica. 11. q. 3. Aliquando tamen per ſacrilegium incurritur maior: vt ſi inferatur iniuria eccleſiaſticæ ꝑſonæ: vt in c. non dubium. eo. tit. vel ſi incendatur, aut frangat̃ eccleſia: vt in c. conqueſti. eo. tit. Tertiò, cùm quis præcipuè clericus, eſt notorius fornicator, vt ĩ c. veſtra. de coh. cle. Et hic ſm Hoſt. & Io. An. celebrando efficitur irregularis. Oppoſitum autem ſentit Inn. in d. c. ſi celebrat. ſed Pan. ibi dicit, ꝙ tota difficultas conſiſtit in videndo, an ſit directè ſuſpenſus ab homine, vel canone in pœnã, an certè ſit ſuſpenſus indirectè, quia alij prohibentur ab eo audire diuina, vt facilius reſipiſcat. Et refert ſe ad no. in d. c. veſtra, vbi concludit, ꝙ efficitur irregularis notorius fornicator, & indubitabilis, aliàs ſecus. & de hac materia ſ. Clericus. 2. §. & ĩ. Irregularitas. §. 14. ¶ Quartò, cùm quis eſt ſimoniacus: vt in c. tanta. de ſimo. hodie tñ in caſu iſto, vr̃ excõicatio maior: vt patet ꝑ extrauagantes Martini quinti, & Euge. quarti. ſed de hoc ĩ. Simonia. §. 19. ¶ Quintò, cùm quis recipit eccleſiã de manu laici. 16. q. 7. ſi quis deinceps. & tã is q dat, q̃ is qui recipit, dẽt excõicari maiore: de iure patro. præterea. Dicit tñ glo. Ray. ꝙ quantum ad iſtũ caſum illi iuri derogatur in multis partibus per contrariã conſuetudinem: quia reges, & principes in aliquib. eccleſijs dant decanatus, & alios ꝑſonatus, & ꝑbendas: & illi, quibus dant, per epm non inſtituuntur. hæc gl. Sed hæc conſuetudo non excuſat, cùm ſit mala 8. di. mala. imò potius grauat: quia eſt contra eccleſiaſticã libertatẽ: & conſequenter, vt vr̃, inducit ſententiã maioris excõicationis contra ſeruantes, aut ſeruari facientes: vt in c. nouerit. eo. tit. ¶ Sextò, ſm quoſdã, qñ quis in bello iniuſto exercet artem baliſtariorũ, vel ſagittariorum. de ſagit. artem. ſed ibi non fit mentio de excõicatione maiori vel minori: ſed prohibetur illa ars ſub anathemate. ꝙ ꝓpriẽ eſt excõicatio maior. Sed ſm gl. non eſt canon latæ, ſed ferendæ ſententiæ: & intelligitur in bello iniuſto. Veruntñ, quia bellum iniuſtum ſi ſit notoriè iniuſtum, eſt crimen notoriũ: ideò tunc incurritur excõicatio minor, iuxta dicenda in caſu 9. ¶ Septimò, in diſſidentibus, & pauperũ oppreſſoribus, manifeſtis raptoribus, publicis vſurarijs, & meretricib. qui largè dicuntur excõicati, inquãtum oblationes eorũ ad altare non recipiũtur. & intellige in omnibus his; qñ ſunt publici. ¶ Octauò, in his, quib. denegatur eccleſiaſtica ſepultura, de qua ĩ. Sepultura 4. vt ſunt, qui in torneamẽto moriuntur: quia nõ ſepeliuntur in cœmeterio, ẽt ſi pœnituerint: vt ĩ. Torneamentum. §. j. & idem dici poſſet de eo, q non confitetur ſemel in anno. de pœ. & re. omnis. ¶ Nonò; in quolibet notorio peccatore. di. 88. neq;. & di. 95. illud. 13. q. 2. pro obeuntib. de conſ. di. 2. pro dilectione. Omnes prædictos caſus ponunt Ray. & Inn. qui ẽt concorditer dicunt, ꝙ in eis abſolui quilibet põt à proprio ſacerdote, i. ſm Hoſt. ab eo, qui abſoluere poteſt à peccatis. & hoc etiam ſi ipſe eſſet excõicatus minori: vt in d. c. duobus. eo. tit. non aũt ab alieno: vt extrà eo. nuper. & idẽ S. Th. in 4. diſt. 18. ¶ Decimò, infligi poteſt minor excõicatio ab epo, & quocũq; eccleſiaſtico inferiori. ext. de off. or. ab eccleſiarum. & hoc ſiue pro contumacia: vt 5. q. 2. præſenti. & 2. q. 2. audi. ſiue etiam pro alijs culpis: item ſiue ſimpliciter: vt de pœn. diſt. j. in actione. ſiue ad tempus. diſt. 87. tanta. Sed tamen hodie ab homine non eſt in vſu.

3 † EST ẽt ſciendũ tertiò, ꝙ effectus minoris excõicationis principalis eſt, ꝙ talis remouetur à participatione ſacrorum: & ſi ſe immiſceat, peccat mortaliter, licet nõ incurrat irregularitatẽ, ẽt ſi celebret: peccat ẽt ſacra conferendo: licet ab eo collata non careant virtutis effectu. Non ꝓhibetur aũt eligere nec exercere ea, q̃ ſibi competunt rõne iuriſdictionis: ſed tamẽ ſi talis electus fuerit ſcienter, irritanda eſt electio eius: vt in c. ſi celebrat.

celebrat.de cle.exc.mi.vbi dicit Pan.ꝙ eſt ĩhabilis ad conſequendũ officiũ, adeò ꝙ electio de tali facta non valet:& ſm Inn.nec dignitatẽ, nec canonicatum conſequi poteſt, niſi prius pœniteat, & abſoluatur. Et ratio ibi ĩ tex.redditur:quia eligitur ad ſuſceptionem ſacrorum:qua priuatus eſt. Ex quo elicitur,ꝙ prohibitio omnis actus impedit oẽs, per quod venitur ad illũ.l.oratio.ff.de ſpon.

4 †CIRCA prædicta, dubia nonulla conſurgũt.¶Primũ eſt, vtrum ſit ſimile de excõicato minore,& irregulari,quo ad bñficium obtinẽdũ?Et dico,ꝙ gl. Ray.dicit colligi ex ſupradictis,ꝙ excõicatus minore, põt excõicare,& abſoluere:& ſi fuerit electus ignoranter,valet electio,modò ignorantia fuerit ꝓbabilis:ſed ſi fuit craſſa,& collatũ ſit ei bñficiũ,indiget diſpenſatione, vt illud retinere poſſit:& idẽ dicit eẽ de interdicto ab ingreſſu eccleſiæ,& officio diuino:de irregulari verò,q̃ bñficiũ recepit,dũ eſſet irregularis: puta,ꝙ impetrata diſpenſatione ſuꝑ irregularitate,alia nõ indigeat:nec eſſe ſimile de excõicato,vel ſuſpenſo ſñia hominis,vel iuris: q̃a irregularitas non eſt, niſi quoddã impedimentum ex defectu ſacri, vel canonica inſtitutione proueniens. Sed quibuſdã alijs vr̃ eſſe eadẽ ratio in irregulari: quia ſimiliter eſt inhabilis ad executionẽ officij ſine diſpẽſatione:vt in c.cũ illorũ. de ſen. exc. Et iſta eſt rõ,q̃ vr̃ ponderari in d.c. ſi celebrat. & quia ꝓꝑ officium datur beneficium. de præb. cũ ſm.Sed primum eſt verius:quia iſta inhabilitatio excõicati eſt in pœnã peccati:irregularitas aũt poteſt eſſe ſine culpa: & irregularis non eſt ſeparatus à perceptione ſacrorũ: licet celebrare non poſſit.Gl.etiam in d. c.ſi celebrat.dicit,ꝙ etiam ſi eligatur ignorãter, non valet electio: quia ignorantia eligentiũ non habilitat illũ.Sed primum eſt verius: tũ quia quaſi clarè habetur ex tex.qui non ſpecificaret de electione ſcienter facta, niſi aliter ſentiret de oppoſita:tũ ẽt quia aliter ſequerentur infinita ſcandala:vt ſi confirmata electione ignoranter facta, diu pòſt excõicatio detegatur:quia non tenebunt abſolutiones factæ ab eo in foro animæ,nec pacta facta nomine eccleſiæ,& hmõi.

5 †SECVNDVM eſt, vtrũ excõicatus minore peccet ſolùm ꝑcipiẽdo ſacr̃a? Et dico, quod ſm Inn. peccat etiam ea conferendo: licet ſubditi ab eo recipere non prohibeant̃. Hoſt. verò dicit, ꝙ conferendo non participat,i.partem capit:quia non ad ſuã,ſed aliorum,vtilitatem cõfert.qđ ſic nõ eſt intelligẽdum,quaſi Hoſt.velit dicere, ꝙ non peccet: quia tex.eſſet expreſſe in cõtrarium, in d. c. ſi celebrat.Sed vult dicere,ꝙ illud participiũ non eſt illud quod eccleſia prohibuit, ſed illud, quo percipitur aliquod ſacr̃m. quod ẽt Io. de Lig. clarius exprimit dicens, ꝙ eſt ſeparatus à participatione ſacramentorũ paſſiua tantùm: ita quod recipere non poteſt ſacramenta. quod etiam dictum non ſic eſt intelligendũ, quaſi non ſit ei prohibita participatio actiua, i. collatio ſacrorum: ſed quiá nõ eſt ei prohibita in ordine ad alios, quaſi non habeant omnem ſuum effectum.quod eſt eſſe ſeparatum,quo ad Deum,nõ quo ad eccleſiã.Gul.autẽ ſeparationẽ à participatione paſſiua extendit vſq; ad oſculum pacis in miſſa,quod eſt loco cõionis.Sed hoc Pet.de Pal.in di.18.4.rationabiliter improbat.quia eſt,inquit, ſeparatus à participatione ſacrorum,non aũt diuinorũ.Vnde põt eccleſiã officiare,& audire miſſam,& ad oſculum venire:qđ oſculũ eſt benedicti panis datio: ideo ſucceſſerunt loco cõionis, vt ad iſtã non admitterentur indigni.Et intendit Petrus,& indigni ſacramento admittuntur ad iſta quæ pro eis excogitata ſunt,tanquam minora.

6 †TERTIVM eſt,vtrũ talis eccleſiã poſſit intrare? Et dico, ꝙ circa hoc multi doct. ſcrupuloſe ſcripſerunt Canoniſtarũ more tutiorẽ viã conſulentes:q̃a Ray.dicit,qđ eccleſiã põt intrare ad orandũ,ꝑſertim nõ conſecratã,& vr̃ nõ peccare:licet tutius agat non intrando,& forſitan ẽt ad horas dicendas cũ alijs,dũ tñ non ad miſſam:aut ſi ad miſſam, nõ ad oſculum, ꝙ eſt quaſi loco cõionis. Et idẽ Gof.dicẽs, ꝙ audire põt diuina ꝑter miſſam: ſed ſecurius facit abſtinens ex deuotione. Multi ẽt alij ſimilia ſcripſerunt, ſed veritas eſt quã docet Pet. de Pal. dicens,ꝙ eſt ſeparatus à ſacr̃is,nõ à diuinis: vñ intrare põt eccleſiã, & ad miſſam audiendã,& horas cũ alijs dicẽdas.qđ ẽt Gul.cõcedit,& ad oſculũ pacis,quod Gul.negat.vnde & gl. Ray. dicit quod etiã miſſę poterit intereſſe, modò ibi non communicet.Põt ergo iſte cũ alijs participare in diuinis,& à fortiori in ciuilibus.

RVRSVS De excõicatione quintò,i.de participatione cum excommunicatis.

1 *Excommunicatio minori communicans aut participans,nullam ſententiã,aut peccatum incurrit. Ea enim in tertiam non permeat perſonã.ſecus ſi maior. Et quid ſi maiori excommunicatus parti ſatiſfecerit, aut cum illa aliter conuenerit non-*

*dum tamen abſolutione accepta. Et quid dum ad curiam abſolutionis petendæ cauſa proficiſcitur.*

2 *Vitari num debeant hi, de quibus excõicati ne ſint, a doctoribus dubitari ſolet. Et quando. Item quæ excommunicatis denegatur, vſq; ad nu. 4.*

3 *Sacerdos ſi miſſa incœpta occultũ excommunicatum in eccleſiam ingreſſum deprehendat: an miſſam dimittere debeat. Et quid ſi ſit publicus, quid tum ſacerdos efficere debeat.*

4 *Participatio, & communicatio cum excommunicatis, num aliquando licita ſit, & quibus caſib. Et ibi, quod quinque caſibus, hoc verſ. contentis: Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe. quæ hic fuſe explicantur.*

5 *Communicatio omnis cum excommunicato quæ fit pro damno communicantis vitando, communicantem excuſat. Et an excommunicatis humanitatis gratia aliquid dandum ſit.*

6 *Communicatio reſpectu eorum, quæ ſupra dicuntur: Orare, vale, &c. quot caſibus illicita ſit: & in quid incurrant communicantes.*

7 *Excommunicati non denuntiati, an hodie vitari debeant. Et in hoc refertur concilij Conſtãtienſis conſtitutio, quæ gratioſa & miſericors eſt.*

8 *Ciuitas vel collegiũ, an excõicari debeat. Et tum qualis publicatio eſſe debeat. Et qualis reſpectu interdicti & ſuſpenſionis aduerſus cõitatem.*

9 *Interdictum eccleſiaſticum non publicatum, an quis obſeruare teneatur. Et quid ſi ciuitas ſit interdicta. Item quid ſententia generaliter lata.*

10 *Papa aliusue prælatus, num excommunicato a ſe, ſuisue inferioribus communicantes, excõicationem incurrant. Et an õia quæ in Apoſtoli doctrina ſunt proprie ac ſtricte de iure diuino ſint. Et in quib. Papa diſpenſare nequeat, & in quib. ſic.*

11 *Delegatus num maiori excõicatione, eos excommunicare queat, qui a ſe excommunicato participãt.*

12 *Vendendo, aut emendo, num quis cum excommunicati ſeruo contrahere poſſit: & an ab vxore, vel familia excommunicati aliquid accipere. nu. ſeq.*

14 *Prædicatores num paſſim cum excommunicatis participare queant: & ab his aliquid accipere: & id quibus ex cauſis.*

15 *Legatum ab excõmunicato, an licite accipiatur. Et quid de mortuarijs ab huiuſmodi datis.*

16 *Fratres, num eo caſu, de quo hic, eleemoſynas recte accipiant.*

17 *Patres ac domini, ſi filiis ac ſeruis excommunicatis participent, num excuſentur. Et in quibus licitè communicent eis, ac participent. 11.*

18 *Vaſalli dominis excommunicatis communicantes, num aliquam excuſationem promereantur.*

19 *Iudicibus, ac rectoribus excõicatis in iudicio conſiſtendo, an quis licite communicet. Et ibidem, quandoque requirere non modo licet, ſed & neceſſe eſt: quanquam in certis caſibus communicatio licita non ſit.*

20 *Epiſcopus ſi excommunicato a ſe in crimine dãnato, vel crimino ſo communicet, num eandem ſententiam incurrat.*

21 *Qui iuramento adſtrictus eſt certo termino ſoluere: an ſi ille cui adſtrictus eſt, interim excommunicetur, eidem ſoluere teneatur.*

22 *Participando ac cõicando in diuinis, excõicatis, an ſemp eadẽ ſnĩa, aut ẽt maior incurratur. Et quid ſi in his cõicatio ꝑ metum fiat. nu. ſeq. Et ibidem an prælatis morem, aut verbera ſubire præcipientibus, obedire ſubditus neceſſe habeat. n. ſ.*

24 *Sacerdos, cui iudex aliquem excommunicatum denuntiare mandat, nũ mox viſis literis, eundẽ vitare teneatur. Et excõicatus qualiter vitandus ſit. nu. ſeq. Et quem ſemel excõmunicatum ſciuero, num is ſemper & vbiq; vitandus ſit. nu. 26.*

27 *Excommunicati domo, num mihi vti liceat. Et aliquem excommunicatum eſſe, quomodo credere debeam, vt exinde eundem deuitem. nu. ſeq.*

29 *Participationis cum excommunicatis prohibitio, an ad mortuos quoque extendatur.*

1 EXCOMMVNICATIO † quintò, quo ad participationẽ cũ excõicato, vt plenius innoteſcat, ſciẽdũ eſt primò, q̃ excõicato excõicatione minori participãs, nullã ſnĩam incurrit, uel peccatũ: & hoc eſt q̃ cõiter dr̃, quod excõicatio, ſ. minor, nõ tranſit in tertiã perſonam. 11. q. 3. q̃m multos. ſed excõicato excõicatione maiori non licet participare, vel communicare cũ alijs fidelibus, vt dictum eſt, Excommunicatio. 3. nec ẽt licet alijs cõicare cũ eo: quia, ſicut dicit Fabianus papa, apoſtoli ſtatuerunt dicentes cũ excõicatis participandũ non eſſe. 11. q. 3. ſicut. & idem habetur in duob. c. ſequentibus. & contrafaciens, ſtatim eſt excõicatus ipſo facto, vt ibi in c. cũ excõicato. & hoc aliq̃n maiore, aliquando verò minore: vt ĩ. Et hoc participando ante eius abſolutionẽ, ẽt ſi compoſuiſſet cũ aduerſario, vel ſatisfeciſſet pro iniuria: ẽt ſi vadit pro abſolutione, aut non ſit adhuc denũtiatus. extrà eo. cum deſideres. ſm Ray. Sed intellige iuxta dicẽda ĩ. §. 4. Imò etiam ſi iam iuraſſet ſtare mandato alicuius epi ante abſolutionem participans, ẽt ſi eſſet ipſe eps qui excõmunicauit, incidit: quia nec participare illi poteſt ipſe, nec participandi licentiã dare. extrà eo. nuꝑ. 11. q. 3. excõicatos. Eunti tñ ad curiã pro abſolutione vendi põt, & pretium recipi, & cõicari in pertinentibus ad vitam, ſm Piſa.

†ADDE

4 † ADDE tñ ex S. Th. in quoli. 4. ꝙ hi, de quibus dubitur à doctoribus an ſint excõicati, vitari non debent, niſi poſt ſnĩam non ſuſpenſam appellatione. Sunt aũt, ſm S. T. i 4. di. 18. & ſm alios Theolo. & Cano. ea, in quibus participatio aliàs licita, non tenet, q̃ his verſibus continentur. Si pro delictis anathema quis efficiatur, Os, orare, uale, cõio, menſa negatur. ¶ Os, inquã, negatur primo, i. oſculum, ſm S. Th. & conſequenter locutio, ſm alios: q̃ ſolet eſſe inter amicos: ſub qua comprehenduntur, ſm Gul. & Hug. in c. qm̃ multos. 11. q. 3. etiam literæ receptæ, vel miſſæ, & nuntij, & munera, quæ, vt idem Gul. dicit, qui ab excõicato recipit, reddere non tenetur: ſed ex conſilio ſunt danda pauperib. vel remittẽda ad ruborem excõicati. ¶ Et ſecundò, orare, ſ. cum eo negatur, vel prohibetur. Et per orare, intellige non ſolũ participare in diuinis & ſacramẽtis, ſed ẽt audire orationes, vel diuina: unde ſi eccleſiã ingreſſus ibi ſe firmat, alij tenentur aut exire, aut exitũ eius ꝓcurare, ſi eſt excõicatus publicè, ſm Ray. 11. q. 3. ſicut apoſtoli. & ĩtellige ſi intrat cã orandi vel audiendi diuina. Si verò occultè, quia. ſ. à paucis ſcitur, & non cõiter: q hoc ſciunt, exibunt ſecretè & cautè ſi poſſunt, vt eius manifeſtatio nõ ſequatur: aliàs nõ exibunt. 6. q. 2. ſi tantũ. q̃ tñ ſm Inno. non ſunt intelligẽda, ſi in eccleſia ſit non cã orãdi, ſed pro alio negotio: quia tunc, inquit, nõ video quare orare non poſſim in eadã eccleſia: licet contrariũ teneat Ho. Non intelliguntur etiam prædicta de prælato hoc ſciente ſm aliquos, quia debet eum ſecretò monere: & ſi non audit, publice increpet quando hoc poteſt probare: quia iſte uidetur eſſe ordo in correctione fraterna inſtitutus à dño.

5 † CIRCA miſſam tñ ſm Ray. nota, ꝙ ſi ea incœpta intrat, & eſt occultus: ſacerdos miſſam dimittere non dẽt. 7. q. 1. nihil. Si verò eſt publicus, moneat eũ publicè: & ſi non vult exire, nec cõmdè põt expelli, & canonẽ ſacerdos nõ inchoauit, anteq̃ illum viderit, miſſam dimittatur, ar. 24. q. 1. omnis. & canonẽ dico incipere à Te igitur: ſm Arch. de conſ. di. 2. de hymnis. licet ſm aliquos Ho. & Inn. teneant ꝙ à conſecratione. Si verò iam canonem inchoauerit ſacerdos, procedat in officio ſimul cum ſibi aſſiſtente, alijs omnibus exeuntibus. Et finito canone ac ſumpto ſacramento antequam dicatur poſtcommunio, moneat eum vt exeat: de conſ. di. 2. relatum. & concordant Hoſ. & Goſ. Quòd ſi non vult exire, poteſt eijcere eũ, etiam ſi ſit clericus. Sed limita, ſi hoc põt ſine ſanguinis effuſione. ar. extrà, eo. veniens. Aliter recurrere põt ad brachiũ ſeculare, ſm Sup. ẽt ſi videat futurã ſanguinis effuſionẽ. ar. extrà, de homi. poſtulatio. ſm Hoſt. Sed hoc Sum. Ang. eiuſdẽ ordi. negat. & Roſ. non tenet, & valde rationabiliter: quia ſi non debeo exponere ſanguinẽ meũ pro non participando in diuinis, vt dicet: multo minus licet fundere alienum, & violare locũ ſacratũ. Et ſi eijci non põt, in ſacriſtiã rediens dicat orationẽ & poſt cõionẽ, & q̃ reſtabant, ſm Hoſt. & Goſr. ¶ Et tertio aue, i. ſalutatio, ſub qua ſm S. Th. nẽ includi locutio. & ſm alios etiam reſalutatio prius ſalutantis includitur. Imò ſi ei licitè ſcribatur in caſibus, de quibus ĩ. non eſt ſalutandus, ſed loco ſalutationis ſcribatur. ſpiritum conſilij ſanioris. ſm Arch. Si quis tamen ab eo ſalutatur, reſpõdere poteſt: Deus uos emendet, vel hmõi, ſm Arch. Si aũt ſalutanti quis aſſurgat, uel exhibet reuerentiam, aut inclinat, aut mouet labia, quaſi reſalutãs, nihil tñ dicens ſm Gul. non incidit: quia pœnæ ſunt reſtrtngendæ. de pœn. diſt. j. §. pœnæ. & in reg. odia. lib. 6. Et ita determinat Sum. Ang. Sed Dir. lib. 3. tenet ꝙ per hæc incurratur excommunicatio minor: & in effectu idem tenet Gul. de mon. Laud. & Zenze. & Step. & Car. & Im. cle. ſi. de ſen. exc. Et ita determinat Sũ. Ro. Et hoc eſt verius: q a iſta ſũt q̃dã ſalutatio, nõ verbo, ſed opere: & cõicatio q̃dã, q̃ gñaliter prohibetur, ẽt tacendo, vt in oratione vel cibo. 11. q. 3. excõicatus. & c. qui cõicauerit. & c. ſicut apoſtoli. Et ꝙ dr de motione labiorũ, eſt ridiculũ: quia eccleſia non intendit prohibere ſalutationẽ interiorẽ, quæ in charitate interiori conſiſtit: ſed exteriorẽ ad punitionẽ rei, & terrorẽ aliorũ. ¶ Et quartò cõio, ne. ſ. quis ei cõicet. puta cooperando in aliquo exercitio: vel habitando in domo cũ excõicato. Si tñ ego & ille ſumus in vna domo vel camera ꝓ diuerſis negotijs: nõ participo, ſm Inn. i c. nuper. eo. ti. ſecus ꝓ eo. Et idẽ eſt ĩ alijs actib. cõuerſationis habendæ, ꝑcipuè legitimis: vñ nullus ꝯhere dẽt cum eo: licet teneant aliqui contra ctus, iuxta dicta s. Excommunicatio. 3. §. 22. Et ſi quis iuraſſet alicui ſoluere in certo termino, & interim excommunicatur: non debere, ſm Ray. ante abſolutionem ei ſoluere, ſed debitum in æde ſacra deponere. Inn. tñ conſuluit quod ſoluat. Sed de hoc ĩ. §. 4. dub. 12. Si etiã quis accipiat ab eo mutuũ, uel

vel ab eo conducat aliquid pro pretio reddendo tpe excõicationis, ipſum ptium uel mutuum, quo ad ciuilem obligationem, ex qua naſcitur actio, & põt repeti, non redditur niſi poſt abſolutionem: tñ obligatur ei quo ad naturalem obligationem. Ho. quod dictũ non impugnat Inn. ſed exponit: quia hoc eſt dicere, qđ talis reddere tenetur: ſed excõicatus agere non poteſt ad redditionẽ. Si ẽt pſbyter ſuas operas alicui domino locauit tpe quo erat excõicatus, locatio non valuit: ſecus ſi ante: ſed nõ poterit ei ſeruire in diuinis pmanenti in excõicatione Ho. In prædictis, ẽm Gul. non excuſat in caſu non conceſſo familiaritas, niſi illa, de qua in c. qñ multos. 11. q. 3. nec pudor, uel ſcãdali timor. ſed ſemp q̃s peccat venialiter aut mortaliter: & excõicationẽ incurrit maiorẽ vel minorẽ. ¶ Et quintò mẽſa, i. comeſtio in mẽſa eadem: ſub qua intelligitur ẽt quies in eodẽ lecto: unde ſi ſuperueniat menſæ, in qua mãduco, ẽt in aliena domo, teneor ſurgere, ẽm Gul. ſi eſt publicè excõicatus, & ſimiliter ſi occultè, & ſine eius nota poſſum declinare, non aũt cum nota eius, ẽm Arch. Non teneor tñ exire domum, etſi ſit publicus, imò poſſum adire hoſpitium, in quo manducat: modò poſſim ei pp loci capacitatem non cõicare: imò ẽm Inn. poſſum cum eo in eadẽ camera, etſi non in eadem menſa, comedere. Si tñ inuitatus ad conuiuium aut feſtum inuenio excõicatum publicè, non poſſum ibi epulari, ẽt in mẽſa alia: quia ẽm Gu. oẽs ſic conuenientes dicuntur cõicare. Similiter incidit qui relinquit clauem & domũ ei uenienti ad domum comedere: uel pmittit eũ in alia menſa comedere, faciens hoc in fraudem pp eius fauorẽ acquirendum, uel ne illũ offendat: nõ aũt ſi facit hoc quia timet ne uim ſibi inferat, uel cã humanitatis: quia putat eum hoſpitio uel alimẽtis indigere. & de hoc facit proteſtationem Gul.

4 † SCIENDVM eſt ſecundò, ꝙ non obſtãtibus pdictis participatio cum excõicato in pdictis aliqñ eſt licita: quia Greg. in c. quoniã multos. 11. q. 3. ſubtrahit a minori excõicatione multos participantes excõicato maiore, qui in iſto uerſu comprehenduntur: Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe: Hæc anathema faciunt ne poſſit obeſſe, Vnde excuſat primò utilitas, i. participans utiliter, i. pp vtilitatem, quæ, ſ. eſſe põt ex parte ipſius participantis in temporalibus, ut cum ab eo petit ad quod ille tenetur ei: extra eo. ſi verò. Vnde põt illum in iudicio cõuenire. aliàs ex ſuo delicto commodum reportaret. de iudi. intelleximus. & ſimiliter in ſpiritualibus, ut loquendo de ſalute animæ ſuæ, petendo cõſilium, ſi eſt neceſſitas, & ad alium recurrere non poteſt. Gul. imò ẽm eũdẽ, conſilium petere põt in neceſſitate, ẽt de temporalibus: quæ tñ neceſſitas arbitrio boni uiri limitabitur. Sed tñ ẽm Ray. in hoc habenæ laxãdæ non ſunt, ſed diſcretè, & ſolum cũ intentione utilitatis cõſequendę. Poteſt ẽt eſſe ex parte excõicati, ut loquendo de ſpectantibus ad abſolutionẽ eius, & ſalutẽ animæ: licet alia incidenter interponantur, ẽm S. Th. ut magis proficiat. 11. q. 3. cũ excõicato. & facit c. cum voluntate. eo. tit. Vnde & ad pdicationem põt admitti: de cõſe. di. j. eps. extra eo. reſponſ. Per quẽ modũ licet prædicatoribus ab excõicatis eleemoſynas accipere, qñ apud eos in pdicationibus, & confeſſionibus cõuerſantes, quaſi gerunt cãs expoliatorum, pſertim ſi in locis illis ſuſtentationem habere non valeant, extra eo. cum uoluntate. & ẽm Ho. ẽt extra caſum neceſſitatis, dum ſperant probabiliter de proficiendo eis, ſed tñ pro eorum ſalute tamdiu participare poſſunt, quamdiu correctionem ſperant probabiliter, & non plus. ¶ Secundò excuſat lex. ſ. matrimonialis, qñ ſcilicet de matrimonio conſtat. 11. q. 3. quoniã multos. Sed tñ diſtinguendum eſt, quia ſi ſnĩa eſt lata in alterum coniugum pp matrimonium illicite contractum, neuter põt participare cum reliquo. Si uero lata eſt pp aliud delictum, uterq; excuſatur, quo ad redditionem debiti. Ho. Goſ. Ray. Imò ẽt quantum ad eum, qui non eſt excõicatus, quo ad petitionem debiti matrimonialis. & cuiuſlibet alterius, cum ab excõicato debitum peti poſſit. ext. de iudi. intelleximus. In alijs uero, ẽm oẽs, excuſatur vxor ſi cõicet marito, non aũt, ẽm Verucc. ſi cõicet excommunicato, cui cõicat maritus, uocando eum ad menſam, poterit tñ in eadem domo in alia menſa comedere, ita remotè, quod non dicãtur ſimul comedere. Vtrum aũt, & vir ſi cõmunicet vxori excõicatæ? dicit Sum. Ange. ꝙ ẽm aliquos, non excuſatur. Sed tu, inquit, tene quod ſic: quia vir & vxor ad imparia non iudicantur extrà, de diuor. gaudemus. Sed limitat, qñ eã corrigere nõ põt, & ſuſcipit ab ea neceſſaria: ſi tñ cum ſit caput eius, 33. q. 5. eã ad abſolutionẽ nõ inducit, vt tenetur, peccat mortaliter. 2. q. 7. negligere, & incidit

ꝙ non gaudet:quia ſatis eſt,ꝙ ſemel aſſumpſerit ſibi uitã laicalẽ profeſſione.ut in regula,quod ſemel.de reg.iu.li.vj.Sed alij uerius dicunt contrariũ:quia.ſ.iuſta pœnitentia nemini eſt auferenda.2.q.7.ſi quis libellos. Et faciũt notata per Inn.in c.fi.de ui. & hone. cler. dicentem, ꝙ clerici priuilegio priuati ꝓp ſe immiſcere negociationibus,illud reaſſumunt dimittẽdo & cõſentiunt Io. Mo. & Arc.Et hãc opi.probat cle.j.de ui.& ho. cle. rectè intellecta, in qua dr̃, quãdiu in p̃miſſis exiſtant uel inſiſtãt, eo ipſo amittãt. qđ ſm uerũ intellectum ad omnia ibi p̃miſſa refertur:ut in c.j.& c.ſecũdo requiris. de app. qđ ẽt confirmatur: quia illa conſtitutio eſt pœnalis:ideo in dubio recipere dẽt interpretationem mitiorẽ.Io.de Lig. ¶De clerico uerò depoſito ſiue degradato,dicit Hu. & Io. de Lig.& Ho.ꝙ gaudet.Cõtrariũ aũt tenuit Bar.Brix.qđ vr̃ probari per c.degradatio.de pœ.li.6.& extra.de iud. cũ non ab homine. Su.aũt Con.li.3.tit.33.q.35.limitat, ꝙ non gaudet depoſitus ſeu degradatus traditus curiæ ſeculari. Io.uerò And. & Pan.in c. ex parte.de cle.cõiu.limitãt de depoſito actualiter.& eſt eadẽ limitatio,ut credo: quia, inquit Pan. depoſitus actualiter incõtinẽti ꝑ actualem degradationẽ clericale priuilegiũ perdens, efficitur de foro ſeculari:non autẽ in depoſitione uerbali,niſi ſit incorrigibilis: quia tunc ẽt perdit illud ſm cõem lecturam in d.c.cum nõ ab homine.Vide s̃.Degradatio,& j̃.§.ſeq. & §. v. ¶De promoto uerò ꝑ ſaltum, dicendũ eſt, ꝙ gaudet:quia characterem recipit. ¶De excõicato uerò quidã dicunt, ꝙ nõ gaudet per c.excõicatorũ. 23. q.5.& 2.q.1.multi.Sed uerius cõtrariũ ſentit opinio cõis:quia retinet ordinẽ, ratione cuius immunitas inducta eſt : durante autẽ cã,durat effectus.ex v.Metaph. & hoc tenet Io.& Am.Gof.Inn.& Io.And.& Spec. ¶De ordinato aũt nõ baptizato,dico,ꝙ nõ gaudet:quia non recipit characterẽ,ſm S.Th.& idẽ dico de ordinato coacte coactione abſoluta.extra. de bapt.maiores, in gl. Similiter nec ordinatus coacte coactione cõditionali,niſi poſtea expreſsè,uel tacitè ratificet, ſm Io. de Lign. Sunt multæ aliæ perſonæ gaudentes hoc priuilegio, ut mulieres canonice pœnitentes ſolenniter,templarij,hoſpitalarij,milites gaudentes, & huiuſmodi : de quibus s̃.Eccleſia.j.§.v.

5 †SCIENDVM eſt tertiò, ꝙ hoc priuilegio clerici gaudẽt,ẽt ſine uiolentia manuũ iniectione in multis caſibus iniurioſis: ita,ꝙ inferens iniuriã,incidit in iſtũ canonẽ. ¶Primò cum quis percutit clericũ ſubijciẽtẽ ſe ſpõte uerberibus ꝓ emenda. extra. eo. contingit.el j.de quibus s̃.Euchariſtia. quia ut dicit Ray.talis ꝑcuſſio,etſi nõ ſit uiolẽta, tñ eſt iniurioſa ſaltẽ ordini clericali,in cuius fauore ꝓmulgatus eſt canon.Et in hoc concordãt quaſi oẽs.Ipſe uerò clericus ſe ſubijciẽs ſm Ray.eſt excõicandus, ut ibi, & conſentit Pa. ibi. ¶Scđò cũ quis clericũ retinet vĩculatũ,aut carceratũ carcere publico , uel priuato,aut cuſtoditũ,quia incidit,ſm Ray. vt j̃.§.vj.dubio.v. qui uerò illũ retinet modico tpe ẽt inuitum & renitentem, ut auertat a flagitio,ſm Verue.non peccat,citra tñ iniuriam percuſſionis.Vnde quilibet poteſt eum capere & ligare,modò q̃ primum reſtituat ſuo prælato.Et ſatis concordat Inn. in c.ſi uerò.el j.eo.tit. & Hoſt. Et idem eſt ſm Pan.in d.c.ſi uerò.ſi familia poteſtatis inueniat ipſum de nocte: quia contra eum eſt p̃ſumptio ne uelit facere ali quod malum. de off.dele. conſuluit. quod intelligo niſi probabiliter conſtet uel dubitetur de oppoſito, ut quia incedit honeſtè cum lumine.Et ſimiliter qñ capitur ratione delicti ut ducatur ſuo prẹlato in dubio ne fugiat, ſm eum in c.cum non ab homine.de iud. Et idem eſt ſi creditor timet de fuga eius, ſm Inn. & Pan. in c.vt famæ.eo.ti.Et idem eſt ſi pro delicto detineatur per xx.horas ad teſtes conuocandũ,ne ſit locus inficiationi. facit l.c.5. ff. de adul.& in auth.ut li.ma.& auiæ.§.is quoq;. Et idẽ eſt, ſm Inn. ſi hoc fiat ne incidat in manus hoſtium:quia ei non irrogatur iniuria,ſed ſalus procuratur.ar.di.xlv.cũ beatus. vide ẽt j̃.§.ul.Qui uerò illũ obſidẽt,vel claudũt in domo mulieris, nõ ut cuſtodiãt , ſed ut inferãt verecũdiã, ſm Inn. nõ dicũtur illũ tenere in cuſtodia, uel carcere:quia neq; hoc intendunt, nec inferũt uiolẽtiã ꝑſonæ aut rebus adhærẽtibus.hẹc ille, qui vr̃ dicere,ꝙ nõ ſint excõicati.Sed rõnabilius Io. de Lig. dicit, ꝙ obſidẽs eũ in caſtro ꝓ uiolãda ꝑſona,ĩcidit:nõ aũt q ꝓ habẽdo caſtro.claudẽs uerò illũ in domo ad uerecũdiã, ĩcidit: quia,inquit,facit iniuria ꝑſonẹ.Intelligo tñ dictũ Inn. uerũ eſſe in duplici caſu. Primò, qñ non ita clauditur in domo ut exire non poſſit:ſed ut exire non poſſit ſine erubeſcentia:ut q a exeũdo cogitur facere ſtrepitũ & ſentiri.Scđo,qñ obſidẽtes ut erubeſcãt intẽdũt erubeſcẽtiã leuem & iocoſam. ¶Tertiò

cùm quis clericum mandat capi, vel cædi, & ſequitur effectus: quia incidit mandator & mandatarius, ſm Ray. & in c. ppendimus. & in c. mulieres. extrà eo. Si tñ mandans reuocauit mandatũ, diſtinguendũ eſt: quia ſi mãdatarius ante reuocationis notitiã iã pcuſſerat, vterq; incidit, ſm Ber. & Hoſt. licet Inno. contrarium ſentiat. Si verò reuocatio ante percuſſionẽ ad eum peruenit: mandator nõ eſt excõicatus. ar. extrà, de proc. ex inſinuatione. & in c. nostra. & in d. c. mulieres. & cõſentit Ber. Hoſt. & Goſ. Et eadẽ q̃ſtio ac ſolutio fieri põt de conſulẽte. ſm Sum. Conf. Dicit tñ gl. Ray. q cum pcuſſio notitiam reuocationis præcedit, non incidit mandator, ſi eſt ſufficienter contritus: quia ius nullũ exiſtentẽ in charitate ligat, etſi homo, q aliqñ iniuſtè ligat. Sed dictum Ray. vr̃ verius: quia mortale pceſſit, & eius occaſione damnum irrogatũ eſt: ideoq; dẽt pœnã ſentire. extra, de iniur. c. fi. & de homi. c. fi. li. 6. Si aũt mandator ante pcuſſionẽ deceſſerit: ſm gl. in c. mulieres. eo. tit. non incidit: quia morte mãdatoris ſoluitur mandatum, ff. manda. l. inter cã. quod do. Ant. dicit verũ ſolũ, qñ mandatarius erat certificatus de morte, ſed ſm Dir. Inn. Bar. Hoſt. ſi hoc eſt notorium, & in fine non fuit abſolutus, vel nõ apparuerunt pñiæ ſigna, haberi dẽt pro excõicato: ne ſepeliri dẽt in cęmeterio: nõ ex vi, inquit, ſñię eccleſię militãtis: quia ea nullo modo ligat̃ ſub terra. 24. q. j. quodcunq;. ſed rõne peccati notorij. & intelligit, q ſub terra non ligatur nouiter. ſecus ſi diſcedat ligatus: vt hæreticus decedens, licet ignotus eccleſię. Et ſimiliter Goſ. dicit, q incidit, niſi reuocauerit ante mortẽ: quia intelligitur in eadẽ volũtate decedere. Pa. verò dicit ibi, q ſi pœnitẽtiã recipit in extremis, nõ incidit: licet fuerit ĩ culpa nõ reuocando mãdatũ. Si verò nõ egit pœnitentiã, nõ incidit quidẽ de rigore, qa mandatũ reuocatur in morte: ſed qm̃ deceſſit in eo peccato, tenet̃ de alterius delicto, ſicut tenetur principalis in non reuocãdo mãdatũ: vt in l. ſi mandaſſem. ff. mandati. & operabitur hoc caſu excõicatio: qa aut nõ ſepelietur in cęmeterio: aut ſepultus exhumabitur. ar. c. ĩ ſacris. de ſepul. hæc ille, cuius opin. Ang. excõicatio. 5. §. 33. falſe recitat. Ex oĩb. collige, q eſt excõicatus, vel ſaltẽ habendus tanq̃ excõicatus, ſi non pœnituit, cuius ſignũ fuit. ſi non reuocauit: ſecus ſi non pœnituit. Si verò iniecta eſt manus in clericũ nomine tuo, licet ſine mandato, & ratũ habuiſti, incidiſti: quia ratihabitio cõparatur mãdato. de reg. iur. ratihabitio. li. 6. Sed ſi nomine tuo factũ non fuit ratum habendo peccas, ſed non incidis in canonẽ vel ſñiam excõicationis. extrà eo. cum quis. li. 6. ¶ Quartò, qñ quis non mandat quidẽ clericum pcuti, ſed tñ dicit ſuis q vellet de eo vindicari, animo puocandi illos: quia ſi illi ex hoc moti pcutiunt, ille incidit ſm Veru. Idẽ ẽt eſt ſi non dixerit eo animo: ſed tñ verba talia fuerant, q̃ comparentur mandato uel conſilio, conſideratis omnib. circunſtantijs: quia dicendo fuit in culpa, & cogitare debuit hoc potuiſſe euenire. arg. c. fi. de homi. li. 6. & danti operã rei licitæ homicidium etiã caſuale imputatur. ¶ Quintò, qñ quis clericum à lęſione nõ protegit, cùm tñ id ſine ſuo periculo poſſet. extrà eo. quanto. q uerum dicunt Io. & Ber. in gl. ſup d. c. quanto. & Gul. quantũ ad officiales, ad quorum officium ptinet eos defendere. 24. q. 4. forte. Ho. aũt in Sum. dicit hoc intelligendũ eſſe uniuerſaliter de quocunq;, ẽt ſi ex officio non teneretur, modo ſimplici uerbo prohibere poſſet. ar. extrà eo. dilecto. li. 6. & cõſentire ur̃ Io. de Lig. ſup dictum c. quanto. quod Io. An. in nouel. in d. c. quãto. & Vin. & Abb. & Hoſt. & Dir. lib. 3. limitant qñ quis doloſe dimittit. Et addit Io. An. q ĩ hunc uel aliũ canonẽ nullus incidit ſine dolo. ff. de adul. l. pe. ff. de ſic. l. j. Idẽ Io. de Lig. Collige ergo q ſm oẽs ĩcidit dupliciter. Primò, qñ eſt officialis. Secundò. qñ doloſe non phibet: nõ aũt incidit ſm melius ſentiẽtes, qñ non eſt officialis, & nõ defendit ex negligentia uel timore ẽt irrationabili. ¶ Sexto, qñ non tangit clericum manu uel inſtrumento manualiter tento, ſed lapillo, uel ſputo, aut aqua, aut quocunq; tali iacto in eum iniurioſe: quia ſm Ray. & cõmuniter Doct. incidit. quod intelligo niſi iniuria eſſet leuis & iocoſa. ¶ Septimò, cùm quis clericum inſequitur adeo acriter, ut ille quaſi coactus in aquam uel periculum aliud ſe proijcit ut euadat: quia ſm Veru. incidit. Si uerò quis clericum inſequatur ut cædat, & ille ſine percuſſione cadat & lædatur, Sum. Ang. tenet, q incidat. & idẽ Supp. dicens non eſſe rationem diuerſitatis in primo & ſecundo caſu: cum in utroq; lęſio ab inſequente cauſetur. Oppoſitum tenuit Sum. Ro. eiuſdẽ ordinis, & Sum. Piſ. & Arch. & hoc eſt rationabilius: quia illa læſio non fuit intenta in ſe ab inſecutore, ut patet: nec in ſua cã, quæ eſt fuga: quia p accidens ſe hẽt ad illã. Et iſta eſt ratio

tio diuerſitatis in caſu. ¶ Octauò, cũ quis infert metum clerico iniurioſe, ſ. non iocoſe ꝑ tactum aliquẽ non violentũ, vt exeat de fundo hoc fine vt ipſe ingrediatur, vel aliquid ĩde accipiat: quia iſte incidit, ſm Io. de Li. & Arch. ſecus ſi metus eſſet verbalis tantũ: aut ſi realis, tamen ſine tactu, etiam ſi adeſſet intentio percutiendi: vt vibrando haſtam vel enſem: quia ſm Inno. non incidit: quia non eſt iniectio manus in clericum, vel in adhærentia illi. & verba, ſunt cum effectu accipiẽda: vt in c. relatum. de cle. non reſi. nec obeſt conatus ſine effectu. extrà, de ſpon. iuuenis.

† SCIENDVM eſt quartò, ꝙ in multis caſibus quis infert manus violentas clericoꝝ, & non incidit in ſnĩam iſtã. ¶ Primò, cùm ꝑcuſſus à clerico ludente ſtatim ẽt ſine deliberatione repercutit: vt extrà eo. c. j. ſm Mon. quia hæc eſt conditio ludi, & quidã naturalis impulſus, vt ꝑceſſus grauiter ẽt grauiter repercutiat, ne videatur inferior, & gñaliter dicit Rich. in 4. diſt. 18. ꝙ percutiens non ex deliberatione, quãuis turbatus, non incidit. Et idẽ eſt ſi ludens percutit deliberatè: tamẽ iocoſa leuitate & ſine dolo. Iſte enim ſm Veru. non incidit: extrà, eo. c. j. etiam ſi percutiat grauiter. intellige tamen intra limites ludi, quia ſi grauitas hos excederet interueniẽte exceſſu magno ex lata culpa, ſm aliquos ſaltem præſumptiuè incideret: ſicut ẽt ſi libidine vindictæ & dolo percutit quantum ad veritatem rei. Sed oppoſitũ credo verum ex dictis ſ. eo. tit. in prin. & ſ. Culpa. §. 3. Debet tñ ſm Io. de Lig. ponderari qualitas ioci & ratio fallendi: quia in pœna canonis requiritur perſuaſio diabolica, quã iocus excludit, ipſius qualitate ponderata. arg. notatorũ in c. j. de præſumpt. Et idẽ intelligo de quocunque repercutiente ſtatim & ſine deliberatione, ẽt extra ludũ: vt cũ tanta eſt ſubreptio ꝙ nec ſe vindicari nec iniuriari intendit. ¶ Secundò, qñ quis ignorabat clericũ eſſe, quẽ ꝑcuſſit: puta quia comã nutriebat, nec aliq̃d de clericatu apparebat, vt in c. ſi verò. eo. ti. el 2. & cõſentit Inn. & Io. An. & nõ incidit, ẽt ſi occideret, q̃a dolus requirit̃. Idẽ ſi habebat habitũ, & nõ videbat̃, puta q̃a de nocte erat, ſm aliquos. ꝙ verũ puto qñ rei licitę, puta defenſioni rerũ ſuarum operã dabat. Si aũt vidit in eo tonſurã, & tñ clericũ non putauit, ꝑcutiendo incidit, vt gl. no. in d. c. ꝙ verũ eſt ſm Arch. niſi ex more, patrię, ĩ qua laici plerũq; tonſurã ferunt tp̃e calorũ, ꝓbabilis ignorantia excuſet. Dicit tñ Tanc. ꝙ ſi volens percutere Andreã laicũ, ꝑcutit Ioannẽ clericum, errans in perſona, neutrũq; cognoſcẽs, non incidit, ꝑ c. ſi verò. eo. tit. cui Io. de Lig. conſentit, quia non p̃ceſſit ſuaſio diabolica. Sed oppoſitũ ſenſit Ala. quia iniuriari voluit. ff. de furt. l. vlt. & hoc Ho. tutius dicit, eſt ẽt verius, quia dabat operã rei illicitę; & hoc nõ ſine diabolica ſuaſione. Si verò erraret in qualitate, quia iſte q̃ eſt clericus, putat laicũ, videns eũ in habitu laicali nõ gerẽtẽ ſe ꝑ clerico, non incidit. extrà eo. ſi verò. Sed ſi intẽdẽs ꝑcutere clericũ, laicũ ꝑcutiat, gl. in d. c. ſi verò. ſentit ꝙ incidat. Sed oppoſitũ ſentit Io. de Lig. quia non dẽt quis iudicari ſm ꝙ intendit ſed ſm ꝙ facit. Cõſentit Ber. & Inn. imò ſm Fed. conſi. 15. non eſſet irregularis, ſi in tali dubio celebraſſet. & ſequitur Pan. in d. c. ſi verò. Tertiò cùm percutit quis clericũ in habitu laicali incedentẽ, nihilq; oſtendentem de clericatu tertiò monitũ & non correctum, vt eo. ti. c. contingit. el 2. vbi ſingulariter no. Pan. ꝙ ex ſolo delicto apoſtaſiæ nõ ꝑdit priuilegiũ clericale, clericus ẽt in minorib. exiſtẽs ẽt dep̄henſus, ſed dẽt moneri tertiò, vt in c. contingit. ibi. el 3. nec ſufficit, vt dicit, mònitio vna ꝑ trib. quia ius trinã requirit, iuxta theoricã glo. in cle. 1. de vi. & ho. cle. Vñ Io. An. in c. ex tuę. de cle. non reſi. dicit, ꝙ vbi quis ius requirit, primam, ſecundã, & tertiã citationẽ ꝑ edictũ contra abſentẽ, non ſufficit vnica peremptoria: quia in pęnalibus verba debent intelligi ſtrictè & propriè, non aũt fictè & largè. Nec põt fieri iſta monitio ꝑ iudicẽ ſecularẽ aut quẽcunq; aliũ, ſm Pan. ꝑ tex. ibi, à te moniti. ſed ꝑ ep̃m diœceſanũ ibi, in diœceſi tua, vel ꝑ quẽcunq; p̄latũ habentẽ ep̃alẽ iuriſdictionẽ in clericũ, ext. eo. in audientia. Nõ tñ requiritur monitio ſpecialis, ſed ſufficit gñalis, puta, ꝙ ep̃s faciat edictũ vt omnes clerici reaſſumant habitũ intra menſem, quia text. in d. c. in audientia. non requirit ſpecialẽ. & vbi iura volunt fieri ſpecialem, exprimunt illã, vt in cle. 1. de vi. & hon. cle. & in c. conſtitutionẽ. ext. eo. li. 6. Sed nota, ꝙ ſm Ge. in c. j. de cle. coniu. li. 6. habitus clericalis quo ad hoc, ꝙ clericus gaudet priuilegio, conſiſtit in veſtibus & tonſura. Qñ aũt clericus ꝑdat priuilegiũ clericale ex habitus dimiſſione, vide §. ſeq. ¶ Quartò in clerico, qui habitu contempto fert arma, & tertiò monitus non ſe correxit. ext. eo. in audiẽtia. ubi elicit Pan. ꝙ ex ſola dimiſſione habitus & delatione armorũ militariũ nõ ꝑdit priuilegiũ clericale.

Et idē eſt ſi non ſit tertio monitus,ſed immi ſcet ſe tyrannidi.extrà eo.cùm non ab hoīe, vbi hoc no.gl.& Inn.ext.eo.non dubiū . vbi dicit idē de clerico ſeditionē & iniuſtā guerrā faciēte,extra eo.ꝑpendimus. ¶Quintò in clerico gerente negotia ſecularia,ſiue adminiſtrationē rerū ſeculariū,& monito,vt ſ.ex trà.ne cle.vel mon.ſacerdotibus. & de ui. & hon.cl.c.fi.Sed Supp.& Sum.Roſ.illud c.intelligit vt ꝑdatur priuilegiū in rebus tantū . ſed Sum.Piſ.& Arch.& Veru.& Inn.& Hoſt. tenēt vt prius dicebaẽ, & hoc innuit ibi tex. dicens indiſtinctè ꝙ iſte ex facto ipſo priuilegiū abijcit clericale.Et neceſſe eſt ſic dicere: quia ibi tex.iſtū ſubijcit ſtatutis & conſuetudinib.patriæ,quo ad res ipſas:q ſtatuta & cōſuetudines volunt ꝙ quis ꝓ reb.interdū cōueniatur corā iudice laico,& arreſteẽ, & capiatur, & carceri tradaẽ:vñ iſte ꝑdit priuilegiū fori,& à fortiori canonis, ſi quis ſuadente.ꝙ facilius ꝑditur ẽm dictā Sum.Ro.¶Sextò ī cler. coniugato,ſi habitū nō defert.i.veſtes & tonſurā.de cle.coniu.c.vnico.li.6.&vide ſ.Clericus.2.§.fi.Sed addit do.Alex. cōſ. 8. ꝙ cū clerici non habeant habitū iure determinatū,vt eſt gl.ī cle.j.de cle.quilibet habitus honeſtus eſt conueniens clericis , cum dr̄,ꝙ ferant habitū clericalem, & intelligo, honeſtū.i.conuenientē viro ſeni & graui:nō iuueni vel hiſtrioni . ¶Septimò , in clericis buffonib.macellarijs, & tabernarijs , q talia officia publicè & ꝑſonaliter faciūt:vt ſ.Cle. 3.§.5.7.& 8.¶Octauò in magiſtro ꝑcutiēte leuiter tñ & cā diſciplinæ,extrà eo.cū volūtate.& c.ex tenore . Nec diſtinguiẽ ẽm Ver. vtrū clericus ſit ī ſacris vel in minorib. ſicut, nec in ꝓlatis,in dictis capitulis.Et addit Ver. ꝙ non incidit magiſter ꝑcutiens cum ira cā correctionis. Intellige tñ ſecus, vbi ira prīcipaliter eſſet in cā.Addit ēt,ꝙ nō incidit ſubmagiſter percutiens dicto modo contra prohibitionem magiſtri principalis vel alius q-libet,cui pueros docendos commiſerit:quia per hmōi prohibitionē auferre non pōt bñficium iuris , quod eſt poſſe corrigere quos docet.Eſt aūt idē de patre,vt in d.c. cū volūtate.& facit l.ſi filius.C. de pa. po.& l.unica C.de emen.ꝓpi.di.xlv.c.diſciplina.Qđ tñ limitat Sū. Ang.ſi clericus ſit in minorib.ẽm Pan.in d.c.cū volūtate,ẽm Io.de Lig.Pe.de Peru.& Pau.Tenc.Veru.Sū.Pi.& Ro.tenēt, ꝙ non incidit,ēt ſi ſit in ſacris.& ſi primū ſit tutius,tñ ẽm eſt rationabilius,ẽm Arch. qđ etiā patet :quia dicta Sum.Ang.concedit , ꝙ magiſter licitè verberat clericū exiſtentē in ſacris.vnde irrationabile eſt hanc poteſtatem ſubripere patri.Sed contrà,quia licet dignitas epālis liberet à patria poteſtate: vt in c.venerabilē.q. fil.ſint legit. ſ. vniuerſaliter, non autem ſacer ordo:vt falsè putauit.gl. in d.c.cū voluntate.& in c.Iudæorum. de æta. & quali.quia contrarium tenet Inn. & Hoſ. ſ.ꝙ non liberet, tñ quo ad percuſſionē , ẽm Pan.liberat quilibet ſacer ordo à patria,& à ſeruili ſiue dominatiua,qđ arguit per c.vniuerſitatis.eo.tit.arg.etiam c.per venerabilē. qui filij ſint leg.Sed dico,ꝙ iſta non habent efficaciā . vnde tene primum.& aduerte tñ , ꝙ Sum.Roſ. malè adducit Pan. Et quod de patre dictum eſt,intellige de propinquis,extrà eo.cū voluntate.vbi dicit gl. ꝙ non ſolū pater,ſed ēt propinqui domeſticos ſuos corrigere debent.C.de emend.propin.vna. Et ſi tales ꝑſonæ modū excedant , non incidunt ẽm gl.in d.c.cum voluntate.quia canon exigit dolum,ſine quo nō eſt violentia:iſtæ aūt manus ſunt charitatiuę.Sed Io. de Lig. non conſentit : quia leuis tantum caſtigatio eis ꝑmiſſa eſt.Sed concordo:quia per exceſſum non incidunt, cùm ſemper non poſſint uerbera ſuſpendere in ſtatera : ſed per manum arbitrio boni uiri.¶Nono in eo qui in continenti uim ui repellit cum moderamine inculpatæ tutelæ.extr.eo.ſi uerò.el j. & intellige incontinenti,i.dum actu impugnatur . & ſimiliter intellige etiam ſcienter & deliberatè. Et ratio fallendi eſt:quia iure naturali inditum eſt ſe defendere.Hoc autem extendiẽ, ẽm aliquos.& ad defenſionē perſonarum ſolum,per quas nobis intelligitur iniuria fieri, ſicut ſunt uxor, filij , ſerui , & hmōi,ẽm aliquos uerò, quibus magis aſſentit Inn. ſuper dicta decretali, hoc extenditur etiam ad defenſionem extraneorum , nec clericum percutiens gratia huius incidit:quia & ſocij iniuria propulſanda eſt.23.q.3.non inferenda. & in c.fortius.ar.etiam ff.quod metus. cau. l.iſti quidem.§.fi.Et hoc tenet Sum. Piſa. & & Dir.lib.3. & communiter omnes Summiſtæ.& addit Inn. quod ſi defendendo alium quis clericum occiderit ne alius occidatur ab eo,eſt quidē irregularis, ſed non excōicatus: ſed de irregularitate dicit uerū in defenſione aliorum,non aūt ſui hodie: ut in cle. ſi furioſus.de homici.Iſta tñ intellige ſtatim, i.dum imminet uel inſtat uiolentia aduerſarij,non aūt poſtq̄ tranſijt.Vnde ẽm Io.And. in nouel.ſuper d.c.ſi uerò. ſi clericus percuſſit laicum

ſit laicum amplius non percuſſurus & hoc laico conſtat, repercutere non dēt: ſi verò clericus eſſet iterum percuſſurus verè vel ſm ꝓbabilem dubitationē laici, licet laico repercutere ad repellendum violentiā imminentem. Quidam etiam hoc extendunt ad defenſionem perſonarum tantum, non autem rerum. Sed tn̄ Io. de Lig. in tract. de particulari bello dicit, ꝙ non incidit laicus percutiens clericum pro rerum ſuarū. & ſm Arch. vel aliarum apud ſe depoſitarū defenſione moderatè, ſi aliter vim repellere nō poterat. & allegat Inn. hoc dicentem in c. 2. de reſti. ſpo. quia non eſt ibi manus violenta, ſed violentiæ repulſoria. & idem dicit de rebus proximi. arg. etiam in c. olim. de reſti. ſpo. el j. & c. dilecto. de ſen. exc. li. 6. in l. furem. ff. de ſic. Non tn̄ ꝓꝓ hæc licet occidere vel mutilare, ſm Bar. in d. l. furem. qn̄ ablatum eſt recuperabile per iudicem: ſi autem ſit irrecuperabile, ſecus. Sed Inn. tenet contrarium dicens ꝙ occidens clericum pro rerum ſuarum defenſione, incidit, imò probat Pan. in c. 2. & in c. ſuſcepimus. de ho. quod laicis non licet occidere pro rerum defenſione, etiam ſi recuperari non poterat, niſi in foro contentioſo laicali. Et ita de clerico tenet glo. 23. q. 3. in prin. vr̄ idē de mutilatione: quia rō omniū iſtorū eſt, quia vitā ꝓximi ꝑferre debemus reb. noſtris: & eadē rōne integritatē pſonę: niſi nocumentū eſſet tēporale, puta vulnus ſanabile. Sed dici pōt concordando, ꝙ licitū eſt ēt clerico ſua defendere fuſte & gladio cōminando & ꝑcutiendo citra mutilationē: & ſi raptor vt rapiat inſurgit in defenſorē, licitè occidetur. arg. c. ſi perfodiens. de hom. in verbo, defenderit. ꝗ defenſio licet ſit defenſio rerū ꝗ rapiuntur, tn̄ reſpectu dn̄i ꝓhibentis rapinā, eſt vera inuaſio & aggreſſio ꝓhibita. Vn̄ quia licitè teneo rē meā: eum, qui me vult occidere ne teneam licet occidere multo magis, ꝗ̄ eum qui me vult occidere q̄a ei detraxi, aut aliàs iniuriā feci. Si aūt nō me inuadit, & tn̄ rē meā tenere nequeo niſi occidā, puta quia fugit in equo meo, quem aliter habere nequeo, niſi illū ſagitta occulta, fortè non licet mihi in conſcientia occidere: niſi vt dicā limitando dicta Pan. quāuis ēt dici poſſit hoc caſu non eſſe contra legē Dei aut naturæ occidere: quia quotidie de licētia principis mouentur arma ꝓ tēporalib. ꝙ fieri non poſſet, ſi eſſet ꝯ legē Dei vel naturæ. Ad motiuū in cōtrariū dici poſſet, ꝙ reb. noſtris vita ꝓximi eſt ꝑferenda quātū in nobis eſt: vnde talia ꝓ vita ꝓximi deberemus exponere in neceſſitate: ſi tn̄ ipſi ſint in eā ſuæ vitæ ꝑdendæ iniuſtè inuadendo, imputetur eis. Vn̄ dico ꝙ eo caſu ꝓ reb. licet occidere, & mutilare: & ꝙ occidens, aut mutilans clericum hac rōne, non incidit in excōicationē, etſi in irregularitatē: vt ſ. Bellū 2. §. 7. in fi. quia vbi nō eſt mortale peccatū, non eſt excōicatio iuris. Eſto aūt ꝙ verū diceret Pan. & ſic velis indiſtinctè tenere: limita tn̄ ꝑdicta dupliciter. Primò, qn̄ ſublatio rerū vergeret in periculū noſtræ pſonæ: vt ſi eunti per latrones auferantur arma, aut tpe gelu auferantur veſtes: q̄a eo caſu defendere res, eſt defēdere pſonā. Scd̄ò qn̄ q̄s adhibita debita diligētia à caſu mutilat vel occidit: quia non incidit, cùm daret operā rei [illegible] ite, i. ſuarum rerum, vel ſocij defenſioni. T[illegible]tiò, etiam fortè qn̄ ſublatio rerum inferret damnum grauius morte viro nobili, vt quia eū oporteret ĩhoneſte viuere aut mēdicare. Iſtā tn̄ rerū defenſionem non intelligas ex interuallo, ſed ſtatim: quia licet non incidat ꝑcutiens dū res ſurripitur, aut ēt dum ſubreptā aſportatur ante quā venerit clericus ad locū deſtinatum, ſm Veru. tn̄ percutiens poſtq̄ peruenerit ad locum deſtinatum, & adeptus eſt poſſeſſionem perfectam illarum rerum, incidit, ſm Pet. de cen. eccleſiaſtica. & de hoc vide ſ. Bellum 2. §. 1. in fi. intellige etiam ꝙ ſi defenſor excedat modū, i. nō ſeruat moderamē inculpatæ tutelæ ex ꝓpoſito, ĩcidit, ſm doct. & iura. Secus ſi non ex propoſito, ſm Pan. in d. c. olim. quia vt dictum eſt, requirit dolus. & facit gl. in c. ſignificaſti. de homi. el 2. & l. ſi ex plagis. ff. ad l. Aquil. §. tabernarius. Quidam etiam rationabiliter extendūt iſtam licitam percuſſionem ad defenſionem honoris: vnde ſi ſpoliandus à clerico euadere poſſet per fugā, intellige turpē & verecūdā, & non vult, ſed ſtat & percutit clericū inuaſorē, nō incidit ſm Bar. in l. j. C. vnde vi. & ſeq̄tur Pa. in c. olī. el j. de reſ. ſpo. q̄a fuga eſt q̄dā iniuria. ff. de iniur. l. itē apud Labeonē. & ſm C. in d. §. tabernarius. fuga reddit hominem viliorem: iniuria autem corporalis maior eſt quàm rerum iactura. ff. de pœn. l. in ſeruorum. Vnde ſi licet percutere pro iactura rerum: à fortiori pro iniuria vel iactura honoris, cuiuſmodi eſt fuga. Et hoc caſu etiam, ſm aliquos licet occidere, licet incurratur irregularitas. Quidam etiā ut Inn. extēdunt eā ad expulſionē de domo, de qua ſi clericus exire non vult, nō incidit ꝑcutiēs

eum.de reſti. ſpo. olim cãm:& de homi. ſignificaſti. Et idem in prædictis intelligo de auxiliantibus amico. ¶Decimò in eo, qui reperit clericum in adulterio vel ſtupro cũ vxore, matre, ſorore, uel filia: quia non incidit: ut in c. ſi uerò. el j. eo. ti. & hoc dici põt ẽt ſi mutilet uel occidat. ẽm Verue. quem ſequiſ Su. Piſ. & Roſ. quia canon inter atrocẽ & non atrocem iniuriam non diſtinguit: ſed tñ occidens aut mutilans, licet non incidat, tñ grauiter peccat, ut dicit idem, & notatur in d. c. ſi uerò. & extra, de pen. c. ij. Sed tñ idẽ Veru. tenet tutius eſſe ꝙ incidat, quia canõ ille nõ excuſat, niſi ſimpliciter manus inijciẽtes uiolentas. & in oſtiario diſtinguit inter vulnerantes, & ſine uulnere lædentes. Sed iſta ſua ratio eſt ad oppoſitũ: quia cum vnus & idem canõ diſtinguat & reſeruet in uno caſu & non in alio: vr̃ uniuerſaliter loqui. Vnde ponderatio textus, qui dicit, ſi manus iniecerit in clericum inuentum. & gl. dicente, nõ ex interuallo. diſtinguo ſic. quod ſi occidat uel mutilet non ex interuallo tꝑis aut deliberationis ſerioſe factæ, nõ incidit: quia tunc habet locum quod dicit glo. ſ. ꝙ tam iuſtum dolorẽ cõpeſcere non potuit: vt C. de adul. Gracchus. Secus qñ nõ ex ſubita paſſione, ſed matura deliberatione, ẽt ſine tꝑis interuallo id facit: quia ceſſat rõ, quia canõ iſtũ excuſauit. Et ẽm eundẽ Verue. & Mod. hoc ad ſolum coitum non eſt reſtringendum, ſed extenditur ad amplexus & oſcula in loco ſuſpecto, ad ꝑparationẽ in opus nefarium explendum, & ad ſigna aperta vel ẽt probabilia propinqua negotio ibi ſtatim peracto: quia nõ incidit ꝑcutiẽs ex interuallo ante diuerſionem ad alia. Et ſimiliter extẽditur ad clericũ ſuſpectum & monitũ ẽt ꝑ maritũ inuentũ domi cũ uxore ſedẽtẽ & cõfabulantẽ, etſi nõ turpiter conuerſantẽ: quia ẽm leges hunc licet perimere, & multo fortius hunc & oẽs ꝑdictos capere & detinere, donec uocet teſtes: imò & per xx. horas continuas: & iudici tradere. ff. de adul. l. c. extra eo. ſi uerò alicuius. §. ultimo. & conſentit Bernar. Verue. & Dir. li. 3. Quia tñ hæc materia eſt odioſa clericis, & exorbitans a iuris diſpoſitione, extendi nõ dẽt, ſed in terminis proprijs intelligi. Vnde nomine uxoris ẽm gl. ibi, & ẽm omnes, uenit ẽt ſponſa de præſenti: quia & lex permittit illã accuſare iure mariti. ff. de adul. l. ſi vxor. §. j. nomine aũt matris, non ueniunt aſcendentes ẽm gl. & Io. de Lig. & do. Ant. & Pan. & Ho. qui hoc dicit tutius. licet ipſe Inn. ſenſeſerit cõtrariũ, nec noĩe filiæ ueniunt deſcendentes, ẽm eoſdẽ, licet Inn. contrarium teneat: ſed tantũ filia legitima & naturalis, non autẽ adoptiua, ẽm Ho. Nec nomine ſororis ueniunt collaterales ẽm aliquem doctorem, ſed tantum legitima & naturalis. ¶Vndecimò, ſi fiat a prælato uel de mãdato eius cauſa correctionis. extra eo. cum uoluntate, & c. cum ex tenore. Et intellige primò cã correctionis: aliter incidit & uerberans & mandans. extra eo. c. uniuerſitatis. quod de uerberante intelligo, ſi probabiliter hoc credit: non aũt ſi ignorat uel dubitat, quia dẽt obedire. Dicit tñ Monal. ꝙ non oportet prælatum de correctione cogitare: ſed ſufficit ſubeſſe cãm. Vnde percutere ex correctione, eſt ꝑcutere ꝓ culpa digna correctione, quæ ſnĩa & ſi ſit benigna, tñ tutius eſt, ẽm eũdẽ, vt ſaltẽ habitu cogitet de correctione, i. cã intendat habitu: quia, inquit, ẽt ſi moueatur ex ira, nõ incidet: ſed lõge melius eſt ut differat, donec ira quieſcat. 11. q. 3. illa præpoſitorũ. & ca. ira. & c. cum apud. Et ſecundò intellige ẽm Arch. ſi modus non excedatur. intellige notabiliter: alias locus foret appellationi, & puniretur excedẽs: quia leuis tãtũ correctio ꝓmiſſa eſt. Et tertiò ĩtellige, ſi fiat a ꝑlato ꝑcuſſio, & ad eũ ꝑtineat correctio: quia ſi ſit ꝑlatus, ſed nõ illius, uel ſi habet authoritatẽ tãtũ in ciuilibus, ut rector vniuerſitatis, incidit: quia ẽm Pan. in c. ut famę. eo. ti. uterq; horum requiritur. Et quartò ꝙ ꝑcuſſio per laicũ non fiat, ſi percutiendus eſt clericus: alioquin ambo incidũt: ut in d. c. uniuerſitatis. niſi eſſet adeò incorrigibilis, ꝙ aliter capi aut corrigi nõ poſſet. eo. tit. ut famæ. Poteſt tñ ſi cã ſubeſt, ꝑ laicũ capi & carcerari. ext. eo. ſi clericos. li. vj. ſ. de mandato ꝑlati, nõ aũt ꝓpria autho. ẽt ſi ſit incorrigibilis, niſi ſit traditus curiæ ſeculari, qđ intellige, niſi ꝓceſſerit depoſitio, ut in c. cũ nõ ab hoĩe. extra, de iud. vel niſi capiatur incorrigibilis ut reſtituatur ꝑlato ſuo. hæc Pan. ĩ c. ut famæ. eo. ti. ſed de hoc ĵ. §. ul. dub. 7. Et quinto intellige, ꝙ ẽt ꝑ laicũ nõ fiat tortura, niſi rõne dictę incorrigibilitatis: quia ẽm Pan. in d. c. ut famæ, poſt do. Ant. ibi. & Pet. de Anc. & gl. v. q. 6. in c. ꝑſby. hoc fieri non poteſt: licet ẽm d. Ant. male cõis obſeruãtia habeat cõtrarium. Hoc tñ Su. Ro. gloſſat, ꝙ per laicum fieri non poteſt propria authoritate: ſecus ex iudicis mandato. Sed iſta gl. directe impugnat dictum gloſſarum, ut patet:

& eam

& eam Pan. in c. uniuerſitatis. ex intentione deſtruit. Sum. uerò Ang. ēt quo ad uerbera gloſſat, ut per laicum intelligatur ſecularis, non aūt cōuerſus religioſus. Sed contra: q̄a ratio huius prohibitionis eſt reuerentia ordinis clericalis, quem iſti conuerſi ex hoc tāto magis uilipenderēt, q̄ ſeculares, quanto ſunt familiariores: tum quia iſta dicta ſunt a doctoribus in fauorem clericorum: unde & in eorū fauorē in dubio interpretari debēt. & conſequenter nomine laici uenit omnis non clericus. tum quia hoc de tortura dr̄ ꝓ quanto hēt locū uerberū: quia, ut dicit Pan. in c. uerbera & cruciatus inferūtur: quæ uerbera mandātur fieri per clericum uel monachum in d. c. uniuerſitatis. ubi conuerſus nō uenit noīe monachi, ſed cōtra monachū ibi diſtinguitur. Vnde & Arch. dicit di. xlv, c. j. ꝙ nec tutum nec honeſtum eſt monachum uerberari per conuerſum laicum. imò tex. in d. c. uniuerſitatis. mādat ſub pęna excōicationis hoc fieri non debere ēt per ſacerdotem, ſed ſolum per prælatum: niſi neceſſitas urgeat. Vnde dicendū eſt iuxta notata ꝑ Pan. in d. c. vniuerſitatis. & c. ut famæ. eo. ti. ꝙ clerici torqueri non deberent, ut laici de iure: quia tñ hodie torquentur ut laici, & male, ideo tortura fit per laicos, quia clerici non ſunt in illa arte forte periti: licet hoc de iure fieri non poſſit. hæc ex Pan. ꝑter dicta Arch. Vñ dico, qđ ſicut uerbera per laicum inferūtur, qñ aliter corrigi nō pōt: ita & tortura, qñ per clericum fieri idoneè non ꝑt. Et hoc indubitanter tene: quia c. vniuerſitatis. nominat quatuor perſonas diſtinctas, abbatē, clericū, monachū, & cōuerſum: & deinde ad dubiū utrū per laicum poſſit uerberari clericus, monachus, aut conuerſus, ſic reſpondet: Nobis vr̄ ꝙ niſi cā regularis diſciplinæ hoc faciat abbas in ꝓpria perſona, uel, ſi neceſſitas urget, per clericum, uel monachum fieri iubeat: tā qui tales uerberari ꝑcipit, q̄ illi q̄ uerberant, ēt ſi cauſa ſubeſſet, excōicationis ſnīam non euadūt. hęc ibi. Vnde ēt cōuerſus nō pōt uerberari per laicū. Et ſexto ītellige, ſi ꝓlatus mādans ſit eps: quia ei ꝓprijs manibus ꝑcutere nullū licet, cui ſanctitas ignoſcendi gloriā dereliquit. C. de epi. & cle. l. ſi quis in hoc. 86. di. non liceat. niſi forte aliū non inueniat: quia tūc licite per ſeipſum percutit, ut probat Pan. Si aūt eſt inferior epo, ſaltem adſit cā urgens quare ipſe propia manu nō uerberet: alioquin mandās & exequēs incidunt. ut in d. c. uniuerſitatis, quod nota, quia quotidie contrariū fit. Qñ aūt urgeat cā, credo ſtādū arbitrio ꝓlati. ¶ Duodecimo, in turbāte diuina officia, quem ꝑsbyter, uel alius, ad quē ſpectat, eiicere pōt de eccleſia. extr. eo. ueniens. & c. cum uoluntate. §. ſi q̄ uerò. Similiter cū quis ratione officij, quod in eccleſia obtinet, clericū percutit, aut cum hoc facit ſenior cā deuotionis, aut magiſter, aut dñs: ut in eo. c. cum uoluntate. ubi dicit gl. ꝙ dñs domus hoc pōt, aut parēs, uel ꝓpinquus qui familiam corrigit, ut in eo. c. pater. iūcta gl. Sed de oībus prędictis intellige quo ad clericos minorum ordinum, ut in eod. c. cū uoluntate, excepto parente & magiſtro, qui corrigere poſſunt ēt exiſtētem in ſacris: ut dictum eſt. Intellige ēt de oībus ꝑdictis quo ad percuſſionē leuē tātum, ut ibi. Si tñ modū excederent, modo nō a propoſito & animo irato, nō eſſent excōicati: ut no. Ber. & Ho. in d. c. cū uolūtate. & conſentit Veruec. quia dolus requiritur. Sed tñ no. ꝙ lata culpa æquiparatur dolo, ut ſ. Culpa. §. 2. Vñ ſi uolens leuiter percutere, ex lata culpa grauiter percuſſerit, incidit ſcḋm aliquos: ſicut ſi ſtantē in gradu leui impulſu ꝑcipitat grauiter: quia ſtultum eſt hoc non ꝓuidiſſe. Sed quia c. ſi quis ſuadente. vr̄ expſſe dolum requirere in uerbo, ſuadente diabolo: quo caſu lata culpa non æquiparatur dolo: ideo non incidit. ¶ Decimotertiò, ſi clericus ſit depoſitus, uel degradatus, ext. de iud. cum non ab homine. & extra, de pœ. degradatio. in fi. li. 6. Sed de hoc, & de clerico nō baptizato, aut ui ordinato, & huiuſmodi, uide ſ. eod. tit. in prin. ¶ Decimoquartò, qñ clericus transfert ſe ad actum prorſus contrariū: puta erat in minoribus: & factus eſt miles, aut bigamus, uel huiuſmodi. 94. di. quiſquis. De milite tñ Pan. in c. ut conſultationi. de cle. cōiu. limitat de promoto ad militiā, & faciēte actum oīno contrariū clericatui: quia. ſ. exercet ſæua, aut iuit ad bellū, quia immediate priuilegiū perdit, cū illa ſint contraria. Vñ ex quo elegit cōtrariā uitā, fuit ipſo facto excluſus. 32. q. j. cum renunciatur. Secus de promoto tñ qui actum aliū ꝓrſus cōtrariū nō elegit ſed uiuit honeſtè ut clericus: q̄a gaudet, ut ſētit ēt Inn. ī d. c. ut cōſultationi. Vñ cōſtitoto in ſacris requitur monitio trina: ſed ſi cōſtitutus in minorib. habēs clericatū pro derelicto, conuertit ſe ad militiam, & huiuſmodi, ſine monitione priuilegium perdit. De bigamo etiam nota, ꝙ cum ſit exutus omni priuilegio clericali, extra, de big. cap. ij. lib.

xj.gl.Io.An.ibi hoc limitat de eo, qui ſic cõtraxit, i. cũ duobus, uel vna corrupta exiſtẽs in minoribus. Secus ſi in ſacris: q̃a nõ ꝑdit priuilegiũ, & cõſentit Arc. Verue. Gar. Io. Mo.

7 †SCIENDVM eſt quintò, ut ſciatur qñ clericus exiſtens in ſacris habitu dimiſſo perdat clericale priuilegium canonis, ſi quis, uel fori, ꝙ circa hoc ſunt multę concluſiones. ¶Prima. Clerici, qui relicto habitu clericali, efficiuntur ſtipendiarij ſeu armigeri, q̃tumcunq; cognoſcãtur ab alijs eſſe clerici, ꝑdunt priuilegium canonis. extra, eo. cum nõ ab homine. ubi approbat Pan. & idem ſm eum in c. perpendimus. eo. ti. dici poteſt de eo qui dimiſſo habitu & tonſura, enormitatibus, & ſæuis ſe immiſcet. quod eſt, ut dicit, qñ facit ſeditionẽ in populo & guerram. Et idem intelligo in paribus delictis iniurioſis, quia ratio huius diſpoſitionis pœnalis eſt certè ẽt pſumpta, ſ. de clericis ordinis, & proximi iniuria: ut ſi quis ſit latro armatus & publicus. & iſta intellige ẽt ſine monitione. De priuilegio fori, ĩ. particula 3. ¶Secunda. Quãdiu clericus habitum defert, & tonſurã, licet immiſceat ſe enormitatibus, non ꝑdit priuilegium fori, aut canonis, ſm Io. An. & Pan. in d. c. perpendimus. Tertia. Clericus ſe enormitatibus immiſcens habitu dimiſſo, ſm Ho. vt ei imponit Pan. in d. c. perpendimus. perdit priuilegium canonis, ſi quis ſua dente. & priuilegium fori: ſed ſm Io. And. licet perdat priuilegium canonis, ut dictũ eſt, non tñ priuilegium fori, ſed ſtatim eccleſiaſtico iudici reſtituendus eſt, niſi fuiſſet inueteratus in huiuſmodi enormibus ſeu aggreſſuris, uel ĩcorrigibilis: imò nec eo caſu illud perdit, ſm Pan. in d. c. perpendimus. quia per argumentũ a ſpeciali. c. unico, de vi. & hon. cler. li. vj. certi ſunt caſus, in quibus clericus ipſo facto clericale priuilegium perdit: nec iſte eſt unus, & conſequenter debemus ſtare regulę generali, ut clericus coram ſuo iudice conueniatur quantumcunq; deliquerit. & facit c. ſi iudex. extra eo. li. vj. ibi, clericus dimiſſo habitu, & tonſura captus in maleficio. qđ. ſ verbum eſt generale, aptum omne crimen comprehendere: eccleſiaſtico iudici remittitur, ſi ſe clericum probat. Opin. Io. And. & Ho. nullũ ius probat, & ſumus in pęnalibus, ubi fieri debet interpretatio benigna: maximè in fauorem ordinis clericalis. hęc Pan. Et hanc opi. ſ. Pan. tenuit do. Car. & do. Ale. de Imo. conſi. 8. dicens, ꝙ huiuſmodi non perdunt priuilegiũ fori, niſi prius fuerint a diœceſano, uel ſuo ꝑlato moniti trina monitione, ut in c. in audientia. & c. ꝑpendimus. & c. contingit. el ij. & de ſent. exc. & in c. ſi iudex. eo. ti. li. vj. niſi fuerint publici ioculatores, hiſtriones, ſeu buffones, exercendo illã artem ignominioſam per annũ: per c. unicum. de ui. & hone. cle. li. 6. Et facit pro hoc, qđ hr̃ in c. degradario. de pen. li. vj. quia anteq̃ iudex ſecularis ſe poſſit ĩtromittere, requiritur degradatio: quæ tñ non fit, niſi pro enormibus criminibus: ut in c. cum non ab homine. & in c. at ſi clerici. de iudi. hoc d. Ale. Do. tñ Petr. & do. Ant. tenuerunt opi. Io. An. diſputãdo: ut refert Pa. cui prior opi. magis placet, & ſequitur Su. Ange. Sed ego dico, qđ prima, i. Io. An. eſt uerior: quia in caſu c. perpendimus. ſacerdos fuit occiſus per iudicem. Nec obſtat, quod ibi pœnitentia imponitur, licet non inciderit in canonẽ quia, ut ibi dicit gl. eſt ad cautelam. Vnde hæc opinio eſt practicãda, ubi iudices eccleſiaſtici ſunt in puniendo negligentes, uel periculum in mora non patitur eos adire, uel enormitas facinorum pęnam maiorem expetit arbitrio bonorum, q̃ eccleſia poſſit inferre, ut quia ſunt publica, & ſcandaloſa, & Reipublicæ ualde nociua. Et licet degradatio in enormibus prius regulariter requiratur: ſecus in caſu expreſſo a iure. Adde primò; quod quia ratio quare competit priuilegium fori, eſt profeſſio, uel ordo ſacer, ſm Pan. in c. 2. de for. compe. quantum ad hoc idem vr̃ iudicium de clerico exiſtente in ſacris. & de apoſtata a religione, cum æqualiter vtriq; prohibeatur regreſſus ad ſeculũ: q̃ eſt ratio vtriuſq; inſtitutionis. Adde ſcđò, quod in neutro habet locum trina monitio ubi de incorrigibilitate conſtat euidenter: ut quia fuerunt capti, & fregerunt carceres, & ſciunt prælatos ſe inſequi, & huiuſmodi. Quartò, non gaudet priuilegio canonis clericus incedens ſine habitu, & tertiò monitus, ut dictum eſt: ſed non monitus gaudet, & percutiens extra actum belli, & aggreſſuræ incidit, ẽt ſi habitu depoſito alijs ſe immiſcuerat: ſecus in actu belli, uel aggreſſurę: quia non incidit, ſm Inn. quod tñ Arch. limitat, qñ clericus iuſtã dederat cãm: quia in dubitate non incidit is contra quem uenerat, ex capite defenſæ permiſſæ, ut in c. ſi uerò. neque fauentes aggreſſo: & ſimiliter ſi tertius inſurgat contra tertium, & clericus dimiſſo habitu temere ſe immiſceat habitu depoſito, non incidit percutiens in luminibus

nibus aggreſſuræ. Et ſic intelligo opinionē Inn. hæc omnia Arch. Vnde Su. Ro. Excõicatio. 2. c. 1. in quarta cõcluſione. dicens. Si qs percuſſerit clericum in habitu & tonſura, in bello iuſto, ex parte percutientis nõ incidit, ſecundùm Arch. Flo. tripliciter deficit. Primò, quia hoc eſt falſum, niſi ſe defendendo moderatè, vt patuit. Secundò, quia ſibi contradicit in concluſione ſecunda, quæ hic poſita eſt. Tertiò, quia malè allegat Arch. Flor. qui non loquitur de eo qui habitum, & tõſuram portabat.

8 † SED circa prædicta, dubia multa cõſurgunt. ¶ Primũ eſt, vtrum clericus ſubijciens ſe ſpõte verberibus in ſatisfactionẽ ſit excõicatus? Et dico, ꝙ ſecundũ Pet. de Peru. non incidit in maiorẽ, ſi ſubijcit ſe uni tñ ictui: ſed ſecus ſi pluribus: quia ſtatim poſt primũ participat excõicato in crimine dãnato. Sed iſte falſe determinat, vt patebit, & inſufficiẽter probat: quia rõ incidendi clerico non eſt ſolũ participiũ, ſed ẽt fauor & conſenſus: q a facientem & conſentientẽ par debet pęna reſtringere: vt in c. mulieres. eo. ti. Itẽ non obuiare, cùm poſſit. Ray. verò dicit, ꝙ eſt excõicandus, non eſt excõicatus. Et conſentit Io. And. & Pan. in c. contingit. el j. eo. tit. & iſta eſt veritas; quia ibi tex. dicit eũ excõicandũ. Nec ob. rõ non obuiationis: quia hoc non facit dolo. ſed in ſatiſfactionẽ, & vt fortè malũ grauius euitet. Nec rõ fauoris, aut cõſenſus eadẽ rõne. Nec ratio ẽt participij. quia, vt Panor. dicit in illo c. Io. An. multipliciter ſoluit. Primò, quia hoc non faciebat, ille, vt participaret in crimine. Secũdò, quia nõ participat excõicato, cũ non ſit excõicatus ante percuſſionẽ, ſ. per completam: & ſi obijcitur, quod ſtatim eſt excõicatus poſt ictum primum: dicitur quod nõ, niſi habito reſpectu ad omnes percuſſiones inflictas impetu vno. Vnde Io. And. in regu. delictum. de reg. iur. lib. vj. in merc. cõcludit ibi non eſſe tot excõicationes, quot verbera: quia omnes hñr pro uno facto, ex quo inferũtur impetu vno. Et idem tenet Bart. in l. nunquã. ff. de priua. deli. dicens, quod vulnerans nolens plus facere, ſi ſuperueniat ei impetus, & occidat: tenetur de uulnerato & occiſo: vulnerans aũt, & perſequens multis horis, & tandẽ occidẽs, tenetur de occiſo tantùm: quia eodẽ impetu fecit, licet ex interuallo: vt l. quod ait. §. fi. ff. de adult. Poteſt ẽt ſolui aliter: quia ſubijcere ſe miſericordię alicuius, non ẽſt participare in crimine, ſecundùm aliquos: quia cogitari poterat, quod ille remitteret. Sed hæc ſolutio nõ procedit. poſtquã ictus geminať. Hanc ẽt ſñiam incurrit clericus, vel ſimilis perſona irato animo ſeipſum percutiens, ſecundũ Dir. q a iniuriã facit ordini clericali, cui hoc priuilegiũ cõceſſũ eſt: vt ĩ d. c. olim.

9 † SECVNDVM eſt, vtrũ mulier percutiens clericũ ſe de turpitudine impetentem incidat. Et dico ſecundùm Veruer. quod ſic, ſi uerbis ſolis impetebat: non aũt ſi tãgit inuitam, & illa ſe defendit moderatè. Et idem Mon. Addit aũt Sum. Ang. quod ẽt non incidit. ſi impetentẽ verbis tm̃ percutit, qñ eum aliter repellere non põt. Sed hoc nõ eſt tutũ: quia declinare poteſt, vnde incidit. Si autem ipſa ad ſuaſionem mariti ad turpitudinem clericum vocat: & ſic à marito percutitur: vterque incidit. ſecundùm Varuec. & Mod.

10 † TERTIVM eſt, vtrum capiens clericũ per capillos dicens, niſi eſſes clericus, cęderẽ te. incidat? Et dico quod ſic. ſecũdùm Veru. ſi iratus aĩo iniuriandi hoc facit: aliter non. Et rõ eſſe põt: quia licet nõ inferat iniuriã tantã, quantã tenet in aĩo: infert tñ aliqualẽ.

11 † QVARTVM eſt, vtrũ tangens res adhęrentes clerico incidat. Et dico ſecundũ Ray. & cõiter doct. quod ſi equitantis quis frẽnũ arripiat, aut frangat cingulum ſellę, incidit. Nec differt inferre manũ perſonę, aut rei ſibi taliter adherẽti. Et ſimiliter qui rapit indumentũ de dorſo, vel rẽ de manu eius, aut eã frangit, ſecũdùm Card. in cle. j. de pœ. ẽt ſi auferat poſſeſſor tpe quo nõ debet: vt quia cõmodauerat vſque ad certũ tps. ſecundùm Arch. Fallit hoc, qñ rem quis poterat capere propria auctoritate: puta, quia eſt rapientis: & clericus nõ eſt pro tunc plenus poſſeſſor de iure, nec de facto: vt ſi mihi clericus ſubripiat calamũ, & ego repẽtè, nõ ex interuallo iterũ ſubripio illi. Si aũt furto rapiatur dormienti vel aliàs non ſentiẽti zona, qua p̃cinctus, aut veſtis, qua indutus eſt, aut aliq d tale, nõ incidit: ſm Inn. & Hoſt. & Car. in cle. j. q a modica, vel nulla fit iniuria pſonę nõ ſen Et iſtã opi. ſequiť Sum. Piſ. & Sum. Confeſ. & Sum. Ang. Sed contrariũ ſenſit Sũ. Roſ. eiuſdẽ ordinis. & Arch. & Io. de Lig. & Arch. q. no. in c. ſi qs. xvij. q. 4. de mẽte canonis eſſe, qđ incidat quicũq; qualitercũq; tãgens pſonã clerici iniurioſe. Etiã hoc tenendũ eſt, q a tutius: itẽ quia uerius; q a ſi põt quis incidere in canonẽ inferẽdo iniuriã pſonę, ẽt cũ eius volũtate: vt cũ qs ſubiicit ſe verberibus: multo magis p̃ter eã, vt cũ quis non aduertit; q a iniuria

iniuria tanto eſt maior, quantò in paſſo eſt minus uoluntaria. Nec malũ ex hoc eſt paruum, quod non ſentitur, ut mors in inſtanti ſeparationis animæ: ſed ex hoc, quod parũ nocet: & parũ exiſtimatur actu, uel habitu. Similiter incidit, qui iniuriã equo infert, cui inſidet: aut lacerat ueſtes nõ ſeparatas ab eo, ſm aliquos allegãtes c. cõtingit. eo. ti. & ſm Car. in cle. j. de pœn. Nec obſtat, quod alij obijciunt in contrarium, hãc conſtitutionẽ eſſe pœnalem, & conſequenter reſtringẽdã: quia ſm Io. de Lig. eſt fauorabilis, attento ordine clericali, cui indulgetur, ideoq; amplianda. de reg. iu. odia. Nã & ſm Pan. in c. non dubium. eo. ti. qñ in conſtitutione concurrũt odiũ & fauor, magis attẽditur fauor.

12 †QVINTVM eſt, utrum incidat, qui clericum cogit aliquid facere per metum? Et dico qđ ſic, ſi illud ſit aliquid impediens eius libertatẽ, & non aliter: unde incidit ſm Ray. qui ponit ei cuſtodiam ad capiendum, ſi exeat domum, aut arreſtat eum, aut facit ſecum ire, quaſi vinctum, & captũ ad iudicẽ: non aũt incidit, ſm Inn. & Dir. lib. 3. qui metu cogit, ut aliqd teneat, uel de fundo exeat: quia iſta non ſiſtunt eũ, uel impediunt, quin poſſit ire quo vult. Sed ſm Io. de Lig. intellige de metu uerbali præciſè: quia ſi ſit realis, ſtatim ad tactum perſonæ, uel adhærentium quis incidit. Prædicta tñ fortè fallunt, ubi clericus eſt probabiliter de proditione ſuſpectus apud uerũ dñm: quia eo caſu iſta pertinent ad defenſionem ſui ſtatus, & licẽt cum moderamine inculpatæ tutelæ.

13 †SEXTVM eſt, utrũ incidat is, qui de equo clericum p̃cipitat, ut aſcenſu eius fugiat inimicum? Et dico, q; Io. de Lig. tenet quod ſic, quia hic eſt iniectio cũ uiolentia: & non iure fit. Nec obſtat, quod licitũ ſit ei ſe defendere: quia hoc uerum eſt, ſine læſione tertij. Et conſentit Bar. Bri. & Tancre. Sed Pe. de cenſu. eccleſiaſt. tenet contrarium per rationẽ notabilem, ẽt in alijs caſibus: quia, inquit, nullus ſapiens diceret talem peccare mortaliter: excõicatio aũt non infligitur niſi pro mortali. quod intellige, a iure. Et iſta eſt uera opi. in caſu, in quo aliter eſſet iſte occidendus probabiliter: quia cum ſit in caſu extremæ neceſſitatis, ille tenebatur ei ſeruire de equo, iuxta dicta in tit. Eleemoſyna. s̃. §. j. Vnde ille eo caſu ſubripit ſuum.

14 †SEPTIMVM eſt, utrum quilibet iudex, ẽt laicus, uel ſocius clerici, non iudex, poſſit capere clericũ criminoſum ne fugiat, ſed ut eum ſuo iudici præſentet? Et dico, q Pan. in c. ut famæ. eo. ti. allegat Inn. referentem, quod ſic ſm aliquos. Sicut defenſor ciuitatis capit criminoſum, quem corrigere non poteſt, ut iudici præſentet: in auth. de defen. ciui. in §. nos igitur. Hoſt. uerò tenet contrarium dicens, quod ubi ius non eſt expreſſum, non licet inijcere manũ in clericũ. Ipſe uerò Pan. refert ſe ad c. cum non ab homine. de iudi. ubi tenet, qđ ubi captura iſta fit ad bonum finẽ, uitatur excõicatio: quia ſi capio criminoſum ne fugiat, nõ facio ſuadente diabolo, ſed Deo & bono publico. Et idẽ in familia Poteſtatis interueniente illũ de nocte: quia eſt contra eum præſumptio; & cum vr̃ capere, ut impediat delictum cõmittendum: quia omittens obuiare facinori, peccat: ut in c. delicto. eo. ti. li. 6. Et idẽ in capiente clericum debitorẽ ne fugiat: quia ceſſat dolus, & ſuaſio diabolica. Ad hoc l. ait prętor. in §. ſi debitorẽ. ff. de his quę in frau. cre. Vide Bar. in l. ſi quis in ſeruitute. ff. de fur. ubi tñ loquitur de clerico capiente clericum. Sed idem putarem in laico, rationibus prædictis. Et uide per Bal. in l. ſi qua per calumniam. C. de epiſ. & cle. Hæc Panor. & conſentit Pet. de Peru. in c. ut famæ. dicens, qđ non ſolum iudici ſeculari licet capere delinquentem clericum ne fugiat, ſed ut præſentet epo: ſed ẽt cuicũq; læſo: imò ſm Inn. hoc poteſt dñs clerici, ſolum propter ſuſpicionẽ furti: ſed intellige probabile valde. Vide ẽt s̃. Abſolutio 3. §. 4. dubio 6. Adde aũt, quod licitè capiens clericum in caſu conceſſo, ſi modum excedat, incidit, ſm Io. And. in c. ſi clericos. eo. ti. li. vj. puta, ſi capi, & duci quiete patitur, & capiens impingit calce, uel pugno. Sed hoc intellige a propoſito, & ſcienter, non aliter quia dat operã licitæ rei. Similiter incidit, ſi clericus fideiuſſorem de parendo daret, quia tunc detineri non poteſt: niſi enormitas exceſſus, uel alia cauſa rationabilis hoc ſuaderet: ut in d. c. ſi clericos.

RVRSVS de excommunicatione ſeptimò, ſ. de excommunicatione Papæ reſeruata.

1 *Excommunicatio, quatenus Papæ reſeruatur, multiplex eſt: ad cuius explicationẽ: tabella paucis continuata eſt: cuius item tabellæ elucidatio ad finem vſque capitis protenditur.*

2 *Abſolutio ab excommunicatione Cano. Papæ reſeruata, ſede vacãte, abs quibus impendi poſſit.*

3 *Abſolutio hæretici occulti, ad quem pertineat. Et in hoc in multis refellitur Goſred.*

legem

4 Legem de his homo facere poteſt, de quibus & iudicare. Et ibidem occultum, aut omnino occultũ dici, aut non omnino. Et an habens percuſſionem clerici in animo ratam, in Canon. incidat.
5 Epiſcopi de hæreſi cum clericorum conſilio, non expectato capituli aſſenſu, an cognoſcere, & punire queant. Et an in c. Acatius incidant, qui id, qd particularis eccleſia hæreticũ decerni credũt.
6 Epiſcopi ſententiam incurrit is, qui contra eius prohibitionem facit in his, quæ fidei ſunt, ſi talis ſit epiſcopi ſubditus, quamlibet exemptus, & in loco exempto ſit. Et quid de extraneo.
7 Excommunicatio in hæretico ex iuris corpore inflicta, an Papæ reſeruetur. Et an epiſcopus ab ea abſoluat.
8 Literas Papales falſantes quo iure excõmunicati ſint. Et quæ eorum pœnæ. Et in hoc multa conſiderãda ſunt, nẽpe an utentes, an habẽtes, & nõ reſignãtes, corrigẽtes, an recipiẽtes qualiter & ubi.
9 Breue ſubreptitium impetrans, eoque vtens, an in falſarij pœnam incidat. Et quomodo puniatur. Et quid de eo, qui literas a Papa ueritate tacita, falſitate autem ſuggeſta impetrauit.
10 Litera, in literis Papæ reformans, quæ iam expirarent, uel punctum faciens, aut aliquid quocunque modo mutans, non utendi animo, ſed ioco, an ipſo iure incidat. Et quid de eo, qui huiuſmodi literis ignoranter utitur.
11 Excommunicatio in fautores, ac receptatores hæreticorũ, unde prodita eſt, & ad quẽ pertineat. Et qui eam incurrant. Et quinam eorum fautor, defenſor, ac receptator dicatur, remiſſiue.
12 Excommunicatio, quæ ob participationem cum excommunicatis a Papa infligitur, ut incurratur, quot requirantur.
13 Excommunicationis ob incendium illatum, abſolutio ad quem pertineat. Et an omnes incendiarij ſint facto ipſo, an uero ipſo iure excõicati, & abs quo abſoluendi. Et denunciatio in incendiarios qualiter fieri debeat. nu. ſeq. & 15.
16 Excõicatio in eccleſiarum effractores, & earum ſpoliatores, quo Canone inducta ſit. Et quis ab ea ſiue ante denunciationem, ſiue poſt, abſoluere queat. Et item quis effractor dicatur. Et ut quis in eam incidat, quot requirantur. Et quid eccleſiarũ nomine hic contineatur. nu. ſeq. & 18.
19 Enormia in eccleſia uiolenter facientes, an ipſo iure incidant. Et quid de his, qui domũ ſitã in eccleſiæ ambitu priuilegiato incẽdũt, uel effrĩgũt.
20 Excommunicationem capi. fundamẽta. de electione. li. vi. quinam incurrant, & qui minime.
21 Excommunicationi a c. clericis. de immu. eccl. li. vi. quinã ſe illigent. Et an hodie locum habeat.
22 Excommunicationi c. felicis. de pœ. li. vi. quinam ſupponi dicantur. Et a quibus abſolui poſſint. Et quæ hic de hoc dicuntur, qualiter intelligenda ſint. nu. ſeq. Et an ex ſolo mandato incidant mandantes, & bonorum confiſcationem ipſo facto. num. ſeq. ſi captionis aut percuſſionis effectus nõ ſecutus ſit. num. 24. Et an huiuſmodi infamiam incurrant.
26 Principes ac reliqui ad quos pertinet, ſi intra menſem a notitia, ſententiam aduerſus prædicti c. felicis. uiolatores, non protulerint, modo proceſſum cœperint, an in hanc ſententiam incurrant.
27 Sententiã c. quicunque. de ſent. excom. li. vi. quinam incurrere dicantur. Et huiuſmodi capi uiolatores, abs quo abſolui poſſint. Et quæ de his hic dicuntur, quinam dicantur. Et ibidem grauaminis appellatione quid contineatur.
28 Licentiam dans aduerſus ea, quæ eo. c. quicunque. prohibentur, ſi ad aliquem actum ſit proceſſum, an ſtatim incidat. Et eadem ſententia num in epiſcopo locum habeat.
29 Sententiæ c. multorum. de hæret. in cle. qui obnoxij eſſe dicantur. Et quæ de eiſdem dicuntur qualiter intelligantur.
30 Officium inquiſitionis num impedire dicatur, qui de inquiſitoris uel epiſcopi familia aliquem, in hæretici captione exiſtentem offendit. Et quid ſi prædicti inquiſitores incidant, num a Cardinalium collegio abſolui, ſede uacante poſſint.
31 Sententiam c. religioſi. de priuilegijs, in clementinis, qui incurrant: & ſi incurrerint, abs quo abſolutionem conſequi poſſunt. Et quæ hic de his dicuntur, qualiter intelligendæ ſint.
32 Conſtitutione prædicti capitis, quinam religioſi ligentur. Et an pœnæ, quæ ob id debetur, locus ſit in uiatico. nu. ſeq. Et quid ſi religioſi unius ordinis alterius religioſis ſine licentia Euchariſtiam miniſtrarint. num. 33.
35 Pœna, de qua proxime, an locum habeat in regulari bonæ famæ ac cõuerſationis hoc ius ignorante, ſi Euchariſtiæ ſacramentum & huiuſmodi ſine licentia, & non in parochialis eccleſiæ contẽptum, miniſtret. Et an in inſipientibus quoque locum habeat. nu. ſeque. Et quid ſi ipſe parochianus licentiam ſibi conceſſam dicat, ob idque ei miniſtretur. num. 36.
37 Pœna prædicti c. de qua hic, num locum habeat, ſi ſententia a qua religioſus abſoluit, excommunicatio minor fuerit. Et quid ſi religioſi ab alia abſoluant ſententia, quam excommunicationis in caſu non conceſſo. num 38.
39 Licentia religioſum miniſtrantem excuſans, abs quo haberi debeat. Et qualis hæc licentia eſſe debeat. Et num in hanc pœnam religioſus a pœna tantum abſoluens, incidat. nu. 40. & 41.

Pœna

42 *Pœna de qua hic agitur num locum ſemper habeat, vbi ſine prædicta licentia aut exhibentur, aut ſuſcipiuntur ſacramenta.*

43 *Excommunicationi c.1. in Clem. de pœn. quinam obnoxij ſint. Et eorum, quæ hic dicuntur, quinam ſit ſenſus. Et qui fauet delinquenti, de quo hic tractatur, an ſtatim incidat. num. 44. & 45. Et quid de eo qui eundem in iudicio defendit. 46.*

47 *Ciuitas in epiſcopum delinquere, vt ob id interdicto ſubiaceat, quando dicatur. Et an ſatisfactione facta, interdictũ obolitum cenſendũ ſit. n. ſeq.*

49 *Sententiæ Clem. cupientes, de pœn. §. ſi. quinam adſtringi dicantur. Et num in huiuſmodi pœnam incidat, qui ad ſepulturæ electionem, de qua hic, quempiam inducit, quanquam non ad vouẽdum, iurandum, vel promittendum. Et quid ſi ex vnius delicto tota eccleſia id damni patiatur, vt tota interdicatur. Item quid ſi eccleſia, ad quam eligens inducitur, ea ſit, in qua de iure ipſo ſepeliendum ſit. Et quid ſi eadem ſit cum cœmeterio interdicta. num. 50.*

51 *Excommunicatio, de qua in cap. grauis, in clem. de ſenten. excomm. quos illiget. Et horum abſolutio ad quos pertineat. Et quæ hic dicuntur, qualiter intelligenda ſint.*

37 † NONO, vtrum locum habeat ſi ſñia, à qua religioſus abſoluit, fuit excõicatio minor. Et dico ẽm Ge. in c. vnico. de his, qui. li. 6. ꝙ ſic. Primò, quia lex pœnalis prohibens abſolutionem ab excõicatione, includit etiã abſolutionẽ à minori. pro quo eſt gl. in cle. iſta in verbo, canone, dicens, quocunq; etiã à quo eps vel ſacerdos poſſet abſoluere: de ſent. exc. nuper. Secundò, quia vbicunq; ſit mentio excommunicationis, & materia, in qua profertur, eſt proportionabilis etiã minori, intelligitur de vtraq;: vt not. gl. pe. in c. præſidentes. de hæret. li. 6. in verbo, excõicationis. Contrariũ tenuit Zab. Lap. & Lau. ꝑ c. ſi quem. & c. nuper. de ſen. exc. & hoc tene: quia regulariter ẽm cõmunem doctrinam, à minori abſoluere põt quicunq; abſoluit à peccatis: vt dictum eſt ſ. Abſolutio. j. §. j. & Excõicatio. 4. §. 2. Ad primam rationem Ge. negatur quod aſſumit. nec illa gl. ꝓbat: quia c. nuper. ad quod remittit, concedit in caſu ſacerdoti proprio etiam abſolutionẽ à maiori. Vide ſ. Abſolutio. 1. §. 3. Ad ẽm ſimiliter præciſè reſpondeo, nec glo. ibi illud not. verè: ſed ſecundum eius falſum intellectum.

38 † DECIMO, vtrum habeat locum ſi religioſi abſoluant a ſñia alia q̃ excõicationis in caſu non conceſſo? Et dico, ꝙ ẽm gl. in verbo, ſententijs: intelligitur de omni ſñia excõmunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, cuius neceſſaria eſt abſolutio. Et cõſentit Pan. & Sum. Roſ. Hoſt. ſed Sum. Ang. vr̃ ſentire oppoſitum, adducens Zab. dicentem verius eſſe, ꝙ intelligatur ſolũ de ſententia excõicationis ꝙ benè ꝓbat litera ꝑ alternatiuam: quia ſ. dicit de his q̃ abſoluunt excõicatos à canone: & poſtea ſubijcit, vel à ſententijs ꝑ ſtatuta: & ſic reſtringitur ly ſentẽtijs, ꝑ ly excõicatos, arg. de reſcrip. c. ſecundò requiris. Et hunc ſenſum tene. Alius enim eſt irrationabilis: quia ẽm eũ, non prohibetur abſolutio à ſententia ſuſpenſionis vel interdicti lata à canone papæ: ſed lata à canone epi: ꝙ eſt irrationabile. Itẽ quia ſi ꝓpterea, ꝙ tex. dicit, ſententijs, accipitur ille ſenſus, ẽt extenſio fiet ad ſñiam peccati, quo quis eſt excõicatus: & conſequenter ſi ſacerdos abſolueret ab illo, & non ab excõicatione, incideret in hãc penã. quod negat Zenze. & Zab. & oẽs.

39 † VNDECIMO dubitatur, à quo debeat eẽ licẽtia, q̃ religioſum miniſtrantẽ excuſet. Et dico, ꝙ ſufficit primo licentia parochialis:

vt patet

vt patet ex textu,ẽt ſi non ſit ſacerdos.ſecundùm Zaba.& gl. Io.An.quod limita,ſi ſit legitimę ætatis,vt intra annũ poſſit fieri ſacerdos:vel ſi ſit diſpenſatũ cum eo ſecundũ formã decretalis,cũ ex eo.de elec.li.vj.vel eccleſia eſt parochialis collegiata.eo.ti.ſtatutum. Et ſecundo licentia vicarij eius inſtituti per modũ illius decretalis, cũ ex eo.vel gerentis curã ordinariam inſtituti ab epõ : ſ̃m gl. Ex quo infertur,ꝙ ſi non habet curã ordinariã, ſed eſt ſibi paruo tp̃e commiſſa, hanc licentiam dare non poteſt.Et tertiò,licentia diœceſani,ſ̃m gl.quia eſt parochialis ordinarius oĩum ſubiectorum ſuę diœceſis.de don.Apoſtolicæ. imò,tenet Paul.Zen. & Steph.ꝙ archipresbyter ciuitatis poſſit hanc licentiam dare. nec eſt abſurdum,inquit Paul. q̃a cura eiuſdẽ parochiæ plurib. competit in ſolidũ. Pro quo facit quod no.Hoſt.in c.oĩs.de pœ. &remiſs. vbi dicit, ꝙ papa,ep̃s, & eius vicarius ſunt immediati ſacerdotes,& idẽ tenent Steph.& Zenz.lib.de vicario epĩ in ſpiritualibus,vel delegato aut eius pęnitentiario. licet ſ̃m Paul. tutius ſit à litera non recedere, licet non ſit neceſſariũ.Veritas autem indubitata eſt de epõ:quia ab eo eſt tota auctoritas parochialis. Vnde ẽt poſſet abſoluere à ſñia hominis per parochialem lata eo nõ requiſito,vt dictum eſt ſuprà Abſolutio.ij.§.j. & ſimiliter de vicario epĩ, quia ille eſt ordinarius,& delegare põt, maximè quia hoc habet conſuetudo generalis ſcita à papa & tolerata,ẽt ſecundum opinionem contrariam. De archipresbytero aũt hoc vr̃ quidẽ verũ per no.ſ.Archipresbyter,ſed nõ habeo tutũ.

40 †DVODECIMO dubitatur,hęc licẽtia qualis eſſe debeat ? Et dico,ꝙ debet eſſe ſpecifica.qđ ſ̃m gl.Io.And. intelligitur quo ad ſacr̃m quod ſpecificandũ eſt, puta eucharistia,vel aliud.Vnde ſi ſacerdos dat ſubdito licentiã accipiendi euchariſtiã, vel extremã vnctionẽ,& quolibet religioſo,nullo ordine vel ꝑſona ſpecificata,ſufficit. Similiter ſi det religioſo licentiam eam dandi ſubditis ſuis. Imò dicit Lau.vt recitat Pet.de Anc.ꝙ parochialis, quantũcunq; ſimplex,cura ſit illi cõmiſſa,adiutorium curæ aſſumere põt ad tp̃s ſacerdotẽ, religioſum , vel aliũ ſine alicuius ſuperioris licẽtia,qui eũ iuuet,forſitã in quadrageſima ad audiendũ confeſſiones, & dandum euchariſtiã in paſcha , vel ad celebrandũ,ſeu aliàs,vt hic.Et addit Archi.ꝙ dato ꝙ mẽdicantes audire non debeant ſine licẽtia ſuorũ prælatorum:tñ ſi cũ horũ licentia abſoluerẽt,illi eſſent abſoluti:& iſti nõ eẽnt excõicati,licet peccarẽt extra caſũ neceſſitatis.

41 †DECIMOTERTIO dubitatur,vtrũ incidat in hanc pœnã religioſus abſoluẽs à pœna tantùm . Et dicit Zab.& Zenz.ꝙ non: q̃a litera loquitur copulatiuè à pęna & culpa.conſentit Sum.Ang.quæ hæc refert Roſ. Sed mihi hoc vr̃ irrationabile : quia cũ religioſi expoſiti abſoluere poſſunt à culpa tota, maximè ubi nullus eſt caſus reſeruatus:q̃rõ eſt,ꝙ abſoluẽs à pœna.ſ.tota, nõ incidat: & tñ incidet ẽt ſi ſuper hoc abſoluat à culpa , à qua poteſt ſine ꝓhibitione abſoluere. Alioquin ſ̃m ſenſum iſtorũ.ſi religioſus ei,q eſt alteri confeſſus , plenariam indulgẽtiam conferret, non incideret : quod eſt ſtultum. Nec ob. ꝙ conſtitutio loquitur copulatiuè: quia hoc non facit vt exprimat ſenſum iſtorum:ſed vt patet in textu, hoc dicit ſe facere vt verbis eorũ utatur,ſ. religioſorũ, qui plenariã indulgentiã vocare ſolẽt à pęna & culpa.vnde idẽ eſt ac ſi dicatur incidere,q̃a plenariam abſolutionem à pœna impartiũtur.

42 †DECIMOQVARTO dubitat̃, vtrũ ſemper locũ habeat iſta pœna qñ ſine dicta licentia exhibentur aut ſuſcipiuntur ſacr̃a . Et dico,ꝙ ſ̃m Io.And.& Paul. nõ habet locũ iſta conſtõ in ſacr̃o pœnitẽtiæ,vel baptiſmi:quia hic non exprimuntur. Adde q̃a iſta ſacr̃a ſunt neceſſitatis maioris & conſequenter minoris ꝓhibitionis. Similiter ſ̃m Paul. non habet locum in illis,qui ſacr̃m euchariſtiæ,vel extremę vnctionis recipiunt à certa perſona ratione conſuetudinis. de relig.do. q̃a contingit.in clementinis.in fi.Vnde hęc, ſecundùm Zabar. procedunt, niſi aliud haberet conſuetudo.

43 †DECIMAQVINTA eſt in cle.j. de pœn. vbi excõicatur quilibet, qui ſuadente diabolo iniurioſè,vel temerè percuſſerit,ceperit, aut bãnierit quẽuis pontificem : vel q prędicta mandauerit, aut facta ab aliis rata habuerit:vel ſocius fuerit in his faciẽdis:aut conſiliũ,vel fauorẽ dederit, vel ſciẽter defenſauerit eundẽ,nec abſolui, niſi ꝑ ſummũ Põtificem,pręter q̃ in mortis articulo:& tũc data cautione, ꝙ parebit pœnę imponendę, & pęnitentiã dño auxiliante perficiet. Excõicantur etiam oẽs officiales, quocũque noĩe cenſeantur, qui in aliquo prędictorum fuerint culpabiles : nec valent abſolui,niſi ut ꝑdictum eſt. Ciuitas autem,quę pręmiſſa,vel eorum aliquid, in ep̃m ſuum cõmiſerit, interdicto, donec ſatisfecerit, ſubiaceat.

Primò

44 †PRIMO verò dubitatur, de p̄miſſorum intellectu & dico, q̄ dr̄ primò ſuadente diabolo, aliàs ſecus vr̄, ſi ignoranter, ſm Pau. vt in ..u verò. eo. tit. Et ſecundò, temere: ſecus ſe defendendo, ſm Io. An. Et tertio pontificem, vnde ſm Io. And. includitur is, qui renuntiauit loco, non ordini: nō aūt is qui electus eſt, ſed nō conſecratus: quia nō eſt pontifex, i. ep̄s. de cele. miſ. cle. 2. Et quartò, mandauerit: ex quo vr̄ mandatum ſolùm puniri, etiam ſi nō effectus ſequatur. Sed quia hoc ſatis durum vr̄, ſm Pau. & Io. And. poſſet exponi, q̄ requiritur factum perfectum, vt. ſ. p̄cuſſiones, captiones, vel banna ſint facta. Et quintò, ſocius, qui. ſ. ſm Io. An. hic ſtrictè ſumitur pro agente, qui aliquid operatur ad p̄dicta. Et licet quandoq; ſint plures ſocij, quorum nullus eſt principalior, qui includuntur ſub agentibus, de quibus præmiſit, qn̄q; tn̄ vnus eſt principalis, alter cooperās: & ſic ſumitur hic ſocius, ſm eundē. qd̄ patet. quia de faciente præmiſerat. Et ſextò, conſilium: ſed non intelligitur ſm eundem, & Pau. de nudo. ſ. quod nihil adijcit ad peccandum, vt no. in c. nuper. eo. ti. in ſecūda gl. ſed de fraudulento. Præſtatur aūt conſilium ſuadendo, rogādo, impellendo, inſtruēdo, vel ſecuturā vtilitatē oſtēdēdo, vt no. de homi. ad audientiā. Et ſimiliter non intelligiẗ de fauore ſimplici, qui. ſ. nihil adijcit ad peccandum.

45 †SECVNDO dubitatur, vtrum fauens huic deliquenti, vel eum defenſans poſt peractum delictū incidat? Et dico, ſm Io. And. q̄ non quo ad facientē: quia dicit textus in his faciendis, ſ. percuſſione, captione, vel bāno. in materia aūt hæreticorū fautores accipiuntur latius. Sed de defenſore putat, q̄ ēt poſt maleficiū intendat punire. Vnde diſtinguit, q̄ eſt duplex, ſ. vnus, qui eſt delicti auctorizator: q̄ grauius punitur, q̄ agentes. 11. q. 3. qui cōſentit. Alius qui poſt delictum defendit puta impediendo ne delinquens ad manus iudicis veniat examinandus, vel puniendus. 27. q. 1. ſi cuſtos. vel impediēdo ne fiat executio: & hunc intendit includere. Et p̄baẗ in c. felicis. eo. ti. li. 6. Addit tn̄ q̄ defendens iſtū à priuato lædatur, ēt ab ipſo offenſo, puta ep̄o, vel conſanguineo vindicare volente, nō incidit. & hoc eſt verū: q̄a illa actio eſt iniurioſa, ad quam propulſandam à ſoci o quis tenetur: vt in c. dilecto. eo. ti. lib. 6.

46 †TERTIO, utrum incidat q̄ hunc in iudicio patrocinando defendit? Et dico ſm Pau. q̄ aut hoc facit iuſtè: quia. ſ. putat illum non culpabilē: & ſic aliqua pena nō ligatur, ēt ſi poſtea appareat illū culpabilē: quia in talib. iſta defenſio reſeruatur. de excep. cū inter. Aut hoc facit contra iuſtitiā, & conſcientiā: & ſic ligaẗ ac pœna. de hære. ſi aduerſus. tales. n. defenſores appellantur. 18. q. 1.

47 †QVARTO dubitatur, qn̄ dicatur ciuitas delinquere in ep̄m, vt ſubiaceat interdicto? Et reſpondet Pan. in c. dilectus. el 2. de ſimo. concludendo dicta Bar. in l. aut facta. ff. de pœnis. & aliorum. dicens, q̄ cōis & vera concluſio eſt, vt tunc aliquid vniuerſitati attribuatur, qn̄ fuit prius deliberatum in ipſa, pulſata campana, & alijs requiſitis ad cōgregationē vniuerſitatis. Vnde ſi homines vniuerſitatis certum delictū cōmitterent, & inſurgerent, non diceretur factum p̄ vniuerſitatem, ſed per ſingulos de vniuerſitate. ēt, q̄ plus eſt, ſi facerent pulſari cāpanā, & vexillū vniuerſitatis leuarent: quia potius ſunt incitatores ſingulorum. Oportet ergo, q̄ prius deliberatio fiat in vniuerſitate. hæc ex illo.

48 †QVINTO, vtrū facta ſatisfactione ſit abolitū interdictū? Vide ſ. Ciuitas: ſine alia relaxatione. Et reſpōdet Io. de Lig. ſm Lau. q̄ non, imò neceſſaria eſt ſuperioris ſnīa, q̄ relaxet. 26. q. 6. presbyter. Secus autē ſi vſq; ad certum tp̄s, vel modum factū fuit interdictum: quia ceſſat elapſo tempore, vel modo ceſſante: de ſpon. c. nō eſt. Ratio diuerſitatis eſt: quia primo caſu dubitari poteſt an plenè ſatisfactum ſit: ſed in alijs ſecus. de hoc in c. cum bonæ. de æta. & qual. ¶ Sextò dubitaẗ, quomodo intelligenda ſit inhabilitatio horum ad beneficia obtinenda, de qua dr̄ in gl. Et dico Primò, q̄ ſm gl. iam obtenta non p̄dunt. Et ſecundò, q̄ ea nō poſſunt cum alijs permutare, ſm gl. Pan. & Zen. quia dicuntur beneficia nouitèr acquirere. & tertiò, q̄ ea poſſunt augere, ſm Gem. in c. cùm ex eo. de exceſ. præl. lib. 6. quia prohibitus acquirere nouum ius in re, non venit cōtra prohibitionem, licet augmentet priſtinum ius ante q̄ſitum, vt eſt caſus in c. fi. 2. reſponſo. de conc. preb. li. 6. Et ſic in propoſito. Et hoc facit ad augmentū gabellarū, an ſit impoſitio noui pedagij. de quo dicit ī. Excōmunicatio 19.

49 †DECIMASEXTA eſt in cle. cupientes. de pœnis. §. fi. vbi excōicantur oēs religioſi & clerici ſeculares contra primū c. de ſepul. li. 6. inducentes ad vouendū, vel iurandū, vel fide interpoſita ſeu aliàs p̄mittēdū de eligendo apud eos ſepulturā, vel vt iā electā vlterius nō mutent: nec ab alio, q̄ ab apoſto

lica ſede,niſi ĩ mortis articulo pñt abſolui.Et no. ꝙ in vj.ēt dr̃,ꝙ ſic eligẽtes non ſepelian tur apud eccleſias electas,nec alibi,ſed ſolum vbi erãt de iure ſepeliẽdi.ſi deceſsiſsẽt ſepultura nõ electa:p̃dicti verò religioſi,vel clerici ſi illos in ſuis cœmeterijs,vel eccleſijs ſepelire pſumpſerint,tenẽtur intra decẽniũ reſtituere illa corpora ſi petãtur, & oĩa q̃ occaſione ta lis ſepulturæ eis obuenerunt, ēt ſi non petan tur,ſecundũ gl.q̃a,vt dicit Pet.de Ancha.malè accipiens ſemper eſt in mora: aliàs eccleſiæ,in quibus fuerũt ſepulti , & earũ cœmete ria eo ipſo ſunt interdicta, donec facta fuerit oĩum p̃dictorũ plenaria reſtitutio , hæc ibi . ꝑꝑ q̃ tñ,ſecundũ Arch.non prohibetur quis proprio motu vouere,vel iurare ſuꝑ electione ſepulturæ: quod ſi fecerit, obſeruare dẽt , dũmõ ꝑ p̃dictos modis p̃dictis nõ inducatur. ¶Primò verò dubitatur,vtrũ incidat in hanc pœnã , qui inducit quendã ad iſtã electionẽ , ſed non ad vouendũ,vel iurandũ, vel promit tendũ?Et dico,ꝙ non,ſecundũ Archi. ſimiliter nec qui inducit ẽt ad vouendũ , iurandũ, promittendum: ſed non apud eccleſiã inducentis,ſecundũ Pet.de Ancha.& Ioan.An. ſimiliter nec ſi prædicto modo induxit apud eccleſiã ſuam:ſed non eſt ſecurus effectus , vt q̃a inductus illud nõ fecit ad qđ inducebaꝉ, ſecũdũ Zab.in in d.cle.Verba enim debẽt intelligi cũ effectu, maxime hoc caſu quo agiꝉ de pœna ſpũali. ¶ Scđò, dubitatur,quare ex delicto vnius de eccleſia,& fortè minimi ꝑꝑ p̃dicta tota eccleſia dãnũ patitur,vt ſit interdicta?Et dico ſcđm Pet. de Ancha. ꝙ reliqui de eccleſia hãc pœnã incurrũt ex ſequẽti eorũ delicto, nõ reſtituẽdo male accepta ex facto alicuius de collegio: quaſi ex hoc totum collegiũ delinquat.¶Tertiò,quid agendum, qñ eccleſia, in qua dictus eligens erat de iure ſepeliendus,eſt illa ad quam inducebatur? Et rñdet Io.And.ꝙ iſta qõ eſt indubitata : quia iſta conſtitutio emanauit in fauorem eccleſiæ cui ſepultura debetur:vnde in eius pœnã retorqueri nõ debet. de reg.iur.quod ob gra tiam.lib.vj. Item licet inducens peccet auferendo libertatem eligendi:tñ certat de debi-
50 to retinẽdo.C.de cõd.l.fi. Idẽ Pet.de Ancha.

† QVARTO,quid agendum,ſi eccleſia, apud quã debebat de iure ſepeliri,ſit interdicta cũ ſuo cœmeterio?Et dico,ꝙ ſepelietur in eccleſia cathedrali,ſecundũ Arch. q̃ ẽt ſi eſſet interdicta,ſeruabitur ordo c.vbicũq;. xiij. q. 2.§vbi dr̃, ꝙ vbicunq; ſepeliatur . Et eo caſu cathedralis,vel alia, in qua ſepelitur ei, apud quam erat iure tumulandus , ſubrogatur ſicut in onere , ita & in honore : vt. ſ. ad iſtã ꝑtineãt q̃ reſtituẽda erãt illi: q̃a onus comitaꝉ emolumẽtũ in tali caſu.l.alumnę,§.Seiã de adi.lege . Fallit aũt ſi illa ſine ſuo delicto erat interdicta:q̃a non eſſet priuanda cõmodis cõſuetis.ar.l.ab adminiſtratiõe.C.de leg. Et idẽ dic ſi ſepeliri nõ potuit apud eccleſiã electã ꝑꝑ caſũ cõtingẽtẽ in ꝑſona mortui: vt q̃a deceſsit in cãpis, nec inueniꝉ, vel erat bãnitus: q̃a ipſa ꝑꝑ hoc nõ eſt priuãda legatis ſibi factis grã ſepulturę:vt no. ĩ c.in nr̃a. de ſepul.Et ſi poſt electã ſepulturã,& legatũ eligiꝉ alibi ſepultura, vr̃ transferri legatũ ad electã vltimò,ar.dicti §.Seiã.hęc Pe.de Anc. Sed de his & de portiõe canonica, de qua ẽ eadẽ rõ,vide s̃.Canonica portio §.12.caſu 8

† DECIMASEPTIMA eſt in cle.
51 grauis.de ſent.excõ. vbi excõicantur primo oẽs præſumptores.i.dñi t̃pales,etiam ſi ſint prælati t̃pale dñium habentes, ſm̃ Pau.etiã ſm̃ gl.ſi eſſent epi,qui in terris,vel locis eorum ſuppoſitis interdicto cogant qũolibet diuina officia celebrare:& ſecundò , hi, qui voce præconis ſeu campanarum pulſationẽ ad officia eadem audienda aliquos preſertim ſnĩa excõicationis , vel interdicti innodatos euocant:& tertiò , illi qui excõicatis publicè,aut interdictis prohibent ne exeant de eccleſijs dum miſſarum ſolemnia aguntur,à celebrãtibus moniti vt exeant:& quartò,excõicati publicè,& interdicti,qui in ipſis nominatim à celebrantibus , vt exeant moniti , remanere prẹſumpſerunt . Et omnium horum abſolutio apoſtolicæ ſedi reſeruatur.Et ſic collige , ꝙ hęc pena eſt contra cogentes,euocantes,prohibentes, & remanentes. ¶ Primò verò dubitatur, de pręmiſſorum intellectu.Et dico , ꝙ dicitur primò,ꝙ dñi temporales,ſm̃ gl.quia ſecundũ Pau.ad hos tm̃ extenditur hęc pœna: niſi in caſu vltimo. Et ſecundò dicitur , ſuppoſitis interdicto.ſ.iuris vel hominis,ſecundũ glo. quia ſi compellunt in loco non interdicto, locum non hẽt hęc pœna,ſm̃ Paul. & idem ſecundum eundẽ ſi præcipiant non ſubiectis:ſi aũt præcipiant ſubditis etiam non interdictis in loco interdicto,eſt locus huic pę nę,ſm̃ eũdẽ.Et tertiò qũolibet:vt cõprehendat,ſm̃ Io. An.oẽm modũ cõpulſiõis realẽ ꝑſonalẽ,directũ,indirectũ : vt ſi occupãt res, eorũ cõſanguineos grauãt in ꝑſonis vel rebus.Et quartò voce p̃conis:q̃a ſm̃ Za. Pau. & Zen.ſi vocarẽt ad diuina ſecretè ꝑ nũciũ.

non,

nō incidūt,niſi uoce preconis,uel cāpanis:& eadē rōne idē eſt ſi tuba vel cornu , ſm Zen. Et quintò,preſertim quia ſm Zab.poſt Pau. incidunt etiam ſi euocarent non interdictos & non excōicatos. Et ſextò,publicè:quia excōicatum occultè publicè nō vitamus.vj. q. ij.c.ij.& c.cū non ab homine.eo.ti. Et ſeptimò,dum miſſarū: quia ſm gl.in alijs diuinis officijs non eſt locus huic pęnæ. quod indubitanter uerū eſt quantū ad prohibitionem exitus de eccleſia.ſm Zab.aūt poſt Pau.vr̄ verū etiā in primo & ſcđo caſu : q̄a diuina hic reſtringunt ad miſſas. Et octauò dr̄ moniti,ſ. nominatim,aut gn̄aliter, ita ꝙ prohibentes exire, etiam ſi generaliter prohibeant ꝙ nullus exeat,incidūt , ēt ſi celebrās nō moneret ad exitū,ut dicit Pau. Moniti tñ ut exeāt,nō exeūdo nō īcidūt,niſi nominatim moneant̄.

52 †SECVNDO dubitatur, utrū hęc pęna locū habeat in ceſſatione à diuinis poſita in dictis terris,ſicut hēt in interdicto? Et dico ſm Zab.ꝙ ſic , qn̄ illa ceſſatio habet uim interdicti,id eſt, qn̄ eſt generalis:nō aūt ſpecialis,quę ſolū obſeruatur in eccleſiis,in quibus eſt:ut patet in cle.j. de ſen.excom.§.in ceſſationibus . ¶ Tertiò, utrū prælati incidant in ſnīam ad eorū inſtantiā latā? Et dico , ꝙ ſic: ut patet in iſta cle.in qua dicitur, ꝙ hęc ſnīa quæ etiā prælatos ligat,emanauit ad querelam prælatorum, nec obſt. ſi prælati procurantes ſnīam,hoc nō intendunt: quia excōicatio non ſumit uires ab intentione procurantis, ſed excōicantis , qui intendit oēs excōicare,quos non ſpecialiter excipit . Et idē eſt ſi ad inſtātiā dn̄i factor faciat fulminari ſnīam contra oēs rerum dn̄i furatores, ſi nō denunciēt:quia ligatur factor ſi res eius furtiuè ſubripuit,& nō denunciauit: niſi fulminans eū ſpāliter uoce aut intētione excepiſſet, non obſtante , ꝙ ipſe procurator ſnīam procurauerit. Et idē eſt ſm Sum.Roſ.ſi pater familias faciat ꝑferri ſnīam in oēs fures bonorum ſuorum:quia ligantur uxor,& filii ac filiæ,niſi ſpecialiter excipiantur, nō obſtāte, ꝙ ſi de hoc cogitaſſet pater,excepiſſet . Sed tñ in iſto caſu non eſt ſimile . Vnde ſciendū eſt,ꝙ per ſnīam nō ligātur, quos excōicator ſpāliter excipit actu uel habitu, ſed uirtute.i. quos excipet ſi cogitaret:q̄a ab eius intētione excōicatio hēt ſuā uirtutē:effectus aūt ultra ſuā cām nō extēditur . Et pro hoc faciūt quæ dicentur j̄. Votum ij.§.ij.parti.4.2.§.3. Si ergo de intentione excōicantis conſtat certè aut probabiliter,nullum eſt dubium. Si uerò non conſtat altero illorum modorum, diſtinguendum eſt. Nā ſi ſnīa non ſit in fauorem alicuius perſonæ priuatæ,ſed ſolum honoris Dei & boni cōis:tenendum eſt,ꝙ tanta ſit intentio ligandi,quanta & cauſa intentionis : uñ in caſu huius clementię ne ligati fuiſſent etiam prçlati inſtantes pro ſnīa,ſi id feciſſent,contra quod ſnīa lata eſt . Si uerò fiat in fauorem alicuius perſonæ hoc potentis : nunquam eſt maior intentio ligandi in excōicante q̄ in inſtante pro excōicatione: quia effectus nunquam eſt maior ſua cauſa: aliquando tamen eſt minor:ſicut & effectus eſt aliquando minor cauſa . & hoc accidit quando excōicator non uult condeſcendere intentioni ſupplicantis in totum : quia irrationabiliter mouetur. Vnde dictus procurator non ligatur,ſi dn̄s eius non intendit,ꝙ ligetur:ligatur uerò quantum dn̄s rōnabiliter intendit . Similiter non ligantur aut ligātur uxor & familia:ſed tñ in hoc differētia:quia procurator ligatur,etiā ſi ipſe procurans ſententiā hoc non intendat:quia agit ut inſtrumētum dn̄i , cuius intentioni reſpondet intentio excōicantis:non aūt ligatur uxor uel familia,ſi hoc non intendit,qui ſnīam procurat paterfamilias. Ex his collige ,ꝙ quando ſnīa fertur pro damno uel furto , nunquā ligatur quis pro re parua ad arbitrium boni uiri: quia probabile eſt,ꝙ hoc ꝑlati nō intendāt: maximè ubi ipſi nō habēt intereſſe.

53 †DECIMAOCTAVA eſt in cle. cū ex eo.de ſen.excom. ubi excōicantur fratres minores recipiētes tp̄e interdicti illos de tertio ordine ad diuina in ſuis eccleſijs:& ſimimiliter ipſi tertioli accedētes ad illa diuina, ēt ſi ſuꝑ hoc hi,ſ.fratres,uel illi,ſ.tertioli quibuſcunq; priuilegijs extiterint muniti.& ab hac ſnīa abſolui nō poſſunt niſi per Romanum pontificē , aut ſatisfactione præmiſſa ꝑ locorum ordinarios.ut ibi dicitur. Sed hodie uacat hęc ſententia Sixti priuilegio:olim autem vacabat de iure eo tēpore , quo omnes tempore interdicti admitti poterant ad diuina.per c.alma,.de ſen.ex.lib.vj. ¶ Dubitatur verò de intellectu aliquorum:& dico,ꝙ hac ſnīa non ligantur alij religioſi admittentes, ſm Io.And.nec etiam ipſi ſi in eccleſijs non ſuis ſed alienis hoc facerent,ſm eūdem:imò dicit,ꝙ eſt mirabile : quia in alijs eccleſis recipi poſſent, ſi priuilegiū eſt generale . Vtrū autem iſti tertioli priuilegio gaudeant clericali ꝑſonali & reali ſiue foraneo? Dic, ꝙ ſic, iuxta dicta ſ̄.in tit.Eccleſia j.§.v.Itē Excommunica-

municatio.6.§.2.Et idē eſt,vt dicit Arch. de tertiolis beati Dominici,cum habeant regulā approbatam ſm illum modum viuendi per Bonifacium.Imò quantum ad hoc ſunt magis priuilegiati q̃ illi:quia tempore interdicti iſti admitti poſſunt ad fratrum diuina. hæc ille.Hodie autem ceſſat hec ſententia, etiā quo ad illos ꝑ priuilegiū: vt ibi patuit.

54 †DECIMA NONA eſt in proceſſu curiæ contra omnes imponentes noua pedagia:imò & ſm Io.An. vt allegat Arch. ēt ea recipientes,licet non ſtatuentes,ſaltē ex mēte arg.de ſen.exc.nuper.Vide j.Gabella.3.§.3.No.tñ,ꝙ exigere, eſt ab inuito extorquere:vnde recipientes à ſponte ſoluentib.non incidunt ſm Pau.in cle.qm̄.de immu.¶Notandum eſt tñ primò ꝙ Sum. Roſ. Excommunicatione xliij.§.5.in fi. dicit poſſe teneri,ꝙ augmentantes datia & gabellas non dicantur imponere noua: ſed non probat ſufficienter:vt j.Excommunicatio.9.Excommunicatiōe.xliij.dub.v.patebit. Vnde oppoſitū tenet Sum.Ang.in ti.Pedagium.ſ.ꝙ iſti ſunt excōmunicati. & Archid. & hoc eſt verius, quia ratio huius prohibitionis eſt,ne domini exhauriant pecuniam ſubditorum: quod æquè fit per augmentum antiqui pedagij, ſicut per impoſitionem noui æqualis dicto augmento.Vnde ēt ſic practicatur,vt ſic augentes abſolutionē petant. ¶Et ſecundò, ꝙ de proceſſu curię tradere non poſſumus notitiā certā ꝑꝑ varias mutationes eius: quę tñ legere potuit recitabo,licet fortè eorū q̄dā ſint reuocata: vt ſaltem confeſſores ſciāt in his timere.De his ēt s̄.Gabella.3.§.1.in fi.

55 †VIGESIMA eſt etiam in proceſſu curiæ,& extrà.de rap.ex concilio Lateranenſi, in c.excommunicationi.in quo c.dr̄ primò, ꝙ excōicationi ſubdanť hi, q̄ Romanos vel alios Chriſtianos vectos nauigio ꝑ negotiatione vel alijs honeſtis cauſis capere aut ſuis rebus ſpoliare p̄ſumunt.& ſecundò, ꝙ hi q̄ Chriſtianos naufragiū patientes ſpoliant rebus ſuis,niſi ablata reddiderint. excōicationi ſe nouerint ſubiacere.In ꝓceſſu aūt curię dr̄.Excōicamus piratas & latrunculos maritimos & receptatores eorum. ¶Primò verò dubitať de intellectu dictorū:& dico,ꝙ verbum,nauigio, intelligitur de quolibet, ſm Io.An.& Io.de Lig.ſed Ho.reſtringit ad maritimum. Piratæ autem dicuntur ſm Sum. Ang. omnes deprædantes in mari ſine iuſto bello. Sed hoc ipſa non probat aliter quàm ſua auctoritate:& illud Sum.Roſ.rationabiliter impugnat,dicēs,ꝙ ſi Genuenſes, verbi gratia,iniuſtè mouent bellū in Florentinos, & ſpoliant nauigio vectos:niſi ſe ad alios extendāt, nec ſunt excōicati, nec piratę: quia Io.And. Io.de Lig.& Pan. diſtinguunt inter ſpoliantes vectos nauigio maritimo,& piratas:quia illi ſunt excōicandi,iſti excōicati:& ter in anno ab ore papæ,vt dicit Io.An. Vñ piratæ ſunt,qui vulgariter dicuntur curſarij, i. qui ſine bello intendunt ſpoliationi maritimæ indifferenter vel quaſi.

56 †VNDE tria faciunt piratam. Primò indifferentia ſpoliandorum: quia.ſ.non intendūt ſpoliationē determinatę nationis.Sec̄dò intentio principalis exercēdi huius:vñ ſi Genuenſis intendat ſpoliare oēs Venetos, ſed nō principaliter,ſed vacare ſuis negotiis, nō eſt pirata. Tertiò hæc facere nō bannito bello:q̄a ſi hēt bellum ēt iniuſtū, nō eſt pirata.

57 †SECVNDO dubitatur, vtrū iſte canō ſit latæ ſnīæ?Et dico,ꝙ ſic quantum ad piratas:quia per curiæ proceſſum excōicati ſunt ipſi & omnes latrunculi marini:quę duo circumloquuntur idem & receptores eorum. Sed iſtis omiſſis dico, ꝙ quantum ad primā partem ſm Hoſt. eſt canon latæ ſententiæ, ſm Io.And.& Io.de Lig. & communē opinionē,eſt ſententia ſententiæ; quantum verò ad ſm,ſm Hoſt.eſt canon ſententiæ ferendæ:ſed ſm Inn.Vinc.Gofr.& Io.And.eſt canō latæ ſnīæ,ita tñ ꝙ monitio præcedat,vt dicit Io.An.& hoc probat vis verborum. & ratio diuerſitatis patet.Vnde illi ſi ſtatim reſtituant,ſm Io. And. & Pet. de Ancha. non sūt excōicati.Et ꝑ hoc no.Pa.ī d.c.ex gl.vlt. iuncto textu,ꝙ vbi pœna ponitur negatiuè: vt qui non reſidet, ſit excōicatus ipſo iure: pœna non intelligitur inflicta,niſi monitio præcedat.Et pro hoc facit Theorica Inn. in c.extirpādę. §.qui verò.de præb.ſ.ꝙ vbi pœna ponitur negatiuè ſine appoſitione t̄pis, requiritur monitio: vt in dicto exēplo reſidentiæ: quia nobis eſt occultum an habuerit iuſtā cauſam nō reſidendi:ſed ꝑ monitionem conuincitur.Qn̄ verò pœna ponitur affirmatiuè:vt, quicunq; tali hora eccleſiā intrauerit,ſit excōicatus.non requiritur monitio:quia licet negata lateant,tamen facta patent.Et licet Pan. non ſit ſecutus iſtā Theoricam in illo §.q̄ verò.& dicat pœnā eſſe cōmiſſam ipſo facto, ꝙ quis eſt in mora: quia quo ad Deū ceſſat rō Inno. cū Deum lateat nihil:& quicquid eſt certū naturę, eſt certū legi:tñ tene, vt s̄. de pœna inflicta ab eccleſia:quia

ſia:quia opinio Inn.eſt cōis. Et hanc tenuit ēt ipſe Hoſt.in Sum.dicens ꝙ tales non ſunt excōicati, niſi poſt competentem monitionem.Vbi tñ canon imponit pęnam ex facto negatiuo cum certo tp̄e, vt niſi reſtituat intra annum, monitio non requiritur:ſm Gemi.in c.vnico.de vi.& ho.cle. ¶Tertiò,vtrū abſolutio ab iſta ſentētia ſit reſeruata papæ? Et dico, ꝙ quo ad piratas eſt idem iudiciū, ſicut de aliis ſentētijs, quæ in dicto proceſſu continētur: & ſimiliter ſi expoliati ſint Romipetæ: vt ĩ. Excōicatione xxix. quia iſta continentur in proceſſu:quantū ad alios aūt hic nominatos nullibi reperio,ꝙ ſit papalis.

58 † VIGESIMAPRIMA eſt in ꝓceſſu curię:& extrà,de Iud.& Sara.in c.ita quorūdam. in c.excōicantur. mulctantur rebus,& capientiū ſerui fiunt, oēs Chriſtiani ferentes Saracenis arma, ferrū, lignamina galearū,& neceſſaria ad impugnandum Chriſtianos:& qui in piratis Saracenorū nauibus regimē,& curā gubernationis exercēt:& præcipitur vt per eccleſias maritimarū vrbium crebra & ſolennis in eos excōicatio proferat̄.hæc ibi. q̄ oīa repetuntur paulò poſt in c. ad liberandā. & additur ꝙ excōicati ſunt vendētes eis galeas aut naues,vel machinis aut quibuslibet alijs aliquod impendunt conſiliū vel auxiliū in diſpendium terræ ſanctæ: & ꝙ dicta ſnīa in dictis vrbibus publicè innouet̄ diebus dñicis & feſtiuis:& ꝙ talibus nō aperiat̄ gremiū eccleſię, niſi totū, quod ex tā dānato cōmercio perceperint,& tantundē de ſuo in ſubſidium terræ ſanctæ tranſmiſerint:& ſi ſoluendo non fuerint,aliàs reatus eorū caſtigetur.hęc ibi.Et ſic intelligūtur ꝓhibita oīa conferentia ad bellū immediatè. In eodē ēt tit.in c.quod olim.prorogatur,id eſt,extenditur dicta pœna ad alium caſum,q̄ in dictis duobus capitulis contineatur, ſ.ad quæcūq; mercimonia vel rerū ſubſidia durante guerra delata.Hęc ibi. Et ſub noīe guerrę intellige ēt treugam:quia per eā guerra non tollitur, ſed intermittitur: & abſolutio ſm gl.in d. c.quod olim. competit epō,ex quo papa ſibi non reſeruat.quod verum fuit olim,ſed non modo ꝓꝓ extrauagantes & curiæ proceſſum. Nicolaus ēt IIII.in extrauag.q̄ incipit, olim. excōicauit deferentes & mittētes, & de ſuis portubus extrahi permittentes,vt deferantur arma,ferrum,equi,lignamina,victualia,& q̄cūq; mercimonia in Alexandriā, vel alia loca terrę Saracenorū Aegypti,&eis aliàs auxilium vel fauorem p̄ſtare p̄ſumentes:& idem ſtatuit de omnibus terris Soldano ſubiectis: nec abſolui pn̄t,niſi tm̄ de bonis ſuis in terræ ſanctę ſubſidium conuertēdū exoluerint,quantū ad dictas partes detulerint, aut miſerint,aut deferri,vel de ipſorū portubus deferendum extrahi permiſerint. Quę extrauagans, licet videatur reuocata ꝑ procœmium Sexti, tñ pòſt innouata eſt per Bonifacium & Clementē V. qui abſolutionem ab hmōi ſnīa.p̄terquam in mortis articulo, ſedi Apoſtolicę reſeruauit: vt patet in extrauag.q̄ incipit,multa mētis. Et huic hodie ſtatur ſm Archie.quod ēt ex proceſſu patebit. Super hoc tñ Genuenſes hn̄t aliqualē licentiam durantem:ſimiliter ſuper hoc etiā Veneti licentiā habent à Martino V.ſm Archid.per annos plures quantum ad victualia & mercimonia:ſed audiui à fide dignis,ꝙ iā diu tp̄s illud ſit elapſum.Et licet Sūma Ang. dicat extrauagātes Nicolai,Bonifacij & Clementis circa p̄dicta vacare: tñ non eſt uerū: quia ſtant illę,q̄ ſunt Nicolai, vt patuit:& illę, q̄ Bonifacij octaui, quia fuit auctor ſexti libri,& poſt compilationē eius in extrauag. incip.contra. innouauit antiquas in hac materia. & ſimiliter poſt eam Clemens quintus in extrauag.q̄ incipit, multa. Et ita declarat Franc.de Plat.in tract.reſtitutionum. & Archi.in 2.tertię.& Summ.Roſ.Abſolutio.j.§. lxxxvij. & Io.And.& Car.& But.Pan. & Io. de Anan.in c.quod olim.de Iud.Ex his omnibus collige,ꝙ excommunicati ſunt primò quo ad terras quorumcunq; Saracenorū deferunt aut mittunt,vel de ſuis portibus mittēda extrahi permittunt arma, ferrū,equos, lignamina,galeas,& naues,& gn̄aliter oīa facientia ad belli apparatum directè & immediatè quocunq; tp̄e & loco: & ſecundò victualia & q̄cunq; mercimonia tp̄e guerræ, & ēt pacis, quo ad loca Soldani dūtaxat: & excōicatio eſt papalis per ꝓceſſum quo ad prohibita omni tempore. Et quo ad hęc & reliqua per dictam extrauagantē:ſed tamen ſumus pœnitentiarius videtur poſſe abſoluere,ſecundùm Arch.Similiter ſunt excōicati tertiò, qui in piraticis Saracenorū nauib. regimen & curam gubernationis exercent: ſed eſt excōmunicatio epiſcopalis:quia iura non reſeruant iſtam papę. proceſſus autem extrauagantes nō faciunt de hac mentionē.

59 † PRIMO tñ ſciendum eſt, ꝙ nomine armorum, vt not.in l.ij.C.quę res expor.nō deb. veniunt loricę,ſcuta, arcus,ſagittę,ſpatę, gladij, tela: & ſecundùm gloſſ.in d.c.ita qorun-

quorundam,etiam fuſtes, & lapides machinarum:non aũt ędificiorum. Vel dic,ꝙ arma dicuntur quę veniunt ſolũ vel principaliter in vſum offenſionis aut defenſionis : quibus aũt etiam in aliis vtimur : intellige principaliter, non dicuntur arma,niſi ex intentione: vt not. in cle. non in agro.de ſtatu mo.Vnde gladius ad incidendum panem non uenit armorũ nomine,ſm Pan.in c.clerici.el j. de vita & hone. cler. vt patet per illum textum : quia dicit, ꝙ clerici arma portantes debent excõicari: & cõſequenter mortaliter peccant : & tamen non prohibentur ferre gladios ad panem incidendum.¶Et ſecundò,ꝙ nomine ferri uenit ferrũ factum & infectum,id eſt,vena ferri : vt in d.l. ij. quod tamen limitatur per rationem ibi expreſſam de ferro quod poſſet conferre ad offenſionẽ uel defenſionẽ: ſecus de alio , vt ſunt claui paruuli , gladioli , & hmõi, niſi dolo vel fortè etiam lata in conſideratione deferentur in tanta copia & tali tempore,ꝙ timeri poſſet probabiliter nec conuerterẽtur in arma . ¶Et tertiò , ꝙ nomine lignaminũ ueniunt oĩa ligna, quibus fieri poſſunt naues,galeæ , & machinę offenſiuę,aut defenſiuæ: quia iſta eſt ratio prohibendi:nõ aũt ligna nõ apta ad hmõi, ſed ſolum ad comburendum.Et quartò, ꝙ nomine Saracenorum habentium guerram cum Chriſtianis , intelliguntur omnes Saraceni habentes guerram cum quocunq; principe Chriſtiano,vel terra,vel dominio,ſecundum communem doctrinam,& ſimiliter omnes Saraceni qui fauent habentibus guerram. & comprehendit,ſecũdum Pan. in c.ſignificauit.de Iud. & Sara.tempus guerræ,etiam tempus treugę, vt dictum eſt .

60 †ET QVINTO,ꝙ prohibita in iſta materia ſunt duplicia:q̃a q̃dam ſunt ꝓhibita omni tpe & loco,ſiue quo ad oẽs Saracenos:vt arma,ferrũ,equi,lignamina,naues , galeæ : vt in dicto c.ad liberandã.& in c.ita. per quæ intelliguntur oĩa cõferentia directè,& ĩmediatè ad vſũ belli offenſiuè,aut defenſiuè . Et iſta ſunt, q̃ à doctoribus appellãtur prohibita.Quædam verò,quo ad oẽm locũ,ſiue quo ad oẽs Saracenos ꝓhibentur aliquo tp̃e,ſ.belli tm̃:vt victualia & mercimonia, & omne conſiliũ ac ſubſidium:vt in eo.tit.in c.cũ olim.& eadem prohibentur quo ad omne tp̃s ſm aliquem locum, ſcilicet ſolũ quo ad loca Soldani,ad quæ nullo tp̃e licitè mittuntur:vt patet in dicta extrauagante , olim. in qua de bello vel pace mentio non fit : & tempore pacis licitè mittuntur ad alios Saracenos:q̃a hoc nullibi legitur prohibitũ:niſi fieret in diſpẽdium Chriſtianorũ: puta:quia Saracenis his ſe muniũt ad pugnã: quia generaliter prohibẽtur ſubſidia belli,in quãtũ talia.Quod dico,quia eadẽ res cõferre põt ad bellum & pacẽ, vt copia frumẽtorũ. Et iſta quæ nõ ſunt ſemper prohibita,niſi in aliquo loco,nec ubiq;,niſi ĩ aliquo tp̃e, à doctoribus appellãtur nõ prohibita. Ex his aũt patet corolariè, quod nõ ſufficiẽter determinant Sum.Ang.& Roſ.ꝙ victualia & merces tp̃e pacis licitè deferuntur:quia hoc non eſt indiſtinctè verũ,ſed ſolũ quo ad loca nõ ſubiecta Soldano,cũ quo videtur eccleſia habere perpetuũ bellũ,& qui ſpecialiter ſolus occupat terrã ſanctã:vt per dictam extrauagantem.olim patet.& per aliã Clemẽtis,quę incipit,multa mentis.Sed cõtrà, quia Greg.ix. in quadã extrauagante,vt allegat Sum. Roſ. declarauit ꝙ non incidebant portantes ſtupam,canapã,picẽ, fila & clauos:niſi ꝯ Chriſtianos,uel in diſpendium terræ ſanctæ : nec ualet dici iſta reuocata eſſe per proœmium Sexti:quia iſta non ſunt dicta ſtatuendo, ſed declarando ius,quod.ſ.non eſt reuocatũ. Ad hoc dico,ꝙ Greg. loquebatur declarãdo ius cõe: ſm quod iſta licebãt : ſed poſt Greg. ix. longo tp̃e fuit Nicolaus v.qui ſtatuit noua.

61 †SEXTO dubitari ſolent,utrũ tp̃e belli aliquo caſu liceat deferre prohibita,id eſt, conferentia bello.Et dico,ꝙ ſic,ſm Inno. & Hoſt.in d.c.ſignificauit.pro redẽptione captiuorum.ar.l.ſancimus.C.de ſacroſan. eccle. & in c.j.de pign.quia uaſa , quæ prohibẽtur alio tp̃e vendi , diſtrahi poſſent pro redemptione captiuorũ.xij.q.ij.aurũ. Excipit Inn. quando hmõi arma uenderentur cõtra Chriſtianos,uel in articulo quo exercentur cõtra Chriſtianos,quia inciderent. Contrarium tenet gl.in d.c.ſignificauit.Ioan.And. dicit,ꝙ poſt factum conſulendum eſt, ſecundum illos,ſed ſecũdum gl. ante factum:quia aliter, ſi hoc perpenderent infideles,poſſent pro captiuis uelle ſolum prohibita : item paratũ eſſe uelamen uolenti fraudem committere: quia diceret ſemper ſe feciſſe pro redimendis captiuis . Panormitanus vero tenet opinionẽ gl.indiſtinctè durante bello: quia, inquit,ex illis armis ueniunt impugnãdi Chriſtiani:ſed tp̃e pacis procedit opinio Io. An. Sed q̃a ẽt Inn.ipſe videt̃ tenere, ꝙ tp̃e actualis belli iſta non liceant:vt patet in exceptione ſua:ideo videtur malè reprobatus. Vnde dic,ꝙ tp̃e pacis ſi deferũtur arma , & hmõi, pro redimẽdo captiuos qñ aliter redimi nõ

poſſunt, poſt factũ cõdemnare nõ debemus: maximè, quia in eodẽ c.dicitur, ꝙ deferẽtes prohibita poſt treguã cauſa lucrãdi incidũt. Ex quo videtur innui ꝙ non incidant deferentes non cauſa lucrandi, ſed redimẽdi: nec ante factum conſulere. Et iſta eſt mens Inn. Io.An.& Pan. ſed tpe belli indiſtinctè ante factum & poſt, ſunt condẽnandi tales: vt tenet d.gl.& ſequitur Card.& Pan.& Io.de Ana.& Sum.Roſ.cõtra Angel & communis opinio. de aliis verò mercibus nõ facientibus ad bellum, non videtur dubium inter doct. quin deferri poſſit ea de cauſa etiam tempore belli.

62 †SEPTIMO, an tpe pacis liceat deferri hmõi prohibita. Et dico, ꝙ iſta omni tpe & loco ſunt prohibita, vt viſum eſt. Pan. aũt in c.quod olim.de Iudæ.dicit, ꝙ ſemper ſtat horum prohibitio, etiam tẽpore pacis: licet aliud ſenſerit gl.in d.c.ſignificauit. quia poſſent infideles facere pacem fraudulenter, & ſic fulci hmõi armis. Et iſta opinio benignior eſt ante factũ: ſed poſt, forſitan poſſet excuſari à pena. quia illud c.ita quorundã.dicit, ꝙ deferebant ad impugnandum Chriſtianos. Hec Pan. cuius dicta licet iure cõi loquẽdo poſſeat ſuſtineri diſputatiuè, & ad hoĩem tñ veritas eſt, ꝙ numquam eſt licitum: nec eſt excuſatio poſt factum, niſi in cauſa captiuorum: quia iura loquuntur indiſtinctè: nec ſcimus, qñ hi, qui fidem nõ habent, fidem ſint ſeruaturi, vt pacẽ obſeruẽt. Vnde idem Pan. in eo.tit.in c.ita tenet. ꝙ iſta deferentes tpe pacis. & non ea intentione vt impugnentur Chriſtiani, nihilominus incidunt. & conſentit Io.An.& do.Ant.in tex.exponitur ad impugnãdum Chriſtianos, id eſt, ex quibus poſſunt impugnari Chriſtiani, ſecundum Pano.

63 †OCTAVO, vtrum tpe belli licitè deferantur non prohibita, id eſt, nõ pertinẽtia ad vſum belli: vt victualia & merces? Et dico, ꝙ tpe belli iſta deferentes incidunt: & oẽs dantes quodcunq; ſubſidiũ rebus, vel conſilio: vt patet in d.c.cũ olim. & conſentit ibi Pan. & Inn.& Gof.tenens, ꝙ durãte bello durat prohibitio generaliter: ſed eo ceſſante nõ durat canon latę ſnĩæ, niſi in prohibitis. Sed hoc vltimum intellige de iure, & quo ad aliquos Saracenos: ſecus ꝑ extrauagãtẽ, olim.& quo ad loca Soldani: ad q̃ nullo tpe iſta licitè deferunt̃, niſi ꝑ redẽptiõe captiuorũ tpe pacis.

64 †NONO dubitatur, qui incidunt in hãc penam, & qui nõ, ex his de quibus doctores dubitant. Et dico primò, ꝙ incidunt, ſm aliquos, vt dicit Ant. de But. in c.ad liberandã. Chriſtiani exercentes guberna[illegible] in piraticis nauibus Saracenorum, licet nõ ꝯ Chriſtianos, ſed cõtra alios infideles: q a docẽt eos in arte practica, qua deinde pñt Chriſtianos impugnare. Et hoc tene, licet nõ placeat Inn. q a caput illud, & caput, ita quorundam, loquuntur indiſtinctè, & hoc factum æquipollet armis delatis in pace, quibus Chriſtiani, nõ impugnantur, ſed impugnari poſſunt. Secus tñ ſi quis nõ eſſet gubernator, ſed merus executor, quia de iſto nullibi legitur prohibitũ. Et ſecũdò qui deferũt arma ad ſui tuitionem tñ: & deinde occaſione pecuniæ vendunt ea Saracenis, quia hic hẽt locũ ratio huius ſcię, cũ nõ ſit prohibita delatio, niſi gratia uenditionis aut donationis, vel cuiuſcũq; traditionis. Et tertiò incidunt, qui tpe pacis dant chordã, vel anchorã. vel aliquid hmõi: quia ſicut eſt illicitum eis vẽdere naues, & ita hmõi, ſine quibus naues forent inutiles. Et quartò q ꝑmutãt arma in arma, vt gladiũ in arcũ: licet Sum. Roſ. teneat contrariũ: q a nõ differt ad impugnandũ Chriſtianos qualiter eis arma tradamus, ſ. venditione, aut cõmutatione. Et quintò, qui portant prohibita ignorãtes eſſe prohibita, vel ſe ideò eſſe excõicatos: q a hec ignorare nõ licet: cũ ſint valde publica. vnde abſoluantur ad cautelã. Et ſextò, qui portauerunt prohibita, & vnã partẽ vendiderũt, non aliam, etiam ignoranter, etiã ſi partẽ venditã ſtatim recuperarẽt, vnde ſi pęniteat interim, vel contingat eos abſolui, reportent nõ vendita: alioquin reincidunt. Et ſeptimò, qui eſt marinarius in naue deferente prohibita, etiã ſi in alia lucrari nõ poſſet: q a coopatur portantibus, vel mittentibus. Nõ incidunt verò primò, qui nõ ꝑtinentia ad vſum belli deferunt tpe pacis ad loca q̃ nõ ſunt in Aegypto nec ſubiecta Soldano: niſi deferãtur ad impugnãdũ Chriſtianos, uel in diſpendiũ terrę ſanctę. & hęc patẽt ex dictis. Nec ſecũdò, portantes ferrũ, vel arma, & hmõi de vna terra Saracenorum ad aliam, ſm declarationem Greg. ix. Nec tertiò, ſm eundem, portantes Saracenos cũ armis ſuis. Nec quartò, qui prohibita ignoranter portant, & q̃ citò ſciunt, antequã quicquam vendant, ea reportant.

65 †DECIMO dubitatur, utrũ ſi abſoluant̃ ꝑdicti nõ facta ſatiſfactione, de qua ſ. teneat abſolutio? Et dico, ſm Pan.cle.j. de ſepul. ꝙ non tenet abſolutio facta nõ ꝑcedente ſatiſfactione: quia fit contra prohibitionẽ, & formam mandati. argu.de reſcrip. cũ delicta. idẽ Arch.in c.qm̃.de immu.eccle.lib.6.ubi concludit,

cludit, q̄ nō valet abſolutio facta cōtra prohibitionē. Sed Ge.i. d.c.qm̄.diſtinguit: quia qn̄ poteſtas datur aliàs non habenti: ſi nō ſeruetur forma, actus non valet: vt no.gl. ſingularis in cle.j. de iure patro. qn̄ verò habenti poteſtatem à lege abſoluendi fit prohibitio: licet nō ſeruetur forma, valet ipſo iure abſolutio: vt de ſen.exc. venerabilibus.§.vbi.li. 6. Et hanc diſt. ponit gl.d.cle.& approbat Pan. in c.dilectus.el ij.de preb. Vnde cū ordinarij habeāt poteſtatē abſoluēdi à ſnīa canonis nō reſeruatis, vt in c.nuper.de ſent.excom. valet abſolutio, & ita tenet Io.An. & Pet. de Anc. & Arch, ſed ſecundum Aegi. niſi hoc faciāt, reducendi ſunt in priſtinam ſnīam. Sed prędicta intellige, niſi apponatur clauſula irritatiua actus: quia tunc nihil faceret ordinarius abſoluendo, vel quicunque alius aliàs habēs poteſtatem, niſi actus forma ſeruetur.

66 †VNDECIMO dubitatur, quo iſti q̄ puniuntur in bonis per confiſcationē, poſsūt puniri, vt mittant prędicta in ſubſidium terræ ſanctę? Et dico, ſm̄ prædictos, q̄ ante confiſcationē, intellige p̄ iudicē factā imponitur hęc pęna: vel ſoluitur de bonis quęſitis poſt cōfiſcationem. vel dic ſm̄ Arch. q̄ pœna confiſcationis, vt dicit Pet. de Anch. imponitur à iudice ſeculari, non autem ipſo iure: reliqua verò pęna imponitur ab eccleſiaſtico.

67 †DVODECIMO dubitatur, cui debeat dari dicta pęna imponenda per iudicē eccleſiaſticū, qn̄ nō mittitur in ſubſidiū terræ ſanctæ, quia.ſ.neſcitur cui dari debeat? Et dico ſm̄ Arch. q̄ in hac pœna ſolus papa diſpenſare pōt, vel habens commiſſionē ab eo, vt ſūmus pęnitentiarius: & eo caſu applicabitur camerę apoſtolicę: vnde qui inciderunt, cōſueuerūt cū ea cōponere, vt dicitur. & hoc quando ſoluere poſſunt: aliàs fiat vt in fine dictæ decretalis, ad liberandam.

68 †VIGESIMASECVNDA eſt in p̄ceſſu curiæ cōtra impediētes ſeu inuadentes eos q̄ victualia, aut alia neceſſaria ad vſū curię Romanę adducūt: ſeu impediētes & p̄turbātes ne ad ipſam adducātur, vel ferātur, & cōtra defenſores facientiū talia. ¶ Viceſimatertia eſt in eodē cōtra oēs, qui ueniētes ad ſedē apoſtolicā, aut ab ea recedētes, temeritate p̄pria capiunt, ſpoliant, & detinēt, aut ex propoſito deliberato verberare, mutilare, vel interficere præſumunt: & contra omnes talia fieri facientes ſeu mandantes.

69 †VIGESIMAQVARTA eſt in eodē cōtra eos, qui iuriſdōnē ordinariā, vel delegatā nō habētes, in eadē curia morātes, temeritate p̄pria capiūt, ſpoliāt, & detinēt, aut à propoſito deliberato verberare, mutilare, vel interficere præſumunt, & qui talia fieri faciunt, ſeu mandant.

70 †VIGESIMAQVINTA eſt in eodē cōtra eos, q̄ per ſe, vel p̄ alios, ſeu alias quaſcūque p̄ſonas ſeculares vel eccleſiaſticas recurrētes ad curiā Romanā ſup̄ eorū cauſis, & negotiis, illaq̄; ī eadē p̄ſoquētes aut p̄curātes, vel p̄curatores ipſorū, vel aduocatos, ſeu iudices ſup̄ dictis cauſis deputatos, occaſiōe cauſarū, uel negociorū hmōi verberant, mutilāt, vel occidūt, aut bonis ſpoliant, & cōtra dātes auxiliū, conſilium, vel fauorem in prædictis.

71 VIGESIMASEXTA eſt in eodē cōtra oēs q̄ ne pareāt literis, aut mādatis apoſtolicis & legatorū, & nunciorū, & iudicū delegatorū, eorūdē grām vel iuſtitiā cōcernentibus, decretisq̄; ſup̄ eis, & re iudicata, ſeu p̄ceſſibus executorialibus, nō habito prius eorū bñplacito & aſſenſu, nève tabelliones, & notarij ſuper hmōi literis, & p̄ceſſibus executorialibus, inſtrā ſeu acta cōficere, aut cōfecta parti, cuius intereſt, tradere, ſub grauiſſimis pœnis prohibere, ſtatuere, ſeu mādare præſumunt. & contra dantes auxilium, conſilium vel fauorem.

72 †VIGESIMASEPTIMA eſt ī eodē cōtra oēs, q̄ ſe ab obediētia Ro. Pōt. p̄tinaciter ſubtrahere, vel quolibet recedere p̄ſumunt: & ꝯ dātes auxiliū, conſiliū, uel fauorē prędictis.

73 †VIGESIMAOCTAVA eſt in eodem contra oēs, qui iuriſdictionē ad eccleſiaſticas perſonas pertinentē per ſe vel per aliū, ſeu alios vſurpant directè, vel indirectè: aut in eiſdē conſiliū, auxiliū, vel fauorē præſtare.

74 †VIGESIMANONA eſt ī eodē cōtra oēs mutilātes, vulnerātes, interficiētes ſeu capientes, & detinētes, depdātes Romipetas, & peregrinos ad Ieruſalē cā peregrinationis, & deuotionis accedentes, & in ea morantes, vel recedentes ab ea: & contra omnes his dantibus conſilium, auxilium, uel fauorem.

75 †TRIGESIMA ē in eodē cōtra oēs, q̄ per ſe vel p̄ aliū directè, uel indirectè ſub quocunque titulo vel colore occupāt, detinēt, vel hoſtiliter diſcurrunt: ſeu inuadūt in totū vel in partē almā vrbē, aut alias ciuitates, vel terras & loca, & iura ad eccleſiā Romanā ſpectātia, cū adhęrētibus, fautoribus, & defenſoribus eorū, ſeu dātibus conſiliū, auxiliū, vel fauorē in eiſdē. Et intellige ſpectātia, id eſt, ſubiecta mediatè, vel immediatè: vt dicit Sixtus in extrauagante q̄ incipit, & ſi Dñici. intellige et de

de his qui dicta deprædantur, vt ibi patet. Iſtæ aũt terre vt in proceſſu Mart. 5. sũt vrbs alma, regna Siciliæ, Trinacriæ inſulę, Sardiniæ, Corſicę terrę, citra Farũ, patrimoniũ beati Petri in Thuſcia, ducatus Spoletanus, comitatus Venaiſini, Sabinę, Marchię Anchonitanæ, Maſſæ Trabarię, Romandiolæ, ac maritimę ꝓuincię, ac terrę ſpãlis cõmiſſionis, & Arnulphorũ: ciuitates quoq; Bon. Ferraria, Beneuẽtũ, Peruſiũ, Auinio, ciuitas Caſtelli, Tudertina, & alię ciuitates, terrę & loca vel iura ad eccleſiã ꝑtinẽtia.

76 † TRIGESIMAPRIMA eſt in eodẽ contra quoſcunq; præſumentes abſoluere quemlibet per dictum proceſſum excõicatum, cuiuſmodi ſunt omnes prædicti, & etiam hęretici cum ſuis fautoribus, defenſoribus, & receptatoribus. Et idem intellige de contentis in §. ſeq. vt ibi dicetur, niſi in articulo mortis: & tunc niſi preſtita prius de ſtãdo ſanctæ matris eccleſię mandatis, ſatisfactione vel ſufficienti cautione et ꝑtextu cuiuſcunq; priuilegij vel conceſſionis apoſtolicę nõ faciẽtis plenã & expreſſam de prędicta prohibitione mẽtionẽ: nec abſolutio aliter impenſa valet: & reſeruatur quo ad oĩa iſta Rom. Pon. Predicta omnia recitata de proceſſu curiæ etiã hodie tenent: quia Martinus ſtatuit ad ea perpetuã rei memoriã; & in fine ſuũ proceſſum appellat conſtitutionẽ, nec aliter leguntur reuocata. Quędã tñ ſunt in eo cõtra ſectatores aut fautores Petri de Luna, & contra dantes fauorem Vicleuiſtis & Huſſiſtis hęreticis: quæ hodie non videntur habere locum. Paulus verò ſecundus in ſuo proceſſu ſuperaddit multa.

77 † TRIGESIMASECVNDA ergo, in qua includuntur octo, eſt in proceſſu curię Pauli ſecundi contra offendentes eccleſię libertatẽ, & violantes interdictũ ab apoſtolica ſede impoſitum, & conſpirantes in ſtatũ aut perſonã Romani põtificis, & presbytericidas: & per Sixtũ hoc extenditur etiã ad occidentes, vel mutilantes aliquẽ exiſtentẽ in ſacris, offendentes ẽpos vel alios prælatos, in perſonas imponentes noua onera, realia vel perſonalia eccleſijs vel eccleſiaſticis ꝑſonis: ſimoniacos ſuper ordinibus vel beneficijs aſſecutis in curia Romana vel extra. Nec poſſunt iſti citra Papã abſolui: ſed in omni conceſſione per ipſum facta aut tunc fienda intelliguntur excepti, vt in quadã eius conſtõne patet, quę incipit, & ſic dñici. Summa tñ Ang. dicit ſe omittere caſus reſeruatos à Paulo: quia Sixtus ſe reſtrinxit ad reſeruatos à Martino: quaſi velit dicere, ꝙ relaxauerit reſeruatos per Paulum. Sed hoc non videtur verum. Primò, quia Sum. Roſ. ponit dictos conſpiratores excõicatos cõiter ẽm curiæ proceſſus. Secundò, quia Sixtus in extrauagante quæ incipit, & ſi dñici gregis, enumerat oẽs prædictos caſus Pauli: & addit crimen hereſis, poſtquam fuerint aliqui, qui ſententialiter cõdemnati, delati, ſeu publicè diffamati, occaſionis vel mutilationis cuiuſcunq; in ſacris conſtituti, prohibitionis, delationis cãrum ad dictã curiã: & dicit ſe nolle, ꝙ aliquis poſſet prędictos abſoluere, etiam vigore facultatũ à ſe conceſſarum verbo aut literis, etiã cum clauſula, ꝙ ſola ſignatura ſufficiat: etiam in fauorẽ fidei, & cruciatę: & abſoluentes anathematizat & excõicat, reſeruans abſolutionẽ Romano pontifici: quod nõ eſſet, ſi iſta reuocaſſet: veritas aũt eſt, ꝙ caſus in hoc §. enumerati nõ continentur in bulla cęnę Dñi: quia Sixtus reduxit proceſſum Pauli pręciſè ad ea, quæ continebãtur in proceſſu Martini: vt patet per breuẽ ad ducem Mediolani Galeacium ſub anno domini. 1479. 19. Nouemb. eſt tamen prohibitum ſub pęna excõicationis, ne ꝗs ab eis abſoluat prætextu confeſſionalium ab eo conceſſorum: vt patet in d. extrauag. & ſi dominici. ſub anno Dñi. 1479. Vnde iſti caſus remanent in diſpoſitione iuris cõis, ac ſi de eis mentio habita nõ fuiſſet: & ab eis abſoluere poteſt, cui de iure competeret remota bulla cœnę Domini.

78 † QVADRAGESIMA eſt in eadẽ extrauagante Sixti cõtra omnes diſpenſantes in voto vltramarino, ſanctorũ Petri, & Pauli, ſancti Iacobi in Compoſtella, & caſtitatis, ac religionis, & abſoluẽtes à caſibus §. prioris, & quacunq; conceſſione ab ipſo habita: niſi in ipſa conceſſione mentio fiat de ipſa extrauagante de uerbo ad uerbum.

79 QVADRAGESIMAPRIMA eſt, in quadã extrauagante Bonif. ij. ſub rubrica, de ſepulturis, quę incipit, deteſtandum. vbi excõicantur oẽs, etiam pontifices exenterantes, vel in fruſta concidentes corpora mortuorũ: aut in aquis coquentes, vt carnẽ ab oſſibus euellãt, vt alibi tumulãda ferant: & abſolutio reſeruatur Papę. Sed nota ꝙ iſta conſtitutio nõ hẽt locũ: primò ſi fiant viuo: nec ſecundò ſi fiant mortuo, non eo fine, ut alibi ſepeliantur: ſed odio etiam comedẽdo carnes, vt faciunt Partiales: vel ſuperſtitione: vel etiam propter chirurgiam: quia pœnæ vltra proprios caſus nõ ſunt extendendæ: vt de pœ. diſt. j. §. pœna. Tertiò, ſi mortuus eſſet quis in terris infidelium, vt in eadem extrauagante patet.

80 QVADRAGESIMASECVNDA, in ex-

extrauagante Martini quinti ſub rubrica, de ſimonia, quæ incipit, dãnabile. & rurſus in alia Pauli ſecundi, quę incipit, cũ deteſtabile, cõtra oẽs, etiã quacũq; dignitate præditos ſeculari, vel eccleſiaſtica, et cardinalatus, q ſimoniã in ordine, vel beneficio cõtraxerunt in curia, vel extra, publicè vel occultè: & cõtra oẽs mediatores, & procuratores in ea: & abſolutio reſeruatur Pont. Rom. alij aũt ſimoniaci nõ leguntur excõicati. ita tñ, q ſub noĩe beneficii intelligantur electiones, poſtulationes, cõfirmationes, & quæuis prouiſiones eccleſiarũ, monaſteriorũ, dignitatũ, perſonatuũ, & officiorũ: quia in his tam dantes, q̃ accipientes per dictas extrauagantes ſunt excommunicati. Excipe tamen vt infrà, Excommunicatione 44.

81 †QVADRAGESIMATERTIA eſt, in eadẽ extrauagante Martini quinti, & Pauli ſecũdi, contra oẽs etiã quacunq; dignitate eccleſiaſtica, vel ſeculari pollentes: qui mediatores, vel procuratores ſimoniæ ſummo pontifici, aut cui ille cõmiſerit, quantocyus non reuelant: q etiã abſolui non poſſunt, niſi iſta reuelent. Sed hæc ſñia non tenet hodie: quia, vt dictum eſt ſuprà, Conſuetudo §. vij. ſtatutum quod non eſt ſuſceptum, nec ſeruatum ſcienter, & non reclamante ſuperiore, tollitur per vſum contrarium, maximè præſcriptum annis decem: & ita eſt in propoſito: imò iã iſte contrarius vſus eſt præſcriptus annis iam plus, q̃ 40. Vnde ſm Arch. hæc extrauagans vacat. Sed nota, q iſta ſententia Martini non ligauit, niſi exiſtẽtes in curia: & idem videtur de Paulo, qui videtur innouare ſtatuta priorum pontificum: aliter valde irrationabilis conſtitutio fuiſſet, vt vellet pauperes ab extremis terræ adire curiam pro deferenda ſimonia. ¶ Quadrageſimaquarta eſt, in quadã extrauagante Vrbani quinti, quæ incipit, ſanè: ſeu, ne in uinea. contra oẽs dãtes, aut recipientes aliquod tpale pro ingreſſu monaſteriorũ, ſeu religionis. & ſedi apoſtolicæ reſeruatur abſolutio. Sed Archieps dicit ſe à fide dignis audiſſe, q Mart. quintus dixerit nolle hãc ſñiam extẽdi ad moniales. J. Simon. §. 15.

82 †QVADRAGESIMAQVINTA, ponitur in quadam extrauagante Martini quinti, ſub rubrica de regularibus, quæ incipit, uiam ambitioſè. contra oẽs religioſos mẽdicantes, euntes ad ordines, ſeu monaſteria non mendicantium, ut ibi ſint fratres: etiam ſub prætextu cuiuſuis licentiæ, etiam apoſtolicæ generalis, & contra recipientes eos: ſed tamen hæc pęna non extenditur ad ordinem Carthuſienſium: & ſedi apoſtolicæ reſeruatur abſolutio. ¶ Quadrageſimaſexta eſt in quadã extrauagãte Bonifacij octaui, ſub rubrica, de ſent. excom. quę incipit, excommunicamus: contra omnes facientes promiſſionem, uel pactum tẽporaliũ pro aliqua gratia, uel iuſtitia obtinenda in curia Romana: & contra dãtes, & recipientes ex dicta promiſſione, uel pacto. & Papæ reſeruatur abſolutio. Hanc decretalem allegat Io. An. in lectura, de ſimo. nemo. & Dir. & An. de But. qui dicit eam durare: ſed Io. de Lig. & Io. Calderinus ibidem, & Pe. de Palu. in iiij. dicunt eã reuocatam per Clementẽ quintum. & hoc tene per regulam logicalem: qua locus ab auctoritate dicitur tenere affirmatiuè: non autẽ negatiuè. ex qua habetur, q in hac controuerſia ſtandum non eſt dicentibus eam durare: quia ſcilicet non legerunt eam reuocatam: quia nõ ſequitur, non legi q ſit reuocata: ergo non eſt reuocata: ſed ſtandum eſt aliis, qui non dixerint eam reuocatam. niſi hoc ſcirent.

83 QVADRAGESIMASEPTIMA eſt in quadam extrauagante Pauli ſecundi, quæ incipit, cum omnibus. in qua ſic dicitur: Si quis autẽ commiſſarius, aut delegatus, ſ. ad cognoſcendum, an rei eccleſiaſticæ alienatio cedat in euidentem utilitatem eccleſiæ, conſcientiæ ſuæ prodigus in grauamẽ, aut detrimentũ eccleſię per gratiã, timorẽ uel ſordes alienationi conſenſerint, aut decretũ, uel auctoritatẽ interpoſuerit: inferior quidem epo ſñiam excõicationis incurrat. &c. Et infrà: Is verò, qui dolo, uel fraude aut ſcienter in detrimentum eccleſiarum alienationẽ fieri procurauerit, aut per ſordes, uel impulſationem alienationis decretum extorſerit, ſimilem ſententiam excõicationis incurrat, à qua niſi per Romanum Pontificem non poſſit abſolui. Ad reſtitutionem nihilominus rerum alienarum quandocunq; de præmiſſis conſtiterit, condemnatus. Summa etiam Ang. refert quandam extrauagantẽ Pauli, cuius principium nõ ponit: ubi, inquit, excõicantur alienantes res eccleſiaſticas, ſiue facientes pactum, per quod ipſorum dominiũ transfertur: ac omnes concedentes, hypothecantes, infeudantes, uel in emphyteuſim concedentes, aut locãtes, niſi in caſibus à iure conceſſis, exceptis fructibus & bonis, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: item excommunicantur, qui taliter alienata recipiũt. & incipit, ambitioſè. ſed in aliquibus locis non eſt approbata moribus utentium, nec ſeruatur.

84 QVADRAGESIMAOCTAVA eſt in quodam priuilegio Alex. iiij. quod incipit, ex alto & in alio incipiente, non ſic multa. cõtra oẽs,

q libellos famoſos, cantilenas, aut rhytmos faciunt, detinent, vel publicant in infamiã ſtatus ordinum prędicatorum, & minorum: & abſolutio reſeruatur Apoſtolicæ ſedi.

85 † QVADRAGESIMANONA eſt in eiſdẽ priuilegijs contra omnes p̄dicantes, docentes, vel defenſantes, q̀ p̄ſatorũ ordinũ fratres nõ ſunt in ſtatu ꝑfectionis: nec licet eis de eleemoſynis viuere: aut q̀ nõ poſſent p̄dicare, vel audire cõfeſſiones de licẽtia Romani põtificis, vel aliorũ p̄latorũ, ſeu ẽt curatorũ: & abſolutio reſeruat̃ apoſtolicę ſedi.

86 † QVINQVAGESIMA eſt ibidem ꝯ oẽs facientes violentiã damnabilẽ in locis ordinũ p̄dictorũ: & abſolutio reſeruat̃ apoſtolicæ ſedi, vel ꝯſeruatorib. dictorũ ordinũ.

87 † QVINQVAGESIMA PRIMA eſt in quodã priuilegio ordini p̄dicatorũ cõceſſo, q̀ Arch. refert ſe vidiſſe, contra oẽs intrantes monaſteria monialiũ ordinis Prædicatorum, vel ſanctæ Claræ ordinis Minorũ in caſu non conceſſo in regula, vel conſtitutionibus earũ: vel ſine licentia magiſtri aut miniſtri generalis, vel alterius ab eo habẽtis poteſtatẽ: & abſolutio reſeruatur Papæ, aut magiſtro ſiue miniſtro gñali, vel habẽti ſup hoc licẽtiã ſpecialẽ ab aliquo p̄dictorũ. Sed nota ſm Archi. q̀ vbi ſñiæ hmõi nunq̃, vel quaſi nunquam promulgantur, ſi quis ignorãter, & ſine mala intentione intraret, nõ incideret, cùm ignorantia ſit quaſi inuincibilis, & hoc trahi põt ex dictis An. de But. & S. T. Sed intrãs ad malè faciendũ, quãuis ignorans ſñiam & habens iuſtam cauſam ignorandi illã, nõ excuſatur ſecundum Pe. de Pal.

88 † QVINQVAGESIMASECVNDA eſt in priuilegio Boniſac. quod incipit, virtute. cõtra omnes detinentes apoſtatas ordinis prædicatorum in ſuis monaſterijs, vel eccleſijs: niſi eos eiecerint. poſtquam fratres eiuſdem ordinis denuntiauerint eis ne detineãt eos.

89 † QVINQVAGESIMATERTIA eſt in literis inhibitorijs Clementis ad minores, quę incipiunt, qui vos. vbi ipſi excommunicantur, ſi præſumant recipere profeſſos ordinis Prædicatorũ ſine licentia Papæ faciente expreſſam de hoc indulto mentionẽ, vel niſi prius priorũ ſuorũ licentia petita fuerit & obtẽta. Idẽ de eremitanis Alex. ad eremitas, Veſtrã. Sed no. q̀ in hoc caſu, & priori nõ vi' originalia: ſed ab Archi. accepi q̃ nõ recitat, cui reſeruet̃ abſolutio: vr̃ tñ q̀ Papę: quia ordo noſter, ic cuius fauorẽ iſta ſunt exẽptus ẽ.

90 † QVINQVAGESIMAQVARTA eſt in priuilegio Alex. incipiente, ex alto, contra rectores, magiſtros, & ſcholares artiſtarum ſtudij Peruſini: qui excludere moliuntur publicè vel occultè fratres Prędicatores, vel Minores à conſortio vniuerſitatis eiuſdem ſtudij: & apoſtolicæ ſedi reſeruatur abſolutio.

92 † QVINQVAGESIMAQVINTA eſt, vt refert ſe vidiſſe Arch. in lib. pœnitentiariæ ſummi pontificis contra omnes accedentes ad ſepulcrum dñi cauſa deuotionis, ſine licẽtia ſũmi pontificis. & abſolutio eidem, vel ſummo pœnitentiario reſeruatur.

92 † QVIMQVAGESIMASEXTA eſt, quam fecit Xyſtus in extrauagante de materia cõceptionis beatæ Virginis, q̃ incipit, graue nimis, vbi excõicantur omnes qui auſi fuerint in ſermonibus ad populum, vel aliàs quolibet affirmare, q̀ tenentes glorioſam virginẽ Mariã eſſe ſine originali peccato conceptã, peccẽt mortaliter, vel eſſe hæreticos: & ſimiliter qui aſſeruerint idẽ de tenẽtib. cõtrariã opinionem, ſ. quòd ſit in originali cõcepta: cùm nondum, inquit, ſit à Romana eccleſia, & apoſtolica ſede deciſum: ſed ſecunda excõmunicatio ſuperfluit: quia non eſt timendum, quòd appellentur hæretici, qui tenent, quod omnes ſancti Doctores tenuerunt.

93 † QVINQVAGESIMASEPTIMA eſt Iulij ij. poſt Pium ſecundum, contra oẽs appellantes à ſummo pontifice ad futurũ conciliũ: & eſt ad perpetuam rei memoriã, & extenditur etiam vltra montes, & cõtra Reges, & Cardinales, & cõitates, ac collegia, & parlamenta, & contra oẽs ad hoc præſtãtes cõſilium, auxilium, vel fauorem, ẽt indirectè: & oẽs prædicti ibi mandantur hñi, vt ſchiſmatici, & de fide malè ſentientes. Multæ ſunt alię excommunicationes Papales: ſed eas ꝑtranſeo, vel quia ſunt temporales, vel ꝓpter ea, quæ dicam j. Excommunicatio nonò, & Excommunicatio vltimò, per totum.

## RVRSVS DE EXCOMMVNICATIONE octauò, ſcilicet de reſeruata epiſcopo ſemper vel interdum.

1 *Excõmunicatio iuris, quot caſib. epo reſeruetur.*
2 *Excõicatio quandoque Papæ, quandoque Epo, quandoque nulli reſeruatur. Item quis de iure excõicatum abſoluere poſſit. Et abſolutus quõ ſatisfacere debeat. Et ſub hæc, quo clauſula hæc, quã cito, commode poterit. 3. 4. & 5. Et quomodo verbum contempſerint. num. 6. Et quid de clauſula, a quibuſuis ſententiis. num. 7.*
8 *Iniunctio de ſe præſentando, cùm facta eſt, an per procuratorem ſe præſentare poſſit.*

Mortis

9 *Mortis periculum dum ſubeſt, num ab alio excommunicatus abſolui poteſt, quam ab eo, ad quem de iure communi pertineat.*

10 *Excõicatio nonnunquam Papæ, nonnunquam epiſcopo, quandoque nulli reſeruatur. Et excommunicatio, de qua hic diſſeritur, an contrahatur per participationem cum excommunicato præcedentem excommunicationem, vel ſequentem. Et ibidem quotuplex participatio.*

11 *Participatione cum excõicato ab homine in crimine, an quis hominis ſñia vel iuris ligetur.*

12 *Conſilium, auxilium, fauorem excommunicato dare, qualiter quis intelligatur, vt ex hoc ligetur. Et an conſilium pœnæ, de qua hic, aliquid adijciat, & quotupliciter.*

1 EXCOMMVNICATIO † octauò quãtum ad excõicationes epõ reſeruatas, vt autẽ ſciatur q̃ excõicatio ſit papalis, vide tit. priore, in prin. Epiſcopales aũt ſunt paucę, & in hoc tit. faciles ad inueniendum. Vnde ſciendum eſt primò, ꝙ in duobus caſibus tantùm excommunicatio iuris reſeruatur epõ: primò quãdo ipſe tulit eam per ſuũ vel ſynodale ſtatutum, & abſolutionem ſibi reſeruauit: ſecundò, quando abſolutio eſt reſeruata papæ, & in caſu eam epõ rõne dignitatis concedit: quia eo caſu nullus inferior ſe poteſt intromittere. ſicut dictum eſt ſuprà Abſolutio iij. §. iij. & alibi, ꝙ eo caſu quo epiſcopus clericum poteſt abſoluere, nullus inferior hoc facere poteſt, niſi ei cõcedatur, vel à iure, vt abbati: vel ex priuilegio, vt prælatis mẽdicantium: vel ex cõmiſſione papę, aut etiam epiſcopi, ſicut ſimplici ſacerdoti: vide ſuprà, Caſus. §. ij. iij. iiij. & v.

2 † SCIENDVM eſt ſecundò, ꝙ excõicatio quædam aliquando papæ, aliqñ epiſcopo, aliquando nulli reſeruatur, quæ eſt in c. eos. de ſen. excõ. lib. vj. vbi dr̃, quod illi qui à ſententia canonis vel hominis propter mortis periculũ vel aliud impedimentũ fuerunt abſoluti ab alio, q̃ ab eo à quo de iure fuerant abſoluendi: ſi liberari à tali impedimento q̃ citò commodè poterunt, cõtem pſerint ſe pñtare illi, qui legitimè debebat eos abſoluere, & ſatisfacere prout eis iniungetur ab eodem, ipſo facto ſñiam excõicationis incurrunt: & ab eo ſolo poterũt abſolui, à quo abſoluendi erant à prima excõicatione. De iuſtis etiam impedimentis dictum eſt s̃. Abſolutio. iij. in fin. Et idem eſt de his, qui cùm abſoluũtur à papa vel eius legatis à quibuſuis ſententijs, iniungitur eis vt ſe ordinarijs aut alijs quibuſcunque repræſentẽt pro ſuſceptione pœnitentiæ vel ſatisfactione implenda his quibus iniuriam fecerunt: quia ſi non faciunt q̃ primùm commodè poterũt, eandem ſententiam ipſo facto incurrunt.

3 † PRIMO verò quęritur, quis ſit ille, qui de iure abſoluere debet excõicatũ? Et dicit Pet. de Anch. ſuper ipſo cap. ꝙ à ſentẽtia canonis abſoluit is, cui canon reſeruauit: aliàs ſi nemini reſeruauit, abſoluit ordinarius. à ſñia verò hoĩs abſoluit ille qui tulit: ſed in eius defectu vel negligentia ſi eſt delegatus, adit delegãs: ſi ẽ ordinarius, adit ſupior. Hoc ꝓbat de off. del. prudẽtia, & de off. ord. ad reprimendã. Dic tñ vt s̃. Abſolutio. ij. in prin.

4 † SECVNDO, q̃uo abſolutus debeat ſatisfacere? Et idem dicit eſſe intelligẽdum, ꝙ iuxta proprias facultates. Et per hoc infert Arch. facultates eccleſiæ, quas habet ad vſum, ad hoc non teneri. xvj. q. vj. §. vlt. pro quo facit cle. nolentes. de hær.

5 † TERTIO, q̃uo intelligẽdum ſit illud, q̃ citò commodè poterit? Et dico, ꝙ multa ſuper hoc recitat Archi. in cẽ. c. j. ſed ſumma in hoc ſtat, ꝙ ſecũdùm Hoſt. intelligitur ſublato impedimẽto, & aliquo modico tpe indulto, quo ſibi de neceſſarijs valeat prouidere. Et non creditur circa hoc abſoluto: ſed iudex hoc arbitrabit. aliàs friuolis excuſationib. frigoris & caloris & ſimilibus conſtõnẽ eluderet. in foro tñ pœnitentiali ſibi credendũ eſt: vnde ex quo ſcientiã habet de mora, ſcire ſe debet excõicatum: ſed iudex hoc nõ denũtiabit, donec eo vocato per cõiecturas viderit illum moroſum. Arbitrabitur autem iudex tp̃s itineris benignè. ad quod facit c. conſuluit. de off. deleg. Sufficit aũt ſm hanc literam, ꝙ non ſit in negligentia vel fraude.

6 † QVARTO, q̃uo intelligendum ſit illud verbum, contempſerint? Et dicit Archi. illud exponens, ꝙ dr̃ quis contemnere hoc ipſo, ꝙ iuſta cauſa ceſſante, ſed nõ pñtat illi à quo fuerat abſoluendus, vt not. ij. q. ij. metropolitanum. & conſentit Io. And.

7 † QVINTO, q̃uo intelligitur illud, à q̃buſuis ſententijs? Et Pet. de Anch. ibi notat, ꝙ papa & legatus abſoluunt à quibuſcunq; ſñijs excõicationis. quod Io. Mon. intelligit de ſententijs iuris, non aũt de ſñijs hoĩs, à q̃bus, inquit, non abſoluunt papa vel legatus de ſtylo curiæ, ſed remittũt: niſi in caſu quo delegatus non poſſet, vel eſſet mortuus, & alius in legatione non ſucceſſit: vel ſucceſſit quidẽ, ſed non eſt ſpes de feſtina prouiſione.

¶ Sextò, vtrũ reincidat ipſo iure abſolutus in

pdictis caſibus delegatorum, ſi nõ pareat? Et put at Io.Mo.ꝙ non.& conſentit Dir.dicẽs, ꝙ ſi excõicatus ab homine iurauit parere mandatis excõicatoris, qñ fuit abſolutus in caſibus ſupradictis,ſi non pareat, nõ incidit in eandẽ ſniam: ſed eſt reducendus: per ſniam hominis. Sed oppoſitum eſt dicendũ, ſi latè accipiamus literã,vt verbum ſonat, q. buſuis: & in principio c. ꝙ ẽt loquitur generaliter de vtriſq; ſententijs. & hoc tenet Io. And.ſ.ꝙ in quibuſcunq; ſentẽtijs iuris & hominis locum habeat quod hic dr̃,ſ.ꝙ reincidit ipſo iure, niſi pareat, & compareat poſt abſolutionẽ,vt hic dr̃.Sum.autem Ang. imponit dominis de Rota, ꝙ teneat opinionẽ Io.An. quam ipſe ſequitur.Sum.verò Roſ. imponit eis oppoſitum,ſ. ꝙ teneant opinionem Mo.quam ipſa ſequitur, dicens ꝙ dicti dñi de Rota dicunt, ꝙ ſi auditor excommunicatum ab homine abſoluit pſtita cautione de ſtando iuri:ſi nõ paret, nõ eſt ipſo iure excõmunicatus,ſed excommunicandus, per dictum Io.Mo.Sed ſine dubio opinio prima eſt ſecurior,vt per ſe patet:eſt ẽt verior:imò non vr̃ dubitabilis:quia tex.in prin. loquens de abſolutis ab inferioribus,quibus iniungitur vt ſe pſentent ſuperiorib.apertè loquitur de vtriſq; ſnijs,iuris.ſ.& hoĩs. deinde locuturus de abſolutis à ſuperiorib.quibus iniungitur vt ſe præſentent inferioribus dicit,idẽ ſtatuimus de his, quib. cùm à ſede apoſtolica vel legatis ipſius abſolutionis bñficiũ à quibuſuis ſnijs cõſequũtur, iniungitur vt,&c. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ non incideret ſic abſolutus in eandem: cùm prius poſſet eſſe ligatus ſnĩa hominis,deinde ſnĩa iuris lata in iſto capitulo:quia dicitur quis incidere in eãdem, quia venit abſoluendus ab eodem.

5 †SEPTIMO,an poſſit is,cui prædicta iniunctio ſit ſe pſentandi,hoc facere p pcuratorẽ? Et dico ẽm Ho.ꝙ qui tenetur pſonaliter ſe pſentare abſolutori p abſolutione obtinenda,ceſſante impedimento acceſſus ad eum non põt talẽ abſolutionem per procuratorem petere. Et idem ſentit Inn.ſed tñ cõcedit,ꝙ ſi ſubeſt iuſta cã, abſolutio peti põt per procuratorem,ẽt in abſentia.vr̃ eſſe tex. in c. quod de his.eo.tit.ibi: Romanam eccleſiam in propria pſona debeant viſitare. Sed Arc.in iſto c.remittit ad notata p Spe.in tit. de proc.§.j.vbi dr̃,ꝙ procurator conſtitutus ſpecialiter pro petendi abſolutione.ſufficit: & ita curia ſeruat.vt ibi dr̃. Et facit ad hoc, quia quis ſe repræſentat,aut in ppria perſona,aut p procuratorem idoneum.diſ. 18.in c.epiſcopus. Pet. autem de Anch. dicit, ꝙ à ſententia interdicti & ſuſpenſionis peti põt abſolutio per procuratorẽ:quia nec ſolennitatẽ formę,nec abſolutionẽ deſiderat.Idem aũt dico ego de abſolutione ab excõicatione,q̃ non determinatã formã, nec contritionẽ nec pſentiã exigit abſoluendi. Secus de abſolutione à peccatis: quia cũ requirat cõtritionẽ,requirit ẽt præſentiã aboluendi:aliter ſciri non poſſet an perſeueraret in contritione,ſine qua abſolui non dẽt. Ad caput aũt, quod de his dico ꝙ loquitur ſumptis viribus, & opportunitate conceſſa. Vnde loquitur,quando non ſubeſt cauſa iuſta.

6 †OCTAVO, an p p periculum mortis vel aliud periculum abſolui debeat excõicatus ab alio, q̃ ab eo ad quẽ de iure ptinet abſolutio,ſi haberi poteſt copia eius,vel recurſus ad eum? Et Arch.ac Pet. de Pal.dicũt, ꝙ non:& idem dr̃ in Dir. lib. 3. tit. 4.de abſolutione ab excõicatione iuris, vbi & ſubditur, ꝙ qñ aliquod iſtorum fieri non põt, tunc abſolui dẽt,& poteſt: & ſemper requirendus eſt eps,ſi haberi poteſt aliter ſufficit ſimplex ſacerdos, vt not. Inn. in c.nuper.de ſen.exc. Et eſt ei iniungendum, ꝙ temporali impedimento ſublato ſe præſentet, vt dictũ eſt, quod ẽm Arch. non eſt iniungendum, vbi impedimẽtum eſt perpetuum: ſed ſine tali iniunctione abſolui debet, niſi in caſib. in quibus nullus abſoluere poteſt, niſi in caſu mortis: vt in falſarijs literarum papæ, in inſequentibus hoſtiliter Cardinales:& in bannientes vel temere percutiente epiſcopum: & in religioſis vel clericis ſecularibus inducentib.ad vouendũ electionẽ ſepulturę: & inquiſitorib.qui odio,gratia &c.& in exẽterãtib.&c. & in intrãtib.monaſteria monialiũ ordinis Prędicatorũ,vel ſanctę Clarę.Itẽ in inquiſitorib. & cõmiſſarijs eorũ ac epo-rũ,qui extorquent, &c. Item oĩbus caſibus huiuſmodi, qui ponuntur in curiæ pceſſu.

10 †SCIENDVM eſt tertiò,ꝙ alia eſt etiã excõicatio:quæ aliqñ papæ, aliqñ epo, aliqñ nulli reſeruatur,in c.nuper.& in c. ſi concubinæ.de ſen. exc. contra communicantes cũ excõicatis nominatim ſciẽter in crimine criminoſo,dando auxilium,cõſilium,vel fauorẽ: q̃ excõicatio licet ẽm Sum.Roſ.ſit epalis:verius tñ dicit Sum. Ang. ꝙ aliqñ eſt papalis:vt ſi per crimẽ,in quo quis participat, incurratur excõicatio papalis,puta ſi participat conſpirantibus in pſonam ſummi pontificis,

tificis, ſm aliquos: quia dicit text. q talis abſoluendus eſt ab eo qui dãnauit, aut ab eius ſuperiore. ¶ Primò verò dubitatur, an iſta ſnia incurratur p participationem cũ excõicato præcedentem excõicationẽ vel ſequentẽ? Et dicit Pan. in d. c. nuper. q hoc intelligitur qñ poſt excõicationem cõmunico ſibi in crimine damnato: vt putat ſi Titius fuit excõicatus: quia detinebat adulterã, & tu circa illã detentionem inpendis conſilium, auxilium, vel fauorem: tunc communicas excõicato in crimine damnato: nec ſufficit cõicare in illo actu, p quẽ incurritur excõicatio: ſed oportet q ille per prius incurrerit excõicationem: vt not. in c. contingit, de ſen. exc. Poſſet tñ dici, q ex alio capite quis incurrat excommunicationem iuris: vt ſi cõſulo, vel auxilium impendo circa verberationem clerici: quia facientem & conſentientem pari pœna conſtringere debet: vt in c. mulieres, de ſen. exc. Sic ergo triplex eſt participatio: vna ante actum, quo alius excommunicatione ligatur: vt cùm quis actum illum mandat aut conſulit, alio in ipſo actu: vt cùm laicus accipit euchariſtiam à religioſo, qui eam ſine licentia tradit. Tertia verò poſt actum, vt in prædicta detentione mulieris. Ex prima ĩcidit quis in eandem ſnĩam non ratione participationis cum excommunicato, cum nõdum ſit excõicatus: ſed quia agentes & conſentientes, &c. Ex ſecunda verò aliqñ quis ligatur nõ ratione participij cum excõicato: ſed quia aliqñ talis actus vtriq; interdicitur: vt cùm duo affines contrahunt. Ex tertia verò ligatur quis propriè rõne dicti participij.

11 † SECVNDO, an per excõicationem cum excõicato ab homine in crimine ligeẽ quis ſnĩa iuris vel hominis? Et dicit gl. in d. c. nuper. q ligaur ſnĩa hominis, & non canonis. Et mouetur, quia abſolutio ab hac excõicatione fieri non põt, niſi p excõicatorẽ aut ſuperiorẽ, vt dr̃ in textu. Sed Pe. de Anch. Inn. & Io. An. dicunt, q eſt ſnĩa iuris, q̃ tñ executionẽ trahit, ſm Pet. de Anch. à ſnĩa iudicis. ſ. cum quis participat in crimine crimino ſo, pp q ille eſt excõicatus ab homine. Et Pan. dicit ibi doct. cõmuniter tenere, q eſt ſnĩa iuris, & hoc probat, inquit, tex. in verbo, quãuis enim. & tunc quia vult, q ex ſolo participio extra crimen cõtrahatur excõicatio minor iuris: & ponit dictionẽ implicatiuã, ſ. ly, &, per quam innuit q etiã in pcedenti caſu contrahatur excõicatio iuris, & non hominis. Et ex hoc ſequũtur multa. Primò, q participans ligatur, ſiue ſit in territorio excõicantis, ſiue extra, ſiue ſubditus, ſiue non: quia iuris auctoritate ligatur. Secundo, q ligatur etiam ipſe excõicator ſi cõicet: quia nõ ſua ſed iuris auctoritate ligatur. Ad motiuũ glo. dicit Pan. ibi. q ideo eſt, q a papa reſeruauit ipſi excommunicatori abſolutionẽ, quia iſte communicans in crimine videtur directè in perſonam excommunicatoris deliquiſſe.

12 † TERTIO, qñ intelligitur quis dare conſilium, auxilium, vel fauorem excõicato taliter, vt ligetur? Et dicit Pe. de Anc. concluſionẽ eſſe doctorũ, q ligetur conſulens, et ſi ille aliàs erat facturus. q Abbas dicit certũ, ſi conſilium datũ eſt directè ad crimen qđ excõicationem inducit, puta verberandum clericum. & ſimiliter Inn. ac An. de But. ſentire videntur non eſſe diſtinguendũ in iſtis oĩb. an excõicatus aliàs facturus, nècne: gl. tñ, cũ qua ſentit Rich. tenet oppoſitũ. ſ. q nõ tenẽ quis de conſilio, niſi ille aliàs non fuiſſet facturus, vel niſi fuiſſet conſilium fraudulentum. Sed dicit ibi Pan. q neutrũ dictũ gl. pcedit. qđ verũ eſt niſi loquamur de conſilio nudo, q nihil adijcit ad malũ. Vnde tripliciter conſiliũ adijcit huic pœnæ. Primò, ſi ſine eo nõ erat facturus. Scdò, ſi non tantum vel taliter. Tertiò, ſi fuit fraudulentũ, ſm gl. ſed de hoc ĩ. Excõicatio vlt. dub. 4. ¶ Quantum ad auxilium tñ, ſm Inn. intelligitur de participatione directa: ſecus de indirecta: vt ſi q̃s excommunicatus eſt, quia facit guerram cõtra eccleſiam vel clericum: poſtea ego illi guerram facio: & tu illum iuuas contra me: tu non ligaris per hoc, quia ille melius guerram faciet: quia hoc non intendis. Intelligiẽ ẽt de auxilio dato, non de accepto. Vñ ſm Ho. dñs inuocare põt auxilium vaſalli excõicati pp fidelitatis debitum quod remanet. Et ſm Inn. liceret tibi contra inimicũ tuum inuocare auxiliũ excõicati pp guerrã, ita q ſibi etiam in ſua guerra pſtes auxilium: quod tñ Hoſt. reprehendit. Fauor autem impeditur in laudationem facti, ſecundum Abb.

RVRSVS De excommunicatione nonò. ſ. de ea, quę nulli de iure reſeruatur.

1 *Excommunicatio, quæ nulli de iure reſeruatur, a quolibet ordinario abſolui poteſt.*

2 *Excommunicationem in c. licet, de elect. notatam, quis incurrere dicatur.*

3 *Papa eligere ſucceſſorem nunquid poſſit.*

4 *Cardinalium numerus determinatus eſt, & quid poſſint ijdem.*

5 *Electio papæ an valeat ſolo conſenſu in eum, qui*

qui pro ſuo papa gerebat.& nu.6.

7 Excommunicationi per c.quoniam.de offi.or.quinam ſupponi dicantur.& nu.8.

9 Magiſtrorum ac ſcholarium nomine qui veniat.

10 Pœnam conſtitutionis pœnalis quando non incurrere quis dicatur.

11 Sententia de qua hic, ad quos extendatur.

12 Cōſtitutione c.nō minus. de imm.ecc.qui ligent.

13 Clerici ad quæ onera teneantur.

14 Clericus an poſſit fratres a collectis defendere, cum quibus habet bona communia.

15 Poſſeſſiones ad clericos deuenientes, an poſſint collectis grauari.

16 Rector ciuitatis in præſentem incidens conſtitutionem, qualiter abſoluatur.& num.ſeq.

19 Menſis ſucceſſori rectoris datus, an detur ei, cui ipſe ſucceſſit.& nu.20.& 21.

22 Conſtitutioni c.non magno.ne cle.vel mona.qui ſint obnoxij.

23 Tempus duorum menſium, de quo hic, quando currere incipiat.

24 Religioſus monaſterium egreſſus, an incidat in excommunicationem, ſi canones, vel Theologiam audiat.& nu.25.& 26.

27 Religioſus an incidat in excommunicationem, ſi amicitiæ cauſa amicum leges legentem audiat.

28 Conſtitutio c.clericis.ne cle.vel mo.quos illigare dicatur.

29 Pœnam conſtit.c.nulli fas.diſt.xix. quinam incurrere dicantur.

30 Conſtitutione c.excommunicationi.de rapt.quinam teneantur.

31 Conſtitutione c.nouerit.diſt.xix.eos teneri, qui ſtatuta, ac conſuetudines contra eccleſiæ libertatem ſeruari faciunt.

32 Conſtitutio prædicta, quando tranſgreſſores ligare dicatur.

33 Statutum factum per principales de vniuerſitate, an vniuerſitatem excōicationis pœna liget.

34 Pœna conſtitutionis c.vbi periculum.de elect.li.vi.qui illigentur, & obnoxij ſint. & nu.35.

36 Cardinales præſentes ad Papæ electionem an abſentes expectare teneantur.

37 Cardinalis ſi ratione infirmitatis incluſus, pro electione Papæ perſtare noluerit, ob idque voci ſuæ renuntiet: an ſi redierit, admittendus ſit.

38 Pœna c.ſciant cuncti. de elect.lib.vi. quinam ſe adſtringant.

39 Conſtitutio pœnalis, ſi eccleſiæ fauorem concernat, an ad alium caſum, quam expreſſum, extendenda ſit.

40 Conſtitutione c.generali.de elect.lib.vi.qui teneri dicantur.

41 Vſurpantes aduerſus prædictam conſti. vt ſententiam incurrant, quot requirantur.

42 Pœna c.indemnitatibus.de elect.lib.vi. quos tenere dicatur.

43 Conſtitutionis pœnam c.hac conſtitutione.de offi.deleg.lib.vi.quinam incurrant.

44 Conſtitutio.c.mulieres. de iureiur.lib.vi.quos liget, & quos conſtitutio c.hoc conſultiſſimo.nu.ſe.

45 Conſtitutio c.vnici.de religio.domib.in quos feratur. Et qui ab ea excipiantur. Et in quos c.quanquam.de cenſi.lib.vi.nu.46.

47 Quæ in hac conſtit.de pedagijs dicuntur, an etiā in gabellis, & datijs, locum habeant.

48 Coloni prædia eccleſiaſtica ad medium, vel affictum colentes, gabellam, & collectam per iudicē ſecularem impoſitam ſuper parte fructuum illos contingente, an ſoluere debeant.

49 Excommunicationem c.quoniam, de immu. eccl. lib.vi.qui incurrant. Et quid de pœna c.eos.eod. tit.& lib.nu.50.

51 Pœna conſti.c.vt periculoſa.ne cle. vel mo.lib.vi.quinam irretiri cenſeantur. & nu.52.

53 Religioſus profeſſus ſi habitum ad horam, non ad tempus notabile, cum alterius aſſumptione dimittat, an peccet.

54 Religioſus an ſemper habitum deferre teneatur. Et ad hoc, vt pœna incurratur, quot requiratur.

55 Religioſi ad quæuis literarum ſtudia accedētes citra prælati, & maioris partis ſui conuentus facultatem conceſſam, quam excommunicationem incurrant.& nu.56.

57 Monachus ſi iuxta ſcholas domum habeat, vnde lectionem audire poſſit: an doctor id ſciens, & legens ſit excommunicatus.

58 Conſtitutioni c.quæcunque.de hær.lib vi. & c.vt inquiſitionis.eo.tit.ac lib.quinam ſe alligent.

59 Conſtitutio c.vnīci.de ſchiſm.lib.vi.an hodie locum habeat.

60 Conſtitutioni c.i.de vſu.lib.vi. qui ſe alligare dicantur.

61 Pœna, de quibus hac conſtitutione, num in vſurarijs Iudæis locum habeant.

62 Pœnam conſtit.c.vnici.de iniur. lib.vi.quinam incurrant.

63 Pœnæ item eidem num locus ſit ſi intra menſem, quo reuocatio mandatur, ſi eccleſiaſticam perſonam pignorando ad actum procedatur.

64 Conſtitutionis c.felicis.de pæ.li. vi.pœna remiſſiue docetur.& num.65.

66 Conſtitutionem Clem.i.de ſepul.quinam violare dicantur.

67 Sepelientes excōicatū publicè iuris publicitate, nū in pœnā conſti.de qua hic, incidere dicantur.

68 Interdictus, ſed non nominatim, an poſſit in cæmeterio ſepeliri.

69 In

69 *In prædicta conſtitutione, cur hæc dicantur ſuſ- caſibus ſcilicet non conceſſis a iure.*
70 *Portantes ad ſepulchrum, & comitantes, item et alij, de quib. hic, an pdicta cõſtitutione ligentur.*
71 *Contritionis ſigna in vſurario manifeſto ſi ap- pareant, ac de vſuris ſatisfieri iubeat, an ad ſe- pulturam admittendus ſit, & cautio valeat.*
72 *Conſtitutionis Clem. i. de decim. quinam pœna irretiantur.*
73 *Conſtitutio Clem. i. de ſtatu mona. quos liget.*
74 *Pœnam conſtitu. Clem. attendentes. de ſtatu monacho. quinam incurrant.*
75 *Excommunicationem a Cle. i. de relig. domib. in- ductam, quinam incurrere cenſendi ſint.*
76 *Pœna conſti. Cle. i. de conſan. & affi. quinam al- ligari dicantur.*
77 *Contrahentes cum habente maritum Iudæa, & alijs, de quibus hic, num huius conſtit. pœnam incurrant.*
78 *Contrahens matrimonium coacte, num in hanc pœnam incidat.*
79 *Sacerdos proferens verba matrimonij inter eos, de quibus hic, item & omnes cooperantes, & con ſentientes, an hac conſtit. ligentur.*
80 *Contrahentibus cum monialibus excommunica- tis, cur ipſæ quoque per ſe excommunicentur.*
81 *Conſtitutio Cle. nolentes. de hære. quos illigare dicatur.*
82 *Conſtitutio Cle. vnicæ, de vſur. contra quos in- ducta eſſe dicatur.*
83 *Statuentes, vt ſubditi pro vſuris recipere nõ poſ- ſint quotannis vltra ſolidos duos in quanque li- bram. Item quid de ſtatu. Bergomenſiũ. nu. 84.*
85 *Conſtitutio Clem. cupientes. de pœn. in quos illa ta ſit. & nu. 86.*
87 *Augentes datia, an noua imponere dicantur.*
88 *Religioſi, qui inter prædicandum ea dicunt, qui- bus audientes a decimarum ſolutione retrahan- tur, qua conſtitutione ligentur. & nu. 89.*
90 *Interdictum auctoritate ſedis apoſtolicæ impoſi- tum religioſi non ſeruantes, qua conſtitutione & pœna teneantur.*
91 *Matrix eccleſia quænam dicatur.*
92 *Perſona ſingularis, an ex conſuetudine iuriſdi- ctionem ordinariam habere poſſit.*
93 *Interdicta prouincia, vel diœceſi, ſi in aliquibus ciuitatibus aut caſtris matrix eccleſia ſeruet in- terdictũ, & in aliquibus neutiquã, an locus erit pœnæ de qua hic, in illis locis, in quib. ſeruatur.*
94 *Eccleſia metropolitana reſpectu interdicti pro- uinciæ, an dici poſſit matrix in hoc, vt ipſa dictũ interdictum ſeruante, religioſi prouinciæ ſciẽter non ſeruantes, pœna de qua ligentur.*
95 *Literas electi in papam, etiam ante coronatio- nem impugnantes, qua conſtitutione ac pœna teneantur.*
96 *Clem. exiui de parad. qui aliter in ſcolis exponũt quã litera ſonat, qua conſtitũe & pœna dicãtur.*

EXCOMMVNICATIO † nonò, quantũ ad eas, q̃ nulli de iure reſeruã- tur, ſed ab eis abſoluere põt q̃libet or narius: ſciendum eſt, ꝙ ipſæ ſunt multæ. Ad ſciendũ aũt citò, q̃ excõicatio ſit Papalis, & quæ epalis: requitat ſ. Excõicatio 7. in prin. tabulæ excõicationum Papalium. Et idẽ fa- cito ad ſciendum quæ ſint, quæ nulli iure re ſeruantur, de quibus hic agitur. ¶ Prima er- go eſt in c. adminiſtratores. 23. q. 5. vbi ex- communicantur omnes principes, & officia- les, qui tertiò admoniti ab epiſcopis, vel ec- cleſiaſticis prælatis recuſant eis ſuper eorum cauſis facere iuſtitiam.

† SECVNDA eſt in c. licet. de elect. vbi excõicatur ille, q electus à paucioribus, q̃ à duabus partibus Cardinalium in ſummum pontificẽ, aſſentit electioni de ſe factæ: & ſi- militer oẽs talẽ recipientes ꝓ ſummo põti- fice: electus aũt & receptus à duab. partib. ẽt tertia cõtradicẽte ſine exceptione Papa eſt: in alijs autẽ electionib. valet: ꝙ ſit à maiori parte, dũ tñ ſeruent vnã de formis. extrà, de ele. quia pp. Iſtã tñ excõicationẽ Supp. dicit hodie eſſe papalem pp curiæ proceſſum: ſed illam in eo non inuenio ẽt virtualiter. Vide ſ. Schiſma. §. v. Primò verò notandum eſt ꝙ olim in electione Papæ admittebatur Impe rator, vel nuntius eius. 63. di. c. quia ſancta. §. verũ. hodie verò ſoli Cardinales, non oẽs, ſed pſentes tantũ vbi dẽt electio fieri: vel adeo vicini, & commodè vocari poſſent: & ſi duo tantũ fuerint pſentes, alijs legitimo tpe ex- pectatis, ipſi eligent: & vnus eligere poterit alium, & alter dẽt tacere, & ualet: & ſi vnus ſolus adeſſet, adhuc eligeret ſolus. de iure patr. ꝑ noſtras. omnibus verò deficientibus, ſm aliquos, eligit conſiliũ gñale. l. diſt. c. i. & cõuocabitur ꝑ clerũ populũq; Romanum. ea. di. ſi fortè. ꝑ Imperatores ac Reges mo- tos ab his: ſed ſm alios, eliget clerus Roma- nus. 23. di. c. j. & hoc ſm Hoſt. eſt leuius, pp periculũ moræ. extrà, eo. ne pro defectu. li- cet, inquit, primum ſit iuſtũ: credo tñ, ꝙ iu- ſtius ſit ſm. Vnde in primitiua eccleſia ante Cardinales eligebatur põtifex à clero, & po- pulo Romano, ſm Ang. Ancho. & patet di. 63. ego Ludouicus. Sed de his ſ. Electio 3. §. 1. 2. & 3. diffuſè.

† ET SECVNDO, ꝙ papa non poteſt ſi bi

ſibi eligere ſucceſſorem, ſm d.Ant. Et ratio eſt ſm Pan.in d. c. licet. quia effectus huius electionis refertur ad tps, quo non eſt futurus Papa. cõſtitutio tñ, quam facit ſuper electionem admittitur : quia prouidet ſcandalis futuris, quibus nullus alius prouidere poteſt: poſſet tñ alicui prælato dare poteſtatẽ eligendi ſibi ſucceſſorem. vij. q.j. petiſti. & valet tunc electio auctoritate Papæ.

† ET tertiò, ꝙ numerus Cardinalium eſt determinatus, ſm Matth.& dicit Zab.in cle. ne Romani.de elect.ſ.ad inſtar numeri diſcipulorum.de quibus xxj.diſ.in nouo. Sed tamen refert idem Matt. quòd aliqñ fuerunt ccxxxvj.ſ.tpe Pontiani Papæ:qui non ponitur in catalogo pontificum, vt habeť in chronica. Et quartò, ꝙ valet electio Papæ, ſi Cardinales vnanimiter dent duobus, vel tribus, poteſtatem nominandi Papam, ſm Aſten.& Hoſt. Vnde dicit do. Ant. ꝙ duæ partes collegij non ſunt neceſſariæ, ſi Cardinales aliter ordinarent : vt ſi ordinarent, ꝙ electus a maiori parte ſit electus : quia uidebitur electus ab omnibus, ſicut & electus per cõpromiſſum, electus videtur à toto capitulo : extrà, de elec.quia propter. Vnde & glo.dicit, ꝙ Cardinales tollere poſſent iſtam conſtitutionẽ : & ordinare poſſunt, ꝙ valeat electio, ſi neceſſitas ſit in cauſa. Dicit tamen idẽ do. Anto. ꝙ vno contradicente compromiſſum fieri non poteſt: licet poſſit ſtatui, ꝙ uno de duobus contradicentibus electus à maiori parte ſit electus. ¶ Et quintò notandum eſt, ꝙ vtrum in numero duarum partium computetur electus necne: do.Ant.dicit, ꝙ qñ q̃s eligitur ad eccleſiam, in qua non habet uocem, planũ eſt, ꝙ nõ computať eius vox : qñ aũt ad eam eligitur, in qua vocem habet, ſi eligitur per formam ſcrutinij, reqritur uox, cũ certo, & determinato tpe: & electus conſentit demũ poſt ſcrutinium : ideo vox eius non auget. Si verò eligitur per formã compromiſſi, tpis determinatio non requiritur: ideò vox ſubſequens auget : & ſm hoc uox electi cõputari deberet in numero Cardinaliũ. Sed Pan.in d.c.licet.melius diſtinguit, dicẽs, ꝙ ſi nõ eſt de collegio is, qui eligiť, eius vox non cõputatur in numero eligentium: nec ſimiliter ſi eſt quidem de collegio, & aliũ eligit : nec ſimiliter ſi eligit ſeipſum, vbi proceditur per ſcrutinium ſecretum : quia cùm ignoret ſe electũ ab alijs, repellitur ut ambitioſus: ſecus ſi per ſcrutiniũ publicum: ita ꝙ quilibet palàm exprimit vocem ſuã: quia cõputatur, ſm doc.q̃d intellige ſi prius fuit electus ab alijs, & ipſe cõſentit. Nec põt dici ambitioſus, cũ non oriatur à ſe, ſed vocetur ab alijs. Putat tñ ſpeciale in Papa, ꝙ ẽt ſi cõſenſiſſet in aliũ ſcrutinio publico, vel priuato, poteſt uariare, & accedere ad electionem de ſe factam. quod intelligo, etiam ſi electio non ſit perfecta, ſed perficiatur voce electi. de quo in c.cum in iure.de elec.

5 ET ſextò, ꝙ ſi Cardinales conſentiunt in eum, qui ſe geſſerat pro Papa non electus à duabus partibus: quidam, vt Hoſt. & Pan.in Sum.Roſel.vltimo in excõicatione x. §. xv. dñt electionẽ non valere : q̃a conſentire nõ põt in excõicatũ: imò oẽs cõſentientes ſunt excõicati: & hoc niſi ille abſolutus fuiſſet ꝑ Cardinales, q̃ nõ adhæſerunt ei. Sed ɔ̃rium tenuit eadẽ Sũ.primò ibi, in §.iij. q̃a inquit, in hoc caſu videnť illi cõſtitutioni renũtiare, & derogare. cũ princeps agẽs cõtra legẽ, in dubio uideatur diſpẽſare: vt ſ̃. Diſpẽſatio, §.iij. & hoc eſt verũ: primò, quia electus non repellitur hic, etiam ſi eſſet ſimoniacus. diſt. lxxix.ſi quis pecuniam. & tamen aliquando ſimoniacus eſt excommunicatus. idem patet per dicenda in ſequenti particula.

6 SEPTIMO, ꝙ cũ tex.dicit, ſine oĩ exceptione : vř approbato conſilio abſtuliſſe oẽ impedimentũ iuris poſitiui. Vñ ſm doc, excipi non põt, ſi apponit contra eũ ꝙ nõ ſit de Cardinaliũ collegio, vel ꝙ ſit bigamus, illiteratus, vel laicus, vel uxoratus: in alijs aũt quantumcunq; precisè, ẽt ſi ipſe Papa ſcribat, legitima exceptio admittẽda eſt. de reſcri.c.ſi qñ.& de off.del. c.ex parte. Opponi tñ, vel excipi põt de quibuſdã pertinentibus ad ius diuinũ vel naturale, ſicut ſi ſit primò hæreticus, admittiť exceptio, ſm do.Ant.ꝑ glo.xl.diſt.ſi Papa. quia ſm doc.in hoc caſu deſinit eſſe caput eccleſię: & ſufficerent duo teſtes, ſi negatur eſſe Papa ꝑꝑ hæreſim, in qua erat tpe electionis, vt in d.c.ſi quis. Inno.tamen, & Comp.& Io.And.tenent, ꝙ excipi de hæreſi non poſſit : licet de ea poſſit Papa accuſari: quia tex. remouet omnem exceptionem: & ex electione cõſequitur pleuũ ius. vñ hic exceptio non eſt ꝓportionabilis: q̃a exceptio opponitur contra petentẽ, cùm ſit actionis excluſio : electus aũt Papa nihil petet, cùm habeat plenum ius. Pan. aũt in d. c.licet, dicit, ꝙ antequam adipiſcatur poſſeſſionẽ, obſtat exceptio : nã poſtea non poſſet excipi, ſed deberet accuſari. Et ſiř excipitur ſecũdò, ſi ſit mulier: q̃a nõ eſt capax ordinis.

Tertiò

Tertiò ſi ſit infans, niſi electio eſſet facta à Spiritu ſancto: quia non eſt capax ordinis. Et quartò, ſecundum aliquos, ſi eſſet vxoratus. hoc tñ non eſt verum: quia vxor non eſt contra ſubſtantiã papatus, quum beatus Petr. eam habuerit: poterit tñ vxor eum repetere, ſm gl. in d.c.ſi quis, niſi ad continentiam inducatur, vnde uxori poterit debitum reddere, ſm gl. ¶Octauò, ꝙ ſi Papa non ſit electus canonicè, ſm do.Ant. ſi hoc ſit occultũ, eccleſia non iudicat. de ſimo. excuſat tñ probabilis ignorantia, licet non craſſa. de elect. ex apoſtolicæ. Si aũt inthronizetur per ſeditionẽ, præſumptionem, vel aliud ingenium, ſm d.Ant. eſt excõicatus. ¶Nonò, ꝙ electus ſm doc. ex ſola electione conſequit̃ Papatũ: nec ad eius exercitiũ indiget cõfirmatione, conſecratione, vel inthronizatione, vt ꝓbat apertè textus ibi, electus. Et licet addatur, & receptus: tñ, &, ſumitur pro id eſt, ſm doct. vel dr̃ receptus habito reſpectu ad conſuetudinem, quia electus inthronizatur. vel hoc verificat̃ per acceſſum eorum, qui eum non elegerunt primò, ſed tñ cõſentiunt, & ſic recipiunt illũ, de quo in partic. ſeq. ¶Decimò, ꝙ durante ſcrutinio papæ quantumcunque publico, pñt alij Cardinales accedere ad electũ per alios, & reſilire ab electione quã fecerant: vt ſic habeatur duarũ partiũ cõcurſus. Vnde ſi quis ſit ab vno ſolo electus, nullo electo à duabus partibus: pñt Cardinales ad iſtũ accedere, & augere numerũ eligẽtium. Non tñ pñt ab electione quam fecerunt reſilire ſimpliciter, ẽt ſi quis ab vno ſolo ſit electus: ſed benè pñt variare, id eſt, accedere ad electũ per alios. Quod Pan. extendit ad hoc vt quis poſſit accedere ad electionẽ de ſe factã, recedendo ad ea quam ipſe de alio fecerat: quod quidem, ſm aliquos, põt eſſe verũ ſm ambitiones quas hodie videmus, tñ ſm Deum verum eſt, quod Apoſtolus Heb. v. dicit, Nemo aſſumit ſibi hunc honorem, niſi qui vocatur à Deo, tanꝙ Aaron. Vnde talis peccaret mortaliter, ẽt ſi non moueretur intentione præeſſendi, ſed proficiẽdi. ſed vide ſ. Electio. ij. §. xvij. Multa alia pulchra de iſta materia dicit Pan. in d.c.licet. vide etiam j. excommunicatione xij.

7 †TERTIA eſt in c.quoniam. de off. or. vbi hr̃, quod ubi in ciuitate vel diœceſi vna populi ſint linguarum diuerſarum & rituũ, pontifex loci pro neceſſitate vrgente poteſt ꝓſulem ſibi vicariũ inſtituere illis cõformẽ, ſibi ꝑ oĩa ſubiectum & obedientem: qui aũt aliter ſe ingerit, ipſo iure eſt excõicatus.

8 †QVARTA eſt in c.j. de loca. vbi excõicantur magiſtri & ſcholares Bononiæ cõuenientes hoſpitem pro conducẽdo hoſpitio aliorum magiſtrorum & ſcholariũ in læſionem vel impedimentum inhabitantiũ, niſi prius tempus conductionis ſit elapſum: vel niſi de conſenſu ipſorum magiſtrorum, & ſcholarium inquilinorum.

9 †PRIMO verò dubitatur, qui veniant noĩbus horũ? Et dico, ꝙ noĩe magiſtrorum veniunt Doct. ſm omnes: nomine aũt ſcholarium ſecundùm Laur. & Inno. veniunt oẽs gaudẽtes priuilegio ſcholaſtico, & gr̃a ſcholariũ ibi exiſtẽtes: cuiuſmodi ſunt ſcriptores, vt no. in auth. habita. C. ne fi. pro pat. tamen verius do. Ant. tenet ꝙ hæc ſententia nõ extenditur ad ſcriptores cum ſit pœnalis: quia eadem rõne extenderetur ad chartarios, & raſores chartarum: & conſentit Ber. & Ioã. And. & Pan. ¶Secundò, quid ſit conuenire? Et dico, ꝙ ſm gl. eſt alloqui, vel de habitatione tractare. vnde iſtam pœnã non incurrunt conducentes ſolùm, ſed ẽt de conductione tractantes: niſi primò ſit elapſum tp̃s conductionis ſ. fiendæ: ſecundum Io. And. Sed verius Pan. tenet tutius eſſe quod expectetur tempus locationis eſſe completum: vel niſi conſentiant inquilini.

10 †EX quo elicit Pan. quod non incidit q̃s in pœnam conſtitutionis pœnalis factæ in fauorem alicuius ſi ille conſentit.

11 †TERTIO, verùm iſta ſnĩa ſit generalis ſe extendẽs ad omnia ſtudia q̃ ſunt in terris? Et dico ꝙ ſic, ſecundùm Hoſt. & glo. in l. ne cui. C. loc. Et hanc õpi. tenuit Sum. Ange. dicens quod eſt tutior. Sed verius oppoſitũ tenuit Sum. Roſel. dicens, ꝙ eſt localis tantùm, hñs locum Bononiæ ſolùm. Et hoc tenuit Inn. Gofr. Albe. Pet. de Peru. & Io. And. & eſt cõis opinio. ¶Quartò, vtrum hac pena ligentur domorum locatores? Et dico, ꝙ ſic ſecundum aliquos, ſ. do. Ant. & Ge. in c. ij. de conſe. & in c. cupientes. de elec. li. vj. & Bar. in l. ſi de acce. ſecundũ alios verò nõ ligãtur ſecundũ gl. Pa. verò ibi pro hoc caſu & ſimilibus querit, vtrũ pœna poſita in vno ex correlatiuis extendat̃ ad reliquũ. Et diſtinguit: quia aut nõ per oĩa eſt eadẽ rõ in correlatiuis: & ſic non extendit̃, vt patet ex notatis in c. ſup eo. de vſu. q̃a pena appoſita mutuãti, non intelligitur repetita in accipiente: quia non eſt eadem ratio. Et hoc voluit Bar. in l. vlt. C. de iud. vid. toll. Si verò eadem ratio

ſit: put

ſit: puta imponitur pœna vendenti frumentum forenſi ne extra ciuitatem extrahatur: vtrum intelligatur repetita in emptore. Eſt dubium ſatis probabile, & credit extendi diſpoſitionem ſtatuti, ſed non pœnã: ſicut in ſimili dicit Io. And. in c. diſpendia. de reſcri. lib. vj. quod ex identitate rationis extẽdi debet conſtitutio, ſed non pœna cõſtitutionis. In caſu autem noſtro ratio non eſt eadem: quia ſcholares inter ſe debent humaniter tractare, & certant de lucro captando: & q̃n in alterius odium hoſpitium conducunt ante tẽpus: locator verò non ita eſt ſcholaribus adſtrictus vt illi inter ſe, & certat de damno vitando, volẽs rem ſuam locare tẽpore habili, nec facit in odium alicuius. Hoſt. tamen tenet locatores ligari ex alio reſpectu, quia ſ. communicant in crimine criminoſo. quod licet Pan. non approbet, quia ſ. communicans in ipſo actu, quo quis incidit, non incidit: cùm adhuc ille non ſit excõicatus: ſed prius oportet actum perfici. Tamẽ dictum Hoſt. poteſt eſſe verum, vt dicit idem Pan. q̃n locator venit ad actum locationis: quia excõicatio hic infligitur ex ſolo tractatu de conducendo. Sed intellige ſi venit ad actum alio tẽpore: quia ſi in eodem, totum eſſet vnus actus.

12 † QVINTO eſt in c. non minus. iuncto c. aduerſus. de imm. eccl. vbi excõicantur primò omnes rectores & cõſules ciuitatum, & alij officiales laici quorumcunq; locorum, qui angarias & exactiones indebitas, id eſt, onera perſonarum, aut rerũ eccleſijs aut eccleſiaſticis perſonis imponunt, & eorum fautores. Et ſecundò excõicantur prædicti, qui iuriſdictionem prælatorum & authoritatẽ, quam hñt in ſuis hominibus, euacuant: q a tam iſti q̃ illi ſi moniti non deſiſtant, ipſo facto tam ipſi q̃ fautores eorum ſunt excõicati: nec abſolui debent, donec ſatisfecerint cõpetenter. Et tertiò excõicantur ſucceſſores prædictorum officialium, niſi intra menſem exceſſum ſuorum prædeceſſorum purgauerint & ſatisfecerint. Quo aũt differant exactiones, talliæ, gabellæ, pedagia, tributa, vectigalia, cẽſus, & huiuſmodi, vide ĩ. Gabella.

¶ Primò verò dubitatur de intellectu aliquorum verborum, & dico, quod dr̃ iuriſdictionem, & ſpiritualem interdum, ſm Io. And. licet loquatur tex. de tpali. dr̃ ẽt, moniti: ſed ſm Hoſt. ſufficit monitio vna cum dilatione competenti: quia ea non eſt in fauorem eccleſiarum & odium tyrannorum: quorum aliqui ſunt adeò terribiles, quod eos tertio admonere non eſt facilè. Excluditur autem appellatio, quia à correctione canonis non appellatur. Dicitur ẽt, intra menſem, ſ. à tpe ſui regiminis computandum: & interim ſi conſentit his, pro q̃ incidit prædeceſſor, incidit in eandẽ, cùm participet in crimine dãnato: nec põt hoc tps minui quo ad ſuam huius canonis; ordinarius tñ poſſet eũ ſua ſnĩa ligare illud abbreuiando. Io. And. ſm Hoſt. tñ menſis iſte, ſiue præſumptio, quæ ex lapſu ſumitur, non extenditur ad alios caſus. Nec tamen delictum prædeceſſoris ſucceſſori p̃iudicat. ſed iam eſt eius propriũ, ſi illud non emendat: quia conſentit, vt dicit gl. Ber.

13 † SECVNDO dubitatur, an clerici ad aliqua onera teneant̃, & ad q̃? Et dico primò q̃ pſonę eccleſiaſticę grauari nõ dẽnt grauarijs, vel perangarijs, vt ad foſſata facienda, & hmõi: vt ĩ d. c. nõ minus. nec ad collectas vel tallias, ſiue quaſcunq; exactiones: vt ĩ d. c. aduerſus. nec pro domibus, prędijs, vel quibuſcunq; poſſeſſionibus ab eccleſijs vel eccleſiaſticis pſonis legitimè acquiſitis hactenus, vel acquirendis in poſterum: vt in c. j. de immu. eccle. lib. 6. Et ſecundò dico, q̃ poſſeſſio collata eccleſiæ vel clericis, ſm Pan. ĩ c. fi. de vi. & ho. cle. ſi habebat onus ꝑpetuũ & inuariabilem annexum, tranſit cum ſuis oneribus. facit cle. j. de cenſibus. Si autẽ onus non erat ꝑpetuum & inuariabile, ſicut iſtæ deſcriptiones, quæ hodie fiunt æſtimando bona alicuius vt ſoluatur plus vel minus ſm impoſitionẽ collectæ: ad hmõi onera non tenentur clerici vel eccleſiæ: quia non dicuntur annexa poſſeſſionibus. & cõſentit Io. de Lig. & Io. And. poſt Archi. & do. Ant. Et tertiò dico, q̃ Pan. in 6. cõcilio incipiente, caſus ſuper quo concludit. ex c. fi. de vi. & ho. cle. & gl. ibi, q̃d ſicut clericus nihil tenetur ſoluere pro facultatib. eccleſiæ, ita nec ꝓ propriis: q a res clericorum & eccleſiarum eodẽ priuilegio gaudent. 12. q. 2. eccleſiarum ſeruos. Ex quo infertur q̃ gabellas & pedagia de patrimonio ꝓprio ſoluere nõ dẽt. facit cle. pſenti. de cenſib. & c. quanq̃. eo. ti. li. 6. Nec tenetur ſoluere certum quid pro libra, ſm quorundã locorum ſtatuta, ſi aliquid donatur vel relinq̃tur eccleſiæ. Et idẽ ſi donatio fieret clerico, & ar. eſt bonũ in d. c. fi. Et ſic ĩ ſumma habes quatuor, q̃ quo ad exẽptionẽ gabellarũ gaudẽt eodẽ priuilegio. ſ. bona eccleſiarũ, bona patrimonialia clericorũ, relicta eccleſijs, & relicta clericis. An aũt teneat̃ ad aliq̃d q̃n vẽdit fructus ſuos: vide ĩ. Excõicatione. 21. part. 3.

† TERTIO

13 †TERTIO dubitatur, vtrũ clericus hñs bona communia cum fratribus poſſit ea defendere à collectis? Et dico, quod Pa. vbi s. refert Spec. in tit. de conſu. tenere quod nõ: quia ſub obtentu priuilegij non debet reſ. pub. vacillare. l. ij. C. de priui. ſchola. lib. xij. Vnde iudex coget ad diuiſionẽ vel ſolutionem pro rata. Et idem dicit ſi frater clerici donet partem ſuam clerico in fraudem collectarũ: q fraus præſumitur qñ poſſidet poſt donationem ſicut prius: & ſimiliter ſi omnia ſua bona vel partem maiorẽ donauit. l. omnes. §. Lucius, ff. de his quæ in fraud. cred.

¶Quartò, vtrum imminente neceſſitate Reipublicæ, cui ſtatim oportet prouideri, vt ſubitum bellũ, grauari poſſit eccleſia ſine conſultatione papæ? Et rñdet Pet. de Anc. in c. j. de immu. eccl. quod ſic, ſm Oldr. ſi mora periculum allatura eſſet. Nec ob. c. reprehenſibile. 12. q. 8. vbi dr̃ quod clerici nõ tenentur ad cuſtodiam ciuitatis: quia cum ſint milites Chriſti, debent Chriſto in diuinis officijs deſeruire: quia ſm Pa. in c. peruenit. de immu. eccl. clerici ad cuſtodiam ciuitatis, & huiuſmodi, non tenentur regulariter. Et ſic intelligitur illud c. reprehenſibile. Secus ꝓpter inopinatum & improuiſum caſum, propter quem papa non vult eos excuſari à cuſtodia ciuitatis, vt in d. c. peruenit.

15 †QVINTO, vtrum teneri poſſit aliqs modus, vt poſſeſſiones deuenientes ad clericos poſſint grauari collectis? Et dico, quod Bar. in l. reſcripto. de mune. & hon. ponit ſalua correctione eccleſiæ vnum modum, quo ad poſſeſſiones, quæ nondum venerunt ad clericos: vt ſi fiat ſtatutum, quod oĩa prędia intelligantur tributaria communis, & obligata pro collectis: quia tunc cũ onere tranſirent ad clericum. Et recitat alium, quem tenuerunt Eugubini donantes oẽs fundos cõmuni, & deinde recipientes illos ab ipſo cõmuni ſub cenſu & tributo collectarum. Sed Pan. vbi ſuprà, dicit hæc ſibi non placere, maximè ꝓp fraudẽ: quia indirectè venitur contra priuilegium conceſſum eccleſię per Imperatorem, in l. j. C. de ſac. ſan. eccl. per quod quiſque habet liberam facultatem donandi eccleſijs: quæ facultas per hoc tollitur. Vide ĩ. Immunitas. ij. §. vj. in fi.

16 †SEXTO dubitatur pro quo talis rector, vel ſucceſſor ſatisfacere tenetur, antequam abſoluatur? Et dico, ꝙ ſm do. Ant. & Ioan. Andr. tenetur de omni damno contingenti eccleſiæ ex eius exactione. Si verò de collecta dedit conſilium, etiam ad eius reſtitutionem tenetur. Si aũt non dedit, fortè ad eam emendandam non tenetur, ſed emẽdabit intereſſe obueniens eccleſiæ ex regimine eius: & fortè eum ſpiritualem pœnitentiã, & etiã pecuniariam, ſm quod bonus iudex arbitrabitur, ſubire oportebit. Quæ quidem tãtum habent locum ſm Inn. qñ quis ſuccedit in regimine eius, qui excõicatus eſt ex dictis cauſis, vel aliter qualitercunq; ꝓp libertatẽ eccleſiæ uiolatam, ſi fouet factum damnatũ prædeceſſoris, puta quia non dimittit clericum, quem ille incarcerauit vel huiuſmodi. c. ſi concubinæ. de ſent. excomm. Secus ſi ex alia cauſa eſſet. Poteſtas excõicatus, vel conſiliarij, vel uniuerſitas, ſeu ciuitas interdicta: quia tunc ſucceſſor non eſſet excommunicatus, ſm Inn. Pan. aũt in d. c. aduerſus. dicit, quod non eſt excõicatus ſucceſſor, niſi prædeceſſor deliquerit prætextu officij ad commodum ipſius officij, vel vniuerſitatis: ſecus ſi ad proprium commodum vel libidinem: quia tũc ſolus reus teneretur, & ipſe vel eius hæredes conueniri debent, iuxta lecta & no. in l. j. & ij. ff. ad l. Iul. rep. in c. j. de ſol. Et hoc intellige, ēt ſi prædeceſſor violaſſet eccleſiaſticam libertatem. ¶Septimò, vtrum dictus officialis teneatur ſatisfacere de ſuo? Et dico ſm Pan. in d. c. aduerſus. quod ſic qñ ſatisfacere non vult cõitas in cuius vtilitatem ceſſit extortum, ēt ſi ipſe inde nihil habuit. per arg. ꝑdicti c. & not. per Inn. in c. ſicut dignum. de homi. tenetur tñ ſm Goff. ipſa cõmunitas, ſi ex hoc eſt effecta locupletior. & facit l. Iulianus. ff. de act. emp.

17 †OCTAVO, vtrum ſit excõicatus officialis vel rector, qui non conſenſit, ſed reſtitit, quantum potuit? Et dico ꝙ ſic ſi non dimittit officium, ſm Inn. in c. nouerit. de ſen. excom. & Io. And. in d. c. aduerſus. & videtur cõiter Doct. hoc tenere. Pan. tñ in d. c. aduerſus. dicit hanc opin. eſſe ualde rigoroſam, & contrarium poſſe teneri. quod Sum. Ang. verum dicit poſt factum. Mihi vr̃, quod licet conſtitutio fauorabilis debeat extendi, non tñ vſquequaque, maximè in præiudiciũ alterius, ſed ſolùm in dubio: vnde cùm tex. loquatur contra officiales hmõi onera imponentes, debet extendi ad conſentientes impoſitioni, non aũt ad reſiſtentes, ſi de bona. Vnde officio reſignare licet ſit tutum: tamẽ non tenentur, niſi qñ illud exercere nõ pñt. niſi ſe de talibus intromittant imponendis, vel exequendis. De ſucceſſore autẽ ſimiliter

dici

dicit Io.An. quod officio reſignare tenetur, ſi obtinere non poteſt ſatisfactionem reſiſtente communitate. Sed tamen dicendum mihi vr̃, vt de rectore primo. & re vera iſta eſt mens Pan.ſi diligenter trutinetur. Eſt aũt idem iudicium quo ad ſucceſſorem, ſi vniuerſitas exceſſit in prædictis contra expreſſam inhibitionem antiqui rectoris.

18 †NONO, vtrum dantes conſiliũ in prædictis, ſiue oẽs conſiliarij talis uniuerſitatis teneantur? Et dico ſecundùm Pan.in d.c.aduerſus. quod ſi dederunt conſiliũ ad hęc imponenda, indubiè ſunt excõicati: in d.c.aduerſus.& in c.nouerit. de ſen.exc. & tenetur quilibet inſolidũ ad ſatisfaciendũ, ſm Inn. in c.ſicut dignũ.de hom.Si aũt cõtradixerũt expreſsè,ſed officium non dimiſerunt: Inn. in d.c.nouerit.recitat contrarias opiniones. Sed ſm Pa.teneri poteſt,quod non teneant, vt patet per not.per Inn.in c.j.de his q̃ fiunt à ma.par.cap. Si uerò tacuerunt,inuoluũtur pœna cũ expreſsè conſentientibus, vt notat Inn.in d.c.j.& quia ex quo vocantur ut cõſulant,ſi tacent, ſunt in culpa. arg. in l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de inter.ac.& in c.ſi poſt præſtitũ.de confeſſ.lib.vj.ſ.Conſenſus.§.iij. Item Electio.ij.§.ij.in fi.

19 †DECIMO vtrum menſis datus ſucceſſori ad ſatisfaciẽdum antequam incidat, detur ẽt prædeceſſori,qui erat tempore grauaminis.Et dico ſm Hoſt.& communiter doc. ꝙ ſic: ſed Pan.in d.c.aduerſus. diſtinguit:tamen mihi magis placet primum.

20 VNDECIMO, vtrum excõicati ſint clerici ſoluentes aut exhibentes onera huiuſmodi. Et dico,ꝙ ſic, olim per Bonifaciũ in vj.de immu. eccl. ſed non hodie:quia illa ſnĩa reuocatur in cl.vnica.eo.tit. vt dictũ eſt ſ. & ibi ꝑcipitur vt reſeruẽtur ea,quę in iſtis duobus capitulis dñr,vbi dr̃,ꝙ epi cum clericis poſſunt predicta preſtare,vbi laicorum non ſuppetunt facultates: ſed tamẽ propter imprudentiam quorundam ſcilicet prelatorum, qui ſine iuſta cauſa hoc faciebant, Romanus pontifex conſulatur.Sed hoc intelligo,niſi periculum eſſet in mora.

21 †DVODECIMO, vtrũ iudex ſecularis compellens clericum vel ẽt ſecularem perſonã aliàs exiſtentẽ de foro eccleſiaſtico, ẽt ſine diſtinctione perſonę ſit excõmunicatus. Et dicit Panor.in d.c.aduerſus.ꝙ ſi monitus nõ deſiſtat, excommunicatus eſt ipſo facto: quia turbat iuriſdictionẽ eccleſiaſticam. & eſt tex.in d.c.non minus.& tenet Hoſt.& Io. And.imò hodie per proceſſum curię excõicatus eſt excommunicatione papali, vt ſupra Excõicatio.vij. Excõicatione xxviij. Perſonę autem quę à ſeculari iudice nõ poſsũt iudicari,ſunt multę.Primò omnes gaudẽtes priuilegio canonis,ſi quis ſuadente. de quibus ſ.Excõicatio.vj.exceptis clericis coniugatis,de quibus dic,vt ſ.Clericus.j.§.vj. Secundò, omnes perſonę adſtrictę eccleſię perpetuo ſeruitio vel gaudentibus dicto priuilegio:vt no. Pan.in c.nullus.de fo.comp.ſecus ſi nõ ſunt perpetuò obligati.Et ſic limita gl.in c.clericum.el j.xj.q.i.Tertiò,omnes de familia epiſcopi ſm communẽ opin. vt not.Pan.in d.c.nullus. Quartò,vxor clerici deferentis tonſuram & habitum, ſi non eſt bigamus.tex.eſt in l.fi.C.de incol. Mulieres, inquit tex.honore maritorum cingimus, & genere nobilitamus,& forum ex eorũ perſona ſtatuimus.Quintò,rectores hoſpitalium, & piorum locorum, ſi ſunt perpetuò obligati: ſm eundem Pan.in d.c.nullus. aliàs non. Sextò, fratres tertij ordinis beati Dominici & Franciſci:vt patet ex priuilegio Xiſti quarti,quod dicitur bulla aurea. Ieſuati autem & Eremitæ, ſecundum aliquos, non pertinent ad forum eccleſiaſticũ. Sed vide ſ.Eccleſia.j. §.v.Item Excommunicatio.vj.§.ij.

22 †SEXTA eſt in c.non magno.ne cle.uel mo. contra quoſcunq; religioſos tacitè vel expreſsè profeſſos audientes leges vel phyſicam,niſi intra ſpatium duorũ menſiũ redierint ad clauſtrũ,in c.aũt.ſuper Spe.ne cle.vel mo.hoc extenditur ad archidiaconos,plebanos,prepoſitos,cantores, & alios clericos habentes perſonarũ,& oẽs ſacerdotes,niſi intra ſpatiũ duorũ mẽſiũ deſtiterint audire. Ex q̃bus colligit Petr.de Peru. ꝙ triplex eſt horũ prohibitio:quia aliquib. prohibet rõne profeſſionis, id eſt, tacitè uel expreſsè profeſſis, qui clauſtrũ exire non pñt ad hæc audienda vel legenda. Quibuſdã rõne ordinis,ſ.ſacerdotibus, nõ aũt cõſtitutis in alijs ordinibus: quibuſdam aũt ratione beneficij,ſ.conſtitutis in dignitate curata vel nõ curata.Vñ qui habet eccleſiã parochialem,& non eſt ſacerdos,nõ ꝓhibet hæc audire, niſi talis eccleſia habeat ſub ſe capellã vel capellas, vt no.in c. ſtatutũ.ne cler.vel mon.lib.vj.iũcta gl.Colligitur etiam ex Pan. ꝙ ad hoc ꝙ prædicti ligentur,tria requiruntur. Primò,ꝙ exeant religioſi quidẽ monaſteria, reliq; verò ꝓprios lares.Scd'ò,ꝙ exeãt hac intẽtione.Tertiò,ꝙ currat ſpatiũ duorũ menſiũ ab exitu. Vnde

ſi in proprijs monaſterijs aut domibus audiunt aut legunt, non incidunt, ſm eum, & Inn.& do.Ant. imò in iſtis ſtudẽdo,vt dicit, non peccant,ſi hoc faciunt ad melius intelligendum canones. Secus ſi principaliter ꝓp ipſam ſcientiã ciuilem. & idem intellige de phyſica,vt intelligatur philoſophia.Et ſimiliter, vt dicit, non incidunt, ſi exeũt alia cã, & tñ audiunt ſtante illa cã ẽt ultra duos mẽſes, niſi mutato animo ſtarent extrà principaliter vt audirent per duos menſes: q̃a tp̃s duorum mẽſiũ inciperet à die ceſſionis cauſę ꝓp quam quis exiuit. Et adde,quod etiã non incidunt de mente eius ſi exeunt ẽt hac intentione,ſed intra duos menſes reſipiſcũt: quia tria requiruntur. & hoc tenet Gofr. & Vinc.& Io.An.licet Hoſt.& Archi.dicant,ꝙ ſi ſemel audiant intra duos menſes incidũt: ſed tene primum, quia conſtõ eſt pœnalis.

23 †PRIMO verò dubitatur, qñ incipiat currere tp̃s illud duorum menſium. Et dico ſm glo. quòd à die publicationis conſtõnis huiuſmodi:vnde hodie ſtudentes,ipſo facto incidunt. Sed hoc cõiter non tenetur: quia conſtitutionem pœnalem ampliat, nec textui conſonat.Alij verò,quod à die,qua incipiunt iſti audire prædicta, quod Arch.vr̃ tenere. Sed mihi magis placet quod alij dñt, illud incipere ab egreſſu monaſterij hac intentione quo ad religioſos,&ab inceptione auditus ſiue ab egreſſu propriorum larium effectu auditionis quo ad alios.quæ opinio eſt Io,And. & do.Car.& Pe.de Anc.& mens Inn.Gofr.Vin. & Pan. Et præter rõnes,quas tangit Pan.dico ideo eſſe:quia qñ principiũ tp̃is nõ limitatur aliter, vr̃ eſſe illud,in quo transgreſſio prohibita incipit: qđ eſt quantum ad religioſos in ipſo exitu de monaſterio ad habitandũ alibi ſine legitima cauſa & licentia: quantum verò ad laicos non eſt in ipſo exitu de quacunque ſua domo: ſed de ea quam conduxerunt in iſto loco ſtudij:q̃a eis non eſt illicitum exire ſuam domum, & aliam in loco ſtudij conducere:niſi ex intentione quã eccleſia non punit. Vñ principiũ huius tp̃is in iſtis eſt in exitu cum effectu auditionis. i.auditionis ſcholarũ ad audiendũ.

24 †SECVNDO, vtrum incidat religioſus,ſi poſt exitum hac de cauſa mutato propoſito audiat Theologiã vel canones.Et dico ſm Inn.& Vinc.quod ſic,niſi ſatisfaciendo iſti conſtitutioni redeat ad clauſtrũ: uel abbas ſignificet ei, quod audiat Theologiã: quo caſu cenſetur reuerſus ad clauſtrũ. ff.de in ius vo.l.quamuis. Sed Pan.contrarium verius tenuit:quia tunc ceſſat rõ huius conſtitutionis, ſ. ne viri ſpirituales mundanis rurſus actibus inuoluantur. Ad textum autem, qui regreſſum requirit intra duos menſes, dicendũ eſt,quod habuit reſpectũ ad effectũ ipſum audiendi, vel ad perſeuerantiã propoſiti prioris, q̃ erãt cã ſtãdi extra monaſteriũ.

25 †TERTIO, vtrum incidat religioſus audiens aut legens p̃dicta in clauſtro? Et dico, ꝙ ſic,ſecundùm Hoſt.quantũ ad mẽtem,et ſi non verba.& conſentit Arch.Sed verius ſenſit Inn.ꝙ non:quia tex.diſponit ſuꝑ exeuntes.& conſentit d.Ant.quia pœnę tanquàm odioſæ reſtringendæ ſunt. & ſequitur Pan. Nec obſtat, ꝙ dñt aliqui horũ,tales ſciẽtias religioſis nõ congruere, ſicut nec earũ exercitium: & quod hæc cã nunquã ceſſare poſſet: & cõſequenter nec eius effectus:q̃a hoc eſt oĩno falſum:cum religioſis maximè conferant leges ad intellectũ canonũ,& phyſica ad intellectum philoſophiæ, & cõſequenter Theologiæ:licet iſta ſm ſe precisè eis nõ cõgruant. Et tñ ſunt prohibita ſm Hoſt.quia ſine principali ſtudio & auditu legũ,ſufficiẽs notitia hr̃i põt de materia legum contenta in canonibus per ea,q̃ in libris canonicis apponuntur. & qui dubitat,querat: quia non eſt prohibitum certiorari de dubijs:vnde ſecundùm Pan. ad hunc finem licet ſtudiũ camerę,& hr̃e libros iuris ciuilis.Nõ obſtat ẽt ſi dicatur,eandẽ eſſe rationem in non exeuntibus:quia hoc eſt falſum:quia magis delinquit exiens cæteris paribus,cum ſit laudabilius eſſe in clauſtro propter multa.

26 †QVARTO, vtrũ incidat aliquis prædictorum legens aliquibus p̃dicta in camera priuatim.i.docens. Et dico, ſm Hoſt. ꝙ ſic: quia ſtudium prohibetur & lectio: cùm lex nõ debeat poſita eſſe in verbis. ſed in rebus. de elect.cõmiſſa.lib.6.Sed verius ſenſit Pan. ꝙ nõ:quia ſi licet religioſis his uacare in monaſterio, vt dictum eſt: licet ẽt eis ſe mutuò docere. & idem eſt de alijs prædictis. Imò Pan.ſentire vr̃, ꝙ non ligetur religioſus hæc docens extra monaſterium:quia nõ inuoluitur actionibus mundanis: nec hoc facit vt inuoluatur, ſicut ille qui addiſcit. Nec obſtat, quia prohibetur legere:quia non ſumitur pro docere, ſed pro ſtudere. Sed hoc eſt mihi dubium, & ſecundum Archie. uidetur falſum, & contra intentionem legis, quicquid ſit de uerbis.

27 †QVINTO, vtrũ incidat religioſus volens

lens honorare amicum ſuum in ſuo principio lecturæ, in legibus, aut in medicina, & cũ audiens. Et dico, ꝙ Hoſt. dicit eſſe non ſuum hoc interpretari, cum damnetur lectio & auditus, quantum ad verba: putat tñ papam reſponſurũ quod non ligatur. Sed Pan. verius dicit, ꝙ non ligatur, ēt quantum ad verba: quia tex. diſponit de exeunte cã audiendi, vt ſ. principaliter ſtudeat in legibus, vt pertractet eccleſiaſtica negotia: vel in phyſica, ꝑ fratres languentes: q̃ oĩa hic ceſſant. Addē ēt ꝙ non incidit ſemel audiens, vt dictũ eſt: ſed requiruntur duo menſes. Adde etiam, ꝙ non incidit ſemel audiens principaliter ut videat modũ dicendi Legiſtarũ, vel alia curioſitate ductus vt patet ex dictis. ¶ Sextò, ũtrũ incidat, qui amicũ ſuum hñtem paucos diſcipulos uult honorare continuò audiendo. Et dico ꝙ ſic, ſm Hoſt. Sed uerius dicit Pan. hoc eſſe verũ, ſi faceret in fraudem, & cum hoc ꝑ duos menſes: ſecus ſine fraude, vt ſatis patet ex dictis. & ſatis hoc vr̃ de mente Hoſt. Fraus aũt ex cõiecturis poterit deprehendi. ¶ Septimò, vtrum oẽs pœnæ inflictæ religioſis ob hoc, habeant locũ in clericis ſecularibus ibi prohibitis? Et dico, ꝙ ſic, ſm glo. & Pan. in d. c. ſuper. qui dicit hanc opin. ſequi Doct. cõiter. ¶ Octauò, vtrum incidãt Doctores admittentes religioſos ad lectiones ſuas ſcienter? Et dico, quòd ſic. ēt ſi habitum non dimittant, & de licentia ſui prelati audiant phyſicam aut leges, ſm Archiep. & Lap. qui etiam dicit, quod ligatur religioſus exiens audire ſcientias licitas, ſi uadit ſine licentia: aut ſi cum licentia, ſed habitũ dimittit: & ſimiliter ligatur doctor hunc admittẽs ſcienter. Abbati aũt non exẽpto uolenti audire licita, licentiã dabit diœceſanus habito conſilio illius monaſterij. Si tñ ſine licentia eius exit, non uidetur ligari, ſm Archiep. uide j. Excommunicatione xxv. & xxvj.

28 †SEPTIMA eſt in clericis. ne cler. vel mon. ubi primò excõicãtur omnes ſacerdotes, qui poſt monitionẽ officium vicecomitis aut præpoſiti ſecularis habuerint. & ſm glo. ibi eſt canon latæ ſententiæ poſt monitionẽ. Ibi ēt ſecundò clericus exiſtens in ſacris iudicium ſanguinis exercens per mutilationem per ſe vel alium, honore & loco mãdatur priuari. ¶ Primò uerò not. eſt, quod nomine ſacerdotis, ſm Hoſt. uenit large ſacerdos actu, uel fiendus, id eſt, clericus. de coha. cler. c. ij. cũ qua expoſitione trãſeunt cõiter Doct. Sed Pan. putat, quòd hoc nomine nõ veniant clerici conſtituti in minoribus ſinẽ beneficio. pro quo facit, ꝙ verbũ, ſacerdos, nõ põt ad iſtos congruè adaptari. Vnde tex. intelligit de cõſtitutis in ſacris, qui largè poſſunt appellari ſacerdotes. in d. c. 2. Et licet cõſtitutio videatur penalis, & conſequenter reſtringẽda: tñ habito reſpectu, quod excõicatio nõ infligitur ipſo facto, ſecus videtur dicendũ. Quod verò dicitur ibi de exiſtente in ſacris: ſm Inn. idem eſt de exiſtente in minoribus: licet Hoſt. dicat, quod exiſtẽtibus in ſacris magis immineat ꝑiculũ: quia nec cõtrahere poſſent, & ſunt irregulares. Pan. aũt approbat primũ: vt. ſ. illa pars capit. habeat locũ in minoribus. qui in ſumma vult, quod clericus iudiciũ ſanguinis exercẽs ab officio & beneficio deponatur, quia irregularitatẽ per hoc incurrit: qua rõne deponi dẽt ita cõſtitutus in minoribus ſicut in maioribus: vt no. in c. cũ nõ ab hoĩe. de iud. Vel dico, quod hẽt locũ ſolũ in exiſtentibus in ſacris: quia alij cum poſſint ad ſeculũ redire de apo. tuę. in gl. de vita & hon. cler. c. ſi. de cle. coniuga. Ioannes. exercendo iſta ſeipſos deponũt renunciãdo implicitè clericatui. ¶ Scđò no. eſt, quod Pa. ex his no. quod clericus nõ põt tenere vices principis in ſeculari iuriſdictione exercenda: licet non inſligat pœnã mortis, uel truncationẽ membrorũ. quod intellige qñ hoc vult facere tãquã officialis principis ſecularis: ſecus ſi iuriſdictio tꝑalis annexa eſſet ſuæ dignitati: quia tunc põt exercere per ſe, dũmodo dictas pœnas nõ inferat. Et idem eſt ſi iuriſdictionẽ habet iure ꝓprio: puta ratione patrimonij. quod videtur procedere etiã in prælato religioſo, ut in d. c. dilect. de offi. ord. & c. auditis. de reſcrip. & c. inter dilectos. de fide inſtr. Elicit etiã, quod prælati poſſent eẽ cõſiliarij principis ſecularis: licet eſſe nõ dẽant officiales exercẽdæ iuſtitiæ.

29 †OCTAVA eſt in c. nulli fas. diſt. 19. cõtra oẽs ſchiſmaticos. & in c. j. de ſchiſma. vbi excõicantur oẽs, qui innituntur ordinationibus & alienationibus factis à ſchiſmaticis: quã ſnĩam ſm Pan. ibi quis tribus caſibus incurrit. Primò, qñ rem eccleſiaſticam emit, vel aliter acquirit à ſchiſmatico: & ſic no. caſus, in quo emẽs rem eccleſiaſticã eſt ipſo facto excõicatus: aliàs aũt regulariter etiam occupans rem eccleſiaſticam non eſt excommunicatus ſed excommunicãdus: vt in c. conqueſtus. de foro compe. Secundò qñ quis tenet beneficium à ſchiſmatico. Tertiò quando quis innititur ordinationi fa-

ctæ

ſtę per eum.quod ſm gl. & eundem,Pan.intellige quo ad executionẽ , ſi ſciẽter ordines recipiantur:ſi aũt ignoranter,ſm Inn.etiam executio confertur. quod ſm Hoſt. verũ eſt quãdiù eſt occultus: ſed poſtquã fuerit pate factus;requiritur diſpẽſatio.& hoc eſt tutius & conſentit Pan.¶ Primò verò no.quod nihilominus tenet contractus alienationis factus in vtilitatẽ eccleſię.ſm gl.ibi,aliàs non: q̃a quãdiu eccleſia hẽt paſtorẽ hereticũ , vel ſchiſmaticũ,intelligitur vacare. Vnde nõ valent, q̃ fiunt à tali plato in preiudiciũ eccleſiæ.Si tñ acquirit,tenet:& nõ caſſabitur,ſm Bar.Et ſecundò,q̃ q̃s ſit ſchiſmaticus,& vtrũ ſit excõicatus cũ fautoribus:& ſimiliter qui dicit eccleſiã Ro.nõ eſſe c.eccleſiarũ. & multa ad hoc ꝑtinentia,habẽtur ĩ.Schiſma.§. 5.

† NONA eſt in c. excõicationi . de rap.
30 vbi excõicantur oẽs q̃ Chriſtianos naufragiũ patientes damnata cupiditate ſpoliãt rebus ſuis:niſi ablata reſtituant q̃ primũ poterunt, ſm Pan.ibi.quod etiã gl. tenere videtur.Sed Io.An.dicit, quod requiritur monitio antequam non erant excõicati. quod Sum.Ang. non placet;& tñ eſt verum , vt patuit ſ. Excommunicatio, vij.excommunicatione 20.

† DECIMA eſt in c.nouerit.de ſen.exc.
31 vbi excõicantur primò oẽs facientes ſeruari ſtatuta vel conſuetudines, quæ ſunt cõtra eccleſiaſticam libertatẽ:ſecundò oẽs qui dicta ſtatuta deleri nõ fecerint de capitularib. ſuis intra duos menſes à publicatione huius ſñiæ:tertiò, ipſi ſtatutarij & ſcriptores ſtatutorũ:quartò poteſtas,cõſules,rectores, & cõſularij locorũ,vbi hmõi cõſuetudines,& ſtatuta edita fuerint,& ſeruata.quintò,omnes, iudicantes ſm hęc: & ſextò , oẽs redigentes in publicam formã iudicatã. Nec vitant iſtã ſñiam ſm Pan. vbi prædicti licet in fine ſtatutorum ponãt ſtatutum,quod ſi qua ſunt ſtatuta contra eccleſiaſticam libertatẽ,habeantur pro non ſcriptis : ſicut cõiter fieri ſolet : quia per hoc non eſt ſatisfactum dictæ conſtitutioni : ſed exiguuntur iſta ſtatuta deleri de libris.Et ita no.Bar.in auth.caſſa.C.de ſacroſan.eccl.¶Primò verò dubitatur,quæ ſtatuta, vel conſuetudines dicantur contra eccleſiæ libertatem?Et dico ſm Pan.in d.c.nouerit.de mente Inn.& eſt cõis opin.doct.q̃d ſunt ea quæ veniunt contra priuilegium cõceſſum eccleſiæ uniuerſali à Deo , vel Papa, uel Imperatore.de quo habes ĩ.Immunitas. Secus aũt ſi conceſſum eſſet eccleſię particulari.Hmõi aũt ſtatutum eſt ſm quoſdã,vt recitat Arch. ſm veritatem illud quo cauetur vt nullus offerat , niſi in magnis feſtiuitatibus.vel niſi tñ: vel quod ſuper mortuo non ſit niſi talis pannus, vel tot cerei,vel hmõi . Sed tñ iſta verba intelligit Sum.Roſ.q̃n fiũt in odiũ & iniuriã clericorũ:nõ aũt, q̃n fiunt ad reſtingendũ põpas indiſcretas & immoderatas ciuiũ,ſe inuicẽ aut ſupare aut ęquare irrationabiliter ſatagentiũ. quod Pan. tenuit in ſimili in quodã cõſilio incip. ſtante quadã conſtõne.in qua dicebatur,quod mater de bonis mobilibus poterat diſponere ad pias cauſas de tertia parte : reſiduũ aũt filiis relinquere tenebatur,quę conſtõ videbatur auferre libertatẽ donandi eccleſiis . Sed ipſe concludit,quod nõ directè, vel nõ indirectè: q̃a nõ eſt in odiũ eccleſiæ: nec ꝓhibet hoẽs generaliter dare eccleſię:ſed auget portionẽ debitã filio:& in tali portione ſic aucta prohibet teſtari. Secus aũt vbi quis ſimpl̃r prohiberetur alienare in eccleſiã directè, vel indirectè.eò q̃ bona deferãtur aliis,& ſic procedit qđ Io.And.quã habes ĩ.Excõicatione 23.§.2.de quo ẽt Pan.in alio conſilio incip. præſens dubium.Sed de hoc ĩ.Immunitas 1. & 2.& ſpecialius ĩ.Satutũ.2.§.vlt. Eſt ẽt ſm Bar.in auth.caſſa.C.de ſac.ſan.eccl. hmõi ſtatutũ illud quo clerici timidiores & laici audaciores ſunt ad nocendũ:ſicut,v.g.ſi ſtatuatur,q̃ occidens laicum puniatur grauiter:occidens verò clericũ ſoluat decẽ florenos.Nõ aũt eſt contra libertatẽ prędictã , ſm eundẽ, ſi ſtatuatur, quod idẽ ius fiat clericis in foro ſeculari,quod laicis in eccleſiaſtico:quia, inquit, nulla iniuria fit clericis ſi redigãtur ad formam iuris cõis.ĩ.Satutũ.§.2.par.8.

32 † SECVNDO dubitatur , q̃n prædicti ligentur?Et dico,ſm Hoſt.& Ber. quod hæc conſtitutio nõ ligat oẽs: quia hi duo mẽſes de quibus hic fit mentio,iamdudũ fluxerũt: licet quidam dicant eos incipere à publicatione facta in ſingulis locis:quod ſm Io.An. minus eſt verum. Vnde ſtatutarij , & ſcriptores & ſeruari facientes ſtatim ligantur:Poteſtates aũt,conſules , & rectores , qui poſſent hęc ſtatuta ignorare, ligantur ex quo certificati ſunt,& obedire poſſunt delendo,aut nõ ſeruari faciẽdo, & negligunt:quod tñ poſſe arbitrio boni viri determinabitur: vt ſi hoc ſciuerunt nocte aut die feſto ſolenni,quo nõ potuit congregari conſiliũ:vel tp̃e infirmitatis.Et conſentit Hoſt.Io.And. Alten. Pan.& cõiter doct. Sed tñ intellige ſm Arch. quod non ligantur rectores habentes poteſtatem

tollendi ſtatuta, niſi ẜm ea iudicent: aut niſi poſſint opari, quod deleantur, & negligāt: & idē eſt de conſiliariis dictorū locorū. vnde ſi ea delere poſſunt & negligant, incidunt, ẜm Inn. & Pet. de Anch. ēt ſi dediſſent ad deſtructionē auxiliū, & conſiliū. Imò ẜm Hoſt. in Sum. tenentur oēs prædicti officia deſerere. quod verū credo, qñ non habent ptātem deſtruendi illa, & nō aliter. ¶ Tertiò, vtrū in prędictis excuſet ignorātia? Et dico, ẜm aliquos nullus vr̄ poſſe excuſari allegando ignorantiā facti: ex quo ſtatuta ita publicè ſunt promulgata. Sed Hoſt. dicit, quod ligantur, qñ ſciunt: & idē cōiter vr̄ ſentire doctō. & conſequēter excuſat ignorātia, niſi ſit affectata, vel craſſa. Pet. de Anc. diſtinguēs dicit, quod excuſat quidē à ſnīa excōicationis, ad quam requiritur dolus, ſed non ab alia pęna. Si tñ ſtatuta ſunt quidē ſcita, ſed ignorantur eſſe contra eccleſiaſticā libertatē, ẜm Io. de Lig. cum quo vr̄ ſentire Pet. de Anc. nulla eſt excuſatio, cū ſit ignorantia iuris. Sed verius dicit Inn. iſtos excuſari. quia excōicatio nō ligat niſi contumacē. xi. q. iij. certum. & hoc tene: quia ignorantia iuris aliqñ excuſat in foro conſcientiæ: cū papa nō intēdat ligare, niſi notabiliter negligentes in veritatis inquiſitione. arg. de conſtit. vt animarū. lib. 6. quia ſi excuſatur ſubditus epī ignorādo eius conſtōnem ſine ſua negligentia: multò fortius ſubditus papę, qui interdū eſt in extremis terræ: maximè hodie vbi iura creſcunt.

33 †QVARTO an ſtatutum factum per principales de vniuerſitate liget vniuerſitatem pęna excōicationis? Et dicit Aſten. qđ ſic, ſi tota conſenſit, vel maior pars, aut factū habuit ratum, aut ſi monita non emendat. De hoc tamen vide etiam ſ. Excommunicatio. ij. §. iij. Addit autem idem, quod hac cōſtitutione ligantur etiam reges, & Imperatores ſi contra fecerint. ¶ Quintò, an nomine eccleſiæ hoc loco veniant laici, eremitæ, & recluſi? Et dicit Veruec. quod non, niſi ſe alicui probatæ religioni ſubiecerint.

34 †VNDECIMA eſt in c. vbi piculum. de elect. li. 6. vbi excōicantur primò oēs, qui mittunt ſcripturā, vel nunciū, vel ſecretè loquuntur Card. vel alicui eorū exiſtētibus in conclaui pro electione papę. ¶ Primò verò no. ꝙ ẜm Arch. & Gem. vbi inc idendum requiritur non ſolum locutionem, ſed etiam miſſionem eſſe ſecretā. Vnde no. idē Gemi. ꝙ qñ ſtatutū aliquod enumerat plura prohibita & vltimo prohibitio qualitatē aliquā reſtrictiuam adiungit: illa qualitas reſtringens ad oīa enumerata refertur. Et ſecundò, ꝙ nō incidunt, qui conclaue ingrediuntur ad loquendū pro his tm̄ q̄ pertinent ad electionē de voluntate oīum Cardinalium ibi pręſentium, ut ibidem dr̄, ſicut aduocati, vel iuris periti, aut religioſi, vel tabelliones, ẜm glo.

35 †DVODECIMA eſt in eo. c. ubi periculum. de elec. lib. 6. vbi excōicantur omnes dn̄i, rectores, aliiq́; officiales cuiuſcunq; dignitatis aut conditionis exiſtant, qui diligēter non obſeruant, aut fraudē circa ea committunt, q̄ ibi pcipiuntur obſeruāda in morte ſummi pontificis morientis in terra eorum. quod ẜm Gem. verum intellige, niſi impedirētur de iure, vel de facto ad talia ſeruanda: quia ſic non ligarentur. ¶ Primò verò q̄ritur, q̄ ſint horum pœnæ ſi cōtrafaciāt? Et dico, ꝙ ſtatim dicta morte audita rector ciuitatis, in qua electio faciēda eſt corā clero, & vniuerſo populo ciuitatis ad hoc ſpāliter cōuocatis, pſtare dēt corporale iurm, qđ totū ordinē dictæ conſtōnis diligenter obſeruabit: ꝙ ſi non faciat, aut fraudē cōmittat, primò eſt ipſo facto excōicatus. quod verū eſt, nō ſolùm ſi deficiat, ſed ēt ſi excedat plus grauando Cardinales, q̄ ibi dicatur, ẜm Ioā. An. ſicut & modū excedens in ſe defendēdo: & ſecundò eſt ppetuò infamis: tertiò nō pōt hr̄e dignitatem, nec aliquod officium publicū: quartò pbendis & cæteris bonis, quæ à Romana, vel alia eccleſia tenet, eſt ipſo facto priuatus, & ad ipſas eccleſias reuertuntur cū pleno iure diſponēdi de eis: quintò, ipſa ciuitas eſt interdicta: & ſextò caret pontificali dignitate. ¶ Scđò q̄ritur, quę ſint ſeruāda ſecundū illā conſtōnē? Et dico, ꝙ primò Cardinales in ciuitate, in qua papa cū ſua curia reſidebat, & mortuus eſt, pn̄tes tenent expectare abſentes p decē dies: licet ſecundū gl. non citent. q̄bus elapſis, ēt ſi non uenerint, cōueniant oēs in palatio, in quo idem pontifex habitabat, cōtenti ſinguli vno ſeruitore clerico, vel laico, vt elegerint, vel duob. ſi aliqui manifeſta neceſſitate cogūtur. Secundò, ꝙ in eodē palatio conclaue vnū oēs inhabitēt: nullo interueniente pariete medio, vel alio velamine, puta cortinarū. Tertiò, ꝙ illud cōclaue ita claudat, vt nullus exire ualeat, vel intrare, relicto aditu ad ſecretā camerā pro neceſſitatibus corporalibus. Quartò, ꝙ nullus ad eos accedere, aut ſecretè loqui, vel nūtiū, aut ſcripturā mittere poſſit, niſi, vt dictū eſt de voluntate oīum. Et quintò, ꝙ in eodē conclaui

conclaui pro victu miniſtrando dimittatur feneſtra cõpetẽs, per quã nullus exire poſſit, vel ĩtrare, ſm gl. Sextò, quod ſi poſt tres dies ab ingreſſu loci electio facta nõ fuit: ꝑ quinque immediatè ſequentes tam in prandio, q̃ in cœna non habeant niſi ferculum vnum. Septimò, quod ſi poſt hos quinque dies electio facta non fuerit, tunc eis miniſtretur ſolũ panis, vinũ, & aqua, donec ſit electio facta. Octauò, quod pendẽte dicta electione Card. nihil lucri percipiant de camera papæ, nec aliud lucrũ vndecũq; proueniẽs ipſi eccleſię: ſed cuſtos dictæ cameræ oĩa reſeruet futuro põtifici: & ſi quid lucri eo tꝑe de camera dicta ꝑcipiunt, ex tunc ſuſpẽſi ſunt à perceptione fructuũ ſuorum beneficiorum quouſque hmõi lucrũ reſtituant. Nonò, quod interim Card. de aliquo negocio ſe non impediant: niſi fortè oporteret defendere aliquã terram eccleſiæ: vel aliud eueniret tã euidẽs, & graue periculũ, quod oẽs Cardinales concorditer iudicarent ꝓuidendũ eſſe. Decimò, quod ſi quis ex eis dictũ conclaue intra dies decẽ nõ intrauerit, aut abſq; manifeſta cauſa infirmitatis exierit, vlterius ad electionem non poſſit admitti. Vndecimò, quod ſi q̃s ex eis infirmetur, ſine eo ad electionẽ procedi poſſit: & cauſa ceſſante debeat admitti. Duodecimò, quod ſi Car. abſentes intra terminum decẽ dierũ ſuꝑuenerint antequã electio facta ſit, intus admittatur cũ moderamine ſeruientiũ, & clauſura, cibo & potu, vt dictũ eſt. Decimotertiò, quod ſi papa morit̃ in comitatu ſiue territorio, id eſt, diœceſi illius ciuitatis, in qua erat cũ ſua curia, Card. in dicta ciuitate pro electione conueniant: niſi eſſet interdicta, vel eccleſiæ Ramanæ rebellis: quo caſu in alia viciniore cõueniant: cũ clauſura & alijs ſ. dictis. Si tñ electio ĩ ciuitate interdicta celebretur, nihilominus valet ſm glo. Fallit hoc qñ audientia cauſarum, & literarũ apoſtolicarum remanſit alibi, id eſt, in alia diœceſi, ſm gl. quia ibi. i. in illa diœceſi electio celebrabitur, etiam ſi tꝑe mortis vacaret audientia: niſi fortè ante mortem ordinatum eſſet per papam de curia transferenda: quia tunc conſtitutio, vbi periculum. vt in clem. ne Romani. de electione.

36 †TERTIO, an expectare teneãtur præſentes Card. ſi abſentes tñ diſtant vt intra decem dies conuenire nõ poſſint? Et dico, ſm gl. quod ſic: q̃a poterunt iter ante mortẽ inchoaſſe audita infirmitate: vel alia cauſa ita quod intra decẽ dies aderunt. ¶ Quartò quæritur, an agere poſſit de contẽptu Card. debito tꝑe nõ expectatus? Et dicit gl. quod ſi electio facta eſt ab oĩbus alijs, uel à duabus partibus, eo nõ cõputato: nulla obſtat exceptio: & ſic nec actio: vt extrà eodẽ c. licet. & ff. de ſuꝑ ſi. l. j. §. ait. in fi. ¶ Quintò q̃rit̃, an pſentes elapſo decẽnio pauciores tertia ꝑte poſſent eligere? Et dicit gl. qđ ſic: q̃a quod dictũ eſt ſ. de electo à paucioribus, q̃ duabus partibus Card. intelligitur de duabus ꝑtibus pſertim.

37 †SEXTO, an Cardinalis nolens ſtare incluſus rõne ĩfirmitatis, & ſuæ voci renũciãs, admittetur ſi redierit? Et dicit glo. ſm Hoſt. cui de facto iſtud contingit, qđ ſic: ſed de factis tꝑe medio conqueri nõ poterit. ¶ Septimò, an Cardinalis ſuperueniẽs die octauo à die incluſionis, ſtatim cõpellatur ſtare victui ceterorũ? Et dicit gl. quod ſic, licet nõ fuerit in culpa: q̃a ſæpe q̃s ſine culpa punit̃ ex cã: adde q̃a poſſet eſſe ꝑtinax, & poſſibiliter electionẽ ſua voce validãdã ꝓcraſtinare. ¶ Octauò, vbi debeant Card. conuenire ſi papa moriatur in mari? Et dicit gl. quod in ciuitate, per quam dictus locus maris diſtinguitur: puta in Piſis, ſi mare dr̃ Piſanũ: quod ſi per nullam diſtinguitur, in viciniore conuenient.

38 †DECIMATERTIA eſt in c. ſciant cũcti. de ele. li. 6. vbi excõicantur oẽs qui per ſe vel per alios ſpoliando ſeu aliàs iniuſtè ꝓſequendo grauãt in beneficijs clericos ſeu ĩ alijs bonis, vel quaslibet perſonas eccleſiaſticas, aut eorũ cõſanguineos, vel eccleſias, monaſteria, ſeu cetera loca pia, ex eo, qđ tales ꝑſonæ eccleſiaſticæ eligere noluerũt aut nolũt eũ pro quo rogabant. Primò verò circa ĩtellectũ dictorũ nota quod dr̃ ſpoliando, per quod ſm Arch. & Gem. ibi intelligitur ablatio latẽter & vaſtatio quocũq; modo inuadẽdo immobilia: aut per vim publicè rapiendo mobilia, ſiue fraudulẽter per dolũ. dicitur etiã cõſanguineos, ſ. vſq; ad ſeptimũ gradũ, ſm Gemi. ſecundum quem etiã non eſt locus huic pœnæ ſi grauentur affines. Facit de appella. poſtremo. in gl. Secundò no. quod in præſentatione, poſtulatione, vel confirmatione hæc pœna locum habet ſecundum glo. dũmodo habeat fieri ab eccleſiaſtica perſona: nõ aũt ſi patronus ẽ laicus: q̃a conſtõ dicit clericos, uel eccleſiaſticas perſonas: & gl. in verbo, eccleſiaſticas. dicit vt ſunt conuerſi, templarij vel hoſpitalarij: qui licet nõ ſint clerici, ſunt, tamen eccleſiaſticæ ꝑſonæ. 17. q. 4. quiſquis. & idẽ dicit Gẽ. ibi de cõferente, & poſtulãte.

39 †EX quo collige, quod cõſtitutio pena-

lis concernens fauorē eccleſiæ extēdenda eſt ad alium caſum q̄ expreſſum, dūmodo & ille fauorē eccleſię cōcernat. Et facit quod ſ. dictum eſt Excōicatio.xij.excōicatione viij. dubio iij. ¶Tertiò not. quod an mādatarius, id eſt, qui alterius mādato aliquid prædictorum operatur, ſit excōicatus nécne: ſecundū Pet.de Anch.Gemin.ibi diſtinguit. quia aut ſcit qualitatem facti, id eſt, hoc eſſe in contemptu eligere debentis: & eſt excōicatus. Et ſic limita, & ītellige gl.ibi. Aut hoc ignorat, & non erit excōicatus: quia non facit in contemptum canonis. Et facit c. ſi verò. de ſent.excom.& placet hæc opinio Io.de Im. & ſequitur eam Sum.Ang. Sed punietur alia pęna. Sed verius & tutius Arch. quem ſequitur Arch. diſputata quæſtione concludit, q᷑ ligetur mente huius c. etſi non uerbis maximè cū participet in crimine, & ſit actor mali. Sed hoc intelligo verū, vbi grauat iniuſtè: q̄a licet nō agat in contēptū canonis: t̄n cū pęna legis naturę īcurrit pęnā legis ſcriptę, iuxta ea quę habes ſ. Excōicatio.v.§.iij.

40 † DECIMA QVARTA eſt in c. generali. de elect.lib.6. contra vſurpātes ſibi de nouo ius patr. in locis pijs, vel iura aut bona vacantiū eccleſiarū. vbi ſic dr̄. Sancimus, vniuerſos & ſingulos, qui regalia, cuſtodiā ſiue guardiā aduocatiōis, ſeu defenſiōis titulū, in eccleſijs monaſterijs, ſeu q̄buslibet aliis piis locis, de nouo vſurpare conātes, bona eccleſiarū, monaſteriorū, aut locorū ipſorū vacātiū occupare p̄ſumūt, quātęcunq; dignitatis honore p̄fulgeāt: clericos ēt eccleſiarum, monachos monaſteriorū, & p̄ſonas ceteras locorū eorūdē, q̄ hoc fieri p̄curāt, eo ipſe ſnīę excōicationis ſubiacere. ¶Primò verò dubitatur de intellectu verborū. & dico, q̄ dicitur primò vniuerſos, q̄n. ſ. vniuerſitas: & ſingulos, q̄n perſona ſuo nomine prædicta vſurpat: & verbum maſculinū prolatum à canone, cōprehendit fœmininum. quod probatur xvij. q. iiij. ſi quis. niſi per eadem vel alia iura fœmina excipiatur. Io. And. quod Arch. intelligit de canone puniente crimina. ¶ Dicitur ſecūdò regalia, ſ̄m Arch. id eſt, ea quæ capit rex eccleſia vacāte, vt in regno Frāciæ, & Anglię patet, vbi regalia vocant iura regis in q̄buſdā eccreſiis vacātibus cōpetentia, quibus ordinatis de prælatis illa præcipiunt p̄lati, & non rex. ¶Dicitur tertiò, cuſtodiam ſiue guardiam: & ſ̄m Arch. ſtat ly, ſiue, pro id eſt: & hæc duo ſunt idem: quia. ſ. quidam dn̄t ſe debere cuſtodire eccleſiā uacantem donec ei prouiſum fuerit de prælato: cuius exemplū eſt in eccleſia Parmenſi, vbi tales cuſtodes laici & dn̄i appellantur vicedomini: & ēt in Florentina, & quidam ſub hoc noīe intelligunt comprehendi ius patronatus: q᷑ non credo, inquit, verum: ſed intelligo ſimpliciter ſicut ſonat, quamuis aliter notetur ī. de iu.patr. hæc ille. Sed Io.An. exponit ſecundū Bart. cuſtodiam, id eſt, ius patronatus: quod ſ̄m diuerſas regiones ſortitur vocabula diuerſa. Et addit idem Io.And. quod quocūq; nomine cenſeantur uſurpantes de nouo tale ius in eccleſijs & alijs pijs locis, & bona ipſorum locorum vacātium occupantes, ſunt excōicati. Nota ēt, quod idē eſt titulus aduocationis & defenſionis: quia aduocatus dr̄ defenſor in eccleſijs. ¶Dr̄ quartò de nouo, id eſt, à xl. annis citra, ſ̄m Bar. & Io.And. per ſi. & cōſue. ¶Dicitur quintò occupare, quod ſumitur in malā partem: & propriè mobilia dn̄r occupari, immobilia inuadi: licet ſæpe vnum pro alio ponatur, vt dicit Ioan. And.

41 † SECVNDO dubitatur, quot requirūtur ad hoc, quod dicti vſurpatores iſtā ſententiā incurrāt. Et dicit Gemi.ibi, & Pan.in c. cōqueſtus. de ſo.cōpe. poſt Io.An. q᷑ requiruntur duo. Primò, q̄ uſurpent p̄dicta iura de nouo, id eſt, à xl. annis citra. Secundò, q̄ virtute illius vſurpationis occupēt bona dictorum locorum vacantiū. Et addit Bart. q̄ non ſolùm ſi ſuprà noīata iura occupēt: ſed ēt quodcunq; aliud, per quod uſurpēt dicta bona, incidunt in dictam pœnam. Et idē ſentit Io.An. vt patet ex dictis. Altero aūt illorum deficiente locū hn̄t antiqua iura. de ſo. comp. cum ſit, vt d. c. conqueſtus, & hæc eſt opinio cōis. ¶Tertiò, an p̄dicti ſint ipſo facto excōicati. Et dicit Arch. quod ſicut auferens ſacrū vel non ſacrum de ſacro loco, nō eſt ipſo iure excōicatus, niſi hoc faciat cum effractione vel incendio. de ſen.exc. cōqueſti. iuncta gl. ſic auferens bona eccleſiarum non eſt ipſo iure excōicatus, niſi illa vacet: vt in d.c. generali. quod autem dr̄ ij.q.iij. canonica. de viol.eccl. & xvij.q.4. oēs. de raptoribus bonorū eccle. q̄ ſunt excōicati: intelligēdū eſt ſ̄m Rich. ī 4. de violatione & raptu cū effractione aut violētia p̄ſonali & hmōi.

42 † DECIMAQVINTA eſt in c. indēnitatibus. de elec.lib.vj. vbi excōicantur deputati, aut vocati ad dirigēdas moniales in electionibus, q̄ nō abſtinent ab his, per q̄ inter ea poſſet oriri diſcordia in electionib. ipſis, vel iā orta nutriri. ¶Primò verò q̄rit, q̄ ſunt his

qui

qui põt incidere. Et dicit gl. quod ſunt vt religioſi, conſiliarij, aduocati, diſcreti viri imò & religioſæ vel aliæ diſcretę mulieres. ¶Secundò quęrit, quę ſunt hę moniales. Et dicit Gem. & no. ex tex. quod hæc pœna locũ hẽt nedũ in monialibus regularũ approbatarũ, ſed ẽt in his, q̃ non renuntiant proprijs, nec faciunt profeſſionem regularẽ in vna de religionibus approbatis, ſed viuunt ſicut canonici ſeculares in ſecularibus eccleſijs, ſi vocati ad eas dirigendas non abſtineãt à pdictis. Tertiò quęritur, an non vocatus ad electionẽ, aut vocatus alia cauſa q̃ ad dirigendum electionem, incidat in hanc pęnam, ſi diſcordiam nutriat. Et dicit Gemin. quod non. & hoc tene: quia conſtitutio eſt pœnalis.

43 †DECIMASEXTA eſt in c. hac conſtitutione. de off. dele. lib. vj. vbi excõicãtur procurantes, quod cõſeruatores ſibi dati ſe intromittant de alijs q̃ de manifeſtis iniurijs & violentijs: ſeu ad alia, q̃ iudicialẽ indaginem exigunt, ſuã extendunt poteſtatẽ: alij aũt, quorum non ſunt cõſeruatores, nõ incidunt, ſm Gem. niſi poſt excõicationem participent cũ prædictis in crimine crimino ſo. De hac materia vide s̃. cõſeruator. Eſt & alia excõicatio in ead. rub. in vj. in c. ſuper gẽtes. quod c. communiter non hr̃, ſed eſt extrauagans: de qua dic, vt s̃. Delegatus. §. xj. ¶Decimaſeptima eſt in c. vnico. de his quæ vi me. ve. cau. fiunt. lib. vj. vbi excõicantur abſolutionem vel reuocationẽ ab eccleſiaſticis cenſuris per vim aut metũ extorquentes. quod ſm glo. & Arch. ibi, intellige ſi abſolutio vel reuocatio facta ſit. aliàs ẽt ſi metus ſit illatus, non habet locũ iſta ſententia. Primò verò nota pro intellectu verborum, q ſm Ioã. And. abſolutio dici poteſt ſolennis, quæ fit ſm formam eccleſiæ: reuocatio aũt verbalis ſine ſolennitate, vel vbi excõmunicatio tenuit, dr̃ abſolutio. reuocatio verò ubi nõ tenuit interdictum, tamẽ propriè dr̃ relaxari, ſm Archid. Vis eſt ſecundum Io. And. maioris rei impetus, cui reſiſti non poteſt, ſ. commodè. ff. eo. l. j. Metus autem eſt trepidatio mentis, inſtantis vel futuri periculi cã. ff. eo. l. j. Et exigitur, quod præſens ſit metus, licet futurum periculum. Quæ aũt ad iuſtum timorem ſufficiant, Archi. relinquit arbitrio boni viri, ſm id, quod dr̃ in gl. ĩ plurib. alijs, extrà eo. tit. cum dilectus. Petr. aũt de Anch. dicit, quod eſt metus mortis vel cruciatus corporis, vel talis qui cadere poſſet in conſtantẽ virũ: quod iudicis arbitrio relinquit. Et idem dico de iudicio vel cognitione, ſi aliquid ſit factum metu publicę poteſtatis. ¶Secundò no. q ſm gl. in hanc pœnam incidit, qui ſic abſolutionẽ extorquet à ſñia excõicationis ẽt iniuſta, quia eã debuit humiliter petere: & ſimiliter à ſñia ſuſpenſionis cuiuſcunque. ſ. ab officio, beneficio, ſiue ab ingreſſu eccleſię. Et ſimiliter ſi inferens metũ alius ſit ab excõicato, incidit ipſe inferens, & ẽt ipſe excõicatus, ſuſpenſus, vel interdictus, incidit ſi hoc mandauit illi, vel factum eius noĩe ratum habuit. de elec. ſciant. lib. vij. & de ſent. exco. cũ quis. eo. li. Et ſimiliter incidit inferens metũ per pœnã amiſſionis rerum. hæc oĩa gl. ¶Tertiò no. q hanc pœnã nõ incurrit, primò qui cõpulit per vanum metũ, quẽ quis timere non debuit, ſm gl. q̃a talis non inducit reſciſſionẽ: nec ppriè metus appellatur. ff. quod me. cã. l. metũ. Vnde excõicationem facit incurrere ille metus, qui putatur iuſtus ad reuocandũ eã, quæ p.p illum facta ſunt: alius verò non. Nec ſecundò ille, q extorquet iſto modo abſolutionẽ ab excõicatione minori, arg. c. ſi. quẽ. de ſen. excõ. ¶Quartò, q licet uideatur eſſe idem iudiciũ de excõicatione per vim extorta, ſ. quod nõ valeat ipſo iure: vt ſi quis iudicem compulit excõicare: quia per ius ligandi vel ſoluendi dñs eſſe voluit. de pœ. diſt. j. verbum. tñ hoc non eſt uerum: ſed valet ſm Gul. xj. q. 3. quatuor. Et ratio eſt: quia vtrobiq; animæ conſulitur. quod in dubio faciendum eſt, poteſt tamen per exceptionem elidi: vt ibi, ſm Io. Andr. ¶Quintò, q ſi abſoluens per metum poſtmodum ratũ habeat quod fecit, nihilominus inferens metum excõicatus eſt ſecundùm gl. quia ſtatim ab initio ligatus fuit.

44 †DECIMAOCTAVA eſt in c. mulieres. de iniur. lib. v. vbi excõicatur qui fraudulenter fingit caſum vt iudex perſonaliter vadat ad mulierem pro teſtimonio eius accipiendo. Et hoc intellige verũ, ſi fictor ſit ipſe iudex. Vñ gl. dicit, q iudex, vt poſſet dñam viſitare, faciebat eã nominari in teſtẽ: ſiue ſit alius: quia eſt malo conſentiens. Et hoc etiã intelligitur, ſm aliquos, ſiue vt perſonaliter vadat, ſiue vt mittat: licet non habeatur ex tex. intentio legis eſt uitare nefanda, q̃ interdũ & frequenter & per mediũ melius procurãtur. quẽ ſenſum vr̃ tenuiſſe Archiep. in iij. parte; tit. xxv. c. xlv. ſed q̃a conſtõ eſt pęnalis, melius intelligitur ſolùm ſi perſonaliter vadat. Et ſimiliter intellige ſm Io. And. etiã in iudice laico. Si tamen iudex non iret, licet

fingatur caſus,non eſt locus huic pœnæ,ſm Io.An. imò expedit,quod perduxerit ad effectum eundo aut mittendo.Si ēt iudex iret innocenter,neſciens fictionem,aut eam improbare non potens,non incidit : quia text. non excõicat euntem,ſed fingentem:nec pęnæ ſunt extendendę: eſſet tñ eo caſu excõicatus fictor. ¶Decimanona eſt in c.hoc con ſultiſſimo.de reb.ecc.non alie.lib.vj.vbi excõicantur oẽs cuiuſcunq; conditionis cõpellentes ꝑlatos , vel eccleſiaſticas perſonas ad ſubmittendũ eccleſias,ſubijciendo bona immobilia , vel ſupponendũ iura eccleſiarum laicis : vel recognoſcendũ ſeu profitendum ſe tenere ab illis tanꝗ̃ à ſuperioribus, vel ad ſtatuendũ eoſdem laicos tanꝗ̃ patronos vel aduocatos eccleſiarũ ſeu bonorum ipſarum in perpetuũ , ſeu ad non modicum tp̃s, ſine capituli cõſenſu,& licẽtia ſpeciali ſedis Apoſtolicæ. Vbi no.ſm gl. quod vt incurrat̃ iſta pœna, requiritur primò,ꝙ illa bona ſint immobilia:vel iura,q̃ in immobilibus computentur. Secundò,ꝙ ſupponant̃ tanꝗ̃ ſint ſua, vel recognoſcãtur ab eis. Tertiò,ꝙ nõ ſit ad modicum tp̃s:quia ſi eſſet ad tp̃s modicum ex iuſta cauſa cum capituli conſenſu , nõ eſſet locus pœnæ.Et dr̃ tp̃s modicum x.annorum, ſm eãdem gl.vel ad arbitrium iudicis, ſm Guli.& Car. Quartò,ꝙ fiat ſine licentia capituli vel papæ . ¶Excõicantur ēt ibi oẽs laici,qui ex licentia papæ, & conſenſu capituli cõtractus inierũt de eccleſiaſticis immobilibus,vel iniẽt in poſterũ,ſi aliquid plus ꝗ̃ importat natura contractuum ipſorum, vel pactum in eis factũ vſurpauerint vel exegerint,ſi moniti competenter non deſiſtãt, reſtituendo ēt vſurpata. Vbi dicit Arch.ꝙ ſi eſt contractus emphyteuticus accipiant qđ eſt à iure permiſſum, & non vltra:& ſic de alijs. & non ſufficit deſiſtere, niſi reſtituãtur vſurpata. & Io.An.dicit monitionem competẽtẽ trinã , niſi facti neceſſitas aliud ſuaderet.

45 †VIGESIMA eſt in c.vnico.de rel.do. lib.vj.vbi excõicantur primo oẽs nouũ ordinẽ aut religionem inuenientes,vel habitum nouæ religionis aſſumẽtes. Intellige,ſ.vt cũ alijs ſimul viuant:ſeorſum aũt aſſumere nõ prohibentur:vt dicit gl.& idem hr̃ in quadã extrauagante Io.xxij.q̃ incipit,ſancta mater eccleſia. quam adducit Abb.in c.fi. de relig. do.Secundo excõicantur oẽs fratres mendicantium ordinum poſt conſiliũ Lugdunẽſe inſtitutorum, qui aliquid in proprio hr̃e nõ pñt ex eorum regula . Si aliquem ad profeſſionem recipiũt, ſiue ſi domos vel loca eorũ alienañt ſine licentia ſedis Apoſtolicæ ſpeciali,aut etiam ſm Arch.ſi alienant mobilia. Excipiuntur tñ in tex. ab iſta pęna fratres ꝑdicatores & minores, Eremitarũ S.Auguſtini,& Carmelitarum. Conciliũ verò illud celebratum fuit ab Inn.III.anno Dñi 1215.

46 †VIGESIMAPRIMA eſt in c. ꝗ̃q̃. de cenſi. li.vj. vbi excõicantur quicunque ꝑ ſe,vel per alios ſuo noĩe vel alieno ab eccleſiis vel eccleſiaſticis perſonis exigũt pedagia pro rebus ſuis proprijs quas deferũt , vel deferri faciunt,non cã negotiationis. Sed intellige ſi ſunt perſonæ ſingulares q̃ hoc faciũt, vt dr̃ in tex. & extenditur ēt ad ep̃os,ſm Archi.vniuerſitas aũt vel collegium non excõicantur,ſed ſunt interdicta ipſo facto,vt dr̃ in tex. Hodie tñ hæc ſnĩa eſt papalis,vt dictum eſt ſ̃. Excõicatio.vij.excõicatio.xix.& xxxij. ¶Primò verò nota, ꝙ negotiator,ſm Ioan. And.poſt Archi.propriè eſt,qui rem emit vt integram & immutatam uẽdendo lucretur: & ſic eſt idem quod mercator : quẽ Chry.in quadam Homil. eodem modo diffinit . 88. diſt.c.eijciens. Vnde non eſt negotiator qui rem vendit integram & immutatam , nec q rem ſic vendit,ſed hac intentione non emit, ſed ad ſuum vſum empta ſtatim occurrit ſibi lucrum : ſecundùm iſtam diffinitionẽ , in qua in veritate ponitur ly,vt,pro quo Sum. Roſ.habet falſo ly,&.¶Secũdò not.ꝙ ſequit̃ ex dictis qđ non eſt negotiator , qui rẽ emit vt ſibi ſit materia aliquid inde operandi. diſ. 78.eijciens.vnde Fed.de Sen.in quadã qõne conſuluit, quod monaſteriũ S.Galbani diœceſis Vulterranæ hñs venam ferri in inſula Belben.fodiẽs & inde faciens ferrũ vt lucretur,non tenebatur ad pedagium ēt ſi hac de cã venam emiſſet:ſicut nec faber emens ferrum vt inde gladios faciat:quia tales vocant̃ potius artifices ꝗ̃ mercatores.Sed verius ſcripſit Pet.de Anch.quod ſi venam emiſſet,& ꝑ magiſtros educeret ferrũ, eſſet negotiatio miſta artificio , qa tũc nulla verſatur induſtria clericorũ.Si aũt monaſterium habet venã, & ꝑ operarios fieri facit,& poſtea vẽdit, ſecus: qa ſicut de frumẽto & alijs fructibus, ita nec de iſta mr̃ia ſoluere tenetur, q̃ appellatione fructuũ cõtinetur. l.diuortio.§.ſi vir in fundo.ff.ſol.mat.Adde ēt ſecus ſi emit qdẽ,ſed ꝑ monachos ferrum educit. ¶Tertiò nota, quod ēt ſequitur, ſicut ēt dicit Pan. in cõſi.6.inci.caſus ſuꝑ quo.qđ clericus vẽdendo vinũ, bladum, oleũ, & ſimilia recollecta de rebus

de rebus ſuis,nec negotiatur, nec tenetur ad gabellas:ſi tñ,inquit,emeret rem ut eam integram venderet lucri cauſa,ſoluere teneret ſecundum patriæ ſtatuta: & idem intellige ſi aliquid emat in vſum ſuum, quia ſoluere non tenetur, cùm nõ ſit negotium propriè.

47 †QVARTO nota,quod Zab. quærit an locũ habeat quod hic dr̃ de pedagijs, in gabellis & datijs quæ leuantur in ciuitatibus Lombardiæ. Et dicit,ꝙ ſic,ſm Stepha.quia idem eſt iuris de ipſis. argu.24.q.3.putat.& c.plerique.de priuil.c.quanto.hæc ille.& tã ipſe q̃ Io.de Lig.dicit,ꝙ ſecundùm hoc tota Italia eſt interdicta, & clerici hoc nõ ſeruantes irregulares: & idem Io.And. Sed hodie, ſecundùm Archi. taliter excõicati non ſunt vitandi, niſi denuntiẽtur:imò nec tale interdictum eſt ſeruandum,vt dictum eſt s̃. ꝑ conſtitutionem Conſtantienſem, in tit. Excõicatio.v.§.3. ¶Quintò, ꝙ ſi ſtatutum fiat ut uendens uinum uel huiuſmodi teneatur ſoluere duos denarios regi vel cõitati, ſecundũ Cy.in l.omnis.C.de epi.& cle.clerici ſoluere non tenẽtur.Et idem Petr.per d.l.omnis.vbi etiam dicit Bal. quod de bonis præbendarũ ſuarum uẽditis gabellam ſoluere non tenentur:nec ad portam. Et idem Io.de Lig.& licet S.Bona.& Richar.à regũ tributo eximãt tantùm Chriſtum, & perfectè & ſequentes illum omnia tꝑalia dimittẽdo: de quibus intelligunt illud Math.17. Ergo liberi ſunt filij. tñ dictum illorum procedit de iure antiquo Decretorũ:ſecus ꝑ Sextũ & Clemẽtinas.

48 †SEXTO no. quod coloni colẽtes ꝑdia eccleſiaſtica ad medium, uel affictũ, ſoluere debent gabellam & collectam impoſitam ꝑ iudicem ſecularem de parte fructuũ contingente illos:ſm Gem.in d.c.q̃q̃.de mẽte Fed. quia pars ruſtici ſubiecta eſt dño tꝑali: cum ſeparatorum ſeparata ſit diſtinctio.& addit, ꝙ ſi clericus locat fructus ad firmã, emptor eccleſiæ priuilegio non gaudet: imò ſi portat fructus ad ciuitatem,ſoluet gabellam. ¶Septimò not. ꝙ emptores redituũ clerici, vel eccleſię,vel regis,vel baronis,q̃ in his volunt illa immunitate gaudere, qua ꝑdicti,& venalia ſine pedagij ſolutione trãsferre, hoc facere non pñt,ſecundùm Dir.lib.3.de mẽte Arch. ¶Octauò no.ꝙ ſi clerici ſponte ſoluũt gabellarijs non extorquentibus ab inuitis: non ſunt iſti,vel illi excõicati, ſecundum gl. & Pan.in cle.qm̃.de immu.eccl,quia exigere eſt ab inuito extorquere.Imò dico,ꝙ nec ẽt clerici ſi ſoluerent extorquentibus: vt in d.clem. quoniã.quæ reuocat c.clericis.in 6. eo.tit.tamen ſecundũ Card.ibi clerici etiam ſponte talias, uel huiuſmodi ſoluere nõ debent ſine licentia papæ.ut dictum eſt s̃.

49 †VIGESIMASECVNDA eſt in c. qm̃.de imm.ecc.lib.6. vbi excõicantur omnes qui recurrentes ad eccleſiaſticum forum ſuper cauſis ad illud de iure,vel antiqua conſuetudine,uel impetratione à papa pertinẽtibus,per ſe vel per alium impediunt ne corã iudicib.eccleſiaſticis delegatis,uel ordinarijs poſſint iuſtitiã obtinere, vel querelã de dictis cauſis proponere.cũ dantib. cõſilium, auxilium,uel fauorẽ ad ꝑdicta: nec tales debent abſolui, niſi prius integrè ſatisfecerint tã iudici,cuius iuriſdictionẽ perturbarunt,q̃ parti perturbatæ,de iniuria,dãnis, expenſis, & intereſſe. Et hæc eſt papalis quantum ad iudices, q̃ ſunt in curia: ut s̃. Excõicatio.7. excõicatione.§.25. dictum eſt quantum ad reliquos epalis. Si tñ ante ſatisfactionẽ abſoluant, abſolutio non tenet, ſm Arch. hoc ſpãliter lr̃a prohibente. q̃.ſ.dicit, nullatenus abſoluantur.Et idem vr̃ ſentire Io.And. Sed Gemin. in d.c.qm̃ vr̃ tenere contrarium,dicens, ꝙ qñ poteſtas datur aliàs non habenti, ſi formã nõ ſeruauerit,actus nõ ualet,ut no. gl.ſingularis in cle.1. de iu. patr. Qñ autem hñti poteſtatẽ à lege fit prohibitio abſoluendi, licet forma non ſeruetur, ualet ipſo iure abſolutio, vt in c.venerabilib.§.ubi, de ſen.excom.lib.6.Vnde cùm ordinarij hẽant poteſtatem abſoluendi à ſñia canonis non reſeruantis:vt in c.nuper. de ſent.excõ.uidetur, ꝙ ualeat.& conſentit Pan. in c.dilectus. el ij.de præb. Sed prædicta intellige,niſi imponeretur clauſula decreti actum irritãs:q̃a hoc caſu ſiue ordinarius ſiue alius quicunq; aliàs habeat poteſtatem, ſiue non, nihil facit abſoluẽdo, niſi ſeruet formam mandati.

50 †VIGESIMATERTIA eſt in c.eos. de imm.ecc.lib.6.vbi excõicantur oẽs ſeculares dñium hñtes, qui ſuis ſubditis interdicunt, ne prælatis, aut clericis,ſeu eccleſiaſticis perſonis quæcunque uendant uel emant aliquid ab eiſdem,nec ipſis bladum molant, coquant panes, aut alia obſequia exhibere præſumanr. Vbi no.Gem.ꝙ ad iſtam ſñiam incurrendam duo requiruntur:ſ.ꝙ illi hẽant dñium, & ꝙ prædicta interdicant ſubditis ſuis. Vnde locum non habet in nõ dñis,nec in dñis ſi alijs non ſibi ſubditis interdicant: & exponit tꝑale dñium, id eſt, ſeculare. ¶Sed primò not. quòd ſi ſtatutum fiat tale, quòd

ꝙ nullus vendere poſſit aut alienare immobilia alicui non ſubeunti onera cōia: dicit idem in d.c.eos.ꝙ taliter ſtatuentes dicta pęna non ligantur: quia non eſt contra eccleſiaſticā libertatem, ex quo de eccleſia, vel eccleſiaſticis pſonis mentio non fit: illud extenderetur ad eccleſiaſticas: nec eſſet abſurdū dicere, ꝙ iudex eccleſiaſticus poſſet illos, ad quos pertinet, cogere ad declarandum ſtatutum, vt non reſpiceret contractus fiendos cū eccleſijs, extrà, de hær. li.6. ſtatutum. Intelligo autē extenſionē fieri ad eccleſias ex fraude ſiue iniqua intentione ſtatuentium. & ex practica ſiue executione nota ſtatuētibus & diſſimulata. ¶Secundò not. ꝙ ſm Io. An. in nouella. & Vin. & Abb. ſtatuto laicorum facto pro vtilitate communi: puta, ꝙ vadens de nocte ſoluat tantum, clerici non ſunt ſubiecti: ſed ꝑ ſuum iudicem arctandi ſunt. di. 96. bene quidem. Secus autem dicunt de dāno in paſcendis pecoribus, vel ad aquā ducendis: tunc enim tenentur paſtores de damno ꝑꝑ mercedem quam accipiunt. & intelligunt iſti etiam ſi pecora ſint clericorum.

51 †VIGESIMA QVARTA eſt in c. vt periculoſa. ne cle. vel mo. li.6. vbi excōicanē omnes religioſi tacitè, vel expreſsè profeſſi aliquam religionem approbatam, tenere habitum ſuæ religionis in ſcholis, vel alibi dimittentes? Et dicit temerè, ſine cauſa rationabili, ſm omnes doct. quæ cā arbitrio boni viri dijudicabitur, ſm Zenze. Sed aduerte quod omne licitum religioſo, quod cum habitu cōmodè fieri non pōt, vt balneatio, vel piſcatio, in caſu eſt cā rationabilis ad dimittendum ad horā: licet non ſemper ad alium habitū induēdum. ¶Primò nota, ꝙ aliqñ dimiſſio habitus eſt ſine peccato, & non temeraria, ſ. quia eſt tex. iuſta cā, ſm Io. An. vt de vita & ho. cle. clerici. puta ex timore, vel cā medicinæ, vel hmōi. Aliqñ verò eſt cū peccato quidem & temeraria, i. ſine cā rōnabili: & tñ nō eſt cū ligamine excōicationis: ſicut Pet. de Pal. dicit in 4. ꝙ q iocoſa leuitate ad horā vt currat, vel lapidem proijciat, deponit habitum, nō incidit in ſñiam excōicationis: quia non eſt veriſimile papā in his minutis tantum laqueum poſuiſſe. hæc ille. quod dictum Pet. Sum. Roſ. dicit periculoſum valde: & tñ eadem concedit, religioſum non incidere portando veſtes hiſtrionum. i. virgatas & partitas, iuxta dicenda ĩ. par. 3. Vnde ego dico illud valde rationabile eſſe, & ſtatim ſequēti particula probabo verum: quia nō omni illicito apponitur ſñia excōicationis etiam in eodem genere, in quo aliquid ſub ea ſñia cadit: ſicut ſi feratur pro furto intelligitur ꝑ notabili, qđ ſit mortale: nō aūt ꝑ modico, puta ſolidi vnius aut duorū, aut fortè multo pluriū. Aliqñ verò eſt cū dicto ligamine: quod qñ ſit. Canoniſtæ difficultantur, vt ex dictis eorum patebit: quia dictam diſtinctionem non ponderarunt.

52 †SECVNDO nota, ꝙ nunquā habitus à religioſo profeſſo dimittitur ſine rationabili cā quin peccet: quia adeò eſt annexus oſſibus monachorum, ꝙ in quocunq; loco cōſiſtente, ſiue in lecto quieſcentes, conſtanter eo vti debēt: vt dr̃ 21. q.1. vidua. & 25. di. ſanctimonialis. vbi dr̃, quod eo ſemper vti dedent: ſed tñ non dimittit quis habitum incidens in ſententiam excōicationis, niſi illum dimittat eo modo quo eſt in vſu loquentiū, qui dicunt religioſum habitum dimittere, qñ ab eo recedit doloſè, & ad vſum alium aſſumens. Quod patet, primò quia tales incidentes in hanc ſententiā dicuntur apoſtatę: vt patet ꝑ Io. An. & Ber. & per glo. in verbo, horum. quæ dicit iſtos apoſtatare: & in verbo, profeſſus, vbi aſſignat cauſam quaſi ligātur profeſſi: quia ad ſeculum redire nequeūt quod nihil eſſet dictum, niſi iſta dimiſſio eſſet cū aſſumptione alterius habitus. Nec tñ intelligas, ꝙ iſti ſint ſemꝑ apoſtatæ propriè ſed quantum ad aliquid, i. aſſumptionem alterius habitus. Patet ſecundò, idem ex ratione textus, quæ eſt, ne religioſi vagentur, ſ. inuerecundè non agniti per habitum propriū. Et tertiò, idem patet ex pœnis, quæ iſtis inferunē, quę eſſent irrationabiles, ſi in eas incideret, qui extra monaſterium ĩ hoſpitio nocte ſecretò ex cā non rationabili, puta ex laſciuia, & illicita ſenſualitate dormiendi quietius, vel alicuius hmōi etiam cum peccato mortali. Quis enim rationabiliter crederet iſtum incurrere omnes pœnas apoſtatarum: & ꝙ eligi non poſſit in abbatē, et ſi poſt efficiatur bone famę: imò, ꝙ electus deijciatur, vt dicunt Lau. & Iac. de Al. & Pet. & Archid. Et quartò, idem patet quia iura non inferunt ſententiam excōicationis, vt ſ. dictum eſt. Excōicatio. 1. §. 1. niſi ꝑꝑ mortale, cuiuſmodi non eſt omnis temeraria dimiſſio habitus, cum nullibi hoc præcipiatur: quia licet eo debeant ſemper monachi vti tamen hoc debitum eſt honeſtatis: vt etiā dicit Io. And. & Archi. non autem neceſſitatis.

53 †TERTIO nota, quod etiam ſi religio-

ſus

ſus profeſſus habitum dimittat cum aſſumptione alterius ad horā,non ad notabile tps iudicis, aut boni viri arbitrio limitandū, nō incidit:niſi fortè dimittat ex cā dānata,puta vt fornicetur:quia dicit Zenz.ꝙ non dr̄ quis aſſumpſiſſe quod ſtatim eſt dimiſſurus. Vñ ſi religioſus veſtē virgatā: vel partitā in momento aſſumere, ſtatim eā dimiſſurus, non dr̄ eā aſſumpſiſſe.ff.de diuor.l.diuortiū.Vnde dicit idem in cle.qm̄.de vita & ho.cler. ꝙ ſi clericus deferat non continue hmōi veſtes partitas,nec cā vſus proprij,ſed ob feſtum ſocij qui militat,vel doctoratur,aut vxoratur, non incidit iu pęnā illius cle. quia talia rarò occurrunt: & iura coaptantur his quæ ſæpe fiunt,ff.de legi.l.ex his.Itē ea q̄ cā feſti iocariè fiunt,obligationē nō inducunt.ff.de act. & obl.l.obligationum.Adde,ꝙ nunq̄ iura ligant in per ſe malis ꝑ ſnīam anathematis, niſi pro mortali ex ſuo genere. Vnde ſi quis habitū dimittat vt fornicetur,ſm Pe.de Pal. ſine dubio eſt excōicatus. ꝙ ego verum crederē,qñ habitū dimittit relatiuè ad alios,puta ne cognoſcatur:ſecus relatiuè ad ſe, puta ꝑꝑ voluptatē: quia in iſto caſu habitū aliū non aſſumit, nec ſe hominum conſpectibus oſtētat:& pœnæ reſtringendæ ſunt. Vnde dico iſtā dimiſſionē debere intelligi qñ habitus dimittitur doloſe,cum aſſumptione alterius ad vtendū eo: ſecus vbi dimitteretur ad horā voluptuoſe nullo alio ſumpto:vel ſumpto quidē,ſed non ad vtendum, ſed ad ſolatiū ex leuitate iocoſa.¶Quartò verò q̄ritur, an portans habitū,ſed abſconſum, ſit excōicatus & apoſtata? Et dico,ꝙ ſic,ſm gl.in cle. qm̄.de vita,& ho.cle & Lau.& Pau.dicētes, ꝙ religioſus portās habitū ſub cappa,vel tabaro, eſt apoſtata & excōicatus. Et ita fuit determinatū Bononiæ,& idē tenet Fran. de May.& intellige niſi ſubſit cā rationabilis arbitrio boni viri. Oppoſitū aūt tenuit Pan. in c.Deus qui.de vi.& ho.cle. ꝑ tex. illū iuncta gl. q̄a aliud eſt habitum ex toto dimittere, aliud non portare in ſuperioribus: quia, vt ibi patet in gl.ꝓmittitur dimiſſio in ſuperiori: & tñ interius portare tenetur: vnde pęna c.vt periculoſa.non hēt locū in iſto, quia cōſtitutio pœnalis non dēt extendi ſaltē ad caſum non habentē omnimodam rōnē:vt no. Io.An.in regula,odia,li.6. in mer. hæc Pan. cū quo tranſit Sum.Roſ.in tit.Apoſtaſia. licet excōicatione 16. diſtinguat ante factum & poſt.Et ſimiliter diſtinguit Sum.Ang. Sed tu dic,ēt hoc eſſe verū, ſi ſubeſt cā rationabilis,quæ.ſ.excuſaret ēt ex toto dimittentem aliter eſt falſum, quia tollitur rō & vtilitas. d.c.vt periculoſa. cū ęquè vagari & omnia poſſit facere portās habitū latentē, ſicut nō portans omnino:ideò ēt poſt factum hic eſt condemnandus.vide ĩ.Habitus.§. 3.

54 †QVINTO q̄ritur, an ſemꝑ religioſus teneatur habitum deferre? Et dico, ꝙ ſic, ēt in lectulo.ſm Pet. de Anch. quia hoc ſenſit canon in d.c.vidua.& in d.c.ſanctimonialis.vbi ēt gl.addit.in lecto cū infirmitate.Sed Io.An. in nouel. ſenſit hoc verbū non ita eē amarū,vt prima facie vr̄: nec ligari hac ſnīa eū qui in lecto habitū dimittit: ſed qñ ſine eo hominū conſpectibus ſe exhibet in habitu laicali,vel clericali ſine iuſta cauſa:licet ex honeſtate ſemper illū deberet deferre. Arc. verò addit, ꝙ ēt non ligatur ſtando ſine eo ex aliqua rōnabili cā: puta vt dormiēdo melius quieſcat: ne in ſacris veſtibus appareat gibbus: vt quærat pulices, vt ſe balneet, vt aptius ſcindat lignum.& hmōi. Pet. verò de Pal.addit,ꝙ nec incidit dimittens ad horam ex iocoſa leuitate,vt recitatū eſt ſ.Angelica verò addit, ꝙ ad incurrendā iſtā pœnā duo requiruntur. Primò, vt dimittatur habitus extra monaſteriū,nō aūt ĩ monaſterio:alioquin textus ſuperfluè loqueretur dicens, in ſcholis,vel alibi: ſed ſuffeciſſet dicere, vbilibet.facit ēt rō d.c.vt periculoſa.q̄ eſt, vt religioſis ſubtrahatur materia vagādi.Secundò, vt dimittatur temere. Sed Sum. Roſ. inſeq̄tur & reprehendit Ang. in primò dicto, dicens, ꝙ ēt in monaſterio quis incidit ſi ſine habitu cōſpectui ſecularium ſe ꝑſentet ſine cauſa rationabili. & tandem vtraq; ſumma difficultatē euadit per diſtinctionem ante factum,& poſt factum. Sed tu dic iuxta ea, q̄ ſ.deducta ſunt,ꝙ licet malefaciat quotieſcūque monaſterio,vel extra ſine rōnabili cā habitum dimittit, non tñ incidit in hāc ſnīam ſemper, ſed qñ dimittit non reaſſumpturus ſtatim: vel ſi ſtatim, tñ dimittit ꝑꝑ cām dānatā cum relatione ad alios. ¶Sextò q̄ritur,ſi habitum dimittit, vt in religione alia citius recipiatur,an incidat? Et dicit Arch.ꝙ ſic.Si tñ ſuū dimittens alterius religionis habitum ſtatim ſine medio ſubinduat, non incidit,ſm Ge.Et ita conſuluit Lap.allegatio. 34.Nec obſtat uerbū religionis:quia una eſt religio generaliter ſumpta quo ad tria uota & ita tenet Sum.Ang. & Roſ. Sed tñ iſta nō ſunt uera:quia talis eſt uerè fugitiuus, qñ id facit ſine licentia hominis aut iuris: cùm ſit

extra

extra ſuũ monaſteriũ, & ſe celet abbati, ſiue ſubtrahat ei obediẽtiæ: quod ſufficit ſẽm Io. An. & propter tales videtur additum ly ſiue, cùm tñ, ſẽm iſtum intellectum, ſufficeret dixiſſe religionis, maximè quia plerunque ratio huius legis in hoc caſu æquè, & fortè melius militaret, q̃ ſi habitus ſecularis aſſumeretur, vt patet expertis religionum. vide infrà. Religio vj. §. 15. item habitus. §. 2.

55 †VIGESIMAQVINTA eſt in eo. c. vt periculoſa. vbi excõicantur oẽs religioſi qui accedunt ad quęuis ſtudia literarũ: niſi conceſſa prius licentia à ſuo prælato cũ conſilio maioris partis ſui cõuẽtus. Et intellige ſi accedant extra clauſtrũ, ẽt ſi illa ſtudia nõ ſunt aliàs prohibita: puta ad ſtudiũ Theologiæ, vel canonũ ſẽm doctores. Sed etſi licentiã habeant, & habitũ dimittant, nihilominus incidunt: vt in eod. c. patet. ¶ Primò verò quæritur, an ligetur abbas vadens ſine epi licentia? Et Gem. dicit, ꝙ non. Sed Arch. multa hinc inde dicit: & tandẽ concludit ꝓp illud relatiuum, ſuo, quod videtur reſpicere immediatũ prelatũ illius conuentus: quia conſtitutio eſt penalis. Quod verò dr̃ de licẽtia epi: videtur habere locum in monaſterio non exẽpto ab eius iuriſdictione. Mihi videtur, ꝙ cum oĩs prælatus habeat ſuperiorẽ præter ſummum pontificem, omnis religioſus etiam abbas, & prior relinquens gregẽ ſuũ, & ad ſtudia proficiſcẽns ſine licentia ſuperioris ſui mediati, vel immediati, ligetur: cũ ſit eadem rõ, & maior de prælato, ſicut de ſubdito: & ſit expreſſa ibi, ſ. vagatio. ¶ Secundò quæritur, an monacho dictam licentiam dare poſſit eps ſine conſenſu abbatis? Et Archid. dicit ꝙ non: vt hic, & arg. 12. q. 1. nõ dicatis. Vnde eã dabit abbas, vel tenens vices eius, qui propriè dicitur ſuus prælatus. Sed mihi videtur contra omnem rationem, ꝙ vbi tota autoritas abbatis ab epo dependet, puta in nõ exemptis, ꝙ inferior aliquid poſſit, id eſt, abbas & non ſuperior, i. eps. niſi ſuperior vtriuſque ita ordinarit, vt de monacho preficiendo eccleſię. 16. q. 1. cum pro vtilitate. ꝙ in propoſito nõ habetur: quia quod dicitur, prælato ſuo, non oportet limitare ad proximũ: maximè, quia in hac re eps non habet propriũ intereſſe ſicut in alio caſu. ¶ Tertiò quæritur, quid poſſit religioſus accedens ad ſtudium cum dicta licẽtia? Et dicit Io. An. ꝙ poteſt oĩa, ſine quibus in ſtudio commodè eſſe non põt. Et addit Arch. ꝙ ſi mutuum contrahit, tenebitur monaſterio vſque ad modum probabilem: niſi actum fuiſſet, ꝙ alius pro monacho ſumptus inueniret. Si autem obligaret libros vel res alias pro ſcholari, uel alio, non ualet obligatio: quia monachus ſeruus eſt monaſterii, di. 54. multos. idem ſi fideiuſſit pro aliquo. hæc ille.

56 †VIGESIMASEXTA eſt in eo. c. vt periculoſa. vbi excõicantur omnes doctores ſiue magiſtri, qui religioſos habitu ſuo dimiſſo legem, aut phyſicam audientes, ſcienter docere, aut in ſcholis ſuis præſumpſerint retinere. Primò verò quæritur, an incidat doctor, ſi religioſus habitum non dimittat? Et ſecundum Sum. Roſ. glo. dicit, ꝙ non: quia pęna iſta non eſt amplianda. Sed tu dic, ꝙ glo. illud non dicit, ſed recitat, & tam ipſa, q̃ Arch. & Io. And. tenent, ꝙ incidit doctor, ſaltem poſtquam monachus incidit, ſ. in ſententiam, de qua ſuprà, Excõicatio 8. §. 6. quia participat in crimine: & ſic eadem, & nõ minori excommunicatione ligatur: extrà, de ſẽtent. excommunic. ſi concubinæ.

57 †SECVNDO q̃ritur, ſi monachus domũ hẽt iuxta ſcholas, ex qua põt audire lectionẽ, & doctor ſcit, ac legit, an ſit excõicatus? Et gl. dicit, ꝙ nõ: quia prohibere nõ põt, quin moretur in ꝓpria domo. ¶ Tertiò quęritur, an vi poſſit expelli de ſcholis talis monachus nolẽs exire ſine metu excõicationis? Et gl. ſiue Io. An. videtur tenere ꝙ ſic. & hoc tenet Dir. lib. ij. & dicit idem tenere Archi. arg. in c. veniens. de ſen. excom. vbi monialis turbans officium, expulſa eſt de eccleſia ſine metu excõicationis à ſacerdote etiam commoto: quia ex iſta cauſa facit. Vbi cõiter notant doctores, ꝙ tex. loquitur indiſtinctè, ſiue talis eijciens clericum prelationẽ habeat, ſiue non. Sic etiã eijcitur tumultuoſus de ſynodo. 5. q. 4. in loco. & à ſimili iſte de ſcholis qui doctorem, & ſcholares conturbat. Intelligo tñ iſta citra ſanguinẽ, & ꝑcuſſiones. Qui ſi expelli nõ põt, ſ. ſine periculo verberũ, aut ſanguinis, ſẽm gl. doctor expellat ſcholares: ſicut dicimus: qñ excõicatus intrat eccleſiã. ¶ Quartò quæritur, an locum haberet ignorantia in doctore, ſi religioſus in ſuo habitu incederet? Et dicit gl. ꝙ nõ. Si aũt incederet ſine illo: tunc probabiliter poterit ignorare.

58 †VIGESIMASEPTIMA eſt in c. quicunque. de hære. lib. 6. vbi excõicantur omnes, qui ſcientes præſumpſerint eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ hæreticos, credentes, receptatores, defenſores, vel fautores eorũ: nec abſolui debẽt niſi propriis manibus extumulẽt huiuſ-

huiuſmodi corpore damnatorum: & locus ille perpetua caret ſepultura. Eſt aũt tradere eccleſiaſticæ ſepulturæ, ſm Archi. tumulare in cemeterio eccleſiæ, vel alibi ad modum Chriſtianorum. Et intellige modum iſtum, qñ fit cum ſigno crucis, & pſalmis, & orationibus. Vnde ſm mentem eius incidit in hãc penã, qui cadauera talium inueniẽs in agro eã Chriſtianorum more tumulat. ¶ Vigeſimao ctaua eſt in c. vt inquiſitionis. de hære. li. vj. vbi excõicantur Poteſtates, domini tẽpales, rectores, uel eorum officiales, ſeu baliui, q̃ de crimine hęreſis cognoſcũt, uel iudicãt, ſiue ſi captos pro eodem crimine abſq; eorum uel inquiſitorum licentia a carcere liberãt, uel executionem pro huiuſmodi crimine eis a dięceſano vel inquiſitore iniunctã nõ implent, ꝑut ad eorũ ſpectat officiũ. Itẽ ſi directe uel indirecte præſumãt ſnĩam, aut proceſſum dięceſanorũ, aut inquiſitorũ impedire, uel ſi dięceſano, aut inquiſitorib. præſumpſerint ſe opponere in his, quæ ad ꝑ ſatum fidei negotium incumbũt, aut aliter impedire: cũ oĩbus ſcienter dãtibus eis in ꝑdictis auxilium, cõſiliũ, vel fauorem. Quod tñ limitat Mat. verum qñ facit quis animo impediendi officium. Secus aũt ſi impediret animo offendendi: quia. ſ. eſt inimicus ſuus: quia ſic nõ eſſet excõicatus, licet impediret. ¶ Primò verò quæritur, quomodo intelligaẽ dicta cognitio? Et dico, ꝙ incidunt ſiue cognoſcant principaliter, puta, quia de cã principali cognoſcentes hæreticũ faciũt capi. Siue incidenter: puta, quia fecerant eum capi alia de cauſa: ſed incidẽter de hoc quæſierũt iuridice. ¶ Secundò quæritur, quid ſi eps, & inquiſitor diſcordẽt in mãdato: quia. ſ. vnus mãdat puniri ꝑ ſe cõdemnatũ, alter verò relaxari per ſe abſolutum? Et dicit Io. An. ꝙ videtur ſuperſedẽdum donec Papa cõſulatur.

59 † VIGESIMA NONA eſt in c. unico, de ſchiſma. lib. vj. contra Iacobum de Columna, & Petrum nepotem olim Cardinales eccleſiæ Romanæ ſchiſmaticos: ſed quia hodie non habet locum, pertranſeo. ¶ Trigeſima eſt in c. j. de homi. lib. vj. vbi excommunicantur omnes, qui per aſſaſſinos aliquem interficiunt, de quo dic vt ſ. Aſſaſſinus.

60 † TRIGESIMA PRIMA eſt in c. j. de uſur. li. vj. ubi ſic dr, Hac generali conſtitutione ſancimus, ut nec collegium, nec alia vniuerſitas, vel ſingularis ꝑſona, cuiuſcunq; ſit dignitatis, cõditionis, aut ſtatus, alienigenas, & alios non oriundos de terris ipſorum publice ſęnebrẽ pecuniã exercẽtes, aut exercere volẽtes, ad hoc domos ĩ terris ſuis cõducere, vel cõductas hẽre, aut alias habitare ꝑmittant, ſed hmõi vſurarios manifeſtos oẽs intra tres menſes de terris ſuis expellant, nunq̃ tales de cetero admiſſuri. Nemo illis ad fœnus exercen dum domos locet: uel ſub alio tu. quocunq; concedat. Qui verò contrariũ fecerit, ſi ꝑſonæ fuerint eccleſiaſticæ patriarchę, archiepĩ, epi. ſuſpenſionis; minores verò perſonæ ſingularis excõicationis. ſi aũt collegiũ, vel alia vniuerſitas, interdicti ſnĩam ipſo facto ſe nouerint incurſuros: quam ſi per menſem animo ſuſtinuerint indurato, terræ ipſorum, quãdiu in eis iidem vſurarij commorãtur, extunc eccleſiaſtico ſubiaceãt interdicto. Cæterũ ſi laici fuerint, per ſuos ordinarios ab huiuſmodi exceſſu oĩ ceſſante priuilegio per cẽſurã eccleſiaſticã cõpeſcantur. hæc ibi. ¶ Primò verò q̃ritur, quomodo hic alienigena, & oriũdus capitur? Et dico, ꝙ oriũdus dr̃ is, qui ortus eſt ibi, uel in vico ciuitatis illius. ff. ad municipa. l. qui ex vico. vel ẽt ſi pater eius inde originẽ duxit. ff. eo. tit. l. aſſumptio. §. filius. Et idẽ dr̃ indigena. quaſi inde ſiue ex eodẽ loco genitus. Alienigena verò dr̃, q̃ in alia genitus eſt patria: ſed hic accipitur ꝑ eo, qui genitus eſt de terra, q̃ nõ eſt eius dominij, ad qđ ſe trãsfert, ſm Gul. Bar. Zen. & Frãciſcũ, qui refert ſe hoc habuiſſe a cõpoſitorib. huius cõſtitutionis apud Lugdunũ, licet Io. An. in Nouel. hic dicat ſumi alienigenã pro eo, qui nõ eſt oriũdus de ciuitate, ĩ qua habitat, etſi de alia eiuſdem dñij. Sed tenẽdũ eſt primũ, quia cõſtitutio eſt pœnalis. Sed nota, ꝙ nõ eſt idem eſſe ſub eodẽ dño, & ſub eodẽ dñio: quia aliqñ ſub eodẽ dño ſunt diuerſa dñia diuerſorum titulorũ, puta: regnũ Aragoniæ, & Granatę. Hęc ergo cõſtitutio nõ extenditur ad vſurarios inde genitos, ſm gl. quia non eſt tantũ ſcandalum: nec ad alienigenas diuerſę ciuitatis, & eiuſdẽ dñij. ſed ad alienigenas alterius dñij: ẽt ſi ſint ciues, aut incolę. Qui aũt dicantur uſurarij manifeſti. ĩ. Vſura. 4. ¶ Secundò q̃ritur, de qua uniuerſitate intelligatur iſta conſtitutio? Et Gul. quidem & Pe. & Arch. dicit, ꝙ intelligitur de eccleſiaſtica, & ſeculari, vt generaliter dictũ generaliter intelligatur. Sed Io. And. dicit, ꝙ iſte intellectus eſt nimis rigoroſus: & totũ orbẽ includeret iſtud interdictum: ideoq; magis ei placet, ꝙ intelligaẽ de eccleſiaſtica. Et cõſenſit Ho. & Pau. Io. de Li. & Io. de San. dicẽs, ꝙ hoc ꝓbat verbum,

bum cęterũ, ꝙ aduerſatur ꝑcedentib. Io. aũt de Imo. dicit, ꝙ iſta opinio eſt tenenda ꝑ regulã, in pœnis. de reg. iur. ſed de rigore iuris fortè inquit, verior eſt alia opinio. Sed tñ no. ſm Ge. & Fran. ꝙ monitio requiritur antequam laici compellantur. ❡Tertiò quæritur, qñ currat tp̃s trium menſium? Et dicit gl. ꝙ poſt duos menſes à t.pe publicationis regulariter ligat conſtitutio. de poſtu. præla c. j. interdum tñ augetur, interdumq; minuitur: vt hic. Sed tñ ſi unus ſimpliciter denuntiat domino terræ, non tenetur expellere eum, qui dr̃ eſſe talis: ſed debet inquirere, & ſi verũ reperit, expellere. ❡Quartò quærit gl. an incidat, qui locauit vſurario ignoranter, vel non ad fœnus? Et dicit eadem gl. ꝙ excuſat probabilis ignorantia: ex quo tñ ſcit, debet expellere illum. quod verum eſt ſm Archi. ſi hoc ignoto locauit, vel noto, q vſuras exercere non conſueuit: aliàs prẽſumitur, ꝙ locauerit ad hunc finem: arg. de pigno. illo vos. Et idem dicas ſi titulo pignoris, cõmodati, vel precarij vel alio titulo concedat, vt ibi: etiã ſi donauit, aut vendidit, ſm Gul. Dir. & Arch. quia tales ſunt tit. ff. pro do. C. de vſuc. pro donato. & pro emp. & verbũ concedat, generale eſt, vt accipiatur ſm naturã contractus cui adijcitur. ar. ff. loc. l. ſi vno. Et idem tenet Dir. li. 3. Io. tñ And. in gl. dicit, ꝙ ſi donat, vendit, vel ꝑmutat, non vr̃ locũ habere iſta conſtitutio ꝑ verbũ concedat. ꝙ ſolum vſus conceſſionem, non domini translationem denotare vr̃. ſed primum eſt tutius. Et ſm gl. ſimiliter incidit, ſi ſine titulo eum ibi eſſe ꝑmittat. ❡Quintò quæritur, an incidat q locat, aut alias cõcedit non ad fœnus exercendum. ſed ad habitandum, licet in alia domo fœnus exerceat? Et dicendum vr̃ ꝙ non: quia tex. dicit ad fenus exercendum: & conſtitutio eſt pœnalis, & conſequenter reſtringenda. Et hoc videtur apertè tenere gl. quæ ad hoc quæſitum ſimul cum quæſito de ignorantia reſpondet.

61 † SEXTO quæritur, an dictæ pœnæ locũ habeant in vſurarijs Iudæis? Et dico, ꝙ licet iſta conſtitutio ſm Franciſcum, ſit facta, ꝑꝑ aliquos Chriſtianos, quos habes in gl. huius capituli: tñ locum habet in Iudæis, ſm Ge. in d. c. j. & Lau. de Rodul. cũ tex. indiſtinctè loquatur, ſicut & cle. ex graui, eo. tit. quæ cõprehendit etiam Iudęos: vt patet ꝑ gl. in verbo cenſurã, idem tenuit Car. in cle. j. de vſu. & Pau. & Bal. in quodã cõſilio quod incipit, inter Iudæos. vbi dicit. quòd clericus locans domum Iudæis ad publicè fænerandum, ipſo facto excõicatus eſt ꝑ capitulum iſtud. & ita tenendum eſt, licet aliqui ſentiant contrarium: vt j. Vſura ix. §. 4. uide ẽt Vſura ix. §. ult. ❡Septimò quæritur, utrũ dictis uſurarijs recedentib. vel expulſis de terris, q̃ erãt interdictę ꝑꝑ hoc, ꝙ locatores ſñiam ꝑ menſem ſuſtinuerant, remaneant interdictæ, uel liberæ? Et dicit gl. ꝙ non remanẽt interdictę unde non erit neceſſaria relaxatio.

62 † TRIGESIMA SECVNDA eſt in c. unico. de iniurijs. li. 6. ubi excõicantur cõcedentes repræſalias contra ꝑſonas eccleſiaſticas, uel bona ipſarum, uel generaliter conceſſas ꝓtextu cuiuſuis conſuetudinis ad eaſdem extendentes: niſi intra menſem à die cõceſſionis reuocent. Intellige tñ ſi ſunt perſonæ ſingulares: ſi autem eſt uniuerſitas, eccleſiaſtico ſubiacet interdicto. Sed no. ſm Arc. & gl. ꝙ concedere pertinet ad concedentes repræſalias, ſiue ſuperiores, aut ciuitatẽ: extendere uerò ad eos, quibus ſunt conceſſæ. Primò uerò quæriturr utrum ſit locus huic decretali, ſi captus eſt clericus principalis debitor, rõne cuius repræſaliæ ſunt conceſſæ? Et gl. dicit ꝙ non: tum quia idem grauatur pro ſeipſo. & ſic ceſſat rõ textus, ibi, in quib. alius pro alio grauatur: tũ quia conſtitutio eſt pœnalis: ideò reſtringenda. Et ita refert, & tenet Sum. Roſ. Sed iſta fortè non bene dicuntur. Primò quidẽ quia gl. non dicit hoc, ſed recitat Guliel. Secundò, quia in hoc caſu militat ratio textus, quæ ut patet intuenti, eſt dignitas eccleſiaſticæ perſonæ: non autẽ aggrauatio unius pro alio: quia hoc textus inducit ad declarandũ daturą repreſaliarũ, non ad aſſignandam rõnem huius prohibitionis. Tertiò, quia licet conſtitutio pęnalis ſit reſtringenda in dubio, non tñ eſt truncanda, nec aliquid eſt negandũ ſequens ex illa, cuiuſmodi eſt oppoſitum illius opinionis, quia, ſm textum, ſi repræſaliæ intra mẽſem non reuocentur, ligantur concedentes, etiã ſi nullus clericus capiatur: multò magis ſi capiatur aliquis, ẽt ſi ille ſit debitor: etiam ſi eo capto reuocentur intra menſem: quia facta ſatisfactione conſueuerunt omnes repræſalię reuocari: & conſequenter ſm iſtum intellectum. hęc conſtitutio mandans reuocationem, nihil mandaret. Vnde ſm Gul. reuocatio re integra fieri debet: aliàs locum habet pœna. Dico ergo ꝙ incidunt: & tãto magis quanto conſtitutio eſt in fauorem ordinis clericalis: unde latè interpretanda eſt, ut

patet

patet per notata à Pan. in c. non dubium. de ſen. excom. Sed tamen aduerte, ꝙ quantum pertinet ad iſtam conſtitutionem, nõ refert, vtrum capiatur clericus, uel res clerici.

63 †SECVNDO quæritur, ſi intra dictũ menſem, in quo reuocatio mandatur procedatur ad actum pignorando eccleſiaſticam perſonam, an ſit locus huic pœnæ? Et dico ẜm Gemi. ꝙ ſic: quia conſtitutio actum prohibet: & præcipit reuocationem intra menſem. Idem videtur ſentire Gul. dicens, ꝙ ſi reuocatio non fiat re integra, locus eſt pœnę. ¶Tertiò quęritur, qñ aliquid in iure mãdatur fieri intra menſem, quot dies habet ille menſis? Et Pe. dicit de ſen. excom. ſacro. ꝙ debet habere dies xxx. per c. illicita. xxiij. q. iij. ſed contra, quia iam duo ſemeſtria nõ facerent integrum annum, vt dr̃ in c. licet. de ſup. neg. pla. ſed facerent ſolũ ccclx. dies. Si verò eſſent 31. facerent 362. ſi 28. iuxta quod vulgus recipit quatuor ſeptimanas pro menſe, eſſent 336. Et ideo dicit gl. in c. q̃ ſit. de elec. lib. vj. ꝙ cum dicitur. electum debere p̃ſtare aſſenſum intra menſem a p̃ſentatione electionis: ille mẽſis tot habet dies, quot ille, in quo electio præſentatur: & ſi aliqui lapſi erant, ſupplentur de mẽſe ſequẽti. hæc ibi. Et idẽ ſuo modo in quolibet negotio ĩtelligẽdũ eſt. ¶Quartò q̃ritur, vtrũ repſaliæ ꝓcedi poſſint ꝑ credito clerici unius diœceſi ↄ̃ clericũ alterius? Et dicit gl. ꝙ non.

64 †TRIGESIMATERTIA eſt in c. felicis. de pœ. li. vj. de qua habes s̃. Excommunicatio. vj. excommunicatione xj.

65 †TRIGESIMAQVARTA eſt in cle. vnica. de ſeq. poſ. vbi excommunicantur omnes qui in ſequeſtrationem factam per ordinarium loci de beneficio eccleſiaſtico non poſſeſſo per triennium integrum pacifice poſt ſnĩam diffinitiuam contra poſſeſſorem apud ſedem apoſtolicam duntaxat in petitorio uel poſſeſſorio promulgatam impedire, uel fructus ſequeſtratos qui ſuperſunt oneribus tenentes ſequeſtrũ beneficiũ occupare p̃ſumpſerint, a qua ſnĩa nullatenus abſoluantur, niſi uſurpata reſtituãt & remoueant impedimentum, nec poteſt ſequeſter ẜm gl. ipſos fructus conuertere in vtilitatem beneficij, propter uerbum, reſtituat. & idem Pan. & Zẽze. ¶Primo. no. ꝙ ẜm Io. An. non habet locum iſta conſtitutio in ſnĩa interlocutoria. quæ. ſ. inter principium & finẽ cãæ fertur ſuper his, q̃ incidunt & emergunt: ſed in diffinitiua. ſ. q̃ principalem cãm diffinit: nec tñ in quacunque diffinitiua: ſed in ea quæ eſt ſuper beneficio eccleſiaſtico. Vnde ſi inter petitorem beneficij & poſſeſſorem eſſet q̃ſtio alia perſonalis vel realis, & feratur diffinitiua pro petitore: non eſſet locus conſtitutioni, vt dicit. ¶Secundò no. ꝑ ampliori verborum intellectu, quod dicitur de beneficio: quia non fructus tantum, ſed ẽt beneficium ſequeſtratur, ẜm Io. An. ẽt ſi dignitas, uel perſonatus, uel curam habens animarum. ut dr̃ in tex. Dicitur ẽt cõtra poſſeſſorem: quia non fit ſequeſtratio. ẜm eundẽ, ſi ſnĩa feratur contra petitorem, ſimiliter nec ſi feratur pro petitore contra alium uel alios competitores, ſimiliter nec ſi feratur contra poſſeſſorem, non tñ pro petitore q forſan ad priuationem agebat. Dicitur ẽt, promulgata. ſ. per auditores curiæ, a quorũ ſententijs appellatur, ut idem dicit. Dicitur ẽt nullatenus, per quod uñ, ꝙ abſolutio contra hoc facta non teneat. Sed tamen Io. An. de iure pa. c. j. in cle. ſentit ꝙ tenet, licet abſoluens ſit puniendus, & in c. uenerabilis. de ſen. exc. lib. vj. ad quod ſe remittit, dicit ꝙ tenet abſolutio iniuſta, dummodo abſoluens habeat ſuper hoc iuriſdictionem, ſicut etiã tenet ĩiuſta excõicatio. 11. q. 3. c. 1. quia par ius voluit eſſe dominus ſoluendi, & ligandi. de pœ. di. j. verbum. vide Excõicatio. ij. §. j.

66 †TRIGESIMAQVINTA eſt in in cle. j. de ſepul. vbi excõicantur omnes, ẽt exempti, ẜm Pan. qui ſcienter tempore interdicti in caſibus non conceſſis a iure ſepeliũt in cœmeterijs. & idem in eccleſia, excõicatos publice. ſ. maiori ab homine, uel a iure, ẜm Inn. in c. ſacris. de ſepul. aut nominatim ĩterdictos. ſ. a diuinis & participatione ſacramentorum: ẜm Pau. quia interdicti a iuriſdictione uel aliquo officio, nõ priuantur alijs diuinis, & conſequenter nec ſepultura. aut uſurarios manifeſtos, nec debent abſolui niſi prius ſatisfecerint his, quibus eſt iniuria facta, per arbitrium diœceſani. Vnde quatuor ſunt qui ibi excõicantur. ſ. ſepeliens publice excõicatum uel manifeſtum uſurarium, uel nominatim interdictum, uel tempore interdicti in caſu non conceſſo a iure. ¶Primò verò quæritur quis dicatur publice excõicatus? Et dicit glo. in c. exceptionem. de exceptio. ꝙ ſi iudex tulit ſententiam in loco ubi publice iudicare conſueuit præſentibus officialibus ſuis & partibus, uel altera abſente ꝑ contumaciam; ſatis dicitur publicus. aliàs ſecus. Sed gl. Io. Andr. ind. cle. j. dicit ſibi glo. iſtam

iſtam nõ placere ſimpliciter, quãtum ad iſtũ caſum, & vt dicit Panor. loquitur obſcure. Sed addetu, ꝙ vr̃ dicere oppoſita: dicens ſe fateri talem eſſe publice excõicatum, & non eſſe. ſed excõicatio, inquit, ex qualitate fori, multitudine. ſ. vel paucitate officialiũ & aſtantium dr̃ publica uel non publica: ita ꝙ in hoc caſu veritas rei ponderetur: vt quo ad hunc caſum videamus an pſumantur ſepelientes ſcire: vel ſaltem ſit caſus ꝙ ſit eis imputandũ ſi ignorarunt quod publice ſciebatur. 12. q. 2. qui & humanis, aliàs poſſet eſſe occultus, licet per iudicem in bancho coram duobus uel tribus fuerit promulgata. hęc ibi. Et Panorm. in d. c. exceptionem. dicit ipſum uelle dicere, ꝙ non dr̃ quis publice excõicatus reſpectu aliorum, eo ꝙ ſñia fuerit lata pſentibus officialibus & partibus: quia exigunt publicitatem reſpectu aliorũ ad hoc ut pſumatur ſcientia. hęc ille. qui deinde ſic diſtinguit. Si agitur de pœna incurrenda reſpectu participantium ipſi publice excõicato, habet locum glo. cle. quia uerba debent ſtricte capi, ne quis puniatur, & maxime ſine culpa, nam de facili non habetur ſcientia de eo quod iudex fecit in bancho ſuo coram paucis. Sed reſpectu ipſius excõicati ſatis credo, inquit, excõicationem eſſe publicam, ſi ipſe interfuit, uel fuit ad hoc citatus: quia quod fit in iudicio, dicitur notorium, vt in c. veſtra. & in c. fi. de coha. cle. & mu. quinimo dicitur id, ꝙ exprobatio. conſtat, manifeſtum: ut in c. cum olim. de verb. ſig. hęc Panorm. qui ẽt de hoc clarius loquitur in quodam conſilio quod incipit, Saluatoris Ieſu Chriſti, Et ſic collige, ꝙ dupliciter dicitur publice excõicatus. primò. ſ. quo ad ſe, vt ſubiaceat omnibus pęnis illatis publice excõicato, vt qui eſt excõicatus iuridice. Secundò quo ad alios, vt qui eſt excõicatus coram multitudine, ſic vt de hoc notitiam habeat maior pars populi: ſicut ẽt duplex eſt notorium. ſ. iuris & facti, vt j. Notorium.

67 †SECVNDO q̃ritur, an incidant hãc pęnam ſepelientes excõicatum publice publicitate iuris, ſiue primo modo? Et dico ſm̃ omnes, ꝙ non, ſi ſit occultum, i. non publicum publicitate facti. & iſti hoc neſciunt: quia conſtitutio iſta requirit ſcientiam: ut ibi, ſcienter. & ibi, temeritatis audacia. quia vbi eſt ignorantia, temeritas dici non põt, ſm̃ Zen. Si aũt ſit dicto modo occultum, & ſepelientes hoc ſciunt: quidam dicunt non eſſe locum huic pœnę, licet incidant in minorem, ſ. participando mortuo excõicato maiore: non obſtante ꝙ participatio ſit fauorabilis, ſ. lauand o, ſepeliendo, & huiuſmodi. Et hanc opinionẽ ſequitur Summa Roſ. ſed oppoſitum tenuit Su. Ang. & hoc eſt verius: quia Panorm. in d. c. exceptionem. poſtquam dixit factum in iudicio eſſe publicũ, ſubiungit: Et per hoc infero, ꝙ ẽt vbi agitur de incurrenda pœna, vt in caſu illius cle. i. reſpectu ſcientium ſñiam eſſe latam, prout dr̃ glo. c. exceptionem. dico iſtum dici publice excõicatum: & ſic iſti incurrerent pœnas inflictas contra cõicantes, ut ſepelientẽs publice excõicatum. licet aliter, & minus bene videat̃ ſentire illa gl. ſ. de cle. hęc ille. Si aũt excõicatiò eſſet occulta de facto & de iure, & ſepelientes tñ eam ſcirent. non inciderẽt: quia conſtitutio requirit ſñiam & publicitatem. ¶ Tertiò q̃ritur, an requiratur ꝙ locus ſepulturę ſit benedictus, ad hoc vt locum habeat iſta pœna? Et Car. dicit, ꝙ requiritur ꝙ ſit benedictus, quia non dicitur cœmeteriũ, niſi per benedictionẽ: arg. c. nemo. de cõſe. di. j. Et idem tenere vr̃ gl. dicens non eſſe locum huic pœnæ, ſi in campis & locis priuatis aliqui eos ſepeliant: etiam ſi locus eſſet contiguus eccleſiæ vel cœmeterio, ex quo non eſt ad uſum cœmeterij per ep̃m benedictus, ut in d. c. nemo. Opinio uerò tenens cõtrarium, põt eſſe uera, qñ locus diu eſt habitus pro benedicto, licet in veritate non ſit benedictus. ¶ Quartò q̃ritur, an requiratur, ꝙ ſit benedictus totus. Et dico ꝙ ſic, quia dicit Zab. de mente Lau. ꝙ religioſi ampliantes cœmeterium, ſi in illa ampliatione ſepelierunt, non eſt locus huic pœnæ, ſi non eſt per ep̃m ſolenniter benedictũ: & ſi erat per ep̃m dedicatum, & ampliarunt non interueniente aliqua ſolemnitate, non incidunt ſepeliẽtes in addito, quia in talibus requiritur deputatio cum ſolemnitate, ut in auth. de mona. §. Illud. col. j. Arguit aũt Lau. ꝙ incidãt: qa eccleſia gaudet immunitate, ẽt ſi non ſit dedicata: & cœmeterium & eccleſia in talibus pari paſſu ambulant, de conſe. ecc. conſuluiſti. Vnde ſufficit, ꝙ de conſenſu ep̃i illa pars, cui hęc eſt addita, deputata erat ad uſum ſacrum, ut dicatur locus religioſus. de relig. do. ad hęc. Sed reſpondet, ꝙ hoc procedit de eccleſia, ſi ibi fuerunt celebrata diuina, non aliter, vt notatur de immu. ecc. c. fi. & de hoc ſ. Abſolutio j. Ex quibus vr̃, ꝙ ſepelire in parte addita, ſit idem quod ſepelire in loco prophano: nec tunc eſſę locum huic pœnę. q̃d

verum

uerũ eſt qñ hoc conſtat, ut quia nouiter factum eſt. Secus ſi diu fuit ſeruatum: quia totus locus pro cœmeterio habetur.

68 †QVINTO quæritur, an interdictus, ſed nõ nominatim poſſit ſepeliri in cœmeterio? Et dicit glo. ꝙ ſic. dummodo locus non ſit interdictus: quod Stepha. uerũ dicit, niſi qñ ꝓ certo ſciretur, eũ tale quid feciſſe, ꝓꝓ qđ erat interdictus, quia talis ẽt in cœmeterio ſepeliri non debet. Pro gl. tñ vr̃ facere quod dicit Lau. ut nõ ſufficiat ad hãc pœnã notoriũ facti, niſi adſit iſta qualitas nominatim. ſ. in denunciatione nominatim ſpecialiter uel exp̃ſſe. Sed primũ eſt uerius: ut ĩ. Nominatim. ¶Sextò quæritur, quid dicendũ, ſi quis ſepeliat publice excõicatum, interdictũ nominatim & manifeſtum uſurariũ tꝑe interdicti. Et dicit Pau. ꝙ talis eſt ligatus quadruplici excõicatione. Et addit Io. An. ꝙ de oĩbus debet ſatisfacere, & ab oĩbus abſolui. ¶Septimò quæritur, quid ſi ſepeliens ignorabat iſtũ eſſe publice excõicatũ, nominatim interdictum, uel manifeſtũ uſurariũ? Et dicit gl. ꝙ non incidit, quia conſtitutio ſcientiam requirit, & temeritatẽ, ut dictũ eſt. imò dicit Lau. ꝙ nõ incidit qui hoc facit ignorãs ius, ſi ei illud licet ignorare. Et idẽ tenet in effectu glo. & Pau. & Zen. qui uidentur uelle, ꝙ in hoc caſu iuris error ſimpliciter excuſet, q̃a iuris error excuſat a dolo. ff. de abig. l. j.

69 †OCTAVO quæritur, quare dicitur in caſibus non conceſſis a iure? Et dicit gl. hoc dici ꝓꝓ clericos, qui ſeruauerũt interdictũ, quibus conceditur eo tꝑe ſepultura cum ſilentio, & abſq; campanarum pulſatione: & ꝓꝓ priuilegiatos circa cõfratres. In quatuor uero feſtiuitatibus in quibus eo tempore celebrari põt alta uoce, non putant mortuos poſſe ſepeliri, ut de priui. cũ & plantare, licet multoties fuerit ꝯtrariũ obſeruatũ. idẽ Pau. & Zen. ſed vide ĩ. Interdictũ. v. §. 2. parti. 4.

70 †NONO quæritur, quid de portantib. ad ſepulchrũ, & comitãtibus ad illud, & fabricantibus, & fodientibus, vel aperientibus illud, aut de prælatis, clericis, uel miniſtris eccleſiarũ, in quarum cœmeterijs ſepeliuntur, q̃ hoc nõ ꝓhibẽt, ſed patiũtur, aut de portãtibus cruces: & cereos. Gl. q̃dẽ ad partes arguit, ſed nõ determinat. Pau. uero tenet, ꝙ ligãtur ſolũ tumulo imponentes, & ſepeliri facientes uel mãdantes: nõ aũt dicẽtes officiũ, quia non ſunt ſepeliẽtes, quos litera punire vr̃. Sũ. uerò Ang. tenet ꝙ ſolũ imponẽtes tumulo, & mãdantes, & præſtantes authoritatem, & p̃lati non prohibentes doloſe & officiales ſm̃ morem ſepulturæ. Stephanus aũt, & omnes p̃dicti, & ẽt concomitantes cã honoris. Et idem tenet Io. Cal. de cen. eccleſiaſtica. ſi cum diuino officio ſepultus. eſt nominatim interdictus, uel ẽt nõ nominatim, ſed tꝑe interdicti in caſu a iure non conceſſo, quia, inquit, hoc caſu ſunt omnes participes criminis. ſiue cooperãtes ad qđ de ſent. exc. nuper. ¶Decimò, quid de ſepelientibus in loco cœmeteriato ſine officio clericorũ? Et dico, ꝙ ſm̃ Pau. ligãtur. Sed Io. Cal. dicit ꝙ licet ſit tutius dicere iſtos ligari, tñ oppoſitũ eſt uerũ. ſ. ꝙ hac pœna nõ ligãtur. ſed tñ puniri poſſunt pœna arbitraria, eo ꝙ generalẽ ꝓhibitionem contẽnere uidentur. 3. q. 4. Engeltrudam. & hoc tene: quia conſtitutio eſt pœnalis. ¶Vndecimò, quid ſi clerici ſuper funus officium ſepulturæ dicunt, & deinde illud in cœmeterio non reponunt, ſed in loco ſecreto? Et dicit Io. Cal. ꝙ ligãtur: quia aliàs ſi continue fieret durãte interdicto, & conſequenter Clemẽtina iſta eſſet ludibrio. Dicta aũt de interdictis, applicari poſſunt ad manifeſtos uſurarios, & publice excõicatos. ¶Duodecimò, quid de clericis officialibus portãtibus cruces ac cereos aſſociãtibus & portantib. feretrũ, ac ſi ibi eſſet alicuius p̃dictorũ cadauer: cũ tñ ibi realiter nõ ſit. Et dicit Lau. & Rod. in trac. de uſu. idem iudicandum eſſe, ac ſi eſſet.

71 †DECIMOTERTIO q̃d ſi in vſuratio manifeſto appareãt ſigna cõtritionis. & iubet ſatisfieri đ uſuris, & poſt eius mortẽp̃ſtat̃ cautio ab hære. de reſtituẽdo. Et dicit gl. & Io. de Li. ꝙ cautio ualet ut ſepeliri poſſit: licet cõualeſcat teſtamẽtum, qđ ab initio nullum fuit ex ꝑſona teſtãtis: & ſi factũ fuit anteq̃ eſſet uſurarius manifeſtus, ꝑ ſequẽs delictũ infirmatur, ſm̃ Pan. Si aũt dicta ſigna nõ apparẽt, hæredum cautio nõ ſufficeret, cum deceſſerit in mortali. Et de hoc ĩ. Reſtitutio. ix.

27 †TRIGESIMASEXTA eſt in cle. j. de deci. ubi excõicantur omnes religioſi ad miniſtrationem vel beneficia non habentes, qui noualium aut alias decimas eccleſijs debitas, & ad eos nõ ſpectantes, ſibi uſurpare præſumunt: ſeu qui de animalibus familiarium aut paſtorum ſuorum uel aliorum animalium immiſcẽtium eorum gregibus, aut qui de animalibus, quæ in fraudem eccleſiarum emunt, empta venditoribus uel alijs ab ipſis emenda tradunt, ſeu qui de eris, quas tradunt alijs excolẽdas, decimas ſoluere nõ ꝑmittunt,

mittunt aut prohibent: ſi poſt requiſitionẽ factã ab eis, quorum intereſt, nõ deſtiterint intra mẽſem: vel ſi de his q̃ contra prẽmiſſa vſurpare vel retinere p̃ſumpſerint intra duos menſes eccleſijs dãnificatis emendã nõ fecerint competentẽ: nec debent abſolui, niſi ante ſatiſfactionẽ condignam fecerint. Ligat aũt hæc pœna ẽt fœminas religioſas ſm gl. Ciſtercienſes. & Hoſpitalarios: non aũt ligat ſcholares clericos aut laicos. Sum. verò Roſ. dicit, ꝙ ligat ẽt religioſum translatum ad eccleſiam ſecularem: quod eſt falſum, qñ hẽt adminiſtrationem, id eſt, diſpenſationẽ tpalium, vel beneficium. Religioſi autem hñtes adminiſtrationẽ vel beneficiũ in p̃dictis, nõ incurrunt excõicationem, vel ſuſpenſionem ab officijs, adminiſtrõnib. & beneficijs: vt dr̃ in textu. ¶Primò verò q̃ritur quid de decimis debitis non eccleſijs, ſed priuato ex feudo vel priuilegio? Et dicit ibi gl. non eſſe locum huic pœnæ. ¶Secundò quęritur q̃d ſi p̃dicti non prohibeãt alijs, & tñ ipſi decimas non ſoluunt, cùm debeant? Et dicit gl. Pau. & Zenz. ꝙ non ligantur, aliàs eſſent peioris conditionis q̃ laici decimas non ſoluentes. ¶Tertiò, à quibus officijs intelliguntur ſuſpenſi, qui hñt adminiſtrationẽ uel bñficiũ? Et gl. non vr̃ determinare: Paulus verò intelligit de diuinis, & ſimiliter Stepha. Vel põt intelligi de tpalibus, vt ſunt procurõnes caſtaldionatus, qñ hñt tpalia ſolùm, vel adminiſtrationem tpalium. Et not. ſm glo. ꝙ ſic ſuſpenſi Indigent abſolutione: q̃a de ſatisfactione dubitari poſſet. Secus aũt ſm Inn. in ſuſpẽſis ad tempus determinatum: puta, mẽſem vel annum. Addit tamen gl. ſatis ſe credere, quòd ſufficiat iudicis declaratio ſuper ſatisfactione ſine alia abſolutione.

73 † TRIGESIMASEPTIMA eſt in cle. 1. de ſta. mon. vbi excõicantur oẽs monachi, & canonici regulares adminiſtrõnem aliquam non hñtes, qui ſine licentia ſpeciali ſuorũ p̃latorum ſe transferũt ad curias principum, vt dãnum aliquod ſuis p̃latis, aut monaſterijs inferant. Vbi notandum eſt, ꝙ ſm glo. & Car. ad incurrendum hanc pœnã duo requiruntur. Primò, ꝙ curiam intrauerint: nec ſufficit exiuiſſe clauſtrum. Sc̃dò, vt intrauerint cã damnificandi, licet non requiratur, ꝙ damnum intulerint: licentiã verò hr̃e, vel non hr̃e, ſm glo. non eſt ponderandum. Vnde ſm illam, intrantes curiam, hac de cã cum licentia ſui pręlati incidunt. hęc ex glo. Non obſtat, ſi in dicta cõſtitutione fiat mẽtio de adminiſtratione & licentia: quia qñ ibi fertur ſententia, illa non repetuntur.

¶Trigeſimaoctaua eſt in ead. cle. vbi excõicantur monachi, qui ſine licentia abbatum ſuorum, petita. ſ. & obtenta, ſm Paul. tenent arma intra ſepta monaſteriorum. Vbi dicit Card. ꝙ ſepta eſt clauſura monaſterij, quam non licet egredi, niſi de licentia. ¶Primò verò q̃ritur, qui ligentur iſta ſñia? Et dico ſm Sum. Ang. ꝙ ſolũ monachi nigri. Sed verius dicit Pau. ꝙ cùm gñaliter loquatur, vr̃ includere oẽs monachos albos, & nigros, etiam ſi vocentur iuxta vulgare, fratres. ¶Secundò quid intelligitur per uerbum, arma. Et dico ſm gl. ꝙ per arma in communi ſignificatione comprehẽduntur ẽt tela. Sed ſtrictè arma ſunt, quibus defendimur: tela quibus impugnamur. Inſt. de pub. iud. §. itẽ lex Cornelia. de homi. ſi perfodiens. & vt ibi notatur, etiã fuſtes, & lapides, armorum appellatione cõprehenduntur. Igitur ſm Lau. hic comprehenduntur arma defenſionis: vt galeæ, loricæ, & ſimilia: & inuaſionis, ſicut ſunt gladij, lanceæ, & ſimilia: ẽt fuſtes, lapides, & omne quod arcu, aut manu iacitur, ſm Pau. ſi ad vſum pugnę teneantur. Et hanc opi. ſequitur Sum. Ang. Sed Io. And. dicit, ꝙ hic nõ ita latè ſumuntur arma. & Zenz. dicit, ꝙ arma dñr hic, q̃ cõiter ad inuadendum, vel defendendum arma dñr. & hoc placet Zab. vt. ſ. intelligamus arma ſm cõem uſum loquendi. & ita tene: quia conſtõ eſt pœnalis, licet ſit ualde incõgruum monacho habere lapides, vel hmõi ad pugnandum. ¶Tertiò, quid iuris ſi abbas parit contumeliam creatori, vel iniũgit monachis intolerabilia, vel eos proſequitur odio capitali? Et dicit Zaba. ꝙ ſine prædicta pœna poterunt monachi ſine licentia arma ſumere, ſi aliis remedijs ſibi prouidere non pñt. 11. q. 3. Iulianus. ¶Quartò, quid ſi monachus arma teneat quidem in monaſterio, ſed non in ſuo? Et dico, vt patet ex textu in verbo, infra, id eſt intra. quod ea tenẽs extra non incidit. quod Laur. dicit verum, ẽt ſi ea teneat in monaſterio alio, licet hoc ei nõ liceat: vt in c. clerici. de vi. & ho. cle. ¶Quintò, quid ſi ad clauſtrum ueniat cũ armis, ſed non aĩo tenendi? Et dico ſm gl. q̃d non incidit: quia non dr̃ tenere cum effectu. Et idem ſentit Pau. & Zen. per verbum, tenere, quod notat tpis continuationẽ. ¶Sextò, q̃d ſi monachus arma teneat, nõ ad vſum pugnæ, ſed ad aliũ, puta, gladiũ magnũ ad vſum coquinæ? Et dicit Pau. non eſſe locum huic pęnę:

econtra

econtra verò putat eſſe locum, ſi teneat ad vſum pugnæ ea, quæ cõiter arma non dñr; vt lapides,& fuſtes.quod Arch.recitat, & tenet Sum. Roſ. & Ang. ſed non eſt rõ ſimilis: quia odia reſtringi,fauores aũt cõuenit ampliari.de reg.iur.lib.6. Vnde Zen.& Zab.verius ſentiunt oppoſitum: alioquin cum hic prohibeantur arma,ẽt defenſionis,hñs baculũ, aut lapides ad portã ad arcẽdũ latrones, ĩcideret:qđ durũ eſt,licet Pau.hoc cõcedat.

74 †¶Trigeſimanona eſt in cle. attendentes. de ſta.mo. vbi excõicantur impedientes viſitatores monialium quaruncunque,ẽt canonicarũ regularium, in his q̃ ꝑtinent ad officium uiſitationis earum.¶Primò verò quæritur,qui ſint iſti uiſitatores.Et dico ẽm tex. ſimul & gl.quod monaſteria non exẽpta viſitat ordinarius loci propria authoritate:exẽpta uerò,q̃ ſuperiorẽ non hñt,alium à Papa, viſitat authoritate apoſtolica: vt hic dr̃ in tex. exempta verò hñtia alium ſuperiorem, vt q̃ ſunt ordinum exemptorũ:puta,Ciſterc. & Camaldulen. & ſimilium, viſitant eorum p̄lati:& ſi ſubſint monaſterijs alijs monialiũ, maior p̄lata,ſi clauſurã exire non poteſt,ẽm Arch.viſitabit ꝑ alinm.11.q.1.epm. Pñt tñ ordinarij hãc viſitationẽ alteri delegare: ut dicit Car.ꝑ gl.notabilẽ in c.fi. de offi.ord.& per c.fi.de off.del.§.his autẽ.à cõtrario:quia ſibi prohibetur delegare is, cui cõmittitur. ꝙ perſonaliter uiſitet. ¶Scđò, quot requiruntur ad incidendum in hanc pœnam? Et dico,ꝙ tria ẽm Card. ¶Primò,ꝙ impedimẽtum effectualiter p̄ſtetur. ¶Secundò,ꝙ monitio ad deſiſtendum fiat per viſitantẽ:ſingularis autẽ, vel alterius perſonę nõ ſufficeret. ¶Tertiò,ꝙ monitio non p̄cedat impedimẽtũ:aliàs non ligarentur iſta pœna, vt ẽt dicit Io.An.cõtra p̄latos ſcribẽtes monialibus,vt ſe p̄parẽt viſitationi: vt in eiſdẽ lr̃is faciẽtes monitionẽ vt nullus impediat:ſufficit tñ ẽm Card.monitio unica,ex quo loquitur in ſingulari, & generalis: quia qñ,inquit,iura requirunt monitionẽ,& non fit expreſſa mentio, ꝙ fiat nominatim,ſufficit generalis.

75 †QVADRAGESIMA eſt in cle.1.de relig.do. vbi excõicantur omnes ſtatum Beguinarum aſſumẽtes,vel aſſumptum ſectantes, & religioſi fouentes eas in illo ſtatu,ſeu ad illum aſſumẽdum dñtes auxilium, conſilium uel fauorem ullo modo, id eſt directè, vel indirectè. Sunt autẽ,uel fuerũt Beguinę, vt dr̃ in tex.quædã mulieres nulli ꝓmittentes obedientiã, nec proprijs renũciantes,nec aliquã regulã approbatã profitentes, hñtes tñ habitum qui dicebatur Beguinarum de ſumma Trinitate aliqñ diſputãtes,& p̄dicãtes circa articulos fidei.& eccleſiæ ſacra,opiniones fidei catholicæ ꝯrias inducentes, & ſimplices decipientes. quarũ ſtatus.ẽm Pau. ideo reprobatur, quia vr̃ noua religio ſine licentia ſedis apoſtolicæ conſtituta. Ex quo infert, ꝙ ẽt ſi proprijs renuntiarent, ex hoc non eſſent approbatæ. cũ regulã nõ habeãt approbatã.de reli.do.c.1.li.6. Vñ Beguinarum noĩe ſorores,tertij ordinis beati Dñici, aut Franciſci non cõprehenduntur,cũ hẽant regulã,vel modũ viuendi approbatum. nec mulieres fideles, quæ promiſſa, aut nõ promiſſa cõtinẽtia in ſuis hoſpitijs honeſtè cõuerſantes pœnitentiã agunt: vt patet in tex. ẽt ſi utantur habitu ſimili habitui Beguinarum, ẽm Franc.nec ex hoc ſunt Beguinæ,ex quo,inquit,cum eis non congregantur.

76 †QVADRAGESIMAPRIMA eſt in cle.vnica.de conſan. & aff.vbi excõicãtur primo oẽs ſcientes,contrahentes matrimonium in gradib. cõſanguinitatis,vel affinitatis prohibitis: & omnes contrahentes cum monialibus,& omnes religioſi, id eſt,tacitè, vel expreſsè profeſſi religionem approbatã, ẽm gl.vel moniales,aut clerici in ſacris conſtitui cõtrahentes cũ quibuſcunq;. ¶Primo uerò querit,qui ligentur hac pœna,uel non ligentur? Et dico,ꝙ ligantur oẽs contrahentes per uerba de p̄nti in ſex caſibus prędictis ſcienter, & illicitè: ẽt ſi non conſummauerint,ſecundùm gl.Non ligañt uerò cõtrahẽtes licitè, id eſt, ex Papæ diſpenſatione,quia tunc ceſſat culpa,& conſequenter pœna. de conſt.c.2.Non contrahẽtes ignorãter ignorantia facti probabili non affectata. vt dicit glo. ligantur tamen ſi factum ſcientes, ius ignorabant.de reg.iur.ignorantia lib.6.& ſi alter ſolus ſciebat,ſolus ligatur.

77 †NEC contrahentes extra dictos ſex caſus: puta,cum hñte maritum,uel cũ Iudæa, vel Pagana, vel cognata ſpecialiter vel legaliter vel cõtra impedimentũ publicæ honeſtatis:quia vt dicit gl.licet nõ teneat m̃rimoniũ,tñ nõ eſt locus huic pœnæ,quę in his caſibus,& ſimilib.nõ eſt exp̄ſſa. ¶Scđò,quid ſi ignorãter quis cõtraxit,ſed ſuꝑueniẽte ſciẽtia cohabitat? Et dicit Io.An.iſtum nõ incidere:quia iſta conſtituto nõ punit cohabitationẽ vel inceſtũ,ſed contractũ.q ꝓbatur ex hoc,ꝙ ſine iudicio eccleſiæ ab illa diuertere nõ poſſet,licet mortalr̃ peccet cognoſcẽdo.

Et cõſentit Car.niſi de nouo contrahat.Pau. verò dicit,ꝙ ſi cohabitat ei talis affectu maritali,incurrit hanc pœnam:cum videatur ex nouo conſenſu cum ea cõtrahere: ſi verò ex primo,non incurrit.hęc ille.Sed iſta duo dicta non repugnant:quia ſtant in hoc, ꝙ iſte incidit,ſi poſtquam ſciuit explicitè, aut virtualiter contrahit. ¶ Tertiò,quid ſi cõtraxit cum ea,quam credebat conſanguineam,affinem,vel monialē, cum in veritate non eſſet? Et glo.ſe remittit ad notata in c. ſi verò . de ſen.exc.el 2.& in c. in audiētia.ex quibus capitulis trahi põt ꝙ nõ ligatur.¶ Quartò, q̃d ſi poſt cõtractū remoueatur impedimentū, an ne talis erit abſolutus?Et dicit Pau.ꝙ aut remouet per diſpenſationē Papæ,aut per cõſtitutionē reuocatoriā. Sic ꝑ diſpenſationē, verba inſpicienda ſunt: quia ſi tollunt impedimentū, ēt quo ad pęnā ꝓteritā, nõ eſt alia abſolutio neceſſaria:aliàs ſecus. Si verò per conſtitutionē reuocatoriā:aut illa vult conſtitutionē excõicationis fulminatoriā haberi ꝓ infecta:& ſic nõ egebit abſolutione.aut reuocat tm̃: & ſic indigebit abſolutione.

1 †EXPENSAE, quantum ad vocabulū ipſum, ſunt voluntarij & nō neceſſarij ſumptus dictę quaſi extra pēſum & debitū factæ: ſed impenſę ſunt utiles & neceſſarij ſumptus, ab impēdo dictæ. vnū tñ ꝓ alio frequenter ponitur: vt in l. Iulianus. ff. de mino. in fi. vbi expenſæ pro impenſis ponūtur, & ecōtrario: vt ff. de ver. ſig. l. impēſæ. Quandoq; etiā ſumūtur expēſæ generaliter pro expenſis, & impenſis: & ſic loquendo non differunt ab impenſis. ſed à dāno intereſſe quod noīe expenſarū non venit: quia expenſa eſt, quā quis facit eundo & redeundo, vel maiorem familiā tenendo, aut ſoluendo aduocatis, & hmōi: damnū verò vel intereſſe ſunt in re, vel circa rem. Vnde remittēs vnum, aliud nō videtur remittere: vt c. in noſtra. de iniur. in tex. & in glo. & iuramentum factū ſuper vno, non extenditur ad aliud, vt ibi.

2 †PRIMO verò q̄ritur quotuplices ſunt expēſæ ſm iura? Et dico, ꝙ triplices. ſ. neceſſariæ, vt illæ quæ ſi factæ nō fuiſſent, perijſſet aut fuiſſet facta deterior res, circa quā factę ſunt & vtiles: & quę rē meliorē faciūt, & deteriorationē fieri nō permittūt. & voluntarię: vt quę rem tm̄ ornāt, ſed fructū nō augent. l. impenſas. ſcilicet de verborum ſigni.

3 †SECVNDO quæritur, q̄uo expēſę ſint moderandę tam in cibarijs q̄ in alijs? Et dico, ꝙ ſm dignitatē eius, cui præſtātur, & facultatē illius, qui pręſtare dēt vt colligitur in l. habitatio. ff. de vend. in poſ. mit. & in l. ſed & ſi quidē. §. j. in verbo. veſtiri. ff. de vſuſr. Et propterea dicit Bal. in d. §. j. ꝙ abbas dēt melius

lius veſtiri q̃ monachus;magiſter in Thelogia q̃ alij fratres:doctor,q̃ ſcholaris.Et idem dic de cibarijs per Bart.C.de epiſc.audi.

4 †TERTIO queritur,vtrũ in examinandis facultatibus habenda ſit rõ expenſarũ?Et dico,ꝙ ſic.vt no.gl.in c.qm̃.de vita & hone. cler.vnde illi fructus æſtimandi ſunt.qui ſuperſunt deductis expẽſis.C.de fru.& li.ex.l.i.

5 †QVARTO quæritur,vtrũ expenſæ factæ in re aliena, ſint attẽdẽdæ?Et diſtinguo: quia ſi erat poſſeſſor malæ fidei , de rigore iuris habebit ſolũ neceſſarias,puta illas,quas fecit grã fructuũ q̃rendorũ,congregandorũ, aut conſeruandorũ,& hmõi neceſſarias:quę etiã à poſſeſſore malæ fidei deducũtur:vt in l.ſi à patre,§.fructus.ff.de pet. hære. & l.planè.in fi.ibidẽ:aliàs aũt ſi quas fecit,admittit: vt l.ex argento.ff.de cond. furti.& Inſtit. de re.di.§.ex diuerſo. Vtiles verò & volũtarias ſecũ poterit auferre, qñ ſine læſione prioris ſtatus rei id fieri põt.l.domũ.C. de rei vend. In foro tñ aĩæ ſm Mon. in titulo, Vſura v. poterit etiã repetere neceſſarias & vtiles. & placet per rõnem dictatum legũ. Si aũt erat poſſeſſor bonæ fidei, ſic tollere põt oẽs expenſas,quas fecit.ſi ſine rei læſione põt.l.Iulianus. la 3.ff.de rei vend. vel ſi tolli nõ poſſent,dominus rei ſoluet eas.l.in fundo. eod. tit.aut vendet ei rem,in quã factæ ſunt:quia dicitur.ff.de pet.hęred.l.ſi quid poſſeſſor. §. ſicut ante ꝙ quis culpari non dẽt de adminiſtratione rei quã tenet vt ſuam bona fide.Et idẽ dic qñ fecit credẽs rationabiliter ſe vtiliter gerere negocium proximi. ff. de neg. geſt.per totum.infrà Reſtitutio.3. §.8.

6 †QVINTO queritur, vtrũ ad expenſas teneatur q aliũ vulnerauit? Et dico,ꝙ ſic ad oẽs,quas pro curatione fecit:vt ff.ſi qđ pau. fe.dica.l.ex hac.ff.de his qui deie. vel effu.l. vlt.vide etiã glo. in c.ſi quis mẽbrorũ.24.q. vlt.& in c.j.de iniur.Non aũt tenetur ad vota quæ languidus fecit: quia ſic ad libitum poſſet depauperare percuſſorem. Si etiã fieret bona fide,& non in fraudem, adhuc non tenetur:niſi fortè certũ eſſet,ꝙ per naturam ſanari non poterat: quia nõ dẽt expenſis grauare percuſſorẽ,niſi quantũ eſt neceſſe.Qũo autẽ debeãtur expenſę quando bona fide factæ ſcienter in re aliena,puta in re locata: ſ. Locatio.§.16.& ſ. Commodatum.§.3.& ſ. Dos.§.20.& infrà Peculium.12.& 13.

## DE EXPOSITIS.

1 *Expoſitus quis ſit.Et q̃ ſit exponẽtis pœna.nu.ſeq.*
3 *Exponentes ex neceſsitate, an excuſentur.*
4 *Collector expoſiti, num poſsit expenſas, & quos caſibus repetere.*

1 EXPOSITVS, dicitˢ infans, ſeruus, libertus, & languidus, ſi dimittatur ſine cura, vel ei negentur alimenta à parentibus.à dominis,vel patronis:vt in c.vnico.de infan.expo.quod quidem.ſ.exponere, id eſt, ante eccleſias ponere ſolent aliqui relegato pietatis officio vt expoſitos alij manifeſta rõne colligant.diſt.82. ſic expoſitus.

2 †PRIMO verò quæritur, quę ſit exponentis pœna?Et dico,ꝙ filius expoſitus à patre vel ab alio eo conſentiente vel ratũ habente,liberatur à patria poteſtate: & ſeruus ac libertus à poteſtate dominica: & idem in languidis cuiuſcũq; ſint ætatis:vt in d.c.vnico. Si uerò eo ignorante vel inuito, poterit eum repetere :ſed reſtituet expenſas intra x. dies poſt epiſtolam cõteſtationis factam, vt ibidem notatur,vt in c. fi. diſt. 87. Recolligens tamen talem expoſitum nihil iuris acquirit in illum, ut in dictis iuribus.

3 †SECVNDO quæritur, vtrũ excuſentur exponẽtes ex neceſſitate, puta quia eos alere non poterãt?Et dicit gl.in d.c. fi.ꝙ nõ, quia debuerunt eũ mittere in Xenonẽ,id eſt, hoſpitale,vt C.de cadu.tolle.d.l.vnica.§.ſed ſcimus.quia ſi talis locus nõ erat,tunc vr̃ gl. dicere,ꝙ excuſatur de filio, ſed de ſeruo nõ: per dictã l.vnicã.& in auth.de nup.§.& multo potius.ſed debuit eũ vendere,uel donare. quãtũ tñ ad filiũ,etſi uerũ dicat illa gl.quantũ ad penã predictã. nõ tñ excuſatur quo ad Deum:quia eo caſu teneretur mendicare, ſi filius ſibi prouidere nõ põt. & quãtũ in ipſo eſt filiũ occidit: niſi fortè expoſitio tali modo fieret, ꝙ nullum periculum immineret.

4 †TERTIO quæritur, utrum collector poſſit expenſas repetere?Et dicit gl.in d.c.fi. ꝙ nõ:ſi ſunt alimenta, uel cauſa alimentorũ factæ,niſi in duobus caſibus.Primò ſi proteſtatus eſt ꝙ repetere uolebat:ut ff. de nego. geſt.l. Neſennius. quod limita uerum, niſi eſſet perſona quæ ad hoc teneretur.ſicut eccleſia, quæ teneretur alere pauperes: quia qñtuncunq; proteſtetur,non repetet: vt in c.ſacrorũ.12.q.2.& l.alimẽta.C.de neg.geſt. Limita etiã, ꝙ illa proteſtatio eſt neceſſaria in foro cõtentioſo: corã Deo autẽ quãtum ad perſonã,quæ nõ tenebatur,ſufficit à principio habuiſſe aĩum repetendi.Secundò,qñ expoſitus & collectus ducere nõ vult in vxorẽ filiã collectoris.C.de nup.l.patrem. Si verò expenſæ ſunt aliæ ab alimentis, puta in eru-

erudiendo puero circa aliquam artem,& huiuſmodi:repetere poterit C.de infan.expo.l.j.De hac etiam materia,infrà Reſtitutio.

## DE EXTRAORDINARIO.

1 *Extraordinarium cur ita dictum. Et quid ſit iudicium extraordinarium.*

2 *Extraordinarium remedium quodnam dicatur, & ibidem quod remedio ordinario ſuppetente,nō ſit ad extraordinarium recurrendum.*

1 E†XTRAORDINARIVM dicitũ quaſi extra vel præter ordinẽ ſitum aut factum. Et ſic dicitur extraordinarium judicium coram delegato:vel qñ non proceditur in figura iudicij, ſed ex officio iudicis in modum inquiſitionis uel denunciationis. de quo tex.cum gl.in c. qm̄ cõtra. de proba.

2 E T ſimiliter extraordinariũ remedium eſt quod ob aliquã cãm extra vel vltra curſum ſolitũ alicui datur:vt reſtitutio minori læſo, uel abſenti cã iuſta neceſſaria, vel probabili. Ad quæ remedia nunquã recurrendum eſt, quandiu locus eſt remedio ordinario.

EXTREMA vnctio,j. Vnctio extrema.

## DE FABVLIS.

FABVLAE otioſæ,vel ſecularium negociorum in conuiuijs clericorum recitari non debent,aut religioſorum: vt in c.conuiuia.& in c.pro reuerentia.44.diſt. nec fabularũ oblectamẽta excitãtiũ mẽtẽ ad incentiua libidinum c.ideo.37. diſt.

## DE FACERE.

1 *Facere quod poteſt quis, quomodo intelligatur.*

2 *Deo, totum quod quis penitus poteſt,an ſit poſſibile iuxta præſentis vitæ ſtatũ,vt pſtetur. Et quatenus ab hoĩe legislator totũ exigere dicatur.*

1 F†ACERE quod põt quis, qũo intelligatur,habes in l.ſunt qui.cum ix.legibus ſeq.ff.de re iud. Nã patronus, patrona,liberi,& parentes eorũ, miles armatæ militiæ,doctor,vel pſbyter,&c.ſi cõdẽnẽtur ad id quod facere poſſunt,non totum quod habent extorquendũ eſt:ſed ne egeant ratio habenda eſt:ut l. in condẽnatione.ff.de reg. iu. Nã intelligitur quis facere debere. quod cõmodè & honeſtè poteſt: nec videtur poſſe,quod honeſtè fieri non poteſt.ff.de verb. ſignifi.l.nepos Proculo.

2 D E hoc ſic dicit S.Tho.in 4. diſt.15.quanuis homo totũ ſuũ poſſe Deo debeat:nõ tñ ab eo exigitur de neceſſitate vt totũ quod poſſit faciat: quia hoc eſt ei impoſſibile ſm ſtatum præſentis vitæ,vt totũ poſſe ſuũ ad aliquid unũ expendat, cùm oporteat eũ circa multa ſolicitum eſſe.Sed eſt quædã menſura homini adhibita, q̃ ab eo requiritur,ſ. impletio mandatorũ Dei:& ſuper ea põt aliquid erogare vt ſatisfaciat.hæc ille.Et idem ubi ſ. Legislator ſuo præcepto nõ exigit ab hoĩe totum quod põt:cùm nõ intendat ordinare ſtatum hoĩs quantum ad vnum diẽ uel ad paruum tpſ,ſed ad totam uitã:à quo deficeret ſi ſemel homo totum quod poſſet faceret.hęc ibi, uide etiam infrà Impoſſibile.

FALLACIA eſt filia auaritiæ:de qua in uerbo, Falſarius. per totum.

FALCIDIA, uide infrà Legitima.

## DE Falſarijs, & Falſitate.

1 *Falſarij definitio: & quotupliciter dicatur.Et ut quis falſarius ſit,quot requirantur.*

2 *Literas alterius aperiens & legens, an falſarius cenſendus ſit,et qua pœna plecti debeat.Item an peccet mortaliter.*

3 *Falſarius num ſit tabellio,qui abſentium nomina in inſtrumento ponit:aut furtiue ſigillum ſubripit.Et quid de lacerante,comburente,aut celante publicas, aut priuatas ad alium pertinentes ſcripturas, ita vt nuſquam amplius apparere queant.nu.ſeq.vbi quid de falſantibus mercatorum libros, aut combur ẽtibus,aut occultãtibus.*

5 *Inſtrumenta per notarium falſum confecta, nullane ſint. & ibi de hoc doctè & fuſe.*

1 *Inſtrumentum a notario non damnato, diuerſa capita habens,confectum:ſi in uno falſum ſit, an prorſus & in totum falſum eſſe cenſendum ſit.*

7 *Monetam falſificans,num falſarius ſit,& mortaliter peccet.Et de monetam cudente.& an cudere liceat. & ad quid & quibus tales teneantur.*

8 *Monetam falſam ignoranter accipiens, & eam ſcienter expendens,qua pœna teneatur, & num mortaliter peccet. Et ibidem quid de diminutiui ualoris pecunias emente,& eas demum alibi pretio currente expendente.*

9 *Moneta quot modis falſificari dicatur, & cui pœna falſificans obnoxius ſit.Et ibidem an princeps pecuniæ pondus in ſuum commodum minuere,& idem pretium, quod prius, ſtatuere poſſit.*

10 *Monetarũ falſarij qui ſint.Et an princeps quoq; falſarius eſſe poſſit.Et ibidẽ Sum.Ang.refellitur*

11 *Menſuras & pondera falſans,an mortaliter peccet,ad quid teneatur, & quæ ſit ipſius pœna.Et quid de falſis utente.*

1 F†ALSARIVS eſt, qui crimine falſi tenetur:uel crimen falſariorum admittit.de crimi.fal.ad falſariorum.Vnde dicitur multipliciter falſarius:ut no.in c.in memoriã.19.diſt.& in c.quiſquis.11.q.3.de crimi.fal.per totum. Sed de falſario literarum Apoſtolicarum dictum eſt ſ. Excõicatio. 8.

ex-

excōicatione.4. Falſitas aūt in ꝓpoſito, eſt mutatio veritatis cū dolo & iactura. Vñ ad eſſe eius tria requirūtur p̄dicta:& ſi vnū defecerit,nō eſt punibilis,ſm Ho.& Azo.& Tāc. in ſuis ſum. ꝑ tex. in l.quid ſit falſum. ff. de fal.iuncta l.nec ext.& l.damus. C. eo. Vnde non cōmittitur in ſcriptura q̄ fidē nō facit, ſm Bar.vide Pan.in c.quanto. de iureiur. & Tanc.de Cor.in rub.8.q.10.in uerſi. p̄terea.

2 †PRIMO uerò quæritur,vtrū is q̄ alterius literas aperit & legit,ſit falſarius? Et dicit gl.in c.cū olim.el ij.de of.dele. ꝙ puniri dēt tanq̄ falſarius.alle.c.olim.de reſcri. c.ad audiētiā.de cri.fal.Inn. ēt tenet, ꝙ ſit falſarius,licet minus peccet,q̄ ſi falſificaſſet ſigillū,ꝑ ꝑ ꝙ ſm Pe.de Anc. dēt puniri ſolū pęna extraordinaria. de of.dele.de cauſis. ꝙ concor.cōiter doc. c. aūt alle. ꝑ gl. loquūtur de falſario.qui facit raſurā uitādo literā. ut in d.c.cū olī,uel apponēdo ſigillū adulterinū. vt in d c.ad audiētiā.Bar.aūt in l.q̄ teſtm̄.ff. de fal.& Pan.in c.cū olim.el ij. de of. deleg. tenēt,ꝙ ſi eas aperit,oſtēdēs aduerſario mittētis,puniri pōt ut falſarius,arg.in l.j.§.is q̄. ff.ad l.Cor.de fal. ubi is, qui depoſita inſtrā oſtēdit aduerſario,incidit in crimē falſi. Qđ no. cōtra aduocatos & notarios oſtēdentes iura partis aduerſariæ.Si uerò aperit,ſed aduerſario nō oſtēdit,nō punitur crimine falſi. & vr̄ tex.in d.c.cū olim.& ff.de cri.ſtellio. ꝑ totū.& ad l.q̄ teſtm̄.ff.de fal.dicit,ꝙ eſt ſpeciale in eo qui aperuit teſtm̄ clauſum.ut puniatur pœna falſi,ut ibi.Vnde aliud eſt in ꝓpoſito:& dēt iſte puniri pęna ſtellionatus,i. extraordinaria.Ex quibus rationabiliter colligitur,ꝙ iſte peccet mortaliter,niſi ſit ſuperior,aut inaduertenter faciat ſpē habēs ī ratihabitione,aut habeātur literæ:ꝓ derelictis aut ſm Arc.niſi eſſet manifeſtus aduerſarius eius,dubitās ne aliquid ibi tractet̄ cōtra eū. Debuit.n. ſcribēs ſibi ꝓuidere ne venirēt ad manus aduerſarij.Et idē credo,ubi q̄s aperiret ad obuiādū iiuſto malo corꝑali uł ſp̄uali.

3 †SECVNDO verò q̄ritur, utrū ſit falſarius tabellio abſentium nomina in inſtr̄o ponēs, uel qui furtiuè ſubripuit ſigillū? Et dico, ꝙ ſic:vt no.in c.quāto.& c.ea.de his, quæ fi.a p̄la.imò ſm Bar.in auth.p̄sbyter.C.de ſacro. eccl.falſitas non ſolum cōmittitur in dicendo falſum,ſed etiam in tacendo uerum.

4 †TERTIO quæritur, utrum lacerans vel cōburēs aut celās ſcripturas publicas,vel priuatas ad aliū ſpectātes, ita ꝙ amplius nō appareāt,ſit falſarius? Et dico,ꝙ ſic: ut eſt ca ſus,& ibi Bar.in l.Paulus.ff.de fal.& glo. Ex quo patet quid dicēdū ſit de ſalſantib.libros mercatorū,cōburētibus, uel occultātib. uel alias ſcripturas:q̄ ultra pęnā falſarij tenētur ad reſtōnē totius ītereſſe. tex.eſt ī l. q̄ tabulas.ff.de furt.de quo j̄.Reſtō.ij.§. 16. & Tabellio.§.8. qđ intellige ſi hoc ſit cū iactura.

5 †QVARTO quæritur, utrū inſtr̄a facta per notariū falſum,ſint nulla? Et dico ut colligit Pa.in c.fraternitatis. de hær. ꝑ Inn. ibid.diſtinguēdū eſſe. Nā aut loquimur de inſtr̄is cōfectis ante falſitatē, uel ēt poſt, eo tñ nondū dānato,ſed tolerato in officio:& ſic ualet p̄textu officij, licet poſtea dānetur. facit l.Barbarius.ff.de of. p̄r. Aut loquimur de cōfectis poſt dānationē notarii: & ſic nō valēt:ut in l.ſi aliquid.C.de ſuſce. p̄p. & arc. Facit tex.in l.ſi quis ex argētarijs, §. fi. ff.de edē.Bar.tñ in l.j.ff.ad l.Iu.rep.limitat uerū, qñ notarius fuit dānatus falſitatē cōmiſſā ī officio tabellionatus.& ſic loq̄ t̄ d.l.ſi aliq̄d. Secus ſi aliàs fuiſſet dānatus de falſo cōmiſſo extra illud offm̄,uel ſi ſit infamis ex alia cā? ſicut in quodā cōſilio ipſe Bar. cōſuluit ꝓ quodā notario dānato, quia extraxerat duas cartas de libro cōitatis: quia ualebant eius inſtr̄a,licet eſſet effectus īfamis.Et hoc verū,mō illud officiū nō hēat in ſe dignitatē,ut quia eſt notarius p̄cipis.l.j. C.de mā. prin.uel ſalariū de publico, ut quia eſt notarius ī bācho:quia tūc nō ualerēt:aliàs ſic. Et ꝓ maiori notitia dictorū Bar. vide Pau. de Ca.in cōſi.223.inci. ſuꝑ eo, ubi dr̄ ꝙ qñ q̄s hēt dignitatē,uel officiū ex publico,qđ exercetur inter nō cōſentiētes, ut eſſe notarium ad bāchū iudicis, ſola infamia contracta ex cōdēnatione alicuius famoſi criminis, ēt ſi nō ſit notoria,priuat ipſum executione talis dignitatis,uel publici officij,poſito,ꝙ nō eſſet per ſnīam adhuc priuatus tali officio: ut idē Bar.exp̄ſſe determinat in l.eadē lege. ff. ad l.Iu.rep.ꝑ l.ij.C.de gener.abo.Si uerò eſt offm̄ publicū ſine dignitate,& qđ exercetur inter cōſentiētes:ut ē eſſe ſimplicē notariū: & q̄ cōficit inſtrm̄ īter partes ipſū rogātes, valida ſunt inſtr̄a q̄ facit ante cōdēnationē hominis ac legis poſt crimē, ex quo ſecuta cōdēnatione uenit īfamādus & priuādus officio,ēt ſi delinquit ī officio, ut q̄ a facit inſtr̄m falsū ſm Spe.de iſtr.ed.§.reſtat.uer. q̄d ſi tabellio.& ſūt valida.ēt ſi crimē illud erat notoriū.facit l.ſi quis ex argētarijs.§.j.ff. de eden. Si aūt lata erat ſnīa officij priuatiua: tūc aut a iure ſcripto: & habet locū gl. quæ

eſt in authentico, de tabel. §. pen. quæ videtur diſtinguere, an erat occulta, vel notoria, aut ab hoīe legis miniſtro: & tūc talis diſtinctio non eſt adhibenda: imò indiſtinctè non valent inſtrumenta poſtea confecta: ſm Baldum in l. ij. C. de ſent. & interlo. omn. iudi. Si aūt ſnīa fuit lata ſuper crimen, & non priuatiua officij, ex qua incurrit infamiā, tunc locū habet, quod dicit Bar. in d. l. eadem lege. & Bald. in l. & militibus. C. de teſt. milit. qui ſimpliciter dicunt ipſum non prohiberi alia inſtrumenta conficere propter hoc.

6 † QVINTO quæritur, vtrum inſtrm factum à notario non dānato, quod habet capitula diuerſa, ſit falſum totū, ſi falſitatē hēt in ca. vno? & Bar. in l. ſi ex falſis. C. de trāſact. diſtinguit. Nam aut falſitas ꝓuenit ex vitio notarij: & tūc corruit totum inſtrm. Et hoc etiam tenet Inn. & Pan. placet vbi ſuprà, ſicut etiam in totum reprobatur dictū teſtis, ſi quā falſitatem adijciat in teſtimonio ſuo: quia reperitur periurus. Et hoc verum eſt ſi falſitas ſit circa ſubſtantialia inſtri: puta, quia in indictione, aut die: vel circa ſubſtantiale negocij, aut eius circunſtantias: vt quia debeat ſcribere x. & ſcripſit xx. Si aūt ſit circa alia accidētalia, vel extrinſeca: vt q̄a ſcripſit contrahentes eſſe cōſanguineos, vel aliquid aliud quod nō facit ad negotiū, licet hoc ſit falſum: nō tñ reprobatur inſtrm ꝑ hoc, q̄a non pertinet ad officiū notarij. & idem in teſte. Aut falſitas nō prouenit ex vitio notarij: & tunc ſi cōcernit ſubſtantiali inſtri: vt quia omiſſa eſt indictio & dies, totum corruit, vt in capit. inter. de fide inſtr. Si verò concernit ſubſtantialia negocij, diſtinguendū eſt. Nam ſi capitula ſint connexa, non corruit totum, ſm Pan. vt ei imponit Sum. Roſ. Si verò non ſunt connexa, totum corruit: vt d. l. ſi ex falſis. Secundùm verò Sum. Ang. Pan. dicit totum oppoſitum: quia primo caſu totum corruit, non ſecundo. Sed re vera Summ. Roſ. bene allegat verba Pan. in exemplari corrupto. Summ. verò Ang. bene allegat verba & ſenſum. ꝙ patet: primo quia Pan. refert ſe ad diſtinctionem iam in eodē capite recitam, quæ ita habet. Secundò, quia allegat l. ſi ex falſis, quæ idem innuit. Tertiò, quia ratio id aſtruit: quia aliquo ruente non eſt conſequens ꝙ aliqua ruant, niſi ſe contingant.

7 † SEXTO quæritur, vtrum monetam falſificans, ſit falſarius, & mortaliter peccet? Et dico, ꝙ monetam cudere non licet ſine conſenſu principis ſeu Imperatoris. vt in l. 2. & 3. ff. de falſ. monet. ſm Bar. & Cyn. ibi, quod limita niſi ciuitas, vel princeps inferior hoc præſcripſiſſet tanto tempore, de cuius initio memoria non exiſtat: vt in capite, ſuper quibuſdam. de verbo. ſign. vel niſi eſſet talis qui præſcripſiſſet iura Imperij, vt Hiſpaniæ reges, qui, vt dicit glo. diſtinctione ſexageſima tertia. c. Valentianus. no. ſubiacēt. Imperio: quia de hoſtium faucibus regnum eruerunt. Igitur falſans monetas mortaliter peccat, ſecundum Hoſt. Ioan. Mo. Pet. & Ioā. de Imo. in ca. quanto. de iureiud. & patet per tex. ibi, vbi dicitur, quòd ſeruans falſam monetam, agit iniquè: & cōſequenter à fortiori falſans: patet etiam per extrauagantem Ioā. 22. qui excommunicat omnes tales in regno Francorum. Tenetur autem ad omne damnum datum communitati, vel perſonæ: vt notant prædicti, vbi ſuprà. Et ſi ſpecialis neſcitur ꝑſona, tenetur pauperibus. arg. eorū quę no. in c. cum tu. de vſur. & in reg. peccatum. de re iu. li. 6. pro quo etiam vide Hoſt. in Sum. tit. de cenſ. §. ex quibus. ver. quid ſi moneta.

8 † IDEM dic ſecundum Girar. Obdo. de eo qui falſam ignoranter recipit, & ſcienter pro bona exponit. quod ſemper intellige ſi ſit alicuius notabilis valoris: ſecus autem in obolo. Vnde ſcienter expendens falſam monetam, ſecundùm Pan. in d. c. quāto videtur teneri pœna leg. Cor. de fal. quæ regulariter eſt deportatio, & omnium bonorum publicatio: ſeruus verò vltimo ſupplicio punitur: ꝙ Bar. dicit verum quādo quis expendit nummos ſtanneos, vel plumbeos: quia de illis tantum mentionem facit illa lex: aliàs punitur pęna extraordinaria, ſecundum eundē Pano. ſecundum Arch. tamen qui pecunias diminuti ponderis vbi minus valent, emit iuſto pretio, & deſert ad locum vbi indifferenter ſicut integræ expenduntur, non videtur peccare: quia nulli damnum infert, & ſibi induſtria & labore lucrum, quærit, ſicut de alijs mercimonijs, per regulam, ſcienti. lib. 6.

9 † SEPTIMO quæritur, quō falſificatur moneta? Et dico, ꝙ tribus modis, ſecundum cōiter doct. in d. c. quanto. Primò, in forma, quando ſ. imponitur ſignum illius qui eam cudi non facit: vt in l. falſi nominis. & in l. quæ nomine. ff. de fal. & in d. c. quanto. Vnde nouiter cudens monetam principis, comburitur l. 2. ff. de falſ. mo. cudens verò monetam ciuitatis, vel inferioris à principe, capite punitur C. eo. l. j. Hoc tamen caſu, ſi moneta eſſet in bona materia & pondere, puto, ꝙ nulli

nulli teneretur de damno, niſi pecunia banniretur: ſed tñ teneretur de iniuria ei cuius ſignum violauit. Secundò ex materia metallica, quando.ſ.fit de ære, vel ſtanno, vel liga non debita: vt in l.Paulus.ff.de ſolu.ſm Bar. vel cum realis materia immiſcetur vbi non debet: vt in l.qui numos. & in l.Cornelia.ff. de fal.la. j. & generaliter vbi materia eſt minus pretioſa q̃ debet. Tertiò ex põdere. quia iſta tria requiruntur de ſubſtantia monetæ: vt in l.j.§.j. de contrahen. empt. Quod autẽ pondus debeat habere moneta, gl.in d. l.j. & Bar.in l.2.§.j. ff. ſi cert.pet. dicunt ꝙ tantus debet eſſe valor, & tñ pondus quantũ prius erat in materia non deductis expenſis, & labore cudendi, quæ de iure debent fieri de publico: ſed ſecũdum Inn. quem cõiter ſequuntur doct. & ex conſuetudine ſic ſeruatur, tñ debet eſſe in pondere, quantum erat in materia deductis expenſis & labore, quia nemo ſuis expenſis eã facere tenetur. ff. qui. ex cau. ma.l.j.& c.qui ſentit.de re iur.li.6.¶Imò plus credit Inn. ꝙ ſi princeps indiget, poteſt inde ſentire aliquid lucri: & ſic à dicto pondere minuere aliquid modicum: non autem multum ſine conſenſu populi. quod Pau. in d. c. quanto. limitat verum, niſi ſpargatur extra regnum: quia cum damno ſibi non ſubditorum non poteſt. & hoc tene. Credit etiã Inn. ꝙ princeps cum populi conſenſu minuere poſſit pondus monetæ: ut tamen ſic expendatur intra regnum ac ſi eſſet ponderis iuſti, quia quilibet poteſt renuntiare iuri ſuo. 7.q. j. quam periculoſum, & dicit ſufficere conſenſum maioris partis magnatum regni, q̃a negocium regni reputatur negociũ vniuerſitatis. arg. in l.2.§.ſanctiſſimus C.de iurei.propter calum. Sed de hoc Pan. vbi ſ. dubitat, cũ tractetur de præiudicio ſingulorum: arg. eorum quæ no.in c.omnes. de cõſtit. & C. quę ſit longa conſue. in rub. & Sum. Ang. tenet requiri conſenſum ſingulorum. Sed ego teneo dictũ Inn. quia impoſſibile, aut per difficile eſt omnes aſſentire.

10 OCTAVO quæritur, qui ſunt falſarij monetarum, ſecundum prædicta? Et dico, ꝙ multi. Primò, falſificantes ſignum. Secundò, falſificantes materiam. Tertiò, diminuentes pondus ſine principis & populi conſenſu. Quartò, princeps quando valentem ſeu bonam reprobat, & minus valentem acceptat, vt bono foro nanciſcatur bonam, & illã faciat conflari, & cudi: ut tenet Hoſt. & recitat Pano. ibi ſuprà. & facit tex. in l.eleganter.§. qui reprobos.ff.de pig.act. Et ratio eſt, quia peccat contra materiam, vel pondus directè circa malã, & indirectè circa bonã. Quintò, attondentes pecuniam, vel per fortem aquã ſubtiliantes, ſm gl. in d.c.quanto. & tenẽtur ad reſtitutionẽ damnificatis: vel ſi illos ignorant, pauperibus neceſſario. de iniu.c.fi. Sextò, cudentes monetam, qui aliquos numos minus iuſto pondere cudunt, quia aliquos plus cuderunt: vt colligitur ex Hoſt. Io. And. Pet.de Anc.& Inn. vbi ſ. Et ratio, quia quod abundat in uno numo, non ſupplet ei quod in alio deeſt apud illum qui ſolum minus valentes recepit. Qui tamen omnes numos faciunt iuſti ponderis, ſed exuberantes alios attonſant, non ſunt falſarij, ſecundum Summ. Ang. indiſtinctè contra Roſ. & verum eſt ſiue attonſent, ſiue conflent, ſi hoc faciunt, publica authoritate. ſimiliter etiam ſi priuata, modo iuſtum pondus ſeruetur: quia cum dicitur, quòd attonſores monetarum ſunt falſarij: intelligitur de iuſtis monetis, quæ inde remanẽt leuiores: tenentur tamen principi, vel communitati de materia quam inde auferunt: quia illa per errorem fuit numis appoſita. Creditur tamen Summ. Ang. quòd ſi abſtinere non velint, non ſint extra ſtatum ſalutis. quod tamen falſum eſt: quia fures ſunt, & irrogant iniuriam principi, vel communitati, quorum monetæ eos ex bonitate laudant.

11 † NONO quæritur, q̃d de falſante menſuras & pondera? Et dico, ꝙ vltra mortale tenetur ad omne damnum. de empt. & vend. c.2. vbi & tenetur 30. diebus in pane & aqua ieiunare, quod ſm Arch. fortè verũ eſt in foro contentioſo eccleſiaſtico. ſed in foro aĩæ hodie hæc penitentia eſt arbitraria. Et idem de vtente falſitatis ſcienter. Imo iure ciuili falſans mẽſuras, tenetur pęna l.Cor. de fal. ff. de extraord.cri.l.annonã. quę pęna eſt publicationis oĩum bonorum cũ deportatione. ſi liber eſt: ſi ſeruus eſt, vltimũ ſuppliciũ l.j.ff. de fal. Vtens verò falſis, puniri poteſt in duplum, & relegari in inſulam, ff.eo.l. pen. Tenetur aũt falſans, ſm Archi. ad remediandũ, inquantum poteſt ſine periculo ſuæ perſonę uel maioris ſcandali. vt ſcilicet auferantur de medio dictæ menſuræ, vel pondera, aut æquentur. De falſarijs literarum apoſtolicarum q̃uo ſint excommunicati. ſupra excommunicatio. 7. §. 8. Quomodo autem bulla vel inſtrumentum aut alia ſcriptura dicatur falſa, uide infra. Tabellio. §. 10.

## DE FAMA ET RVMORE.

1 *Fama à fando dicta, an idē ſit quod cōis opinio: & quotuplex ſit. Et quid ſit in genere ſumpta.*

2 *Fama, ut uere dicatur, & ſit, quot requirantur. Item ad eam probandam quot teſtes ſufficiant. & an amittatur in contrarium probatio.*

3 *Fama de homine bona quid ſit. Et quid de fama facti, uel negocij alicuius.*

4 *Rumor quid ſit, et quid de fama differat. Itē q̄d iudicium. Et an indicia credulitatem inducere poſſint. Et an in criminalibus aliquo caſu ad ferendam ſententiam ſufficere poſſint.*

5 *Famā pro poſſe, an aliq̄s mortaliter peccet, q̄ nō defendit. Et quid de his, qui in perfectionis ſtatu ſunt, maxime reſpectu iniuriarum perſonalium. Et quid ſi tales ſtatū ſuum impugnari uideant, an reſiſtere debeant.*

1 FAMA, rumor, ſecretū, occultū, manifeſtū, notoriū, & publicū, inuicē conueniunt: ſed de alijs à duobus primis vide loco ſuo. ¶ Primo igitur ſciendum eſt, q̄ ſm Bar. fama dicitur à fando. Vnde niſi ſit locutio, non eſt fama, quantū ad totā ſuam rōnem: ſed ſolùm quantū ad primum, quod eſt de rōne eius, id eſt, quantū ad opinionē, ſeu credulitatem: quō intelligendum eſt, quod dicit gl. in l. cognitionē. §. æſtimatio. ff. de var. & extraor. & Tho. de Piparata, q̄ fama, cōis opinio, cōis æſtimatio: ſunt idē, ſ. quātum ad primum, quod eſt de ratione famæ: ſunt etiam ſynonyma ſm d. gl. ſed intellige quando illa extra vocem manifeſtantur. ¶ Secundo, ſciendum eſt, q̄ ſm Pan. in c. veſtra. de coha. cle. & mul. fama eſt duplex, ſ. bona & mala: quia ita ſe habere poteſt ad bonum ſicut ad malum: cùm dicatur famoſus latro. l. capitalium. §. famoſos. C. de pœna. Et intellige de ea, quę eſt de aliquo hoīe in genere virtutis aut vitij: vt q̄ eſt bonus vel malus. Quędam verò eſt de aliquo facto particulari: ut q̄ tale quid, ſit vel non ſit, ſm Bar. ¶ Tertiò ſciendum, q̄ ſm Pan. in d. c. veſtra. Fama in genere, id eſt, cōiter, ad bonam & malam eſt cōis locutio ex veriſimilibus coniecturis conſurgens: vnde fama eſt propriè, quādo tota ciuitas, aut uicinia, uel maior pars aliquid clamat ex coniecturis ueriſimilibus: aliàs autem non eſt fama, quo ad iuris effectum: ſed ſunt vanæ populi uoces: ut de accu. per glo. & doct. in c. inquiſitionis, quæ non ſunt audiendæ, per glo. in c. 2. de elect. & Bar. in l. de minore. §. tormēta. ff. de q. & tex. in l. 3. ff. de teſti. Sed intellige, q̄ eſt cōis locutio pręſupponēs opinionē, ſiue credulitatem: vt patet ex diffinitione Bar. dicētis, q̄ fama eſt cōis opinio voce manifeſta ex ſuſpicione. & intellige probabili veniēs. q̄d iō dr̄: q̄a q̄n aliq̄d ē certū, aut viſū, à populo, nō ē fama, ſed manifeſtū aut notoriū.

2 † IGITVR ad famā quatuor requiruntur. Primò, q̄ ſit opinio cōis. Secundò, q̄ ſit ex ſuſpicione probabili. Tertiò, q̄ voce manifeſtetur. Quartò, q̄ manifeſtetur ab omnibus, vel maiori parte: in quo differt à rumore, vt patebit. Vnde dicta paucorū non infamant ſm Pan. in c. cum in tua. de ſpon. Vbi etiam no. q̄ vbi dicitur pars, nulla additione facta, intelligitur medietas. de deci. c. 2. li. 6. & in l. nomen. §. portionis. ff. de verb. ſigni. Quando verò additur ly aliqua, vt dicendo, pars aliqua, verificatur in qualibet minima particula. ¶ Quartò ſciendū, q̄ licet ad famā faciendā requiratur maior pars, tñ ad famā probandam ſufficiunt duo teſtes: vt nota. in d. c. tormenta. & in l. 3. ff. de teſt. cōtra hmōi tamen probationē admittitur probatio cōtraria, quæ ſecunda probatio, ſi clarior ſit, obfuſcatur effectus primę: & eo caſu, quo fama ſufficeret ad torturam. & ſi per partē rei bona fama probatur, tollitur præſumptio prima. arg. de ſpon. cum in tua. & quod nor. in l. fi. C. de q. An autem fama faciat plenam probationem, ⁊. Inquiſitio. j. §. xj.

3 † QVINTO, ſciendū, quod fama bona de hoīe aliquo eſt ſm Spec. illæſæ dignitatis ſtatus, legibus & moribus cōprobatus in nullo diminutus, quod etiam patet. ff. de var. & extraor. l. cognitione. §. ęſtimatio. & in gl. in d. c. veſtra. & C. ex q̄. ca. infa. irr. l. j. Fama aūt mala eſt contraria ad bonā, vt patet per glo. vbi ſ̄. Dicit aūt Azo. q̄ in dicta deſcriptione nomen dignitatis nō ponitur pro honore publico, ſed pro potētia natura cunctis attributa, ¶ Vel breuiter fama hoīs eſt cōis opinio ex ſuſpicione probabili cum locutione de illo hoīe. & ſi ſit de malo, eſt mala: ſi de bono, bona. Fama verò de aliquo negocio, vel facto eſt cōis opinio, ex ſuſpicione probabili cum locutione de illo negotio, & ſic cōis diffinitio deſcendit in mēbra: nec oportet addere ex incerto auctore proueniēs: q̄a q̄nq; ex certo, quandoq; ex incerto auctore prouenit, ſm gl. & Pan. in d. c. veſtra.

4 † SEXTO, ſciendum, q̄ rumor, ſm Spec. eſt particularis aſſertio vel inſinuatio ex ſola ſuſpicione, & incerto auctore proueniēs. de eo qui cog. con. ſuper eo. & idem ſentit Panor. vbi ſ̄. excepto q̄ non adderet incer-

to auctore: & bene. Vnde rumor in hoc differt à fama, quia rumor eſt q̃ñ pars aliqua viciniȩ clamat: fama verò q̃ñ pars maior, ſm̃ mẽtẽ Pan. in c. bonæ memoriæ. el j. de elect. & gl. in d. c. ſuper eo. Vnde ſm̃ Pan. rumor ſe habet in minus, quod intellige quãtum ad partẽ requiſitã, non quo ad prȩdicationem, ſed eſt ecõuerſo, quia oĩs fama eſt rumor: nõ econtra. ¶ Septimò, ſciendum eſt, ꝙ indiciũ, quod. ſ. idem videtur coniectura probabilis, eſt medium intellectuale veritatis eliciẽdȩ, ex aliqua ſingulari circunſtantia inſurgens. C. & ff. de rei vend. l. indicia. vel ſm̃ Pan. in d. c. veſtra. propriè eſt notabile ſignum dictæ rei, ſeu facti, ꝙ ſubijcitur neceſſitati probandæ: & largo modo argumẽtum dici põt indicium. Vide in c. forus. de verb. ſign. Et tot, inquit, poſſent eſſe indicia, & tam vrgentia, ꝙ inducerent iudicem ad credulitatẽ, & ſufficerent ad ſñiam ferendam, etiam in criminalibus: vt C. de rei vend. l. indicia. C. de proba. l. ſciant cuncti. & de præſumpt. afferte. & refert ſe ad dicta in cap. 3. de probat. vide infra indicium.

5 † OCTAVO, ſciendum eſt, ꝙ ſm̃ gl. in c. ſenti. xj. q. iij. ſi ſumus inter tales, qui parati ſunt imitari, mortaliter peccat, qui ſuam famam pro poſſe non defendit. & ſic intellige c. non ſunt audiendi. ea. q. 12. q. 1. nolo. & de conſecrat. diſt. j. iubemus. Si autem ſumus inter tales, qui ſolum parati ſunt repræhendere, non imitari: ſic ſufficit nobis conſcientia noſtra, nec defendere tenemur. & ſic intellige c. quid obeſt. cum quinque ſequentibus. xj. q. iij. S. Tho. autem in 5. quolib. ar. 26. dicit, ꝙ viros præfectos, intellige exiſtentes in ſtatu perfectionis, decet in perſonalibus iniurijs eſſe maximè patientes, vt ſint etiã parati plura ſufferre, ſm̃ illud Mat. 5. Si quis percuſſerit te, &c. Statum verò ſuũ impugnari pati nõ debẽt, quantũ reſiſtere poſſunt: quia hoc vrgeret in iniuriam Dei. Sed in quolib. x. ar. xij. etiã quantũ ad iniurias perſonales videtur diſtinguere, & dicere, ac probare, ꝙ illi, quibus imminet ex officio, vel ſtatu ꝑfectionis aliorum ſaluti prouidere, peccat, niſi infamiã propriã iuxta poſſe repellãt. Alij verò, quibus magis cuſtodia ſuæ ꝓpriæ ſalutis imminet, poſſent ſuæ humilitati prouidentes famã vel infamiã cotẽnere. Vtrum fama probet, j̃. Inquiſitio. j. §. xi. Q̃uo fama lȩdatur, ac reſtituatur, ſuprà, Detractio. Quomodo ab aliquibus propter eam ſit abſtinendum, vide infrà, Scandalum.

## DE FAMILIA ET FAMVLIS.

1 *Familiæ (quæ a femore dicta eſt) appellatione, qui cõtineãtur. Et ſeruus unus huius noĩe, an cõtineri dicatur. Item num duo familiam conſtituant.*
2 *Familiam triplicem eſſe. et quid vnaquæq; ſpẽs.*
3 *Paterfamilias ad quid teneatur.*
4 *Dominis tpe infirmitatis, nũ famulo, qui opas ſuas locaret, de neceſſarijs, & ſalario teneatur.* Et q d *in poteſtate famulos, ac iudices, quibus ſalariũ præſtari debet, habente.*
5 *Obligatus familiã aliquã procurare, utpote, furnarius excoctionẽ alicui, et eius familiæ ex obligatione debens: an excreſcente familia, toti quoque familiæ teneatur.*
6 *Famulus, qui de ſalario cũ domino nõ conuenit, an ipsũ petere poſſit.* Et q d *ſi p annũ ruri ſeruire pmiſit, exactis aũt ſex menſib. hyemalibus abire uult.*
7 *Famulus, cui dominus debitã mercedem dare nõ uult, an ſibi clam per ſe ſatiſfacere poſſit.*
8 *Familia, aut aliquis ex ea, non requiſitus per ſuperioris obedientiã, delictum domini ſui reuelare teneatur.* Et *an iuramentum ſeruare debeat famulus, qui iurauit ſe domino nunciaturum ſi reſciuerit quenquã ipſius bona ſubripuiſſe. & quid de teſtibus ſynodalibus.*

1 F † AMILIA dicta eſt à femore, quȩ eſt pars hoĩs genitiua C. de verb. ſig. Et ſm̃ Azo. in Sum. ſuo noĩe comprehendit oẽs, qui ſunt in ſeruitio alicuius, etiã liberos hoĩes ſeruiẽtes illi bona fide, vel etiam alienos, & ſeruos, qui ſunt in eius poteſtate, ſimiliter omnes propinquos, libertos, & patronos: & ſic generaliter ſumitur C. de verb. ſig. d. l. fi. Vnicus verò ſeruus familiæ noĩe non continetur, nec duo faciunt familiã, ibidem.

2 † SED Arch. in c. licet. de priu. li. 6. dicit, ꝙ triplex eſt familia. Quędã ꝑpetua, & religioſa, vt religioſi, clerici. & ſimiles: & hi gaudẽt priuilegio cõuentus, uel collegij. de ſtat. monacho. recolẽtes. C. loc. l. milites. aliter duplici iure tenerẽtur: cõtra c. cognouimus. 12. q. 2. Et de hac loquitur c. cum olim. de arbi. Eſt & alia, quȩ. ſ. non eccleſiaſticos tm̃ comprehendit, ſed etiã laicos: ſicut ſunt vxor, filij, nepotes, ſerui, famuli, qui in eius domo, eius ſumptibus viuunt cõtinuè: de qua intelligitur. ff. de pub. l. j. §. familiȩ. C. ad legẽ Cor. de ſica. l. ſi fortè. quæ ponitur de pȩn. diſtin. j. de hæret. c. filij. lib. 6. in fi. de teſt. in literis. ubi de hoc. & 3. q. 5. c. 1. Et de hac intelligitũ quod dicitur in d. c. licet. de quo uide infrà, Interdictũ 6. & 7. Eſt & alia, quȩ nec ꝑpetua eſt, nec mercenaria: ſicut clerici & religioſi, & alij eccleſiaſtici dñr de familia eccleſiæ: de

de quibus 16.q.6.de lapſis. Eſt & alia, de qua in l.fi.C.de verb.ſig. vbi nomen familiæ cõprehendit parentes, liberos, omneſq; ꝓpinquos, & ſubſtãtiã, & libertos, ẽt & patronos, necnon & ſeruos: & hæc ſignificatio habet locum in fideicommiſſis, ut ibi patet.

3 † PRIMO verò quęritur, ad quid teneatur paterfamilias? Et dico ꝙ ad duo de præcepto principaliter, ſ. ad neceſſariorum vitæ adminiſtrationem, & ad diſciplinã, tam verbo, q̃ morum exemplo, ut colligitur prima ad Timotheum v. & ad Ephe. 3. & no. in §. neceſſe. xlvij. di. aliter de ſui natura eſt mortale in re notabili: niſi excuſet aliqua circunſtantia, puta neceſſitas, & huiuſmodi: uel niſi omiſſio correctionis ſit circa ea, q̃ non ſunt ad ſalutem neceſſaria. & ſic intellige 23.q.4. duo iſta, & q.v.c. nõ putes. An aũt correctionis gratia poſſit clericos uerberare, s̃. Excõicatio.6.§.4. caſu 8. Si aũt aliquos de familia, nec uerbis, nec verberibus poteſt emendare, tenetur eos expellere, uel eis neceſſaria, ſi credit probabiliter eos per hoc poſſe emendari: ſicut patet in vxore fornicaria, ar. eorum quæ no. in c. non omnis. v. q. v. Si uerò probabiliter credit per hoc eos licentius peccare, ꝑ ſuam aũt curã, & timorem videt eos a multis, etſi non ab omnibus malis ſe temperare, ſi faciat quãtum poteſt, excuſatur, nec ei imputatur peruerſitas filiorum, ut patet in c. quantumlibet. & c. ſeq. diſtin. xlvij.

4 † SECVNDO quæritur, an dñs t͞pe infirmitatis teneatur famulo, qui locauerat operas ſuas, de neceſſarijs & ſalario? Et dicit Bar. in l. ſi cum dotẽ. §. ſui aũt, ff. ſol. matri. & in l. in rebus. ff. commo. ꝙ ad expenſas magnas non tenetur, quod intellige ratione famulatus. ſed alia ratione, ut quia proximus, & ille nõ habet vnde ſibi ſubueniat, tenetur: & ille poteſt officium iudicis implorare cõtra eũ. ut ſibi ſubueniat ſi eſt ſoluendo: & idẽ facere põt pauper cum quocunq; diuite: de quo uide tex. cum gl. notabili in c. ſicut. 47. diſt. Quantum uerò ad ſalarium, Io. And. do. Ant. Io. de Imo. & Panor. in c. j. de cle. ægro. & cõiter doc. tenent ꝙ non: quia caſus contingens in perſona eius, qui locauit operas, liberat conductorem a præſtatione mercedis. l. ſi vno. §. item cum quidam. & quod ibi no. in l. in rebus ff. commo. & glo. in l. fi. §. idem iuris. el ij. ff. ad legem Rho. de ia. quod Pan. ubi s̃. limitat: ꝗñ ſalarium debetur ſolum ratione perſonæ, ſecus ſi daretur ratione aliorum etiam. Vnde poteſtas, qui habet famulos, & iudices, quibus habet ſoluere, licet infirmetur, aut moriatur, petere p̃t, & debitores ei tenentur. tex. eſt in l. pecuniam. ff. de condi. ob cau. & facit quod no. in l. diem functo. ff. de offi. aſſe. Inn. aũt tenere vr̃, ꝙ ſalarium debeatur in c. ꝑꝑ ſterilitatem. de lo. & facit c. j. de cleri. non reſid. lib. 6. & ibi Ge. per illum textum dicit ꝙ doctori, uel famulo ſubtrahi non dẽt ſalariũ ꝑꝑ infirmatem, allegans quod hr̃ in Spec. de cle. non reſi. §. poſtq̃. uerſi. quid ſi mercenarius. Et iſtud tenet Sal. in l. licet. C. loca. & pulchre Ang. in diſputatione, exorta guerra. & facit l. quæſitũ. ff. de re iudi. Et hoc procedit ubi cõſuetudo ſic eſt, ꝙ ſ. debeatur, quia illud vr̃ actũ, qđ eſt conſuetum. l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de ædil. edic. Vbi aũt non eſt conſuetudo, non debetur, niſi ut dictum eſt, & in caſu ſpeciali, vt C. de aduo. di. iudi. l. poſt duos. ubi aduocato debetur ſalarium ex publico cõſtitutũ, licet moriatur intra annum; ſecus aũt de ſalario promiſſo a parte, quia nõ dẽt niſi pro rata temporis, ſm̃ Bart. in d. l. diem functo. Similiter in l. cum hæres. §. Stichus. ff. de ſta. lib. vbi qñ per ſeruum nõ ſtat, quin ſeruiat: nihilominus libertatẽ ꝑꝑ hoc legatã conſequitur fauore libertatis. de quo ĩ. Locatio. §. xij. ubi agetur de iſta materia diffuse.

5 † TERTIO quæritur, utrum obligatus procurare aliquã familiã, ut qui accepit furnum cũ obligatione coquẽdi alicui & eius familiæ, teneatur excreſcente familia? Et dico ſm̃ Panor. ꝙ non, ſi familia habeat numerum certum & determinatum, ſi aũt indeterminatum, ut ſunt fratres alicuius cõuentus, ſic tenetur, & facit c. quanto. de cenſi. vbi ẽt dicit Panormitanus, ꝙ ex quo iſte poteſt ſe habere ad lucra, ſ. familia diminuta, aut aucta tenetur, ut contrariorũ eadem ſit diſciplina, niſi ſpeciem mutaſſet, puta, ſi effectus eſt epiſcopus uel capitaneus: & ſic tenet familiã multam. Si tamen nimis grauaretur, per iudicis officium ſibi prouidebitur.

6 † QVARTO quæritur, an petere poſſit ſalarium famulus, qui cum domino de ſalario non conuenit? Et dicit Fed. conſi. 18. ꝙ ſi famulus conſueuit locare operas, & dñs conducere, tenetur dñs ſoluere ſaltem vſq; ad illam ſummam, quã alios fuiſſet conducturus. arg. l. ſi non ſortem. §. libertus. de condi. inde. no. per Arch. j. q. j. ſunt nonnulli. Si verò fuit conductus ſub mercede: taxãda ad arbitrium dñi, ſic iudicio boni uiri taxabiť, ut patet. s̃. Arbiter. §. 12. & 16. ¶ Quintò, qđ ſi pro

ſi promiſit ſeruire per annum in rure,& exa ctis ſex menſibus hyemis vult diſcedere? Dico,ꝙ non habebit mediũ ſalarium,ſm̃ Barr. in l.diuortio.§.quod in anno.ff.ſol. ma. ſed computabitur craſſum cum macro. Et ſi aliquo tempore dicti anni fuerit infirmus,non tenebitur ſupplere illud tempus.gl.in c. ſi ꝓ tua.de teſti.li.6.ut l.cum hæres.§.Stichus.ff. de ſta.li. ex quo tamen non ſequitur, ꝙ debeat habere ſtipendium totum.

7 †SEXTO quæritur an famulus,cui dominus dare nõ uult debitam mercedem poſſit,occulte ſatisfacere ſibi? Et dicit Ric.in 4. diſtin. 15.ꝙ licet tales peccent in modo accipiendi,tamen ad reſtitutionem non tenentur.Sed de hoc dic vt ĩ.Furtum.§.13.& 15.

8 †SEPTIMO,utrũ familia, uel aliquis de familia teneatur reuelare delictum domini ſui,requiſitus per obedientiã ſuperioris? Et dico,ꝙ non:ſi criminaliter vult procedere.4.q.3.l.Iulia.l.2.Secus ſi ciuiliter ꝓcedat, vt ſ̃.Correctio.§.ix.& x. quod intellige vbi ex hoc nullum ſibi malum immineret, quia nullus tenetur ſuo malo procurare bonum proximi temporale.¶Octauò q̃ritur,utrũ teneatur ſeruare iuramentum famulus qui iurauit domino ſe denuntiaturum,ſi quem ſciuerit eius bona ſurripuiſſe? Et dicit Duran. quod non,ſi dñs eſt truculentus:quia illicitũ fuit iur̃m:ſed ſi eſt manſuetus, & probabiliter creditur rationabiliter proceſſurus,diſtinguendũ eſt:quia ſi res ſublata erat ſub eius cuſtodia,ſicut poſſet ꝓſequi aſportãtẽ,ſic & dño reuelare. Si uerò non erat deputata ad eius cuſtodiã,tenetur nihilominus dicere,ſi põt probare:ſi uerò probare nõ põt,reuelare nõ dẽt,niſi tali,cui poſſit ꝓdeſſe,& nõ obeſſe.& ſi alio modo iurauit,nõ fuit licitũ iuramentũ nec obligatorium. idẽ dicit Hug. de teſtibus ſynodalibus,ſ.ꝙ nõ tenentur denũtiare epõ, licet iurauerint, niſi crimina quæ probare poſſent.23.q.4.quiſquis. aliàs eſſet ꝓditor criminis.ij.q.j.ſi peccauerit.niſi hoc faciat ſecrete epo uel alij,qui habet corrigere paternaliter.ar.22.q.v. hoc videtur. & de hoc ſ̃.Denũtiatio.§.v.Quis autem teneatur pro delicto familiæ,ĩ.Nauta.§.5.

## DE familiari.

1 *Familiares quinam dicantur: & qui domeſtici.*
2 *Domeſtici dicuntur,quibus ob patriam aut dominicam poteſtatem licite imperatur.*

1 F†AMILIARIS quis dicatur.gl.3.q. 5.in ſum.dicit,ꝙ large familiares dicuntur omnes,qui cohabitant cum aliquo, ut in c.inſinuante.de offi.dele. & in c. in literis,de teſti.ubi dicit gl.ꝙ familiares appellãtur conſanguinei,colonus adſcriptitius,mercenarius,filius in poteſtate,libertus,ſeruus, & omnes habitantes in domo.

2 †DOMESTICI verò ſunt quib. rõne patriæ poteſtati, uel dominicæ imperari poteſt.Pro quo uide gl.in l.præſenti.§. ſane. C. de his qui ad eccle.confu.& familiares domeſtici intelliguntur omnes,qui in expenſis alicuius commenſales continue exiſtunt, et ſi aliquando abeſſe pro eius negotijs gerendis contingat:ut no.in c.ſi.de uer.ſig.lib. 6.

¶FAVORABILE,uide ĩ.Odioſum.

¶FAVTOR,qs dicat̃.ĩ Hæreticus.§.7.& 10.

## DE FOEMINA.

1 *Fœminæ appellatio,q̃ late pateat. Et ibidẽ ꝙ ſexus muliebris debilior ſit,ob idq; citius ꝑficiatur*
2 *Fœmina virili habitu vtens, an mortaliter peccet. Et quid de fœmina ſe attondente.cum ſeq.*
4 *Fœminæ prohibita quæ dicantur, & a quibus actibus exercendis arceatur.*

1 F†OEMINA nomẽ eſt generale, cõiter oẽm fęmellã in oĩ animãtiũ genere cõplectẽs: vſitatius aũt ĩ genere humano, ĩ quo citius hoĩe pubeſcit, uel q̃a mala herba citò creſcit:ſicut ludẽs,ut credo, dicit gl.ĩ l.2.C.de his q̃ ve. æta.ĩpe.uel ſm̃ cõiter doc.in c.literas.de deſpõſ.ĩpuber. ſexus muliebris eſt debilior,citiuſq; deficiens, & cõſequẽter citius ꝑficitur, ſicut in alijs videmus.

2 †PRIMO uerò quæritur,utrum fœmina peccet mortaliter utendo habitu uirili, uel contra? Et dicunt aliqui ꝙ ſic, quia 30. di.in c.ſi qua mulier.dr̃,ſi qua mulier ſuo ꝓpoſito utile iudicans ut uirili ueſte utatur, & ꝑ ꝑ hoc virilem habitum imitetur,anathema ſit.Sed hoc dico de ſe non eſſe peccatũ, quia aliquando licite fit: ſicut beatus Ambroſ.in ij. de uirg. narrat de quadam ſancta virgine Antiochena,ꝙ ab idolatris proſtituta in lupanari ad preces viri ſub ſpecie turpitudinis intrantis,mutauit habitum & exiuit, nõ ut uitaret martyriũ,ſed cõtagiũ. Vñ non põt eſſe peccatũ,niſi ex circũſtãtia uel intentione:& cõſequẽter ſi iſta fiãt ex animi leuitate ſine intẽtione corrupta uel ſcãdalo grã ui,nõ eſt mortale.Sed cõtra,quia dr̃ in d.c.ſi qua mulier.xxx.di.ꝙ ſi qua mulier ſuo ꝓpoſito utile iudicãs ut virili veſte utatur, & ꝑ ꝑ hoc virilem habitũ imitetur, anathema ſit. Ad hoc dico; ꝙ loquitur qñ mulier hoc facit malo ꝓpoſito.i.ĩtẽtione facilius meretricãdi:ut patet ꝑ gl.& Ar.ibi.Contra ẽt, quia

non utetur mulier veſte uirili. Deut. 22. Sed dico hoc prohiberi. Primò ex ſuperſtitione idolatriæ: ne Iudæi in ſacris imitarentur gẽtiles idolatras. Secundò, ut reſtringeretur libido, ne. ſ. mulier licentius ingrederetur ad viros. Tertiò dico, hoc prohiberi eo modo quo & qdædam de ſe licita ad miniſterium, ſicut prohibetur arari in boue & aſino, in lege Moyſi: uel eo modo quo venialia, puta mendacia, uel otioſa uerba.

3 † SECVNDO quæritur, utrum peccet fœmina ſe attondens? Et dico, ꝙ fœmina tõſurari non debet, ẽt cã religionis, de cõuerſi. coniu. vxoratus. Et intellige nõ ſolũ de tõſura quæ dr̃ clerica, ſed ẽt de raſura, quæ fit per abſciſſionem capillorum uſq; ad aures. & facit diſt. xxx. quæcunq; mulier. & xx. q. ij. c. j. & cle. attendentes de ſtatu regu. Sed tñ hoc intelligitur ſ̃m gl. in d. cle. de fœmina, q̃ vult in ſæculo remanere. qua ẽt excuſat cõſuetudo contraria. Adde ẽt neceſſitas, putà infirmitatis, uel huiuſmodi. Si aũt id ſine neceſſitate faciat, Summa Ang. dicit eam peccare mortaliter, cum ſit excõicanda, vt d. c. quæcunq; mulier. Sed Su. Ro. tenet contrarium, dicens non eſſe mortale, ſi hoc faciat ex leuitate aut fatuitate. & hoc tene per dicta in priore. §. dictũ aũt c. quæcunq;. loquitur qñ hoc facit ex ſuperſtitione. & ad facilius meretricandum: & in contẽptũ ſignificationis comæ, i. ſubiectionis ad uirũ, qđ Arc. ibi no. vbi dr̃, reſoluens ius ſubiectoinis.

4 † TERTIO quæritur, quæ ſint illa quę prohibentur mulieri? Et dico ꝙ ſunt multa. Non. n. poteſt prædicare, nec publicè docere quamuis ſancta & docta. 33. diſt. mulier. ſ. in eccleſia & publice. ſecus in capitulo ſuo & clauſtro, ſ̃m gl. Ray. Nec confeſſiones audire, nec alijs benedicere, aut actum alicuius ordinis exercere. de pœ. & re. noua. de exceſ. præla. c. tanta. Sed intellige de benedictione publica, non de priuata. eo modo quo mater filium benedicit. Nec tangere ſacra uaſa aut ſacratas pallas, i. corporalia, ſ̃m gl. nec incenſum circa altare deferre. 34. diſt. c. ſacratas. Et idem eſt de veſtibus, quibus Deo miniſtratur, ſ. actu. de conſe. di. j. veſtita. de quo tñ s̃. in uerbo, Corporalia. §. j. Nec eſſe arbitrix. niſi eſſet in dignitate habẽtẽ iuriſdictionẽ: licet poſſit eſſe arbitratrix. de quo s̃. Arbiter. §. ij. & 16. Nec iudicis aut magiſtratus officiũ gerere, niſi in caſibus, de quibus in gl. 15. q. 3. §. 1. Intellige in ſpiritualibus, quia in tpalibus iudicare põt, ubi eſt conſuetudo. de arb. dilecti. Nec poſtulare aut ꝓcurare, niſi in cã propria, & ſuorum, ut no. in l. fœmina. ff. de reg. iur. & 3. q. 7. & §. tria. d. §. j. Nec teſtis eſſe, de quo dic vt j. Teſtis. §. j. Nec perſonaliter ad iudiciũ trahi cã ferendi teſtimonium, aut qualibet alia cã, quæ nõ exprimatur in iure contra eius voluntatẽ, & ſi eſſet religioſa, trahi nõ poſſet, ẽt ſi vellet. quauis de cã: de iudi. mulieres. lib. 6. Nec accuſare, niſi in certis caſibus, de quibus 15. q. 3. §. 1. in tex. & in gl. Ne ſe ſeu propriã ſubſtãtiã obligare pro debito uiri, niſi creditũ ſit cõuerſũ in ſuã utilitatẽ, vt in authẽtico vt nul. iud. §. & illud no. co. 9. Nec dẽt ĩcarcerari uel detrudi ꝓ aliquo debito, ut ibi. uide s̃. Abb.

## DE FOENORE.

FOENVS licet cõiter pro uſura ponatur, ut in l. improba. C. ex quib. cau. infa. irro. tñ proprie ſ̃m grãmaticos in hoc. ab ea differt: quia uſura eſt lucrum de capitali, fœnus uerò eſt lucrum de uſura. Itẽ quia fẽnus exhibet mutuum uſq; ad præfixum tẽpus: uſura ſine præfixione.

FERIAE. vide ſupra, Dies feſtus.

## DE FEVDO.

1 *Feudi diffinitio. Et ibidem, an contractus feudalis dicatur, cum ita feudum datur, ut inde ſeruitiũ aliquod p̃ſtetur. Et quid ubi quid emitur, nũ huiuſmodi cõtractui fæudi natura ineſſe poſſit.*

2 *Feudi natura quænam ſit. Et ibidem ꝙ ſedecim requirantur: de quibus hic ſigillatim.*

3 *Feudum multiplex eſſe, & ibidem de ſingulis membris.*

4 *Feudo dari quænã res nequeant. Et quid ſi eccleſia feudum de manibus potentum recuperare nõ poſſit.*

5 *Feudo res dare, aut recipere quiſnam poſſit. Item feudum quomodo acquiratur. nu. ſe. Et quis ad feu. ſucceſſionem admittatur. Et quot modis filia in feudo ſuccedere queat: nu. 7.*

8 *Feudo Titio pro ſe & deſcendentibus filijs maſculis et filiabus conceſſo, an filia cum maſculo ſuperſtite in eo ſuccedere poſſit. Et cum filia ad id non admittatur, an ſaltem defuncto maſculo eiſdem in feudo ſuccedet.*

9 *Clericus feudo ſuccedere num potis ſit. Et quid ſi feudatarius religioſus efficiatur, quis ei ſuccedet. nu. ſeq.*

11 *Feudum ſi pater pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcunque obtinuit, an ad extraneũ, legatarium, uel clericum, permeare poſſit.*

12 *Feudatario de nouo beneficio inueſtito, ſine liberis decedenti, an frater, filiuſque in feudo ſuccedat. Et qualiter intelligendum ſit, ꝙ deficientibus libe*

*bus liberis ad feudum vocentur agnati.*

13 *Feudatarius an iuramentum præſtare habeat, & quando ac quale. Et ibidem ipſius iuramenti forma: & quod ad ſex regulariter.*

14 *Feudatarius quanquam pro alijs aduerſus dominum conſiſtere non debeat, pro ſe tñ & hominibus ſuis pōt, quinimo & ius ſuū petere ac defendere. Et ibidē, q̃ viciſſī dñs fideli reddere dēat.*

15 *Feudi domino defuncto, pluribus hæredibus relictis, an vaſallus oībus iurm pſtare dēat. Et quid contra ſi pluribus relictis, vaſallus decedat.*

16 *Vaſallus num per alium inſeruire domino poſſit. Et an uaſalli mei uaſallus, meus quoque uaſallus ſit.*

17 *Feudum ex cauſis decem amittitur. Et cum propter fidem non cuſtoditam amittitur, an ipſo iure perdi dicatur. Et quando ipſo iure amittatur. nu. ſeq. Et quid ſi citra domini conſenſum alienetur, ſiue in totum, ſiue in partem. nu. 19.*

2 † FRAVDARE etiã nemo vř eos, qui ſciunt, & conſentiunt. ff. de reg. iur. l. nemo. Fraudem quoque facere uidetur etiã is, qui nõ facit qđ facere dẽt. ff. de his quę in fraudem creditorum facta ſunt. l. in fraudem.

3 † FIT autem cõtra legem, qñ fit cõtra illud qđ per legem ſignificatur, nulla tñ palliatione quęſita, ſed fit fraus legi, quãdo fit contra

contra ſignificatũ legis palliatione quæſita. ff. de leg. l. contra leges. Quod quidẽ contingit multipliciter. Aliqñ quidẽ de perſona ad perſonam: ſicut qñ mulier vult donare viro, aut econuerſo, cũ non poſſit. de do. inter vi. & vxo. c. vlt. ſupponit aliã perſonam: puta qᵭ ſoluat eius creditori: vt ff. de don. inter vir. & vxor. l. hæc ratio. §. vlt. Similiter ſi tutor, qui emere non põt rem pupilli, interponit aliam perſonã quæ emat. Aliqñ fit rei ad rẽ: ſicut cũ q̃s dat fructus filiofamilias, vt ſimile, vt vendat pro eo quod pecuniã mutuò dare nõ põt. l. 4. §. j. ff. ad Maced. quia idẽ eſt ac ſi mutuaret. arg. 14. q. 3. plerique. j. q. j. ſũt nonnulli. Aliqñ fit vnius contractus ad aliũ contractũ contrariũ: vt cum vxor vendit viro, quod intendit donare. l. ſi ſponſus. ff. de don. inter vir. & vxor. arg. 16. q. 3. ſi ſacerdos. Aliqñ fit unius contractus ad alium cõtractum ſimilẽ: vt cum mulier, quæ fideiubere non põt, facit ſe principalem debitricem. l. quamuis. §. ſi cum eſſem. ff. ad Velle. ſen. & oẽs tales præuaricantur legem, & in conſpectu Dei non excuſantur. & facit quod no. in c. intelligẽtia. de verb. ſig. & in c. quanto. de priu. & in c. conſtitutus. de conceſſ. præb.

## DE FRIGIDITATE.

FRIGIDITAS, quomodo impediat matrimonium, infrà, Matrimonium. 3. impedimento 16.

## DE FRVCTIBVS.

1 *Fructus qui dicantur, & in quotuplici ſint differentia. Et in his, qui partim induſtriales ſunt, uiri boni arbitrium uerſatur, in hoc an naturaliũ, an induſtrialium nomine cenſendi ſint.*

2 *Poſſeſſor bonæ fidei, an fructus rei bona quoque fide poſſeſſæ ſuos faciat. Et quid ſi non faciat, de quibus fructibus ad reſtitutionem teneatur. Itẽ q̃d de lucro facto ex re, quæ de ſe lucroſa nõ eſt.*

3 *Poſſeſſor bonæ fidei, de quo proxime, an hu uſmodi fructus uſucapere poſſit. Et quid de poſſeſſore malæ fidei, remiſſiue.*

4 *Fructus alicuius rei quinam ſint, aut dicantur.*

1 FRVCTVS dicuntur, qui ſuper ſunt deductis expenſis factis gratia fructuũ q̃rendorum, colligendorũ, & cõſeruandorũ, tam in bonæ q̃ in malæ fidei poſſeſſoribus, etiã in prę donibus. ff. de pet. hær. l. ſi à te. §. fructus. & l. placet. in fi. C. de fru. & lit. expen. Et ſm Barto. in l. ex diuerſo. ff. de rei vẽd. Quidã ſũt naturales: ut poma, & hmõi, quũ natura producit, & ſicut producit, vtimur. Alij ſunt partim naturales, partim induſtriales, vt lac, lana, ſegetes, vinũ, & hmõi: q̃ ſunt naturales ĩnquantũ producentur à natura: & induſtriales inquantũ in alia ſpecie ipſis vtimur ex induſtria: vt d. l. ex diuerſo. & l. certũ. C. de rei ven. Et de his cõiter dr relinq̃ arbitrio boni viri an ſint naturales vel induſtriales. vt ſi plus verſaẽ de ĩduſtria hoĩum dicantur induſtriales: vt de vino, lana, caſeo, & hmõi, ar. l. queritur. ff. de ſtat. ho. & 4. q. 3. hermaphroditus. Si verò magis de natura, dicanẽ naturales. Alij ſunt induſtriales ſolũ, ſicut q̃ ex artificio, negociatione, vel hmõi acquirunẽ, qui alio mõ dicuntur ciuiles, eo, qᵭ nõ perueniunt ex re, ſed hoĩs prouiſione percipiuntur ꝓ rem: vt eſt penſio domus, & hmõi: vt l. ſi nauis. ff. de rei ven. & l. domũ. C. eo. Et iſtorũ quidem ſunt honeſte percepti, quidam inhoneſtè: vt ſi locaui domũ ad exercendum queſtum inhoneſtum. l. ancillarum. ff. de petitione hæreditatis.

2 †PRIMO verò quæritur, vtrum bonę fidei poſſeſſor fructus rei bona fide poſſeſſæ faciat ſuos? Et dico, vt colligo ex c. grauis. de reſt. ſpo. & d. l. ex diuerſo. cũ ibi not. qᵭ quia longa eſt diſtinctio doct. quo ad forũ cõtentioſum, eã omittens, dico quantũ ad cõſcientiam hoc eſſe tenendũ, qᵭ oẽs fructus tam naturales q̃ induſtriales, ſiue cum titulo poſſideat, ſiue ſine titulo, reſtituere teneẽ, ſi extẽt. ſi verò cõſumpſit, tenetur ſolũ reſtituere, inquantũ factus eſt locupletior: puta q̃a in eã rẽ impendit, in quã oportuiſſet expendere tñ de ſuo, uel aliqua emit. ex quib. ampliauit patrimoniũ ſuũ. Facit d. l. certum. & l. ſi me & Titium. ff. ſi cer. pe. Verum tñ diminuet de fructibus induſtrialibus rei lucroſæ, quantũ induſtria ſua æſtimãda eſt in dicto negotio exercitata in vtilitatẽ ſeu augmẽtũ dictorũ fructuũ accipiendorum: quia nemo militat ſtipendijs ſuis. De lucro aũt facto ex re, quæ de ſe non eſt lucroſa: dic vt j. Reſtitutio. j. §. j. Si verò non eſt factus locupletior, non tenetur de cõſumptis. ff. de pet. hære. l. vtrum. ex quo dolo non deſijt poſſidere.

3 †SECVNDO quæritur vtrũ platus bonę fidei poſſeſſor poſſit vſucapere fructus ꝑdictos? Et dico primò, qᵭ q̃d ſit uſucapio, dicã j. ſuo loco. Et ſcđo dico ſm Pano. in d. c. grauis, qᵭ fructus naturales indubitãtes vſucapit ꝑ trienniũ. i. ſpatio triennij, vt no. in l. ſequitur. §. j. ff. de vſuc. & facit l. in bello. §. ſi q̃s ſeruũ. ff. de cap. Alias aũt cũ fecerit ſuos, nõ põt vſucapere: q̃a quod meũ eſt, vſucapere nõ poſſũ. l. in bello. & vr̃ tex. in d. l. ſequitur. §. lana. Sed bene vſucapit aduerſus iudicis

eis officium:per quod reſtituere tenebatur. quia poſſum præſcribere rē meam aduerſus actionē,qua poteram cogi ad eius reſtitutionē,ut eſt tex.in d.§.ſi quis ſeruum. Et hoc voluerūt gl.& Bar.in d.l.ſequitur.in §.fructus. Et ſic patet,ꝙ in cōſcientia poſt trienniū bona fide trāſactum erunt ſui oēs qualitercunque:nec reſtituere tenet̄. De poſſeſſore aūt. malæ fidei,quomodo teneatur,Reſtō 3.§.9.

4 †TERTIO quæritur,qui ſint uel dicātur fructus rei alicuius? Et dico, vt patet ex dictis,ꝙ ſunt illi qui ſuperſunt deductis expenſis factis gratia fructuum quærendorū, & congregandorum & cōſeruandorū. ff. de peti.hær.l.ſi a dño uel patre. §. fructus.& l. plane.in fi.& C.de fruc.& li.expen.l.j.ubi dr̄ ꝙ fructuum nomine continetur qđ iuſtis ſumptibus deductis ſupereſt,nec pōt aliquis caſus interuenire,qui hoc genus deductionis impediat.ff.fam.erciſ.l.fundus.ff.ſo.ma. l.fructus. Vnde fructus intelligitur deductis neceſſariis impenſis.ff.de ope.ſer. l. fructus. Et hoc non ſolum in bonæfidei poſſeſſoribus naturalis ratio expoſtulat,uerum etiam in prædonibus,ut dicitur in d.§.fructus.

## FVGERE.

1 *Fugere in carcerato num liceat.Et an effugiendo peccet. Et quid de auxilium ſuppetentibus.*

2 *Fugere incarceratus, an ſi poſſit,teneatur. Et quid de prælato,an perſecutionē aufugere poſſit.*

1 F† VGERE incarcerato licet,ſi tenetur iniuſte,ut clarū eſt:ſi uerò tenetur legitime,diſtinguendum eſt: quia ſi tenet̄ nō ꝑꝑ mortem aut abſciſſionem membri inferendā:ſed ꝑꝑ aliud,puta ad punitionem,uel huiuſmodi,ſic non licet.Facit ꝙ no. gl.in c. ius gentium.diſt.j.Si uerò tenetur ad mortē uel abſciſſionē membri,ſm Do.Ant.ſi peccatum eſt manifeſtum, peccat fugiendo vt in peccato perſeueret:ſi uerò ut pęniteat, non licet:tñ ſi fugit,non tenetur ſe reſtituere.Secus ſi occultū:quia pōt fugere.Et hoc ſequitur Su.Ang.ſed melius indiſtincte tenet Su. Roſ.ꝙ fugere pōt ſiue peccatū ſit publicū,ſiue occultum,ēt poſt ſnīam datā:quia ita ſentit S.Th.ut patet ſ. Accuſatio.§.16. ubi non habet contradictionē in fuga. & idē Alb. & Ray.& Aſten. & Pet.de An. poſt alios in cle. paſtoralis,de re iudicata.Sed inde non licet fugere faciendo uiolentia alicui: quia tunc haberetur iniuſtū bellū,nec ſimiliter ſm Hēricū de Gandauo.9. quol. licet infringendo carcerem: puta ſi iudex dānatum in carcere dimittit ſine uinculis,negligēs carcerē firma



re:abſq; oī iniuria iudicis, qui nullū ius hēt ī ſubſtātia corporis,pōt ſuū corpus abducere,quemadmodum ſi quis agrum ſuū ſepiat,nulli licet trāſire per illū rumpendo ſepē: ſi tñ ſepes non fuerit, licitū erit tranſire per agrū.Et,quod plus eſt,ſi pręcipiat iudex ne in carcerē exeat:tñ ſi nō oportet, ꝙ uincula & carcerē dirūpat, uel quicq̄ ſimile faciat, circa aliquid in quo ius habeat, obedire nō dēt.Et idē dico de ſuffragantibus: quia licet modo faciat bono fine & ſine uiolentia alicuius,maxime cuſtodis.Eodē modo fugere licet, ēt poſt ſnīam datā ei, q̄ quæritur ut capiatur,non tñ cū uiolētia officialiū uolentium eum capere, quia ipſi habent iuſtum bellum contra ipſum.3.q.5.non putes.11.q. 3.qui reſiſtit.& ſic eos impugnando mortaliter peccaret:& ſimiliter auxiliantes.

2 †VTRVM aūt fugere teneatur qui pōt, S.Th.videtur uelle ꝙ ſic:eo ꝙ nō fugere ſit ſe occidere.Sed dici pōt,ꝙ non tenetur fugere,licet poſſit:quia poteſt patienter ferre, vt de ſuis exceſſibus fiat ius: & ſic ſe occidere patiendo occiſionem,non eſt peccatum: ſicut ēt non ſe occiderunt martyres,q̄ fugere aliqñ potuerunt. An uerò poſſit prelatus fugere ꝑſecutionē.uide ſ. Eps.§.8.par.2.

## DE FVNERE.

FVNVS quo ad ſumptus fieri dēt ſm dignitatē, aut facultatē defuncti. l. ſi quis ſepulchrū.§.ſumptus.ff. de reli. & ſum. fu.& de ſuo expedit mortuū funerari.Vnde mulier de dote,quaſi de ꝓprio patrimonio funeret̄. l.in eū.ff.de reli.& ſūp.fu. & funeris īpēſa ſemꝑ ex hæreditate deducit̄: q̄ ēt oē creditū ſolet ꝑcedere,cū bona ſoluendo nō ſunt.l.funeris.cū duabus ll.ſeq.ff. de reli. & ſump.fu.Qđ limita de ſumptibus neceſſarijs,& honeſtis,nō de pōpaticis,quia in conſciētia nō liceret ex eo, qđ alijs debetur pōpatice tumulare. De iſta materia ĩ. Hæreditas.3.§.6.&Sepultura.j.§.14.&Reſtō.6.§.v.

## DE FVRIOSO.

FVRIOSVS nullo caſu ſe pt obligare. de reg.ſicut tenor.q̄a nō cōſētit.Vñ nota,ꝙ ēt benefaciēdo nō ꝓſumit̄ ſanę mētis.Ex quo īfero,ꝙ licet faciēdo teſtm̄, quilibet mētis cōpos, nō ualet. & idē vr̄ ſi daret bona ſua ꝓ anima.ar.de ſuc.ab inteſta.c.fin. Nec qđ facit imputat̄ illi ad culpā, aut pœnā.arg.cle.ſi furioſus.de ho. ff. ad l. Pōp. de parri.l.pe.ff.de off.pſi.l.diuus. j. reſpon. Vñ pati pōt iniuriam,ſed nō facere.ff.de iniu. l. illud relatū.q̄ lex ponit̄ in c. illud.xv.q.j.Vñ

etiam quod facit, perinde eſt ac ſi ſine facto perſonæ accidiſſet. ff. de admi. tut. l. vlt. in fi.

## DE FVRTO.


1 *Furti definitio, et eiuſdem per ſingula uerba explicatio uſque ad nu. 3.*

2 *Domino inuito, quando res conferri dicatur. Et ibidem limitatio.*

3 *Furtum ſicut uarie conſiderari poteſt, ita & uarie partiri. Et id aliquot axiomatis explicatur: ac de ſingulis ptib. ac formis ſeorſum differitur.*

4 *Furtū etiā in re modica, an mortale peccatū ſit.*

5 *Simonia in modico an committatur. Et ibidem, quod actio de dolo, non niſi ex re magna, & calliditate datur. Et res magna quando dici debeat.*

6 *Surripere minima qui ſe de domini uolūtate credit, ac mox de domini uoluntate contraria comperit, quid facere debeat, ut ab hoc excuſari poſſit.*

7 *Furti pœna quænam ſit, & contra quem furti actio competat. Et de primo uſque ad nu. 9*

8 *Calices, patenas, et huiuſmodi ſacra qui furatur, an ſit excommunicatus. Et fur qui ſuſpenditur, an ſepultura priuetur.*

9 *Furtum hic committens, an ab alio iudice, ad cuius diſtrictum pertranſiit, puniri poſſit.*

10 *Furans ex neceſſitate, an furtum committere dicatur, & mortaliter peccet. Et an quod hoc caſu ſubreptum eſt, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, qui furatus eſt, reſtituere teneatur. Et ſub hæc, cur paupertas furtum, non adulteriū, fornicationem, & huiuſmodi excuſet. Et num homicidam defenſionis neceſſitas excuſare debeat.*

11 *Chriſtianos ab hoſtibus captos, qui furatur et liberat, num furtum committat, & mortaliter peccet. Et an Chriſtiano a Saraceno detento furari liceat. num. ſeq.*

13 *Furtū facere num cenſendus ſit, qui pinguiore re depoſita, aut ad aliū uſum cōmodata, utatur.*

14 *Furari, ut inde eleemoſyna fiat, an licitum ſit.*

15 *Mulier uirum ſui profunditatem habens, an ſi contra eius prohibitionem de bonis eiuſdem celet, ut ſibi ac uiro, cum neceſſe fuerit, prouidere queat, an furtum cōmittat. Et quid de filio fami. aduerſus parētū uolūtatē bona ipſorū ſurripiēte.*

16 *Subripere rem meam apud alium exiſtentem, num propria poſſim auctoritate. Et quid de eo, qui debitum a debente conſequi nequit, an poſſit ſibi de debitoris rebus furtim ſatisfacere. Et qui de hoc facit, quot requirantur ut nō peccet. num. ſeq. Et an ad prælati præceptum ſub excommunicationis pœna, quot ſic ſubtraxerit, reuelare teneatur. num. 19.*

18 *Furtiuæ rei, aut raptæ, an cōtra dominum uſucapio procedere queat.*

20 *Fur ad reſtitutionē ablatorum, qualiter & ad quid teneatur.*

21 *Filiusfamilias, uxor, aut religioſus, an contra patris, mariti, aut ſuperioris uoluntatem ſubreptum reſtituere queat.*


1 FVRTVM, ꝑpriè ſm S. Th. 2. 2. q. 66. ē acceptio rei alienæ occulta. Sed ſumendo furtū ut ēt includit rapinā, latrociniū, & ꝑdā, eſt cōtrectatio rei alienæ fraudulosa inuito dño, lucrifaciēdi gr̃a, ſiue ipſius rei, ſiue vſus rei, ſiue poſſeſſionis. ff. eo. l. j. Et intellige, ſm Ray. & alios Sū. rei alienæ mobilis & corporalis. Notāter dr̃ primò cōtrectatio: q̣a ſine ea nō eſt furtū, ēt ſi uolūtas interueniat, aut verbū quo ad hoĩes: ut in d. l. j. §. j. ſecus quo ad Deū. de pę. di. j. vulgaris. & c. ſi ꝑpterea. 14. q. vl. q̣a eſt cōtra illud pręceptū, Nō cōcupiſces. Scd̃ò dr̃, rei alienę: q̣a in re propria nō pōt eſſe furtū, niſi alius haberet ĩ ea ius aliquod: puta, quia erat cōmodata, uel impignorata, aut hmōi. ff. eo. l. cū ęs pignori. & l. ſi is qui rē. la j. & idē S. Th. 2. 2. q. 71. quo ad Deū tñ cōmittiť ĩ re ꝑpria, q̄ creditur aliena: & nō cōmittiť in re aliena ſi probabiliter creditur ꝑpria. Inſt. ui bon. rap. §. q̣a tñ. Tertiò mobilis & corporalis: q̣a in immobilibus, ut eſt ager: & incorporalibus, ut ſunt actiones, & ſeruientes, nō cōmittitur furtū. ff. eo. l. uerū. la j. q̣a talia nequeūt attrectari. Quarto fraudulosa: quia ſine aīo furandi: ut quia putauit rē eſſe ſuā: uel poſſe accipere ab eo, qui habebat ibi ius, nō committit furtū, licet alias teneatur, ſ. q̣a perdit ius qđ habebat in re: & ſi nō habebat, condēnatur ad reſtitutionē rei, & inſuper ad ęſtimationē illius, ex eo q̣ uoluit ius ſibi facere. Inſt. ui bo. rap. §. q̣a tñ. & §. ſeq. Qđ Sum. Ang. dicit uerū ſolū iure fori, nō poli, ꝯ Suppl. & malè: quia pęnā legalē quis ſoluere teneť in cōſcientia ſi condēnetur: ut ĩ. Pęna. §. 25. Quintò, inuito dño: q̣a ſi credit dñm per miſſurū, & ſubeſt iuſta cā credēdi, nō teneť: ſecus ſi nō ſubeſſet. ff. eo. l. ſi is q̣ rē. Et in dubio ꝑſumiť dñs ĩuitus. ff. e. l. q̣ vas. §. vetare.

2 ET dicitur dominus inuitus etiam ſi uideat rem auferri, quāuis non contradicat, ſ. ex timore, uel uerecundia. ff. eo. l. pen. aliàs nō contradicēdo, cū poſſit uidetur conſentire: arg. c. error. diſt. 84. & c. conſentire. Qđ tñ fallit in caſu l. ſi quis ſeruo. C. de fur. ubi perſuadens ſeruo ut tollat rem à dño, & ſeruus tollit eā dño permittente, cui prius denūtiauit, tenetur furti, & ſerui corrupti. Si aūt putauit inuito dño, & tamen dñs uult: furtum quidem facit quātum ad ſuam intentionē, ſed

ſed reſtituere non tenetur,nec dñs pôt repe tere obſtante ſibi ſua voluntate.ff.eod.l. inter oẽs. §.pen.Sextò dr̃ lucrifaciendi gratia: quia ſi quis alienam rapuerit ancillam non cã lucri,ſed libidinis, furtũ cõmittit.ff.eo.l. verũ.la 2.aliàs incipit,certũ.Septimò dr̃ ipſius rei,vel vſus,ſiue poſſeſſionis:quia nõ ſolum committit furtum, qui rei dñium vult lucrari, ſed etiam qui vult in re ipſa lucrari vſum,& poſſeſſionẽ. d. l. qui ſacrũ.ff.eo.l.ꝗ inuenta,& teneẽ ad æſtimationẽ ipſius vſus.

3 † PRIMO verò quæritur,quot ſunt ſpẽs furti? Et dico tria.¶ Primũ ſi ſpẽs furti diuidantur ẽm modũ furandi,ſunt duę, licèt innominatæ proprio noĩe: prima eſt furtum factũ clanculo ſine armis,vel aggreſſura, & propriè noctu:ſecunda eſt furtum factũ palã quantum ad dñm rei cũ armis,vel aggreſſura,& propriè ad ſtratas.Vñ dicit Pan. in c.2. de fur. ꝙ fur propriè dr̃, ꝗ de nocte furatur. ſed adde,ſine armis:vt in auth. ſed nouo iure.C.de fur.& ſer.cor.latro aũt,inquit, ꝗ de die.& facit l.j.ff.eo.qui dicit,ꝙ fur dicitur à furuo.i.nigro, eò ꝙ obſcurè de nocte plerunq; furetur.Bar.verò in auth.ſed nouo iure.C.de ſer.fu.dicit,ꝙ fur dr̃, ꝗ furatur clam ſine aggreſſura:latro verò cũ aggreſſura, ſiue cũ armis,ſiue ſine:vt in proxima auth. capiũtur tñ ſæpe æquiuocè:vt in c.tua. de ho. ¶Secundũ.Si verò diuidantur ẽm aliqua accidentia furto,à doctoribus ſimiliter ponuntur duæ.Nam quoddam furtum eſt manifeſtum,illud.ſ.cũ quo fur deprehenditur:adde vel etiã latro prius,ꝗ̃ veniat ad locũ deſtinatũ.Aliud nõ manifeſtũ, cum quo.ſ.non deprehenditur.ff.eo.l.2.& 3.¶Tertiũ. Si verò diuidantur ẽm res furatas,quædã furta retinent nomẽ generale, vt dicantur furta ſolũ: ꝗdã verò habent ſpeciale, & dñr ſpẽs furti. Et ſunt quatuor.prima.ſ.ſacrilegium, quod eſt furtum rei ſacræ. de quo ĩ.ſuo loco. Secunda,peculatus,quod eſt furtũ de re publica.23.q.4.quid ergo.nõ aũt eſt de re religioſa vel publica,vt ꝯ oẽs tenet Sum.Ang.quia hęc ſpẽs incideret cum priori.Tertia eſt abigeatus.i. furtũ de grege ab hoc diſperſo. ff. de abig.l.j.§.j.Quarta eſt plagiatus.i.furtum hominis liberi venditi ſcienter,uel empti.ff. de plag.l.j.& adde uel donati,aut dati in dotẽ,aut ꝑmutati,ẽm Bar. in l.nõ ſtatim.ff.ad le.Flauiã.de plag.per l.ſi libertũ.eod. tit. vel etiã ſi quis alienum ſeruũ ſolicitauerit, vel aſportauerit,i.ad alienã religionẽ furtiuè duxerit.C.de plag.l.j.Non tñ tenentur d.l.Flauia Cardinales & domini donantes ſibi cantorem aut ſeruitorem,ẽm Bar.ibi: quia non donant eos quaſi libertate priuantes: ſed ut apud aliũ ſicut apud ſe ſint liberi,& ſpõtanei.

4 † SECVNDO quæritur utrũ furtum ſit peccatũ mortale,ẽt in re modica? Et dico furtũ eſſe mortale ex ſuo genere, tum quia eſt cõtra iuſtitiã:& omne tale eſt mortale, ẽm S.Th.2.2.q.59. tñ quia eſt cõtra diuinũ ꝓceptum Exo.20.ubi prohibetur non ſolũ furtum proprie eo modo, quo diffinitũ eſt, ſed ẽt oĩs illicita uſurpatio alienæ rei. 14.q. 5.pœnale.32.q.4.meretrices.ẽt quantũcunque modica,ut 14.q.4.c.6.& Inſt.de re.di.§. gallinarum.ubi dicit gl.ẽt in ouo.quod quãtũ ad peccatũ mortale.ſ.ſit in furto rei modicæ,limita,ſi adſit voluntas ſubtrahẽdi maiora,ſi poſſet,uel qñ ex ablatione paruæ rei, dominus intelligitur grauari, quia. ſ. parua res eſt illi multũ chara: ut patet ex S. Th. 2. 2.q.66.Aliàs ſubripere minima nõ erit mortale,ut ibi dicit.& facit c.& ſi qõnes.de ſim.

5 † VBI nõ cõmittitur ſimonia in modico.l.& elegãter.§.vl.ff.de dolo. ubi non dẽt actio dari de dolo,niſi ex re magna.& euidẽti caliditate.& gl.in uerbo,magna,dicit,i.vltra duos aut tres.quod limita verũ circa magnum dñm.aliàs vr̃ ſtãdum arbitrio boni uiri:quia pauperi obolus aliqñ eſt quid maius, ꝗ̃ aureus diuiti:quia ĩde panẽ emit vñ viuit.

6 † QVI aũt minima credidit ſe dñi uolũtate ſubripere, & deinde cõperit de uoluntate cõtraria,reſtituat quod accepit,& penitus excuſaẽ:aliàs nõ,vt ĩ c.peccatũ.de re.iu.li.vj.

7 † TERTIO quæritur.ꝗ ſit pœna furti? Et dico multa.¶Primũ.Actio furti datur cõtra quẽcuuq; furem,ẽm Hoſt.ẽt ſi ſit impubes,modò ſit doli capax.ff.eo.l.impuberẽ.& cõtra eũ,qui dedit opem,uel cõſiliũ.l. is qui rem pignori.§. ſi tu.ff.eo. Qđ fallit in patre cõtra filium & ecõtra.& in vxore cõtra maritum,& ecõtra,cõſtãte matrimonio. ſed datur eis actio in factũ,ſeu,rerũ amotarum.l.ſi quis uxori.ff.eo.&l. ſi.C.eo. Sed intellige ſi furtũ ſit ſecutũ. Intellige ẽt de filio habẽte peculiũ caſtrẽſe: aliàs nõ eſſet iudiciũ inter illũ,& patrem.ff. eo.l.nec cũ filio. ¶Scd'm.

8 † QVI furatur calices,patenas, & huiuſmodi ſacra,nõ eſt excõicatus, ẽm Pan. in c. ex literis.eo.ti.niſi cum furto ſimul fregerit oſtia eccleſiæ,vel armaria,aut feneſtras, uel huiuſmodi.facit c.cõqueſtus.de foro cõp.& c.conqſti.de ſent.exc.& qđ ibi no. ¶Tertiũ. Fur,ꝗ ſuſpẽd.ẽ.nõ priuaẽ ſepultura:ſed ſepe-

ſpendus eſt in cœmeterio, ſm Pan. c. 2. eo. ti. & oēs alij, qui ꝑ ſua delicta vita priuātur, & eis omnia alia ſacramēta miniſtrāda ſunt ſi pœniteat, ut eſt tex. in c. fi. 14. q. 2. nec valet cōſuetudo cōtraria. cle. j. de pœ. & remi. Gl. tñ in d. c. fi. dicit verū de ſepultura, modò fiat auctoritate principis. alle. ff. de cada. pu. l. j. & bene: cle. aūt reprobans conſuetudinē contrariā loquitur ſolū de ſacramētis. ¶ Quartū. Si de furto agatur criminaliter, id eſt, ad penam corporalē: pena eſt fuſtigatio, vel exiliū, vel aliud arbitrio iudicis, non tñ occiſio, vel mutilatio. C. de ſer. fu. auth. ſed nouo iure. quod uerū eſt, ſi eſt ſimplex fur: ſecus ſi cū armis, aut violēter aggreditur in domibus, uel in itinere, aut mari: uel ſi palā ſurripit: q͞a tunc ſuſpēditur. l. capitalium. §. graſſatores. & §. famoſos. ff. de pœ. ſm Ray. tñ neceſſitas pacis cōis, & frequens incorrigibilitas malitiæ hoīum hmōi rationabilē facit conſuetudinem, qua ſuſpendātur oēs latrones, quantūcunque ſimplices. Si verò agatur ciuiliter, tunc ſi eſt manifeſtum, pęna quadrupli, ſi uerò non eſt manifeſtum, pęna dupli punitur. Inſt. de oblig. quæ ex deli. naſcuntur. §. pœna. & §. fi. quæ pœna etiā poſt annum peti poteſt, & in perpetuum. Inſtit. de perp. & temp. actio. §. furti. Et licet quis primò egerit criminaliter, poteſt iterū agere ciuiliter, & econuerſo. C. qn̄ ciu. act. præiud. crim. l. vnica. & l. fi. ff. eod. tit. An autem hæc pœna in conſcientia ſit ſoluenda, dic ꝙ ante cōdēnationē, ut ĩ. Lex. §. 9. itē, Pę. §. 25.

9 † QVARTVM, vtrum cōmittens furtū hic puniri poſſit per iudicem alterius territorij, ad quod tranſiuit cū re furtiua? Et dicit Pan. in c. j. de rap. cōem opi. fuiſſe uſque ad tpa Bar. ꝙ non, quia ex aſſidua cōtrectatione non oritur noua actio furti. Sed ipſe Bar. in l. ſi dñiū. tenet contrariū: quia ſicut ex interuētu nouæ ꝑſonæ oritur noua actio furti, vt in d. l. ſi dñium. ita ex cōtrectatione noua facta in nouo territorio, per quā opinionē hoīes plurimi ſunt ſuſpēſi. Moderniores aūt adhuc dicunt, ꝙ ipſa de ſtricto iure nō procedit, licet eā Franc. de Aretio ſit ſecutus, & non Accurſius. hæc Pan. Quē etiam uide in c. j. de pę. vbi de mēte Bar. in l. ſi cui. ff. de accu. ꝙ ſi quis cōmiſit plura delicta in uno territorio, & in hoc aliud, uel aliud reiterāuerit, non pōt in hoc territorio puniri ꝑ delictis alibi cōmiſſis, niſi alia rōne hic forū ſortiatur, ſed bene pōt aggrauari pœna ex illis, ſicut fur delinquens habito reſpectu ad priora furta diceretur famoſus latro, & hic ut famoſus ſuſpendi poſſet. l. capitaliū, §. famoſos. ff. de pœn. licet directè hic puniri nequat pro delictis alibi commiſſis.

11 † QVINTO q̄ritur, utrū furtū cōmittat & mortaliter peccet qui ex neceſſitate furatur? Et dico multa. ¶ Primū. Scd'm Dir. li. 3. ſi neceſſitas famis aut nuditatis ſit nimia, nō cōmittit furtū, nec peccat, nec pęnitētia imponitur. de pœ. diſt. 5. diſcipulos. quia in tāto periculo reduci dēt ad ius naturale, qđ uult oīa eſſe cōia. & intelligitur nimia. i. extrema, ſm Pan. in c. qm̄. de ſimo. & Ray. & S. Th. in 2. q. 69. qui addit, ꝙ pōt quis eo caſu occultè ſubtrahere ꝑ ſe & alio, quia oīa ſunt cōia. Si aūt neceſſitas ſit modica ſm Dir. nō excuſatur. ſ. à toto, etſi à tāto, ſed tenetur reſtituere, uel tribus hebdomadibus ieiunare, extrà, eo. ſi quis. & intellige modica, id eſt, nō extrema, licet ſit magna, ſm Pa. ubi ſ. Vñ d. c. ſi quis ꝑ neceſſitatē, quod. ſ. reſtitutionē uel ieiuniū imponit, nō intelligit in extrema neceſſitate, ſm S. Thom. Ray. & Inn. & gl. nec etiā intelligitur in parua neceſſitate ſimpliciter, quia pro tali nō ꝑmitteretur illa diſiunctiua, ſ. ꝙ ieiunet, aut reſtituat, aliàs nullus cogeret mēdicare, ſed ītelligit ꝑ magna ſimpliciter arbitrio boni uiri, licet ſit parua reſpectu extremæ. Scd'm. Sed quāuis nō ſit in neceſſitate extrema, excuſari tñ pōt à toto furtiuè ſubripiendo, qn̄. ſ. ille ſic abūdat, & iſte ſic neceſſitatur, ꝙ de pręcepto ſibi ſubuenire tenetur. quod qn̄ ſit, ui de ſ. Eleemoſyna. ¶ Tertiū. Licet Sup. cum Pan. vt illi imponitur à Roſ. teneat ꝙ is, qui in extrema neceſſitate furatur reſtituere teneatur ſi uenerit ad pinguiorē fortunā, habito tñ reſpectu ne egeat, nihilominus uerius ſenſit Sum. Ang. & Roſ. cū Dir. ꝙ non tenetur maximè ſi res ſit conſumpta, ꝑ no. in c. ſuggeſtū. de deci. ubi dr̄, ꝙ res habens ſuam ꝑfectionē, nec continens actū ſucceſſiuū, nō reuocatur, licet poſtea eēt cā talis rei. Et ſic in propoſito licet ceſſet cā furādi in præſentia fortunę pinguioris, tñ q͞a ſemel huic iure interualli acquiſitū eſt ius ꝑfectū in re capta, reſtituere nō tenet. & cōſentit Scot. in 4. & eſt opi. cōis. Similiter nō tenetur reſtituere, qui furatur in neceſſitate nō extrema, ſed magna, ubi alius tenebatur ſubuenire eadē rōne, ſi uerò nō tenebat, tenet reſtituere nō ſimpl'r, ſed ſub diſiūctione, id ē, reſtituere, uel ieiunare, ut ſ. Limita tñ iſta, niſi is, cui ſublatū eſt, eſſet in neceſſitate ęquali,

quia

quia auferre non licet, & ablatum obnoxiũ eſt reſtitutioni:quia in pari cã prior dēt eſſe conditio poſſidentis.ff.de cond.ob tur.cau. l.ſi ob turpẽ.§.porrò.¶ Quartũ. Quare paupertas excuſet furtũ,& nõ adulteriũ,vel fornicationẽ & hmõi.Pan. in d.c.qm̃. de ſimo. vř dicere ꝙ ſic:quia illa ſunt mala de ſe, & non furtũ.Sed excuſatur ex cã.& hoc ſequitur Sum.Ang.& malè: quia furtũ eſt contra legẽ naturalem, & prohibitum, quia malũ, non malum quia prohibitũ.Vnde dico hoc ideo eſſe,quia eo caſu furtũ nõ eſt furtũ,ſed occulta ſublatio rei ꝓpriæ:quod Dir.intendebat dicens hoc ideo eſſe,quia eo caſu oĩa ſunt cõia.Qui etiam dicit,ꝙ ideo excuſatur homicida ꝑꝑ neceſſitatem defenſionis:vt in cle.ſi furioſus. de homi. & non mulier,quæ fornicatur.ſ.ex eadem cã,nec ordinatur: q̃a inuaſus,niſi ſe defenderet,quodam modo ſe occideret: mulier aũt improba nõ ſe defendit,ſed impugnat:vt patet ĩ c.Iordane,de eo qui co.conſ.vxo.Vnde cum uoluntariè peccet,non excuſatur.Vel dic ideo eſſe,quia eo caſu homicidiũ non eſt homicidiũ, id eſt, iniuſta occiſio:quia plus tenetur quiſq; vitã ſuam tueri,q̃ alienã cęteris paribus:fornicatio autem illa uerè eſt fornicatio.

†SEXTO quæritur, vtrum furtũ cõmit
11 tat & peccet, qui Chriſtianos ab infidelibus captos furaẽ & liberat?Et dicũt Hoſ.& Ray. ꝙ ſi eſt tp̃s guerræ,in nullo tenetur.23.q.2. dñs.& q.8.vt pridem.Si verò eſt tp̃s treugę, tenetur ipſi pagano reſtituere, non hoĩem, ꝑꝑ periculum animæ, ſed æſtimationẽ.23. q.j.noli.licet ẽm Ray.ſubripiendo hoĩem recta intentione,nõ peccauerit. Si tñ captiuũ pagani ad circunciſionem vel idolatriã, aut aliud mortale cõpulerunt,ille factus eſt liber penitus: & ſic qui furatur illũ meretur arg. diſt.54.nulla.Alij verò,vt Sup.& Sum.Ang. ac Roſ.indiſtinctè tenent,ꝙ furando hoĩem non peccat,nec tenetur ad reſtitutionẽ etiã æſtimationis: quia Chriſtianus à pagano captiuus teneri nõ põt niſi iniuſtè.vt in rub.C. ne Chriſtianũ mancipiũ hæreticus vel paganus vel Iudæus habeat vel poſſideat:vt in l. vna.ibi poſita.& di.54.mãcipia.Et hoc q̃dẽ regulariter eſt verũ:ſed nõ ſemꝑ: q̃a cũ hoſtibus fides ſeruãda ſit,vt ſ̃.dictũ eſt,q̃ treugam frangit,iuſtè capitur,& cõſequenter iuſtè tenetur:vnde melius cũ prioribus diſtinguitur. Et idem dicendumq́ eſt de eo qui liberat iniuſtè detentũ à Chriſtiano. De alijs ãt ablatis à paganis tꝑe treugæ,tenetur.23. q.j.noli.Secus ſi eſſet indictũ bellum contra eos:quia liceret.23.q.2.dominus.

12 †SEPTIMO, vtrũ Chriſtiano detento à Saraceno liceat furari? Et dicit Hoſt. ꝙ ſi iſte Chriſtianus erat in culpa frangẽdo treugã,& fuit captus,nec ei neceſſitatis periculũ imminet,illi furari non licet:ſed teneẽ reſtituere:q̃a iuſtè detinebatur. qđ etiã ſequitur Sum.Roſ.& conſequenter ſibi in §.priori repugnat:& ſimiliter Suppl. Si verò iniuſtè detinebatur: vt quia tꝑe belli captus eſt, vel ſi neceſſitas immineat, reſtituere non tenetur.

13 †OCTAVO q̃rĩ, vtrũ ſit furtũ vti pignore,vel vti de re poſita aut cõmodata ad aliũ vsũ?Et dico,ꝙ ſic,vt patet ex dictis ſ̃.Depoſitũ & cõmodatũ.& ex dicendis ĩ.Pignus.

14 †NONO q̃ritur vtrũ liceat furari,vt inde fiat eleemoſyna?Et dico ꝙ non,14.q.5. fortè aliq̃s.imò teneẽ reſtituere q̃ hoc fecit: & ſi eſſet vſurarius cui furatur: tñ non licet niſi ꝓ exiſtẽte in neceſſitate,vt dictũ eſt §.5. vel niſi furetur vt reſtituat dño:q̃a talis ẽm Hoſt.vř excuſatus.ar.ff.dep.bona fides.quia ẽt vtiliter gerit negociũ ſuis: & cõſequẽter cogitur ratũ hr̃e.ff.de neg.ge.l.ſed an ultro.

15 †DECIMO quæritur vtrũ uxor, quæ habens virum prodigum,contra eius prohibitionem celat de bonis eius, vt ſibi & viro prouideat tꝑe oportuno,furtũ committat? Et dicit Rod. quod nõ:nec tenetur obedire viro præcipienti omnia ſibi tradi,quia ſic ẽt datur gladius furioſo. ¶ Vndecimò quæritur,utrum furtum committat filiusfamilias aliquid ſurripiens de bonis parentum cõtra eorũ voluntatẽ? Et dico ꝙ ſic, ẽm Arch.& ſi eſt quid notabile, eſt peccatũ mortale: & ſi coherentes hẽt, vř obligari illis poſt mortẽ parentũ ꝓ rata.ſi quãtitas eſt notabilis, niſi parentes ipſi,quorum intereſt,de hoc aduertant ac diſſimulent & tolerent.vel niſi ſuper his remiſſionẽ obtinuiſſent à parentibus.Et multo magis hęc vera ſunt de emancipato.

16 †DVODECIMO q̃ritur, vtrũ liceat mihi rem meã apud alium detentã propria authoritate ſubripere? Et diſtinguo ẽm Sã. Th.2.2.q.66.c.3.Nam ſi teneretur iuſtè, vt quia depoſita eſt,non licet: quia grauat depoſitariũ ad reſtituendũ aut oſtendendum ſe innoxiũ.ff.dep.l.depoſitum,& l.ſi hoĩem. Et idem intellige ſi eſt commodata:quia is, cui eſt commodata, tenetur de re amiſſa.ff. comm.l. rem mihi. & idem de pignore.ff. fur.l.eum qui, & l. creditoribus. §. ibidem ſcribit.Vnde ad reſeruandum iſtos, teneris,

In conſcientia tñ ſi prędictis nullum damnum põt euenire, eſt licitũ, ſm Vldri. & Ho. alle. l. bona fides. §. j. ff. depo. Si uerò detinetur iniuſte, tene accipiendo eam, aut ſm Archi. aliquid æquiualens, peccas miniſtrãdo tibi iuſtitiam, ſm S. Th. contra l. j. C. ne quis in prop. cau. non tamen teneris reſtituere, ſecundum S. Tho. Aliquando tamen hoc fit ſine peccato concurrentibus his, de quibus §. ſequenti.

17 †DECIMOTERTIO q̃ritur, utrũ is, qui debitũ ſibi hẽre nõ põt, poſſit ſibi furtiue ſatisfacere de rebus debitoris, puta famulus de rebus dñi, & ſic de alijs? Et dico ſecundum Ric. in 4. di. 15. ꝙ licet tales peccẽt in modo accipiendi, tñ reſtituere non tenentur. Ad hoc quoq; ꝙ non peccent, ſm doc. multa requiruntur, q̃ videntur reduci ad iſta ſex. Primò, ꝙ quis nõ ſit dubius an dẽat habere uel nõ, ſed ſuum creditũ ſit ſibi liquidũ, quia actori probatio incũbit, aliàs exponeret ſe periculo furti. xj. q. j. indecens eſt, & ſatis abominabile dedecus ut in re dubia certa detur ſnĩa. Scd̃ ò, ꝙ non poſſit ſuum habere in iudicio, quod ſm Aureo. tunc eſt, qñ non habet qui uelit teſtificari, aut iudicis pſentiã: & ſm Arc. qñ non ſperat probabiliter iuſtitiã. Adde qñ res eſt modica, & expẽſę iudiciales multę. Tertiò, ꝙ nõ ſit ueriſimile ſequi ſcãdalum aut grauamẽ alijs: quia nemo dẽt cum alterius iactura locupletari, de reg. iur. lib. 6. Quartò, ꝙ non immineat illi periculum famę ex hoc, ꝙ res probabiliter uentura ſit ad lucẽ, quia qui fidẽs cõſcientię famã ſuã negligit, nimis crudelis eſt. xij. q. j. nolo. Quintò, ꝙ nõ ĩmineat periculũ ꝓprię perſonę, quia hoc eſſet tẽtare Deũ. ar. 22. q. 2. q̃ritur. Sextò, ꝙ conſcientia ſit ſtabilita: ſic ꝙ nec aliquid fiat cõtra eã: nec putet q̃s ſe vẽturũ in tẽtationẽ peccati mortalis, paratus: ſ. periurare ſi interrogaretur, ar. 22. q. 5. & ꝑiurare. Peccat ergo ꝯ pdicta ſibi ius faciens, ſed ſatisfacere nõ tenetur, niſi plus debito accepiſſet, uel niſi non reſtituendo immineret aliquid de prædictis malis, cui obuiaretur reſtituendo: quia eo caſu teneretur. ar. c. cũ ex iniuncto. de noui oper. nuncia. §. ſup eo.

18 †DECIMOQVARTO q̃ritur, vtrũ poſſit vſucapere in re furtiua aut rapta contra dominium rei? Et dico, ꝙ non, tam quo ad furem, q̃ quo ad eius hęredes, & eũ qui emit ẽt bona fide, & quencunq; qui quocunque titulo habuerit. Inſt. de uſuc. §. qđ autẽ dictũ eſt, de quo tñ dic vt ĩ. Pręſcriptio. §. 13.

19 †DECIMO QVINTO quęritur utrum tales qui ſibi ſatisfecerunt accipiẽdo, de rebus debitoris, teneãtur dictas res manifeſtare, ſi ꝓlatus ꝑcipiat hoc ſub pœna excõicationis? Et dicit Sum. Ang. ꝙ non, quia ex quo licite põt tale q̃d in recõpenſatione retinere, iã effectum eſt ſuum, nec amplius eſt alterius. Et ſi diceretur in ſnĩa: qui animo recõpẽſandi, uel qualitercunq; &c. ad huc nõ tenetur: quia tunc expſsè cõtinet intolerabilẽ errorẽ: & ſimiliter non tenetur reuelare, qui ſcit talem tenere animo recõpenſandi, certus de debito quod talis debet habere. Secus ſi non ſit certus, licet ipſe hoc dicat: quia aliter multę fraudes fieri poſſent, hęc ille. Sed contra iſta arguit Sum. Roſ. tñ quia iſta ſunt cõtra ſtylum curię & auditorum in curia Romana, quia huiuſmodi literas emanaſſe a curia pdicta uidimus ſæpe. Nec dicendum, ꝙ in hoc curia erret, quia ꝓlati hoc rationabiliſſime facere poſſunt: q̃a multi ſui amore cæcati credunt ſe creditores, cum debeant alijs. Vnde iuſte talẽ clauſulã apponunt, quia in pluribus tales decipiuntur. Et ſi dicatur, inquit, ꝙ creditum eſt certũ: licet ꝓbari non poſſit, & ſi reuelet, cogetur reſtituere, nihilominus licite talis ſententia, quia leges adaptantur ad ea, quæ in pluribus accidunt. ff. de legi. l. nã ad ea. Ad qđ facit qđ no. Rich. in ſimili iiij. diſt. iiij. ꝙ iã iuſtificati, ut beata uirgo, & Ioãnes Baptiſta tenentur ad baptiſmum: quia q̃uis lex ſtatuatur ꝑꝑ ea quæ accidunt in pluribus: ſi tñ generaliter data eſt, ligat oẽs ẽt nõ habentes illud, ꝑꝑ quod data eſt. Ego aũt dico, ꝙ uterque iſtorum deficit in aliquo. & diſtinguo, quia ſi literæ comminatoriæ ſunt generales: ut cum dr̃, ꝙ aliqui tenent de rebus Petri contra Deum & cõſcientiã & huiuſmodi: nec reſtituere nec reuelare tenetur, qui ſibi recõpẽſauit: quia non tenetur ꝯ cõſcientiã. Si aũt loquuntur ſpecialiter faciẽtes mẽtionem ẽt de recompenſatione, aut loquuntur de reuelatione, & ſic ligãt: quia nõ cõtinet intolerabilem errorem, cũ hoc nec iniuſtũ nec illicitũ ſit, niſi qñ certum eſt uel probabile, qđ reuelãs cogetur reſtituere: quia idem eſt ac ſi loquerentur de reſtõne. quo caſu intelligendæ ſunt qñ recompenſatio fuit illicita, vt quia nimia, uel quia dubium creditum ſuum poſuit quis cõtra certã acceptionem alienæ rei, uel huiuſmodi, quo caſu ſententia ligat. Si aũt cõſtet iudicem intelligere ẽt in caſu licitæ recõpenſationis: cõtinet intole

intolerabilem errorẽ. Nec obſtat ꝙ Roſella adducit de legibus: quia licet ex his quę frequenter & in pluribus accidũt generaliter & quo ad oẽs ſtatuatur, non tñ ligant in caſu, in quo ſeruare piudicant cõi bono: ut 1. 2. q. 96. ar. 6. & talis caſus eſt qñ ſeruando eas fit contra iuſtitiã, ut in propoſito. Et idem dico de omnibus qui ſciunt tale factũ: quia non tenentur, niſi eo modo, quo & illi qui ſunt in cauſa. De hoc etiam uide ſ. Excommunicatio. 2. §. 4. dubio 8.

20 †DECIMOSEXTO quæritur qualiter fur teneatur ad reſtõnem? Et dico ſm S. Th. 2. 2. q. 62. quod tenetur reſtituere rem furtiuã q̃ citius poteſt, niſi obſtet cõpenſatio, de qua ſ. §. 13. & fructus rei non ſolum perceptos a ſe, ſed ẽt percipiendos a uero domino, ſeu quos uerus dñs percepiſſet. de reſti. ſpo. grauis. & l. in re furtiua. §. ſi ex cã. ff. de cõd. fur. nec põt retinere expenſas in tali re factas, niſi ut dictũ eſt ſ. Expẽſæ. §. 4. & ſi res pereat aut alienetur, nõ liberatur a reſtitutione: quia fur, ſicut & quilibet malæ fidei poſſeſſor, ſemꝑ eſt in mora. Vñ & ſi deterioratetur, teneſ ad æſtimationẽ, ĩ qua melius ualuiſſet apud dñm a tꝑe poſtq̃ eã ſurripuit. Facit d. c. grauis. & quod ibi notatur in gl. ĩ d. l. ĩ re furtiua. & in l. nauis. §. generaliter, ff. de rei uen. Imò tenetur reſtituere cũ oĩ melioramento ẽt facto per furẽ: puta ſi ex argẽto furtiuo fecit pocula. ff. de cõdi. fur. l. ex argẽto. & idem ſi ſuis ſumptibus creuit ſeruus furtiuus, ut in d. l. ex argento. & hoc in foro cauſarum: quia in cõſcientia ſufficit reſtituere oẽ intereſſe, niſi cõdẽnetur: uel res ſic meliorara legitimè uenerit ad manus dñi: quia tunc nõ põt ſumptus petere a domino, quia dolo facit qui petit qđ neceſſe hẽt reſtituere, de reg. iu. li. 6. Vnde vr̃ eas dñs poſſe retinere. De his ĩ. Reſtitutio. 3. §. 6. & 8. Excipitur caſus, qñ rem loco & tꝑe dño obtulit, & ipſe recuſauit accipere, quia purgauit morã. d. l. in re furtiua, nec tenetur, ſi perijt, aut deteriorata deinde fuit. C. de condi. furt. l. vlti.

21 †DECIMOSEPTIMO quæritur, utrum filiusfamilias, vel uxor, aut religioſus, poſſit cõtra uoluntatẽ patris, mariti, aut ſuperioris, reſtituere id qđ ſubripuit? Et dico, ꝙ ſi res extat apud eos, tenẽtur reſtituere. C. de fur. l. ĩ ciuilẽ. qđ intellige niſi periculũ in reſtituẽdo alicui immineat. Si uerò nõ extat, ſed eſt alienata uel cõſumpta: tũc ſi res uel ꝑtiũ eſt ĩ utilitatẽ ſuperioris cõuerſũ, põt bono modo de bonis eius reſtituere, etiã illo contradicente. Et dico in eius vtilitatẽ verſum, ſi ſe veſtiuit, aut calceauit honeſtè, aut hmõi. Si verò expendit inutiliter, puta in vanitatibus, & hmõi, non poteſt contra voluntatem ſuperioris reſtituere, niſi habeat vltra dotem, aut peculium caſtrenſe vel quaſi. cõcor. Mon. Si autem ipſe pater, vel maritus furatus eſt: filius, & vxor poterit reſtituere, ſi res eſt in eius poteſtate. d. l. inciuilem. nõ autem ſi eſt in poteſtate patris vel mariti. Si tamen hoc facerent bona fide, non peccarent mortaliter: quia non committunt furtum, cum attrectatio non ſit fraudulosa, nec cauſa lucrandi. concor. Rod. & Io. 14. q. 5. c. vlt. Vtrum emens rem furtiuã, reſtituere teneaẽ, ĩ. Reſtitutio. 3. §. 7. Vtrum fur occidi poſſit à priuato, ĩ. Homicidium. 1. §. 4.

DE GABELLIS & omnibus publicis exactionibus primo in genere quantum ad quid eſt.

1 *Gabella genericum nomen eſt, et quæ ſub ſe continere dicatur.*

2 *Penſio a uerbo pendo dicta, quid importet ac quotuplex. Item quid cenſus, ac tributum. Et an tributum in publicum ac priuatum partiri queat.*

3 *Vectigal a uehendo, quid a tributo diſtet. Et an eadem ſint teloneum, gabella, duana, ſalinariũ, datium, pedagium, guidagium, & huiuſmodi.*

4 *Talliam, præſtãtiam, impoſitionem ac collectam eadem eſſe. Et quid ſint. Et quotupliciter indici ac imponi queant.*

5 *Angaria & perangaria quid ſint, & in quibus conſiſtere cenſeantur.*

6 *Munus tripliciter accipitur, & in acceptione tertia triplicis eſt generis. Et quæ hic & ſuperius dicta ſunt, in quo differant, ac conueniant. n. ſeq.*

1 GABELLA primò ĩ genere exactionem publicam importat cum multis alijs, quæ ſunt penſio, cenſus, tributũ, pedagiũ, guidagiũ, vectigal, tallia, collecta, præſtantia, angaria, perangaria, munus, & ſi qua ſunt talia, de quorum conuenientia, & natura hic agendum eſt.

2 †PRIMO igitur penſio à pendo, quod eſt pondero, vel ſoluo: ſiue à penſo verbo frequentatiuo, quod eſt frequenter pendo: videtur importare, ſm grammaticos, quandã ſolutionem, vel æqualitatem, quam pondus oſtendit, ſcilicet pretij ad uſum rei pro qua ſoluitur: vnde eſt penſio pretium vſus rei locabilis: & eſt duplex, ſcilicet priuata, quæ priuato: & publica, quę principi vel communitati ſoluitur. Inde pẽſitatio, quæ ſecundũ Azo. in Sum. eſt ſolutio penſionis. ¶ Secũdò.

Cenſus aũt eſt quædã penſio quæ de prouẽtibus ſoluitur. 1.q.3.quæſitum.ſiue eſt quod annuatim ſoluitur in quãtitate uel ſumma. ff.de cenſi.l.ætatem.& eſt duplex,ſicut & pẽſio,ſ.publicus & priuatus.¶Tertiò. Tributũ uero eſt cenſus, qui pſtatur de proprio ſolo principi uel cõitati: dictum, quia militibus publicæ expeditioni uacãtibus tribuebatur, unde & ſtipendium dr,ut ff.de uerb. ſigni.l. ager.& ff.de pub.& uectig.l.j. §. hic titulus. ſuper uerbo,impendant,in gl. Vnde tributũ per priuatum & publicum non diuiditur. Igitur tributum & publica penſio ac publicus cenſus idem ſunt:ut C.in quibus cau.pi. contra. l. j. & C. ſi propter pen. pu.l, ſi accipitur.

3 † QVARTO. Vectigal aũt a uehendo dictum,ſm aliquos,in hoc differt a tributo: quia uehitur ad principem: tributũ aũt datur exactoribus eius.Sed melius dr uectigal ſm cõem interpretationem,quod pro rebus vectis ſoluitur. Vnde eſt ſm Archi. idem qđ guidagium,quod ſm Ber.in gl.c.ſuper quibuſdã.de uer.ſig.eſt illud qđ datur pro ducatu p terrã alicuius,ut ſecurius uadãt. & hoc ẽt ſm Arch.dr teloneum,a telos Græce, qđ Latine eſt uectigal,& alicubi uulgariter gabella uel duana:quorum uocabulorum uulgariũ rõnem aſſignare nõ eſt facile. Igitur vectigal,guidagium,& gabella,ac duana sũt idem & quodlibet horũ vr ptium quoddã exactum pro rebus in aliqua terra mutatis, dum ſ.illuc deferuntur,aut inde auferuntur, aut ibi uendũtur,quod pretiũ ſpecialiter dr ſalinarium,ſi pro ſale datur,ſm Ber. Quibus omnibus adde, q ẽt datium vr idem ſignificare cũ prædictis,non aũt pedagiũ,ſed aliud eſt a prædictis:& ſimiliter tranſitus, qui eſt idem pedagio,& eſt pretium quod ſoluitur a tranſeuntibus in locis conſtitutis a principe,ſm Doc.Vnde proprie pedagium videtur ſolui pro fabrica aut conſeruatione põtium,aut nauium,ad transferendum, uel ẽt aptatione viarum.

4 † QVINTO. Tallia uerò, præſtantia, impoſitio,& collecta,ſunt idem. & duo prima ſunt uocabularia,de quorũ ratione non multũ curandũ eſt, ſed quãtũ ad rẽ quodlibet horum eſt ſumma,quã princeps uel cõmunitas exigit a ſubditis proportionaliter ad totã ſubſtãtiã cuiuſq;:quod cõiter tripliciter fit.Primò ut deputati ad hoc imponãt vnicuiq; ſm qđ reperiũt eum habere ĩ ſubſtãtia & lucris poſt debitã inueſtigationem: puta ad rationem unius libræ pro centenario eorũ quæ habent.Secundò ita, q imponantur vnicuiq; non ſolum ſm quãtitatem bonorũ repertã:ſed ẽt ſm quod credunt habere illos,quibus imponunt: ita, quod ſimpliciter cõmittitur cõſcientiæ & iudicio imponentium,cum intentione tamen, ut uidetur quod iuſte imponant. Tertiò fit ſic: Deputatis ad imponendum aſſignatur certa sũma,puta mille florenorum auri hominibus vnius contratæ uel partis ciuitatis imponẽda pro rata facultatum, ponendo in eorum arbitrio quantitatem ſingulis taxandam,eo quod facile non ſit facultates ſcire,quorum q libet facit ſeorſum & ſecrete ſcripturã ſuã taxationẽ cõtinentem ſm ſuã cõſcientiã,& deinde coniectis omnibus ſcripturis extremis,i.continentibus maiorẽ & minorẽ quãtitatem,accipiuntur tantum tres continentes ſummas medias totius quantitatis, & tertia pars totius ſummæ contentæ ab illlis tribus imponitur ciui.uerbi gratia,ſi vna cõtinebat unum florenum,alia duos, alia tres, quæ ſimul faciunt ſex duo, quæ ſunt tertia pars ſenarij,imponuntur ciui.

5 † SEXTO.Angaria uerò & perangaria, ſm oẽs,eſt iniuſta cõpulſio ſiue coactio: ab ango,quod eſt affligo & excrucio:& ſm aliquos,angaria eſt onus mere perſonale, cuiuſmodi eſt oẽ quod poteſt labore corporali expleri ſine rerum detrimento:ut l. munerum.la.ij.ff.de mu.& hon. Perangaria uero in quibuſcunq; conſiſtit:ut uult gl.in l.neminem.C.de ſac.ſan.eccl.quia dictio,p, auget, ut in l.urbana.§.pernoctare.ff.de uer.ſig. & no.in c.ſi conſtiterit.de act.& ſic eſt munus uel onus miſtũ,ſicut angaria eſt merum.¶Secundum alios uerò angaria eſt obſequium perſonale proprijs ſumptibus præſtitũ.de ĩmu.eccl.non minus.perãgaria uerò, eſt ſeruitus perſonarum & rerũ, quaſi perfecta & magna angaria. Sedm alios aũt angaria eſt obſequium perſonale:perãgaria uero perſonale & reale,i. pprijs ſumptib. pſtitũ. & iſta eſt opinio Ray.Gof.& Hoſt. ac Alb. recitantis:ſed de his non eſt multum curãdum.Dicuntur & alijs modis angaria & perangaria, ut patet per no.in d.c.non minus.

6 † SEPTIMO.Munus autem tripliciter ſumitur.Aliqñ.ſ.pro dono:quod quidem eſt id,quod ſponte præſtamus,ex nulla neceſſitate uel iuris officio:ut ff.de uer.ſign.l. munus pprie.differt tñ:quia munus eſt donum cum cã:donum uerò ſe hẽt in plus:quia aliquando

quando ẽt eſt ſine cã: ut patet in l. inter donum.ff.de uer.ſign.Aliqñ ſumitur pro officio uel honore. Aliqñ uerò ſumitur pro eo quod neceſſario ſubimus lege uel imperio. ff.de uer.ſigni.l.munus,& ab hoc dr̃ immunitas.Munus aũt tertio modo eſt triplex, ſ. mere ꝑſonale:quia.ſ.explicatur laborę corporali ſine ſumptu uel rerum detrimẽto. ff. de mun.& ho.l.ſi.& mere patrimoniale ſeu reale,qñ.ſ.cum ſumptu proprio fit ab alijs, ita.ſ.quod onus eſt rerum tantum:& miſtũ, qñ.ſ.noſtro labore & ſumptu explicatur, ut colligitur in d.l.ſi.§.patrimoniorum.Et quilibet horum eſt multiplex, ut patebit.

7 †OCTAVO.Ex his igitur patet,quod oĩa prædicta in hoc conueniunt,ꝙ ſunt exactiones publicę: ſed in hoc differunt, quod penſio publica,cenſus publicus,& tributum ſunt idem, & ſunt pretium qđ principi uel cõitati ſoluitur de ꝓprio ſolo,ſed vectigal, teloneum,guidagium,gabella, & duana, ac datium ſunt idẽ:& ſunt ꝑtium, quod ſoluitur pro rebus mutatis: & idem de ſalinario reſpectu ſalis: pedagium uerò ſoluitur pro habilitate uiarũ:tallia uerò,pręſtantia, collecta,& impoſitio ſunt idem: & ſunt ꝑtiũ uel ſumma,q̃ ſoluitur a ſingulis ſubditis ꝓportionaliter ad totã ſubſtantiã:angaria uero & perãgaria ſunt exactiones iniuſtę: munus verò tertio modo eſt aliquid cõe ad omnia ꝑdicta.& ſi ſit iniuſtum, eſt proprium genus angarię & perangarię:& diuiditur ut illa,excepto,quod inter angariam & perangariam non datur medium miſtum ſaltem uoce.

RVRSVS de Gabellis & exactionibus publicis ſecundò:ſpecialiter quo ad cenſus maxime eccleſiaſticos.

1 *Gabella in publicum ac priuatum cenſum diſtinguitur. Et an cenſus nouus eccleſiis ac monaſterÿs imponi,aut antiquus augeri poſſit.*

2 *Facientibus aliquid ex officio ſuo, an neceſſario ſit præmium impendendum.*

3 *Cenſus,ut eccleſiis ĩponi poſſit,quot requirãtur.*

4 *Eccleſiam ſubiectam habens,an eccleſiæ facultatibus auctis,cenſum augere,aut partem prouentuum ſibi retinere poſſit.Et quid in penſione.*

5 *Eccleſia ſi monaſterio ad uſus proprios donata fuerit,quam monaſterium reſeruata ſibi penſione,alteri conceſſit,an facultatibus auctis, penſio quoque augeri poſſit.*

6 *Eccleſia,num exempta ſit ab omni ſeruitio temporali ex dote ſibi collata.Et eccleſiæ fundandæ quid pro dote tribui debeat.Et ibidem quid ſeruitium eccleſiaſticum dicatur.*

7 *Patronus, an ſibi ſeruitium in dote eccleſiæ neceſſaria,retinere aliquod poſſit.Et an clericus ſeruitium aliquod pro decimis perceptis impendere debeat & nu.9.in hoc pulcherrima diſtinctio.*

8 *Seruitium eccleſiaſticum de dote eccleſiæ præſtari poſſe.Et quid de decima,num de eadem dote ſolui queat.Et quid ſi ultra dotẽ eccleſiæ neceſſariam aliquid donetur. Et quid de patrimonio clericorum.*

10 *Prædia omnia,ſi qua ad eccleſiam tranſeant, cũ Imperialis tributi onere pertranſire.Et qualiter intelligi debeat dotem eccleſiæ liberam ab omni ſeruitio temporali,ſeu tributo eſſe oportere.*

11 *Rector nũ poſſit eccleſiam ſuam cẽſualẽ facere.*

12 *Epiſcopus,an poſſit eccleſiæ inferiori ſeruitia ſibi debita remittere.Et an remittendo & ſtatuẽdo,quod aliud ſeruitium non imponetur,an procurationem remiſiſſe videatur.*

13 *Epiſcopus a quibus & quot,eccleſiam eximere non poſſit,quantumcunque eam a ſe eximat.*

14 *Eccleſia quot caſibus plene eximi ab epiſcopali iuriſdictione poſſit.Et ibidem,quid epiſcopus prælato inferiori recipienti ſcilicet nomine dignitatis,poſſit omnia iura,de quibus ſupra,præter tria concedere,& quæ ſint illa.*

15 *Cenſus ignorantiæ,id eſt,cuius cauſa noſcitur, an ſolui debeat.Cenſus autem quomodo præſcribi poſſit,remiſſiue traditur.*

16 *Iuramentum de nouo cenſu impoſito ſoluendo, an iurantem abſoluere compelli poſſit.*

17 *Cenſus ſolutio,num ſubiectionis ꝓbationẽ ĩducat.*

18 *Cenſus in qua moneta ſolui debeat.*

1 G†ABELLA & generaliter exactio ſub ſe continet cenſum:q, ut dictũ eſt titulo priore.§.ij.in publicũ diuiditur, q eſt idẽ qđ tributũ,& in priuatum, de quo hic principaliter agitur.¶Primò uerò q̃rit, utrum eccleſijs uel monaſterijs poſſit nouus cenſus imponi aut augeri antiquus.Et dico, ꝙ in quacunq; re cẽſum põt imponere qui habet ius in illa.Inſt.de uſufruc.§.uſuſf. verſ. ſine teſtamẽto.eccleſijs tñ nouos cẽſus ĩponere,aut ueteres augere,oĩbus epis & ꝑlatis ꝓhibet citra papã,ut ĩ c.ꝓhibemus.de cẽſ. ẽt ſi eripuerint eas de manu laici,ut ĩ c.eccleſijs.eo.ti.Quod.ſ.tripliciter cõtingit,ſm Pa. ibi,uel quia de facto eas laicus tenebat uſufructuãdo:uel quia cõceſſit ẽpo ad inſtantiã eius ius patronatus:uel quia ẽps liberauit eã a cenſu, quẽ laico debat: quia licet tempore fundationis uel perceptę libertatis poſſit ẽps certum ſibi conſtituere cenſum, ut in c. conſtitutus.de relig. do. & in cap.ꝑterea.el ij.de iur.patro. ſecus in iſta ereptione, qua de

de nouo quaſi educitur ad libertatem: quia ad hanc tenebatur, & eã facit ex officio ſuo: & in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit: ut in l. rem legatam, ff. ad adim. leg.

2 † EX quo infert ibi Pan. ꝙ facientibus aliquid laudabile ex officio ſuo, non eſt neceſſariò præmium impendendum. Limitat tñ d. Pan. in d. c. prohibemus, prædicta uera, ſi prælati hoc facerent ad utilitatem eorũ propriam: ut in cle. 2. de reb. ecc. non alie. Secus ad utilitatem alterius eccleſię rationabili cã ſubſiſtente, & à prælato iuriſdictionem hñte epalem, & in eccleſia pleno iure ſibi ſubiecta: quia tunc poteſt: ut no. Inn. in d. c. prohibemus. & facit c. præterea. eo. tit. & c. ſignificauit. vbi dicit Panor. innixus gl. ꝙ in impoſitione noui cenſus non ſufficit authoritas epi: ut uidetur uelle tex. Sed intelligo, inquit, qñ ſine cã: aliàs ſecus: vt in c. cõſtitutus. de rel. do. & in c. cum uenerabilis, de cenſi.

3 † VNDE requiritur primò, authoritas epi. Secundò cã iuſta. Tertiò, ſm Hoſt. c. conſenſus. arg. c. tua. & c. paſtoralis, de his q̃ fiũt à præl. Quartò, ꝙ eccleſia, cui cenſus imponitur, conſentiat impoſitioni, ſi eſt collegiata: arg. c. 1. de reb. ecc. non alie. & c. 1. de re. perm. Putat tñ, ꝙ vbi cã urget, & eccleſia inferior non uult conſentire, hoc poſſit eps cũ capituli conſenſu: arg. in clem. fi. de reb. eccl. non alie. & in c. 1. eo. tit. lib. 6. Similiter non poteſt epiſcopus nouum cenſum imponere monaſterio. de cenſi. ſcientes. Et intellige etiã, ꝙ nec antiquum augere eadem rõne. & ibi eſt argu. ꝙ monaſteria exempta debent eſſe ab omnibus onerib. & præſtationibus. & pro quo 10. q. 1. c. 1. & q. 3. c. inter cetera.

public. Alij ergo hoc non poſſunt:niſi ꝑ legem,uel ſenatuſconſultū, vel conſtitutionē principis eis concedatur.d.l.vnica.vel ꝑ concessionem à principe ex cā,& ſpecialiter impetratā.C.de ſuperindi.l.vnica.lib.x. & no. Arch.in c.ſi quis Romipetas.24.q.3.vel per conſuetudinē diutinā nō violenter,ſed ſponte ab oībus cōiter approbatā.C.de cano. largi.tit.l.præcepit.& C.de aur.cor.l.vna.in fi. lib.x. quę nihilominus conſuetudo ſit talis, de cuius initio memoria non extet: ut in c. ſuper quibuſdam.de verb.ſig.Adde tu,uel ꝑ conceſſionē Lateran. concilij habeāt, quod poſſint inſtituere pedagia:vt in d.c.ſuꝑ quibuſdam,quia hoc fortius eſt,cum oēs liget, q̄ concedere talliam,quæ ligat ſolū incolas regionis:vt dictum eſt in ti.priore.§. 5.

2 †SECVNDO quæritur, quæ talliæ à ꝑdictis poſſint imponi:Et dicit Ray.quod illam talliā pōt dn̄s imponere,vel exigere,de qua ſecum, aut cū ſuis anteceſſoribus conuenerūt ſubditi bona fide,&ſpōte:ſicut fieri ſolet cā manſi,aut uillæ, qn̄ nouiter conceduntur,ꝙ aliquid datur,uel promittitur annus cenſus,& hmōi :quia in rei ſuæ traditione quiſq; , quam uult legem pōt imponere. de cond.app.uerū.18. q.2. Eleutherius.nec ſcięti & uolenti infertur dolus. C. de trāſac. cum donationes, & pacta cuſtodiri debent. de pact.Antigonus.Si tn̄ in inſtr̄o poſitū eſt indiſtinctè,quod ſoluet queſtam , uel talliā, intelligitur, ꝙ dn̄s debet eam moderari inſpectis conditionibus,de cenſibus.cum apoſtolus.in fi.x.q.3.c.vlt.Imò ſm̄ Veruec.ſi dicatur, quod talliam dn̄s ſm̄ libitum ſuum poſſit imponere:nihilominus ad arbitrium boni moderanda eſt .

3 †ADDE aūt ex S.Tho.ad duciſ. Barban. quod pōt dn̄s talliā imponere, etiā ultra cōuentionē in duobus caſibus. Primò,ſ.qn̄ regulariter reditus eius non ſufficiunt ad regimen boni cōis,& decentem ſtatum . Secundò, qn̄ etiam non ſufficiunt ex noua cauſa emergente. Dicit enim quod principes ſunt à Deo inſtituti, non ut quęrant propria lucra, ſed cōem vtilitatem populorum : vnde ſunt eis reditus inſtituti,ut his uiuentes ceſſent à ſpoliatione.Contingit aūt eos nō habere ſufficientes reditus ad cuſtodiendā terram,& expedienda illa,quæ illius rationabiliter imminent : quo caſu iuſtū eſt ſubditos exhibere,vnde poſſit cōis vtilitas ꝓcurari : vnde alicubi ex antiqua conſuetudine dn̄i talliam ſubditis imponunt : quæ ſi non ſit immoderata,exigi poteſt abſq; peccato:q.a nemo militat ſuis ſtipendijs , ſm̄ Apoſtolū. Vnde ipſi militantes cōitati, de cōibus bonis viuere debēt , vel per reditus deputatos: uel ſi huiuſmodi defuerint,aut ſi fuerint inſufficientes,qui ſunt deputati per ea , quæ à ſingulis colligūtur. Et ſimilis ratio uidetur eſſe , ſi quis caſus nouiter emergat , in quo oporteat multa expēdere pro vtilitate cōi, vel honeſto ſtatu principis conſeruando, ad ꝙ proprij reditus non ſufficiunt,uel exactiones conſuetæ:puta,ſi hoſtes terrā inuadant, uel ſimilis caſus emergat: q.a tunc ꝑter conſuetā exactionem poſſent principes aliquid exigere ꝓ utilitate cōi.hæc ex illo , de quibus ſ̄.diffuſe,Dominium.§. 5. Adde etiam, quod cōitates,quæ hmōi onera poſſunt imponere,licitè imponunt talliam talem,qualem exigit cōis vtilitas , & ſubditi poſſunt exhibere:ut colligitur ex Ray. & Arch. non autem ultra, q̄ requirat commune bonum, uel ſubditi reddere poſſunt .

4 †TERTIO quęritur , qn̄ tallia dicatur eſſe ad utilitatē boni cōis, uel cognoſcatur, ꝙ ſit ex iuſta cauſa inſtituta ? Et quātum ad primum dico,ꝙ dupliciter,ſm̄ Ric.vbi ſ̄.eſt ad bonum cōe:primò directè,quando imponitur pro defenſione fidei,aut regni,uel pro refectione pontium,uiarum, & huiuſmodi: ſecundò verò indirectè:puta,quando frater dominj,aut filius eſt captiuus,aut aliqua terra capta: quia ſic in ſubditorum bonum tallia redundat, cum rex potentiori reddatur, uel cum maritat filiam, uel hmōi . & de his ſ̄.Dominium. §.5. Addit tamen idē primò ubi ſuprà , quod expedito negotio ſi facultates regis ſuperabundant , & aliqua cōitas nimis grauatur,debet ei ſubuenire,ſicut caput membris. Addit ſecūdò in 3 . quolibet. q.28.ꝙ licet nō debeat ſubditos domus talliare , qn̄ ſufficiunt proprię facultates , non tn̄ dicende ſunt ſufficere , qn̄ non poteſt ſe defendere,aut procurare cōe bonum,niſi ſe ita depauperet, quod nihil ſibi remaneat in theſauro,quo ſe iuuare poſſet, ſi iterum intra breue tempus ab aduerſarijs inuaderetur,maximè ſi multos hēt inſidiatores:quia tali neceſſarius eſt theſaurus,eo quod aduerſarij hoc ſciētes magis illū timent, & magis pacificè uiuit:licet melius eſſet hoīum amorem q̄ argentum , uel aurum theſaurizare. Quantum uerò ad ſecundum , ſm̄ Veruec. tallia ſciri poteſt ex iuſta cauſa impoſita ꝑ inſtr̄a confecta: uel ſi ita ſeruatum eſt à tem-

pore,de quo non exeat memoria:quia tunc præſumitur iuſta cauſa.arg.12.diſt. illa. niſi ſit violenta pſumptio in contrariū, ſicut de præſcriptione j.ſuo loco dicetur. §. 4.

5 †QVARTO quæritur,qñ iuſtè exigantur? Et dico,ꝙ Arch. de tallijs loquens ſic diſtinguit: Grauamina, quæ diuerſis nominibus nuncupantur,aut imponuntur pſonis eccleſiaſticis,vt clericis,religioſis,& hmōi: & ſic ſunt rapinę,niſi interueniat authoritas ſedis apoſtolicæ: & ſunt excōicati exigentes, vel recipientes,& imponētes,niſi admoniti ceſſauerint.de im.ecc.c.aduerſus. & de cenſi.c. quanquā.lib. 6.Et hoc intellige ēt rōne domorū,poſſeſſionū,vel prædiorū.de im.eccl. quia nōnulli.lib.6.niſi prædia fuiſſent prius dictis exactionibus ſubiecta:quia tunc ad eccleſiā tranſeunt cum onere ſuo,ſ.ſi illud erat perpetuū,immobile,& certū,de quo j. Immunitas.j.§.pen.par.3.Aut imponuntur laicis: & tunc imponuntur à non habentibus legitimū dñium,& ſunt rapinæ. Aut ab habentibus dñium legitimū:& tūc aut ꝓ iniuſtis cauſis:puta,pro faciendis, vel nutriendis bellis iniuſtis manifeſtè: vel ad ludū.aut pōpā vltra decentiā ſtatus,aut prodigè conuiuandū,& hmōi: & tunc hmōi collectæ ſunt rapinæ.Aut pro cauſis iuſtis:& tunc iterū ꝓ maiori declaratione diſtinguendū eſt.Nam aut populus,à quo exigiẗ. regitur ꝑ vnū,& ſic licitè talliā imponit eo modo quo dictū eſt eū poſſe imponere.§.2.ſ.ex pacto, ex cōſuetudine, ex inſufficientia redituum regulariter,vel ex noua cauſa. Aut regitur ꝑ plures:& tunc tribus modis tallia conſueuit imponi,vt dictū eſt ſ.Gabella j.§. 2. Primò ſic, vt deputati taxent ſm quod vnumquęque ſciunt habere in bonis,Secūdò vt taxant ſm quod vnumquęq; habere credūt. Tertiò per ſchedulas,vt ibi patet. Qūo autē ſit ibi induſtria dicetur §.ſeq.vbi de reſtōne agetur.

9 † QVINTO quæritur circa tallias, qūo teneatur quis ad reſtitutionē, tam ex parte agentium ꝙ̄ patientiū? Et ex doctrina Arch. dico multa. ¶Primum. Quoties talliæ exiguntur illicitæ per coactionē ad reſtitutionem tenentur exigentes ad hoc, ſiue exigantur directè,ſiue indirectè:puta,nō miniſtrando iuſtitiā,vel nō defendendo ſubditos, vel inſinuādo ſe aliqd velle:exacti aūt non ſoluēdo,ſiue occultādo bona nō peccāt,nec reſtituere tenētur:mō caueāt à periurijs,mendacijs,& ſcādalo,ſi indè ex nō ſoluēdo contingerent.ar.xj. q.3.inter cętera.Eo tñ caſu quo illicitè quis exigit rōne finis:puta,ad luxuriā, vel pōpā nō teneẗ reſtituere, ſi ea tñ exigere,q̄ aliàs debita ſunt ſtatuto, vel antiqua rōnabili conſuetudine:licèt malè expendātur. Similiter ſi ſubditi ſponte hęc ſoluerēt:qa ſcienti & conſentienti non fit iniuria neq; dolus.de reg.iu.lib.6.Eo etiā caſu quo quis illicitè exigit rōne iniuſti dñij, tenetur ad reſtitutionē deductis expēſis factis in vtilitatē eorū à quibus exegerunt. ¶Secundū. Quoties talliæ licitè exiguuntur,toties ſubditi illicitè eas defraudāt occultando bona ſua vel aliter,& reſtituere tenētur his,q dāna paſſi ſunt, ſiue ſint cōitas, ſiue ciues: aut pauperibus,ſi iſti ignorātur. Aliqua tñ circa hoc ſpāliter dicētur in ſeq.¶Tertiū. Qñ talliæ exiguuntur ꝑ plures primo modo.ſ.vbi deputati exigunt quantum ſciunt ſubditos habere proportionabiliter: qui ex certa ſcia ꝑꝑ odium vel aliud imponit alicui vltra ratam eorū quæ inuentus eſt habere raptor:& tenetur de illo pluri,ſi effectus eſt ſequutus, nō aūt ſi non ſequitur, licèt peccet mortaliter.ar.22.q.5.qui periurare.Et ſi oēs vel maior pars in tali iniuſta impoſitione conueniunt,quilibet grauās tenetur inſolidum de dāno illato.de iniu.& dā.da. ſi culpa. Si aūt minus debito imponūt ſcienter, vel etiā ex diſſimulatione uel negligentia notabili,nō q̄runt diligenter de quātitate ſubſtātiæ eorū,quibus imponitur,peccāt mortaliter:ſed cōitati quidē nō tenētur: quia etſi ſemel nō exigit neceſſaria,iterum talliā imponēt:ſed nec ei, qui indebitè alleuiatus eſt, quinimo potius ipſe tenetur illius in eo quod ſatisfacerent pro eo,vnde magis tenētur his,qbus iterum vel pluries imponitur.Verū qa difficile eſt inuenire quibus & quantū teneātur, videtur dicendum,ſm Arch.ꝙ ad arbitrium boni viri pauperib.erogēt,præcipuè his qui ſunt de numero nimis aggrauatorum. Si autē debitæ tallient vel imponant: ciues bona mobilia vel immobilia occultantes aut fingentes ea minus valere,aut ſe hr̄e debita,vt eis minus imponatur,ſunt fures: & tenētur cōitati,niſi probabiliter ſcirent,quaſi oēs ſimiliter bonorum ſuorum partē occultare, quo caſu,ſm eundem,videntur excuſari:qa ex manifeſtatione nimis grauarētur.¶Quartum. Qñ verò exiguntur talliæ per plures ſecundò modo.ſ.vbi deputati exigunt quantum credunt ſubditos hr̄e proportionabiliter:tunc ſi ex certa ſcīa alicui plus debito imponūt vt aggrauēt illū,vel aliū alleuiēt, peccant

cant mortaliter. & oēs hoc faciētes tenētur læſis de dāno. ar. de iniu. & dam. da. ca. ſi cul pa. Si verò hoc faciunt ex errore probabili, vīr ẽm Arch. excuſari à peccato & obligatione ſatisfaciendi, modò non moueantur leuibus probationibus & tumoribus ac ſuſpicionibus hoīum p̄cipuè maleuolorū, ſed probabilibus & vrgentibus rōnibus facta debita diligentia, aliàs. ſ. grauando ex ignorantia craſſa tenerentur. d. c. ſi culpa. in qua etiā fama & cōuerſatio eius, cui imponitur, conſideranda ſunt, quæ ſi ẽm cōem opinio. ſunt laudabilia, tutius eſt illi credere, q̄ propria opinione moueri, quia humanum iudiciū ſæpe fallitur. de ſen. exc. à nobis. ¶Quintum. Qñ verò exiguuntur talliæ per plures tertiò modo, vt. ſ. deputati per ſchedulas imponant, ſi poſt ſufficientē diligentiā bona fide imponunt, quātum credunt deberi, excuſantur à peccato, ſi plus imponūt. arg. 23. q. 5. de occidēdis. ſed ſi intendunt notabiliter alios grauare, & ſe ac ſuos amicos alleuiare, mortaliter peccāt in ſingulis impōnibus talibus ſingulorū hoīm. d. c. ſi culpa. Et ſi oēs in hoc conueniunt contradicētes ſibi, quilibet tenetur læſis inſolidum de cōi dāno & intereſſe, niſi poſtea exaggrauarentur: vt patet ꝑ dicta B. Th. & aliorum in 4. diſt. 15. de cooꝑantibus ad rapinā & damnum. Si verò quilibet ſeorſum ſic imponit, difficile ē ſcire quis ex ſic imponentibus teneatur, cū bene ſcire non poſſit quæ ſit maior uel minor ſchedula, quæ obijcitur, vel media quæ operatur: obligari tñ videtur ẽm Arch. ſiue operetur eorum ſcriptura, ſiue nō, ꝑꝑ affectum intentionis cū opere ſubſecuto. ar. de big. debitum. tum ēt quia illi aliquo modo cooperantur & aſſentiunt dāno. 2. q. j. notum. tum ēt quia in dubio via tutior eſt eligenda. de ſpon. iuuenis. Qui verò imponit vt ſibi vr̄, poſt diligentiā in nullo teneri vr̄, ſiue operetur ſua ſcriptura, ſiue nō. Qui aūt manus debito imponūt, tenētur inde nimis grauatis: niſi fortè iō facerēt, quia nimis aliàs fuerāt grauati. Et ſi in aggrauatione aut alleuiatione iniuſta valde incertū eſt quantū inde ſequatur dānum, tenētur ad arbitriū boni viri: vel ſaltē ad petendā remiſſionē à l ęſis, ſi ſpōte hri pōt. Occultātes uerò bona meritò de nimia aggrauatione dubitātes, vīr poſſe excuſari, ẽm eundē ex quo cum multa iniuſtitia imponūtur, ſemꝑ tñ vitādo mēdacia. 22. q. 3. c. 1. ¶Sextum. Quia verò publicatis tallijs multę reperiūtur enormes, & ſequunt multæ querelæ, rationabiliter eliguntur exgrauatores. de quib. idē multa dicit ſcđa parte, tit. j. c. 13. §. 6. quæ oīa patent ex dictis.

7 †SEXTO quęritur, quid de quibuſdam dn̄is, qui nihil percipiunt niſi tallias? Et dico ẽm Ray. ꝙ ſi tallia eſt antiqua, & creditur probabiliter ex iuſta cauſa impoſita, exigi pōt. ita tñ quod ipſe dn̄s impleat ſi quid ex illa cauſa implere tenetur. Si verò eſt noua, & iuſta cauſa neſcitur, non dēt exigere, & ſi receperit, dēt reſtituere. 14. q. 6. ſi res. & concordant. Vltramontani. ¶Septimò q̄ritur, quid de dn̄is, qui allegantes conſuetudinē, accipiunt à ſubditis de mobilib. ſuis quicq̄d volunt, & p̄cipuè expoliant eos, qñ ſuſpicantur ꝙ tranſire uelint ad alium? Et dicit Monaldus, ꝙ ſi certum eſt tale onus à principio ſine fraude & malitia fuiſſe impoſitum, tolerari poſſunt. Si verò nō eſt certū, aut non veriſimiliter hoc credit, reſtituere tenētur. in dubio tñ ex quo ab eccleſia tolerātur, nō eſſet abſolutio deneganda ſimpliciter, ſed dubitatione præſtanda. Et concordant Verucc. & Vltramontani, qui etiam dicit, ꝙ res eorum qui merè ſunt ſerui, ſunt dominorū, peccat tamen dominus ſi nimis ſeruum grauet, licet reſtituere non teneatur.

8 †OCTAVO quęritur, quid de prælatis, qui pro eo ꝙ impēdunt aliquid legato, vel alijs maioribus, à ſubditis plus exigunt, quā impēderūt? Et dico, ꝙ tenētur extorta reſtituere, & de ſuo tantundem pauperibus erogare: & ſi ſuperior, cui de hoc querela fit, negligens fuerit, canonicæ ſubiaceat vltioni. de immunitate eccleſiarum. c. quia pleriq;.

9 †NONO quęritur, utrum alicui concedi poſſit immunitas talliarum? Et dicit Pan. in c. peruenit. de imm. eccl. ꝙ ſic à principe, & proprio motu, non aūt ad preces, niſi ponatur in priuilegio clauſula, non obſtante l. fi. C. ſi contra ius uel publicā utilitatē. quia cū ſit contra publicam vtilitatē, oportet de ea fieri mentionē, ut no. Bar. in l. uacuatis. C. de decurionibus. & in d. l. fi. & facit c. ex ꝑte. de capellis monachorū. Ab inferioribus autem alijs concedi pōt, ſed cōitas grauari nō dēt, ſed ſumma minuetur, puta ſi dubitātur centum, & unus eximitur qui dabat decem, nō ꝑſtabit cōitas niſi 90. aliàs in p̄iudiciū cōitatis concedere non pn̄t. Similiter p̄fati inferiores & cōitates concedere poſſent non ſubditis ſuis immunitatē hanc, licèt nō habeant iura Imperij, vt ueniāt ad habitandū in eorū terris, ſicut quotidie fit medicis, do-

ctorib.& huiuſmodi:ſed non tam ſubditis, niſi in præiudicium concedentis ſolum.

10 †DECIMO quæritur,utrum dñs uendere poſſit tallias & alias exactiones? Et ſcripſit S. Thom.ad duciſſam Braban. ꝙ cũ ſuis officialibus nihil committeret niſi temporalis officij poteſtatem, licebat ei huiuſmodi officia uendere:dum tñ venderentur his qui ad ea præſumerentur vtiles:& non tãto pretio quin recuperare poſſent ſine grauamine ſubditorum.Sed tñ.inquit,talis uenditio nõ vr̃ expedire:quia habiliores & melioreseme re illa nequeũt ꝑꝑ paupertatem, aut nolũt: quia nõ ambiunt:& conſequenter ut in pluribus ea emunt,qui ſunt peiores,& ſubditorum oppreſſores. Vñ magis expedit, ut ad illa boni & idonei eligantur:& ſi neceſſe fuerit,cõpellantur:quia ꝑ illorũ bonitatẽ & induſtriã magis accreſcit dominis & ſubditis, ꝙ̃ de ꝑdicta venditione.hæc ex illo. Supple. aũt dicit clarum eſſe,ꝙ prohibita ſit officiorũ venditio.C.ad l. Iuliã repe.l. fi.ſed cum illa l.videatur contraria.l.j.ff.de pol. glo. ſoluit,quia pro his non põt dari pecunia ſecrete:publicè uerò ſecus. & de hoc s̃. Dignitas. RVRSVS de gabellis & exactionibus v. quo ad angarias & munera.

*2 Gabella ſub munere quo modo contineatur.*
*2 Munus prout eſt de genere doni,quotuplex eſt.*
*3 Muneribus a manu,& abſequio,& lingua,num ad fidem aut religionem pertrahere liceat.*
*Munera ex pacto dari non debent,ut fides recipiatur,ſed dari poſſunt alicui vt uelit baptizari.*
*4 Munus ꝓut ad exactionẽ refertur,quotuplex ſit.*
*5 Cæcus ad munera num teneatur.*
*Miſerabiles perſonæ de quibus rebus aut terris cenſum aut tributum ſoluere teneantur.*

1 GABELLA rurſus quinto & generaliter exactio ſub ſe continet angarias & perangarias:de quibus ſatis s̃.Gabella primò,dictũ eſt.§.vj.Continetur uero ſub munere tertio modo dicto,quod.ſ. eſt illud quod neceſſariò ſubimus lege uel imperio. ff.de uerb.ſig. munus.ſ̃m uero,ꝙ munus eſt in genere doni per ſe uel reductiue, ad genus exactionis omnino non pertinet.

2 †PRIMO uerò quæritur quotuplex eſt munus de genere doni? Et dico ſ̃m Greg.ſuper illud Iſa. xxxiij. ab omni munere. quod eſt triplex.ſ.a manu,& hoc eſt pecunia,cuius nomine intelligitur oĩs res temporalis, mobilis,& immobilis.j.q.iij.per totũ.Ab obſequio:quod eſt ſeruitus indebite. nõ ex debito impẽſa.Et a lingua:& iſtud eſt fauor. j. q.j.ſunt nõnulli.de q̃b.ẽt vide j̃.Simo.§.16.

3 †SECVNDO uerò quæritur, utrũ liceat per munera ꝑdicta trahere ad fidem uel religionẽ? Et de religione quidẽ j̃. Religio. 2.§.2.De fide aũt dicit Ray.ꝙ ſic arg.23.q. 4.debet homo.& q.7.c.quod aũt,di.45.qui ſyncera.& ꝑ promiſſiones & grauiores exactiones penſionum in prin. locationis, non aũt poſt.23.q.6.iam uerò.Sed Verue. ut reor,ſimoniã ueritus limitat prædicta ꝙ non ſunt danda munera propter fidem recipiendã ex pacto,ſed dari poſſunt uel promitti ſi uellent baptizari,niſi timerent paupertatem inter Chriſtianos. Itẽ propter beneuolentiã captandã, ut ſic facilius cõuertantur. ad q̃d facit j̃.Iudeus.§.vj.Sed ego dico,ꝙ dari poſſunt indiſtinctè ẽt ex pacto:ſicut & ſancti aliquando gratia fidei promiſerunt ſanitates: nec eſt de ſimonia periculũ, quia ꝓmittens hic nõ accipit fidẽ,ſed ĩfidelis. Vtrũ aũt iudici liceat accipere a ꝑtib.munera, j̃.Iudex 8.

4 †TERTIO quæro,quot modis accipitur uel quomodo diuiditur munus, quod eſt genus exactionis? Et dico ꝙ eſt triplex.ſ. mere perſonale,mere reale ſeu patrimoniale,& miſtum, ut dictũ eſt s̃. Gabella.j. §. vij. Perſonale aũt eſt triplex.ſ. ſordidum, quod cõſiſtit in uilibus officijs:ut in arena fodienda,calce coquenda,& huiuſmodi.C. de excu.mune.l.maximarũ.Honeſtum cũ honore,ſ. annexo.& talia munera appellãtur honores ĩ l.cui muneris.ff.de mune.& ho.& iſta ſunt officia uel dignitates publicæ.C.de mune. l. unica.Et ſimplex ſolũ,q̃d põt dici neutrum, quia.ſ.nec honores nec utilitatem habet annexam,ut eſt tutela,cura, & huiuſmodi. ff. de excu.tuto.Et in eis agnoſcẽdis talis regula dari poteſt,ſ̃m Bar.in d.l.unica.quia ſicut eſt honor quod reputatur honor in loco, ut no.Inn. in c. de multa. de ꝑben. ita illud eſt vile quod reputatur uile,& habet officia vilia.Siue aũt dicta munera ſint realia ſiue ꝑſonalia,dicuntur aliqñ ordinaria,qñ.ſ. habent certam & ordinariã ꝑſtationem per aliquã legem uel ſtatutũ ſeu lõgã conſuetudinem. ff.de uaca.& excuſa.mune. l. in honoribus. §.qui muneris publici. Aliqñ extraordinaria,quando.ſ.non per legẽ aut ſtatutũ uel lõgam conſuetudinem imponuntur, ſed ſ̃m dominorum uoluntatem, ut notat Bart. & patet in l.unica.C.de uaca.pub.mun.vñ iſta per accidẽs imponuntur.Aliqñ dicũtur indicta:ut qñ princeps imponit aliq̃d munus ꝑ legẽ uel ſtatutũ,q̃d a principio erat extraor

dinarium

dinarium, ſed nūc efficitur ordinarius. Aliqñ ſuperindicta: ut qñ ſuper ordinarium aliquid imponit propter neceſſitatem occurrētem. facit l. unica. C. de ſuperindic. Quando autem hæc munera indicantur uel imponātur, ꝟ. Immunitas. §. v. partic. ij.

5 †QVARTO quæritur, utrum cæcus teneatur ad munera? Et dico, ꝗ ad perſonales collectas cogi non debet. de cenſ. licet. quod Inn. intelligit de perſonalibus tantum, non de realibus. Sed Hoſt. intelligit generaliter de collectis quæ fiunt in terra, ut fodrum, albergarium, & ſimilia: quia putat ꝗ tales perſonæ miſerabiles debeant eſſe immunes ēt a realibus extraordinarijs. arg. lxxxix. diſt. indicatum. non aūt a realibus ordinarijs. Fatetur tñ, ꝗ ſi tenent terram cenſualē uel tributariam, debent ſoluere tributum uel cēſum. xvj. q. j. ſi quis. Sed ego puto in realibus extraordinarijs ſtandum eſſe arbitrium iudicis: quia ita poſſent eſſe diuites ꝗ facile ſoluere poſſent: unde tenentur ad reales ordinarias ſemper, ad perſonales nunquam, ad extraordinarias reales aliquando. Et idem eſt de laborante perpetuo morbo. uide Pan. de cēſi. licet. De hac materia, & generaliter de exactionibus habes ꝟ. Priuilegium. §. j. & ix. & ꝟ. Immunitas. j. §. iiij. & v.

## DE GENERALI.

1 *Generale cur quid dicatur. Et generalem clauſulam omnia continere. Et qualiter id limitetur.*

2 *Generali, an per ſpeciale derogetur. Et in generali mandato multa ineſſe, quæ tamen non intelliguntur, niſi exprimantur.*

3 *Generali locutione loquentis perſonam non comprehendi. Et id qualiter limitetur.*

*Perſona loquens quo caſu a generali locutione excipiatur.*

1 †GENERALE dicitur aliquid a genere, quia ſit multis commune. Vnde generalis clauſula continet omnia. & hoc niſi contraria mens appareat teſtatoris. ff. de penu legata. l. qui penum. & ff. de pec. l. qui peculij. ff. de inoff. teſta. l. ſi quando. in glo. quia non uidetur quis generaliter. i. in conceſſione generali cōcedere, quod ſpecialiter non eſt conceſſurus. C. quæ res pig. obl. poſſ. l. j. in glo. nec etiam maiora expreſſis, niſi ſpecialiter committantur. ff. de procu. l. Pomponius. in prin. & l. mandato.

2 †GENERALI quoq; per ſpeciale procul dubio derogatur. de reſcr. paſtoralis. In generali ēt mandato multa ſunt, q̄ non intelligūtur, niſi exprimātur. de of. leg. c. j. in gl.

3 †IN generali etiā locutione perſona loquēs, intelligitur excepta. de iureiu. petitio. in gl. cū concor. ibi poſitis. Vñ ſi promiſi tibi aliquid contra oēm hoīem: cōtra me dare nō teneor. quod vtiq; eſt verum regulariter. Fallit aūt vbi præceſſit obligatio vel pactum inducens æquitatem quandam, quæ etiam perſonam loquentem includat. & de hoc 22. q. 5. de forma.

Vide etiam ſuprà, Clauſula.

GLADIVS nō reddendus furioſo effecto, etiam ſi quis iuraſſet. 22. q. 2. ne quis arbitretur. & facit ad probandū, ꝗ ex iuramēto, aut voto nō tenetur homo, quando venit ad eum caſum, in quo nullo modo iuraſſet, vel iurare non potuiſſet.

¶GLORIA vana, infrà. Vana gloria.

## De gratia Dei, & hominum.

1 *Gratia ſiue ad Deum referatur ſiue ad hominē quot modis dicatur, ac quotuplex ſit.*

2 *Gratia hominis in iure, quot modis aſſumatur.*

3 *Gratia per ſummum Pontificem facta, an eius morte etiam re integra expiret. Et quid de conceſſione alicui indulta de aliquo faciendo, ſi ante mortē ipſius īdulgētis, et diſpēsātis nō id fecerit.*

4 *Gratia conceſſa, ſi reuocetur, an ante de ipſa reuocatione certificationem expiret.*

5 *Prælatus prædicatorum, ſi ſummi Pontificis authoritate cum fratre diſpenſauit, vt illegitimus prælatus fieri poſſit, & re integra, & Papa, et is, qui diſpenſauit, deceſſerūt, an diſpenſatio duret.*

6 *Poteſtas diſpenſandi generaliter conceſſa cum ſacerdotum filijs, an ſi ſit diſpenſatum cum uno, morte cōcedentis, quo ad alios hmōi ptās expiret.*

7 *Gratia īmunitatis alicui ob numerū liberorū cōceſſa, an ſi qui de numero pierint, deſignat gr̄a.*

8 *Bannitus propter delictū cuius occaſione bona cōfiſcata ſunt, an ſi a domino in gratiā recipiatur, eo ipſo ad bona ſit reſtitutus, et culpa remiſſa.*

1 †GRATIA ſm S. Tho. 2. 2. q. 26. art. j. dicitur dupliciter. Primò acceptatiò amoris, ſeu ad amorē: ſicut dicitur q̄s habere gratiā meā, quia eſt mihi dilectus. & ſecundò gratuitum donū, quod ex amore tribuitur: ſicut dicimus, fac mihi gratiā iſtā, vel illam. Adde tertiò ex j. ij. q. cx. ar. j. ꝗ dr̄ tertiò recompenſatio pro dono, ſm quod benefactori dicimur agere gratias, vel ei eſſe grati. Igitur gratia hominis tripliciter dicitur, ſ. amor, donum & recompenſatio. Gratia verò Dei, qui ſcilicet nulli recompenſare pōt, cum à nullo recipiat donum, dr̄ dupliciter tm̄: primò ipſe amor æternus, ſeu æterna voluntas, qua homines diligit. & ſecūdò ipſum

ipſum donũ, qđ homini largitur, maxime quo ad animã. Et hæc ſecunda gratia eſt duplex, ſ. gratis data, ad quã reducitur omnis effectus gratię talis, ut prophetia, & ſimilia dona, quæ ſtãt cum peccato mortali: & gratũ faciens, quæ eſt qualitas in eſſentia animæ dans eſſe diuinum: ad quã reducuntur oẽs eius effectus. Quid aũt ſit hæc gratia, & quo modo a charitate differat: & quæ pertinent ad illam, non ſunt hic pertractanda, ſed uide Theologos in ij. diſt. xxvij. & xxviij.

2 † PRIMO uerò quæritur, quot modis gratia hominis, de qua loquimur, accipiatur in iure? Et dico ꝙ tribus, iuxta prædicta. Primò. ſ. ꝓ amore: ſicut in literis papalibus frequenter mentio fit de his, qui gratiã habẽt apoſtolicæ. Scđò, pro dono aliquo: puta, cõceſſione beneficij, ſeu alicuius indulgentiæ, uel autoritatis, ſicut in cle. gratiæ. de reſcrip. & quod hr̃ in regula. quod ob gratiã. lib. vj. Tertiò, pro recõpẽſatione: ut quoties de gratitudine, uel ingratitudine mẽtio fit. Sed intellige qñ quis ad illud beneficiũ faciendũ non eſt obligatus: quia faciens, id ad quod naturali ratione obligatus eſt, non facit gratiã: ut no. Bar. in c. j. §. hæc ſacra. de pace iur. fir. & facit ille tex. pro eo. & l. Titius. ff. de obſeq. patr. Quartò ſumitur improprie gratia pro cã finali, ſicut dicitur medicina ſumi gratia ſanitatis: & ſic ſumit̃ in c. j. de cõmo.

3 † SECVNDO quæritur, utrũ gratia ꝑ ſummum pontificẽ facta eius morte expiret ẽt re integra? Et diſtinguo: quia ſi nondum erat facta, ſed fienda. re integra morte expirat. de præbẽ. ſi cui. li. vj. iũcta gl. Secus ſi erat iã facta & perfectè cõceſſa. & de hoc eſt caſus in c. ſi ſuper. de offi. dele. li. vj. Vnde licet quidã diſtinguãt dicentes expirare gratiam morte põtificis, ſi habet iuriſdictionem annexã, & ſit ſolo uerbo cõceſſa: nõ aũt ſi non habet iuriſdictionem, ẽt ſi ſit ſolo uerbo cõceſſa: tñ Io. And. in prolog. ſuper vj. in noue. tenet ſimpliciter, ꝙ non expirat, ẽt conceſſa ſolo uerbo. Et idẽ tenet Arch. ibidem. & eſt verius per cle. dudum. de ſepul. Idem dic qñ Papa cõcedit alicui, ut diſpenſet cum tali, licet non diſpenſauerit ante mortem cõcedẽtis ſ̃m Fede. conſi. lxxviij. Pariformiter dic de eo, cum quo diſpẽſatum eſt ſuper aliquo faciendo: quia licet non fecerit ante mortẽ diſpẽſantis, nihilominus poterit facere poſt mortem diſpenſantis: puta, contrahere, uel ordinari. de præbend. ſi cui. lib. vj. Similiter ſ̃m Io. And. & ſequitur Do. Ant. in c. ex tua. de fi. presb. perpetuatur autoritas diſpẽſandi cõceſſa alicui generaliter a Papa per viã gratię ꝑ unam diſpenſationẽ factã in uita concedentis: ſecus autem ſi fuiſſet factã per uiam commiſſionis: quia niſi fecerit actum cõmunem diſpenſationis: puta, edictum communne, uel ſimile, ſic expirat quoꝰ ad alios, cum quibus non diſpenſauit.

4 † PLVS ẽt dico, ꝙ qñ gratia conceſſa reuocatur, non expirat ante certificationẽ de reuocatione, niſi quando Papa expreſſe uellet ſtatim non ualere, ſ̃m Gemi. in c. j. de conceſſ. præb. lib. vj. quo caſu intelligo, ꝙ non ualeret in foro cauſarum ſaltem.

5 † EX his patet primò, ꝙ ſi prælatus in ordine Prædicatorũ autoritate ſummi põtificis diſpenſauit cũ fratre, ut illegitimus poſſet fieri prælatus: & re integra, i. anteꝗ ille frater eligeretur in prælatum, mortuus eſt Papa, & is, qui diſpenſauit, durat illa diſpenſatio: nec expirat mortuo Papa, & uiuente magiſtro: de quo eſt caſus in d. c. ſi cui, & c. ſi ſuper. nec ẽt re integra mortuo magiſtro ꝑ ꝓ prædicta: & quia diſpẽſatio ſemel canonice facta, ex ſuperuenienti facto nõ retractatur. Caſus eſt de fil. ꝓsb. ex tua. hæc Fede. ĩ d. cõſi.

6 † PATET ſcđò ad quæſt. quã in d. c. ex tua. mouet Do. Ant. an cõceſſa generaliter poteſtate diſpenſandi cũ filijs ſacerdotum, ſi cõtingat diſpenſaſſe quo ad vnũ, an quo ad alios expiret poteſtas morte cõcedẽtis, aut ſit perpetua: quia Spe. in ti. de leg. §. videdũ. dicit ſe obtinuiſſe, ꝙ nõ eſt perpetuata. qđ, ſ̃m Io. And. procedit per uiam commiſſionis, non per uiam gratiæ. Et adhuc per uiam commiſſionis diſtingui poſſet, an is, cui facta eſt commiſſio, fecerit actum cõem omni diſpenſationi: & durat poteſtas. an ſolum ſpecialem, quo ad diſpenſationem iam factam: & procedit dictum Spec. Et hæc patent ex no. in c. licet. de offi. dele. Patet tertiò, ꝙ gratia conceſſa autoritate Papæ durat mortuo Papa, & concedẽte, uel a ſuo officio amoto.

7 † TERTIO quæritur, utrũ gratia immunitatis alicui data, ꝑꝑ numerũ filiorum duret, licet aliqui de numero eorũ ꝑierintꝰ? Et dicit Io. An. in reg. decet. li. vj. in mer. per multos, & ſolennes Doct. in facto conſultum, quod durat.

8 † QVARTO quæritur, utrũ bannitus ꝑꝑ delictum, cuius occaſione bona ſunt cõfiſcata, ſi a dño recipiatur ad gratiã, eo ipſo ſit reſtitutus ad bona, & culpa remiſſa? Et tenent quidã, ꝙ ſic, per tex. in l. j. §. fi. ff. de qſt.

ubi

ubi dicit Bar. ꝙ qñcunq; recipitur ad gratiã principis, vr̃ reſtitutus. & idem vr̃ ſenſiſſe in l.fi.de cenſi.paſ. Sed Sali.in d.l.fi. damnat dictum Bar. & dicit cum Cy. ibidem, quod nõ reſtituitur. & magis placet, per tex. in tit. de pace Cõſtan. in prin. in uerbo, ad plenitudinẽ noſtræ gratiæ receptus. Vbi dicit Bal. ꝙ qñ quis recipitur ad plenitudinem gratiæ, remittuntur culpæ, & reſtituuntur fauores: & conſequenter qñ ſolũ ſimpliciter ad gratiã recipitur, nõ reſtituitur: & meritò. Facit ẽt, q̃ a reſcripta fiſco dãnoſa in dubio reſtringẽda ſunt ad minus ꝑiudiciũ: arg. l. ſi qñ. C. de ope. publi. & reſtitutio principis nõ trahitur retro cõtra ius q̃ſitũ alteri, ut tenet Ang. & Imo. ĩ l. Gallus. ff. de libe. & poſth. Et Bar. intelligẽdus eſt quando faciẽs gratiã mãdat ſñiam. uel bannũ cãcellari in ſuum prẹiudicium ſolum: quia adducit §. fi. ꝓdictum. qđ no. & uide s̃. Damnatus. §. j. Vtrum aũt gratia conceſſa per inferiorem Papa morte expiret, uide j̃. Indulgentia. §. v. parti. vij.

¶ G R A D V S cõſanguinitatis, & affinitatis, quomodo debeãt computari, uide j̃. Matrimonium viij.

¶ G V E R R A quomodo, & qñ licita ſit, uel illicita, uide s̃. Bellum, per totum.

¶ G V I D A G I A, ſuprà Gabella.

## DE GVLA.

1 *Gula quid ſit, & an ad eam fames ac ſitis pertineant. Et in gulæ delictũ, quot modis incidamus.*

2 *Gula num mortale peccatum ſit.*

3 *Gulæ filiæ quot ſint.*

1 † G V L A ut patet ex S.Th. 2.2. q. 148. ar. j. ẽ appetitus ſenſitiuus edẽdi & bibẽdi inordinatus. Vnde fames, & ſitis ad gulã nõ pertinent: quia nõ pertinet ad appetitũ ſenſitiuum, ſeu animalẽ, ſed ad naturalẽ ſimiliter nec exceſſus cibi ex ignorãtia, ſed ſolũ ex concupiſcentia cibi delectabilis. Eſt aũt iſta inordinatio, ſm̃ Arch. dum quis appetit cibũ uel potum non ad neceſſitatem, ſed ad uoluptatem: & ut colligitur ibi art. 4. ex ſufficientia ſpecierum gulę quinque fit modis, in quibus dictę ſpecies conſiſtunt, quę hoc uerſu continentur.

*Propere, laute, nimis, ardenter, & ſtudioſe.*

Cuius ſenſus eſt, Propere, ſ. appetendo comeſtionem ante tempus. Laute, quęrendo cibos delicatiores. Nimis, ſ. ſumendo in quantitate. Ardenter, non ſeruando modum debitum in edendo. Et ſtudioſe, quęrendo cibos nimis accurate pręparatos.

2 † P R I M O uerò quęritur, utrum gula ſit peccatum mortale? Et dico ſm̃ S.Th. ubi s̃. & ſm̃ mentem eius in multis locis, ꝙ nõ eſt mortale ex ſuo genere, licet ſit uitium capitale, i. ex quo uitia multa naſcũtur. ¶ Eſt tñ mortale primò. ſm̃ S.Th. qñ deordinat a fine ulti. ita. ſ. quod delectat. oni gulę inhęret homo tanq̃ fini, propter quem Deum contemnit, paratus. ſ. agere cõtra pręcepta Dei, ut delactationem huiuſmodi conſequatur. quod intelligo ſi actu de hac pręceptione cogitetur, uel actu aliquod Dei pręceptum contemnatur, frangendo uotum, uel ieiunium eccleſię, uel huiuſmodi. ¶ Secundò, qñ quis ſcienter comedit uel bibit in graue corporis nocumentum, ſm̃ S.Th. Pro quo tamẽ aduerte, ꝙ ſi hoc fiat inaduertenter, non eſt mortale, niſi ſi adeo frequenter fiat, quod tenet aduertere: ſicut s̃. de ebrietate dictũ eſt. Similiter nec ſi nocumentum ſit modicum, aut ueriſimiliter credatur eſſe modicum: ſicut in infirmo non periculoſe, qui potius uult pati augmentum febris, q̃ ſitim, uel huiuſmodi. Et idem eſt de porrigente infirmo ſciẽter uel ex ignorantia improbabili aliq̃d grauiter nociuum. Et concor. hic S.Th. Ho. Inn. Et rõ, quia hoc eſt cõtra amorem charitatis ad ſeipſum. ¶ Tertiò. qñ ſcienter ex uoluptate comeditur uſq; ad vomitum: aut bibitur vſq; ad ebrietatem. ſm̃ Arch. De ebrietate tñ dictum eſt s̃. ſuo loco. ¶ Quartò, rõne finis, puta, ad luxuriandum, aut ad procurandã pollutionem in ſomnijs, ẽt gratia ſanitatis: de quo j̃. Pollutio. ¶ Quintò, dum quis in alio ſcienter eſt cauſa prędictorum.

5 † S E C V N D O quęritur, quot ſunt filię gulę, i. vitia ex gula generata? Et dico, ꝙ sũt ſex, ſm̃ Greg. & San. Th. Prima eſt ebrietas. Secunda hebetudo mentis. Tertia inepta lętitia. Quarta multiloquium. Quinta ſcurrilitas. Sexta ĩmũditia. de quib. ſuo loco. De ieiunio, & cibis, & hora comedẽdi, j̃. Ieiuniũ.

## DE habitu, maxime Sacro.

1 *Habitus, etſi uarie accipitur, hoc tamen loco pro perſonæ eccleſiaſticæ ornamẽto ſumitur, & tum qualis eſſe debeat.*

2 *Cardinalibus an liceat uti his, aut ſimilibus ornamentis, quibus & Papa vtitur. Et quid de laicis, & de mulieribus.*

3 *Religioſus qñ, & qualiter habitu ſuo uti debeat.*

4 *Religioſus qui & curatus ſit, an in eccleſia ſecu lari, ut ſe uulgo conformet ſecularių habitu clericorũ exterius, ꝓprio ſub chlamide retẽto vti poſſit*

5 *Clerico ſeu religioſo, num ex rationabili cauſa habitum tranſformare, ſeu occultare liceat.*

6 *Secularis veste religioſa maſculorum, aut fœminarum ludi cauſa vtens, an mortaliter peccet.*

1 HABITVS † cum multipliciter dicat, vſualiter tñ pro ueste ſumitur, maximè eccleſiaſticarum perſonarũm, de quo in c.præcipimus.21.q.4. & de uita & ho.cle. Deus qui. ſed de habitu ſeculari auget principaliter ĩ. Ornatus. de ſacro verò in titulo pſiti. ¶Primò uerò quæritur, qualis eſſe debeat habitus eccleſiaſticæ perſonæ? Et dico, quod religioſi quidem habitus debet eſſe ſecundùm regulæ ſuæ ſtatuta:ita tñ, quod cõueniat religioni, & pœnitentiæ. 21.q.1. vidua. clerici uerò ſm gl. ſumma. 21.q.4. poſſent uti pannis etiam pretioſis, ſm conſuetudinem regionis, vt conforment ſe moribus eorum, inter quos uiuunt: vt ne uileſcat dignitas clericalis. diſt.80. epiſcopi. de quo uide ſ. Clericus. 2. §. 3. & ĩ. Ornatus. Et adde, ꝙ ſm Hoſt. in c. antiqua. de priuil. panni rubei, & fræna, atq; calcaria deaurata, & ornamenta ſimilia, ſunt inſignia Papæ, & ſui legati, cum proficiſcitur vltra mare.

2 † EX quo infertur, quod Cardinales iure communi uti non pñt ſimilibus coloribus, & ornamentis: excuſantur tamen ſequentes conſuetudinem oppoſitã, ex quo Papa ſcit & tolerat: quia iſta ſunt de iure poſitiuo. Infertur ẽt, quod nec laicis licitum eſt deferre hmõi deaurata, nec pro perſona, nec pro equis ſuis: quia hmõi ſunt principis ornamenta, quibus priuati uti non debent ſub pœna capitis: vt l.2.C.de veſti. holoba. li. 11. Et hãc rationem ſequitur tex. in l. temperent. C. eo. tit. De mulieribus autem non eſt dubium, ꝙ poſſent uti prædictis ſine pęna prędicta: qđ quidam uerum putant ſolùm in matronis, & nobilibus. quidam etiam viri hoc hñt ex priuilegio: vt milites, & doctores: & ſimiliter milites gaudentes, ex quo dantur ſibi in ſignum: & poteſt de conſuetudine introduci.

3 † SECVNDO quæritur, qñ, & qualiter religioſus uti debeat habitu ſuo? Et dico, ꝙ ſemper & patenter. Semper quidem, id eſt, omni tempore, ſeu in lectulo quieſcens, ſeu in quocunq; loco conſiſtens. 20.q.1. vidua. alius tamen in aliquibus religionibus uidetur eſſe habitus diurnus à nocturno: unde ſufficit portare ſm religionis ſuæ inſtituta. Patenter verò cùm prodit in publicũ: aliàs illum dimittendo, ſm Arch. eſt mortale, niſi ex iuſta cauſa: puta propter periculũ captionis uel inſidiarum, aut cum eſſet in balneis aut ſtuphis. quod intelligo de dimiſſione ſui habitus doloſè cum ſumptione alterius ad vſum. ſecus ſi proprius habitus dimitteretur ad horam non doloſè, ſed voluptuoſè nullo alio ſumpto, vel ſumpto alio non ad vſum, ſed ad ſolatiũ ex iocoſa familiaritate, & huiuſmodi: vt ſi in honeſta recreatione frater minor induat habitum pdicatorũ, uel econuerſo. vnde ſubiungit, idem ſi religioſus dimitteret vel occultaret habitum ne deprehenderetur in ſcelere perpetrando, non euaderet mortale, nec excommunicationẽ, de qua ſ. Excommunicatio. 9. excommunicatione 24. vide etiam §. ſeq.

4 † TERTIO quæritur, vtrum religioſus pcipuè curatus in eccleſia ſeculari ad ſe conformãdum uti poſſit habitu clericorum ab extra, retento proprio ſub chlamyde? Et dicit gl. in cle. qm̃. de vita & ho. cle. ꝙ eſt apoſtata. quod vr̃ hodie approbatum per d. cle. & ſequitur Io. An. in nouel. ſuper regula, certum eſt. in 6. pp multa. & rurſus in nouel. ſuper c. ꝙ Dei timorem. de ſta. mo. dicit, ꝙ monachus aſſumptus ad curã eccleſię ſecularis, non abſoluitur ab habitu. ſ. monachali deferendo, quia illud non eſt contrariũ eccleſiæ ſeculari: quia non hẽt determinatum habitũ pro clericis ſuis, licet debeat eſſe talaris. 23. diſ. non liceat. & certi colores veſtiũ, vt uirides, rubei, & hmõi, ſint prohibiti de uita & ho. cle. clerici. Et idem dicit Arch. diſ. 23. ſanctimonialis. Quod ergo dicit glo. 16. q. 7. in noua. tales poſſe habitum mutare exterius, licet ex toto non debeãt: dicit Arch. eſſe verũ, qñ aliàs ſcandalũ eſſet: vt de vi. & ho. cle. Deus qui. Et idẽ Gem. dicens, ꝙ ob ſcandalũ vitandum licet monacho aſſumpto ad curã in aliquo ſe cõformare habitui clericorũ ſecularium, quod fieri põt portãdo chlamydẽ, ſed clauſam antè cum feneſtris lateralibus: vt faciunt honeſti ſacerdotes, & caputium: & ſi non totum, ſaltem quo ad illã partem, qua caput operitur, appareat ab extra chlamidem retro. Si aũt hmõi monachi vtantur habitu ſecularium clericorum: vt non appareãt monachi, de hoc erubeſcentes, vel vt nõ cognoſcantur pp vanitatem, ſm Arch. non euadunt mortale & excõicationis cenſurã.

5 † QVARTO qritur, vtrũ liceat clerico & religioſo ex cã rationabili habitum trãsformare ſeu occultare? Et dico, ꝙ ſic, ſm oẽs, & ſimiliter dimittere, de his ſ. Excõicatio 8. excõicatione 24. nota. 3. & ferè per totum.

6 † QVINTO, vtrũ ſecularis vtens veſte religioſa maſculorum aut fœminarũ cauſa

ludi

ludi peccet mortaliter? Et dico ꝙ non ex leuitate, & ſine irriſione & turpitudine: quia aliter eſſet nimis durum, nec aliquo iure ꝓbabile: ſi autem hoc fiat cauſa ludibrij, i. vituperij, dicit gl. in c. cùm decorē. de vi. & ho. cle. prohibitũ eſſe vti habitu monachali, vel alio religioſo: & ꝙ hoc faciens grauiter punitur, vt in auth. de ſan. epiſ. §. vlt. colla. 9. & ſic vr̃ mortale peccatum. Imò ſi nō fiat hac de cauſa, ſed tñ in rei veritate fiat cũ ludibrio: vt cùm deferuntur laſciuę verè vel apparenter, vt vulgo dicitur in maſcara, vr̃ omnino mortale: quia eſt magna irriſio Dei in ſanctis ſuis. ſimiliter cum eo vtũtur mimi & hiſtriones exercēdo vituperoſa. C. de epiſ. aud. l. minime. Vtrum autem vir vti poſſit veſte muliebri, vel econtra, s̃. Fœmina. §. 1.

## DE HEBETVDINE.

HEBETVDO corporalis opponitur acutiei: ſpiritualis verò ſubtilitati intellectus, ſiue dono intellectus, quod facit ſubtiliter penetrare. Et eſt hebetudo ſenſus ſeu mentis, debilitas mētis in ſpiritualiũ cōſiderōne. 22. q. 15. & orit̃ ex gula hñs rōnem peccati, inquãtũ eſt volũtaria: vt patet in eo, q̃ ita circa corporalia eſt affectus, ꝙ de ſpũalib. ſubtiliter faſtidit, aut negligit cogitare.

## DE HAEREDITATE PRIMO IN SE.

1 *Hæreditatis finitio. Et an in foro conſcientiæ foro hæres ad debita vltra hæreditatis vires teneatur.*

2 *Conſanguineorum gradus quot ſunt. Et teſtator ſuos ſiue aſcendentes ſiue deſcendentes, quo ordine inſtituere aut exhæredare teneatur.*

3 *Inteſtatum decedere, quot modis contingat.*

4 *Hæreditatis partes, quot ſint. Et hæreditas in laicis ab inteſtato, ad quos deuenire debeat. nu. ſeq. ad quod ſex axiomata ſubdit.*

6 *Clerico ab inteſtato decedēti, quis ſuccedere dēat.*

7 *Seruis manumiſſis ab inteſtato decedentibus qui ſuccedant.*

8 *Clerici an laicis eo, quo dictũ ē, ordine ſuccedãt.*

9 *Damnatis ad mortem qui ſuccedere debeat.*

10 *Bona monaſterium ingredientis, ac deinde decedentis, ad quem perueniant. Et in hoc ſubdit dicta ſex, cum limitationibus.*

11 *Statuto cauente, ut extantibus maſculis &c. debeant fœminæ dote contentæ eſſe: moritur pater, ac deinde filius ante filiæ dotationē ſuperſtitis, quæ nam ſuccedet, an filia ipſa, an vero amita.*

12 *Dominus, qui de conſuetudine totũ accipit, quod eius erat, qui ſine liberis deceſſerit, an teneatur.*

1 HAEREDITAS, ſm̃ Bart. in rubr. de acq. hęr. eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, ꝙ habuit defunctus: vt l. nihil. de verb. ſig. & ſic ſumendo, ſ. pro ſucceſſione in totũ, & non in partem iuris, eſt de iure ciuili Romanorum tantũ. diſ. 1. §. ius Quiritũ. & nullius alterius gentis. ꝙ patet: quia deportati, qui non ſunt capaces eorũ, q̃ ſunt iuris ciuilis, non ſunt capaces hæreditatis. C. de hære. inſt. l. 1. Ex quo infertur, ꝙ in foro conſcientiæ hæres non tenetur ad debita ultra uires hrẽditatis: quia in foro conſciētię non ſumit̃ hrẽditas dicto modo: ſed capitur prout eſt de iure gentium, ſm̃ quod hæres non ſuccedebat in vniuerſum ius defuncti: ſed capiebat bona tanq̃ bona vacantia: vñ non tenetur, niſi quatenus patiuntur facultates defuncti.

2 †SED pro dicendorum notitia ſciēdum eſt, ꝙ tres ſunt gradus vel lineę conſanguineorum, ſm̃ Aſten. lib. 3. titu. 25. ſ. aſcendentium ſiue parentum, deſcendentium ſiue liberorum, & collateraliũ. Teſtator aũt q̃ diu aliquē habet de deſcendentib. tenetur illum vel inſtituere hęredē, vel exheredare: & ſi illũ inſtituat hæredē, nō tenetur de aliquo aſcendentiũ facere mentionē: quia deſcendentes in infinitũ cæteris ꝓferuntur. Inſt. de hære. q̃ ab inte. in prin. Deficientib. aũt deſcendētib. legitimis tenetur ſuos aſcēdētes legitimos, ſi quos habet, hæredes inſtituere vel exhæredare. C. ad S.C. Orfic. l. quoties. Collaterales aũt nunq̃ tenetur hæredes inſtituere vel exhæredare: ſed deficientibus deſcendentibus & aſcendentibus legitimis poteſt quos vult inſtituere, etiam ſibi non attinentes, nulla de collateralibus facta mentione.

3 †SCIENDVM eſt ēt ſecundò, ꝙ ſm̃ Aſten. lib. 3. titu. 35. ſex modis quis dr̃ decedere inteſtatus. Primò, ſi moriens nullũ fecit teſtamentũ, vel quia noluit, uel quia non potuit. ſ. de iure vel de facto. Secundò, quia & ſi fecit, non tñ iure: quia. ſ. defuit aliqua ſolennitas legitima. Tertiò, quia & ſi fecit, iure tñ poſtea ruptum eſt: ut j. Teſtamentũ 4. quia & ſi ex omni parte ſit legitimè factum, nullus tñ ex eo hæres apparet: quia. ſ. vel inſtitutus eſſe noluit etiam viuente teſtatore: aut etiam ante aditam hæreditatem deceſſit: vel defuit cōditio, ſub qua erat inſtitutus. Et iſti quatuor modi probantur. Inſti. ubi s̃. in princ. Quintò ſi filius nominatim & cum cã legitima ſit exheredatus: & poſt mortem teſtatoris propoſita querela inofficioſi teſtamenti, & herede cauſam ingratitudinis non probante teſtm̃ per ſentētiam eſt reſciſſum. Sextò, ſi teſtamentum iure pretorio per contratabulas reſcindatur. Ex his duob. vltimis

modis

modis dicitur quis ex poſtfacto teſtamento decedere inteſtatus. C.de col.l.vt liberis.

4 †PRIMO verò quæriſ, q̃ ſint partes hereditatis ẽm iura? Et dico,ꝙ quia as aſſis ſignat pondus 12. vnciarum, licet aliqñ pro obolo ponatur, inde eſt,ꝙ transſumptiuè ipſa hæreditas dr̃ as, & in 12.partes diuiditur, quę vocantur 12.vnciæ. & hñt nomina propria:ita:ꝙ uocantur ſeſcunx,ideſt,vncia vna: ſextans,id eſt,ſexta pars hæreditatis.ſ.vnciæ duæ:quadrãs,id eſt, quarta pars,ſ.tres vncię: triens,id eſt,tertia pars, ſcilicet quatuor unciæ: quincunx, id eſt,quinque unciæ: ſemis, id eſt,dimidium,ſiue ſex vncię:ſeptunx,i.ſeptem vncię: bes,id eſt,octo uncię: dodrans, id eſt,nouem unciæ: dextans,id eſt,decẽ uncię.deunx,id eſt, undecim uncię: duodecim verò uncię appellatione aſſis continentur:vt Inſt.de hęr.inſt.§.hereditas.

5 †SECVNDO q̃ritur, ad quos debeat ex inteſtato hereditas in laicis deuenire, aut defuncto nihil,aut inualidè diſponente? Et dico multa.¶Primum.Iure communi in laicis primò ad hr̃ditatem ueniunt legitimi deſcendentes,ſi ſunt omnib. alijs excluſis: & ſi ſunt primi gradus multi, ęqualiter ſuccedũt. Si uerò ſunt nepotes & ulteriores.ſolũ ſuccedunt non in capita,i.non ęquis partibus,ſed in ſtirpes, i.in ea parte,quam pater eorum ſi viueret, habuiſſet:nec diſtinguiſ an ſint maſculi vel fœminę, ẽt adoptiui,nõ emãcipati: quia indiſtinctè omnes admittũtur: ut C.de ſuis & leg.hęr. auth.in ſucceſſione.¶Scdm. Si verò deſcendentes nõ ſunt, tunc ueniunt aſcendentes:puta pater,auus,abauus,&c. cũ fratribus & ſororibus ex utroq; parẽte coniunctis defuncto vel eorũ filij.¶Tertiũ, ꝙ ſi fratres uel ſorores ſeu filios non hẽt, ſuccedunt aſcendentes, ſalua ſemꝑ ꝓgatiua gradus, ſ.quia pater pręfertur auo: & ſic eũ excludit:& ſic de cęteris.Et ſic de aſcendentib. venit ſolũ, qui eſt defuncto proximior cum fratribus, ſi ſunt in capita, ſed cũ filijs fratrũ in ſtirpes, excluſis fratrib. ex uno parẽte tñ. Et ſi dicti aſcẽdẽtes ſũt in ęquali gradu,puta ex parte patris in primo vel ſcd̃o,& ex parte matris ſimiliter in primo vel ſcd̃o, & hmõi: ſic ęqualiter pr̃ni pro dimidia, & mr̃ni pro alia dimidia ſuccedunt: q̃uis ſint plures perſonę ex parte vna q̃ alia: puta auus & auia ex vna pte:& ex alia auus ſolus uel ſola auia: vt in auth.de hę.ab inteſt.vẽ.§.1.& 2.col.9. & in auth.defuncto.poſita.C.ad Ter.&ꝙ ibi no. in gl. Aliter qui eſt in proximiori gradu defuncto, ſiue pr̃nus,ſiue mr̃nus ſit,admittitur.vt in d.auth.defuncto.¶Quartũ.ꝙ ſi nec aſcendentes ſint ueniũt collaterales: primò quidẽ fratres,ac filij fratris premortui,qui.ſ. erant coniuncti ex utroq; parente defuncto: ſed diuerſimode:q a fratres ſuccedunt in capita,dicti uerò filij in ſtirpes:& illi fratres & filij ꝑferuntur fratribus q ſunt ex vno parẽte ſolũ, vt C.de leg.hær.auth.ceſſante.Et hoc.ſ. ꝙ filij fratrum ſuccedũt in ſtirpes: tenet Cy. Iac.de Are.Dy. & Bar.dicit tñ Bart.in l.oẽs. C.cõia de ſucceſſ.ꝙ qñ parentes ueniunt ad ſucceſſionem in bonis quæſitis ex linea mr̃na, præferuntur parentes ex linea materna, & in bonis paternis,ex linea pr̃na.C.de bon. mater.l.3.& ſimiliter qñ ſunt duo filij ex diuerſo matrimonio,præferuntur in lucro matrimonij illi, q nati ſunt ex illo mr̃imonio. Sed ſi ex diſpõne teſtatoris,vel legis, aut ſtatuti, diceretur ꝙ ſuccedunt agnati,ꝓut ſunt in gradu proximiores: eo caſu ueniunt filij fratrũ ꝑmortuorum cũ patruis: iuxta auth. ceſſante. C.de legi.hęr. no.gl. cõiter approbata in l.cum ita. §. in fideicommiſſo. ff.de leg.2.Dicit ẽt Gul.ꝙ cum fratrib.ꝑfatis non veniunt filij alterius fratris. ff. quod cũ eo, qui in alie.po.l.ſed ſi ex parte. Dicit ẽt Azo. & Hoſt.ꝙ filij fratrũ ſoli ſine patruis,& amitis ſuꝑſtites admittuntur in capita, q̃uis ſint filij diuerſorũ fratrũ, ſed non nepotes,ſ.nati ex eis.Secundò non exiſtentib. ꝑdictis,vel aliquo eorũ, veniunt fratres ex uno tñ latere coniuncti,& eorũ filij qui ꝑferuntur patruis defuncti. Tertiò,ꝑfatis nõ exiſtentib.ꝑferuntur q gradu ſunt proximiores defuncto,& ſi pares ſunt, pariter admittunſ. C.de leg.hær. auth.poſt fratres.vbi Cy.infert,ꝙ vlteriores poſt fratres & filios eorũ ſuccedũt ex ſe:iõq; non cõſideraſ perſona eius à quo deſcẽdũt, ſed tñ ꝑſonę ſuccedentes:& ſic ueniũt in capita.Secus in ꝑcedentibus:vt cũ tractatur de ſucceſſione pr̃norũ auunculorũ, amitarũ,& mr̃terarũ:ubi conſideratur ꝑſona eius à quo deſcendũt,iõq; ueniunt in ſtirpes,vt in auth. ceſſante.C.de leg.hæ. Et hæc faciunt ad q̃onem iſtã. Conſuetudo eſt,ꝙ filia nõ ſuccedit in baronia:quidã aũt baro hẽt fratres & nepotẽ ex filia ꝑmortua, & decedit inteſtatus: q̃ritur an nepos admitterеſ ad baroniã? Dic ꝙ non:quia nepos iſte uenit ex ꝑſona ſuæ filiæ: & ideo repellendus. Si aũt nõ eſſent fratres,nec fratrũ filij,aut vlteriores.bñ veniret nepos: quia nõ cõſideramus ꝑſonam eius,à qua deſcendit,vt d.auth.poſt fratres.& auth. ceſſante.

ceſſante. Et extēditur computatio prædicta vſque ad decimum gradum:vt hr̄ 35.q.5.ad ſedem. ita tñ vt numerentur iſti decem gradus ſm leges quę ponunt duos gradus, ubi canones ponunt vnum.vt ibi patet:imò,ſm aliquos,durat in infinitum quouſque hr̄ memoria de agnatione.licèt Imperator expſſerit ſolum decimum gradū:quia vix ulterius durat dicta memoria. Et in præfata ſucceſſione tam aſcendentium q̃ deſcendentium & lateralium, ceſſat oīs dr̄ia tā ſexus quàm emancipationis:hoc tñ attento, vt cùm agitur de ſucceſſione patris, ſolos conſanguineos admittas: de rebus uerò matris,uterinos.¶Quintū.Filij uerò naturales tm̄ vel ſpurij,ſm Ang.ī auth.qūo na.effi.ſui.§.fi.col.7. ſi ſunt ex eodem patre, non ex eadē matre, non ſuccedunt inuicem unus alteri. Si verò ſunt ex eadem matre,tunc vnus alteri ab inteſtato ſuccedit:quia inuicem cognoſcūtur. l.2.ff.vnde cog. Si uerò vnus ſpurius decederet relicto fratre ſpurio & alio legitimo ex eadem matre:tunc uenit legitimus,& illegitimus excluditur:quia qñ de ſucceſſione tractatur,ille frater præfertur, qui plurib. nexibus eſt coniunctus. De ſucceſſione uerò fratrum adinuicem, ſeruandum eſt ꝙ dictū eſt, excepto ꝙ frater legitimus non ſuccedit fratri ſuo illegitimo ex parte patris, nec econtrario: quia non eſt ille illi agnatus, nec ille ipſi:& durat in infinitum, quouſque memoria poſſit hr̄i de cognatione. Inſt.de gradib. cogn.per totū.¶Sextū. Præfatis autem oīb. aſcendentibus,deſcendentibus, & collateralibus deficientibus, veniet uir ad ſucceſſionē vxoris,& uxor viri:vt C. unde uir & ux.l vnica.& ſi vxor eſſet ſine dote & pauper,& maritus nec aſcendentes habet nec deſcendentes, ſed ſolùm agnatos,vel cognatos:tūc ſuccedet viro ab inteſtato in quarta parte hæreditatis:ut in auth.de exhib. & introd.reis. §.qm̄ uerò. & idem dic de viro paupere circa bona vxoris.aliæ uerò tres partes hæreditatis erunt agnatorum,vel cognatorū. Vltimò ſuccedit fiſcus:vt C. de bon.vacan.l.1.Si verò eſſet pactum vel ſtatutum, vel conſuetudo contra omnia,vel in aliquod prędictorum,illud ſerua,ſi tale quid eſt,quod iuri cōmuni poſſit derogare.

8 †QVINTO q̃ritur,quid iura uelint de ſubſtitutione pupillari? Et dico quatuor. ¶Primum. Ad iſtã ſubſtitutionem quatuor requiruntur.Primum,ſ.ꝙ ille,cui fit ſubſtitutio,ſit de liberis teſtatoris:& accipio liberos non tantum pro filijs,ſed pro nepotibus.Secundum,ꝙ ſit impubes.Tertium,ꝙ ſit in poteſtate teſtatoris.Quartum ꝙ inſtituatur,uel exhæredetur.Et fieri poteſt non ſolum filio impuberi iam nato, ſed etiam poſthumo.ſi tamen naſcendo eſſet ſub poteſtate teſtatoris,ſi uiueret ipſe teſtator,& etiam nepoti, ſi tamen ſit recaſurus in poteſtatem ſui patris poſt mortem aui.ff.de uulg.& pup.ſubſtit.l. ij.§.poſthumus. ¶Secundũ. Effectus eſt eius ut non ſolum ſit P.hæres iure directo, & capiat bona & hæreditatem utriuſque,ſi A.deceſſerit in ætate pupillari:ſed etiam excludit matrem:ita ꝙ etiam legitimam petere non poterit:ut uo.Bar.& doc.in l.Papinianus. §.ſed nec impuberis.ff.de inoff.teſta. & omnẽ aliam perſonam,quæ ipſi pupillo ab inteſtato ſuccedere potuiſſet.ff.de vul.& pup.ſub.l. Lucius.Et hoc uerũ eſt in exp̃ſſa:in tacita autem hẽt locum,qñ alter filius teſtatoris frater pupilli ſubſtituitur. Si aũt ſubſtitutus ſit extraneus,mater admittitur & repellitur ſubſtitutus.l.p̃cibus.& l.q̃dã.C.de impu. & alijs ſubſt.niſi in quatuor caſibus.Primò, qñ pater exp̃ſſe ꝓhibet ne aliquid.habeat. Secundò,qñ reliquit aliquid vxori:& uult eſſe cõtẽtã.Tertiò,ſi fuit inimica patri.Quartò,qñ frater impuberis eſt ſubſtitutus. Nota ẽt ꝙ in hac tacita extraneus nõ excludit fratrem ex utroq; parente cõiunctũ.¶Tertiũ.Euaneſcit aũt iſta ſubſtitutio primò, per aduentũ pubertatis.Secundò, ſi hæreditas patris non ſit adhuc adita: quia cũ nullus appareat hæres.teſt.ñ paternũ vr̃ deſtitutum:& ſic euaneſcit ẽt pupillaris.ff.de uulg.& pup. ſubſt. l. ſi plures.§.ſed ſi ex aſſe.Tertiò,ſi naſcitur poſthumus,de quo mẽtio nõ eſt facta in teſtõ.ff. eo.l.ſi pater filiũ.Quartò,ſi patiatur pupillus capitis diminutionẽ maximã, mediã, uel ẽt minimã.ff.de adop.l.nec ei. ¶Quartum. Rõ quare inuẽta ſit,eſt:quia cum filius in pupillari ętate teſtari nõ poſſit,ꝓmittitur patri ipſi filio facere teſtamentum,& de hęrede prouidere durante illa ætate p̃ciſe.d.§.quo caſu.

9 †SEXTO quæritur, quid iura uelint de ſubſtitutione exemplari?Et dico hoc patere ex diſ-

ex dñia eius ad pupillarem, à qua differt multipliciter. ¶Primò, quia illa fit tm̃ à patre, q̃ illum habet in poteſtate: hęc aũt fit etiam à matre filio furioſo, vel mente capto non exiſtente in eius ptãte. ¶Secundò, quia illa tantùm fit pupillis & impuberibus: iſta verò ſolũ adultis, vel maioribus. ¶Tertiò, q̃a in illa põt ſubſtitui quilibet quẽ volueris: in iſta non, ſed certo ordinẽ ſic: vt ſi hẽt liberos, ei ſubſtituantur: ſi uerò non hẽt, ſubſtituantur fratres: ꝙ ſi nec filios, nec fratres hẽt, tũc ſubſtituet quẽ voluerit. C. de imp. & alijs ſub. l. humanitatis. ¶Quartò, q̃a illa expirat adueniẽte pubertate: ſed hęc ſolũ adueniẽte mẽte ſana. ¶Quintò, q̃a illa fit impuberi, ſiue furioſus ſiue ſanus mente ſit: hæc verò ſolùm furioſis, & mente captis. Probantur hæc oĩa Inſtit. de pub. ſub. §. qua rõne. Et ſi adueniat ſana mens, & nullo facto teſtõ iterum vertatur in furiam, non euaneſcit ſubſtõ. arg. l. qđ fauore. C. de legi. & placet: licet alij dicant, ꝙ expirat. arg. l. quod quiſque. ff. de reg. iur. Effectus autem eius eſt, vt bona vtriuſque tranſeant ad ſubſtitutum.

10 † SEPTIMO q̃ritur, q̃d de breuiloqua? Et dico quatuor. ¶Primum. Hęc ſubſtõ fieri põt à milite: nec explico qũo, quia non eſt in vſu. Item à quolibet non milite, ſed oportet, ꝙ fiat filio pupillo in ptãte exiſtente. ¶Secundum. Continet aũt pupillarẽ expreſſam, quia habet eundem effectum: ideoque ſolùm filio pupillo, & in poteſtate exiſtenti fieri põt, vt dictum eſt. ¶Tertium. Licet hæc ſubſtõ ſit directa de ſui natura ſimpliciter, poſſent tñ apponi in ea verba, vel dictiones, vel aliqua mutari, per quæ in fideicõmiſſũ verteretur, & ad naturam ac ius fideicõmiſſi reduceretur. ¶Quartum. Quatuor autẽ modis ad naturam, vel ius fideicommiſſi reducitur, ſicut fieri poteſt ſub his quatuor formis. ¶Primò enim fit ſic: A. mihi hæredem inſtituo: & ſi qñcunque deceſſerit A. ſubſtituo P. Nam hoc uerbum, ſubſtituo, trahit hãc ſubſtitutionem ad fideicommiſſum, ſm gl. in l. precibus, C. de imp. & alijs ſub. & l. Cẽturio. ff. de vulga. & pup. ſub. & in c. Raynutius. de teſtam. Et ꝓdictum aduerbium, qñcunque, in hoc caſu ſeruat propriam ſignificationẽ, & reſpicit oẽ tp̃s, & rem omni tp̃e ſuadet valere. l. quoties. ff. de reb. dub. Hinc eſt, ꝙ quocunque tp̃e moriatur, ſiue in pupillari, ſiue in maiori ætate, virtute huius verbi, ſubſtituo, vr̃ rogatus eſſe à teſtatore per fideicõmiſſum poſt mortem ſuam reſtituere hæreditatem, & bona teſtatoris ipſi ſubſtituto. Vnde ipſo inſtituto moriente, mater & quicunque ſucceſſores ſiue ex teſtõ, vel ab inteſtato adibunt hęreditatem: & aditam ſubſtituto reſtituent iure fideicommiſſi. Inſtit. de fideic. hære. §. ſed quia ſtipulationes. defalcabunt tñ & retinebunt legitimam ipſius, quę eſt tertia pars totius hæreditatis teſtatoris, ſm communiorem opin. ſi ipſe A. erat de liberis ipſius teſtatoris, ad quos legitima ſpectat: quia in hac grauare eum teſtator non potuit. C. de inoff. teſt. l. qm̃. De reliquis verò defalcabunt tertiã Trebellianicam, & ſic habebunt mediam hęreditatem: reliquam verò medietatem reſtituent ſubſtituto iure fideicommiſſi. Retinebunt ẽt ſibi omnia bona ipſius A. quia teſtator de ſuis tm̃ rogaſſe intelligitur, non hęredis. Si verò A. non erat de liberis, defalcabunt tm̃ Trebellianicam: & habebit ẽt alia bona, quæ A. q̃ſiuit aliunde. Et hęc ſubſtõ, quia ius fideicommiſſi habet, fieri põt cuicunque hæredi, & à quocũque teſtatore. Inſt. de fideic. hęr. §. in primis. & §. ſeq. Et aduerte, ꝙ licet in pręfata forma non addatur, qñcunque deceſſerit ſine liberis: ſi tamen A. erat de liberis teſtatoris, intelligetur hæc clauſula, ſi ſine liberis.

11 † QVIA pro regula eſt, ꝙ qñcunq; quis aliquem rogat de liberis ſuis, alteri hæreditatem reſtituere poſt ſuam mortem, ſemper intelligitur tacitè conditio iſta, ſ. ſi deceſſerit ſine liberis: quia non eſt credendũ, ꝙ quis excluſa prole filij ſui voluerit hæreditatem peruenire ad alterum. In extraneo aũt hærede non ineſt talis tacita conditio, niſi addat expreſsè. C. de inſtit. & ſubſt. ſub cond. fact. l. gñaliter. §. vlt. ¶Secundò ſic fit: A. filiũ meũ impuberem hæredem mihi inſtituo: ſed ſi dictus A. qñcunque ſine liberis deceſſerit. P. ſit hæres: & tunc ſi moritur intra tp̃s pupillare valet iure directo: & ſic ſubſtitutus capiet totam hęreditatem ſine deductione alicuius quartæ. d. l. Centurio. & c. ſi pater. de teſtam. lib. 6. Si verò moritur in pubertate, ſm Io. And. erit totaliter fideicommiſſaria: q̃a licet per iſtam dictionem, ſit hæres, videatur directa, tñ per iſtam additionem, ſine liberis, trahitur ad fideicommiſſum, vt probatur in l. Scęuola. ff. ad Treb. q̃a illa additio innuit, ꝙ in quocunque tp̃e deceſſerit ſine liberis in pubertate, ex præſumpta voluntate teſtatoris, vr̃ rogatus per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem poſt mortem: vt probatur in d. l. precibus. Et ideo quocunque tp̃e in pu-

in pubertate moriatur ſine liberis, mſ, aut quicunque ſucceſſores, reſtituent hereditatem ſubſtituto deductis s̃.dictis.ff.de vulga. & pup.ſubſt.l.cohęredi.§.cum ille. Et ſic tene, licet cõis opinio Legiſtarum ſit, ꝙ nunquam obligatur, ſed expirat per aduentum pubertatis. ¶Tertiò fit ſic: A.mihi hæredem inſtituo: ſed ſi dictus A.q̃ñcunque ſine liberis deceſſerit, P.ſubſtituo. Et hęc omni tpe eſt fideicommiſſaria, & idem ius eundẽ effectum hẽt per omnia ſicut prima p̃dicta, tum rõne verbi, ſubſtituo, tum rõne, ſine liberis: ideoq; dicendum eſt vt de illa. ¶ Quartò fit ſic: A.filium meum hæredem mihi inſtituo: ſi tñ deceſſerit in pupillari ætate, vel poſtea q̃ñdocunque ſine liberis, P.ſit hæres, vel P. ſubſtituo. Sub hac aũt forma comprehenduntur tres ſubſtõnes: vna pupillaris exp̃ſſa, per hoc quod dr̃, ſi deceſſerit in pupillari ætate: & ex hac reſultat tacita vulgaris, q̃ ſub pupillari expreſſa continetur, vt dictum eſt: & hanc facere nõ põt, niſi pater pupillo p̃p pupillarem ætatem expreſſam q̃ñ fit directè, niſi ſit miles, d.l.Centurio. Tertia fideicommiſſaria eſt p̃p illud quod dr̃, vel poſtea q̃ñcunque ſine liberis. Sed ſi teſtator uult, ꝙ clarius iſtæ tres reſurgant, dicat, P.pupillariter, & vulgariter, & per fideicõmiſſum ſubſtituo. & vnaqueque iſtarum habet ſuũ effectum: quia ſi A.ſit hæres, & in pupillari ætate moriatur, ſubſtitutus vocatur iure directo excluſa matre, & alijs legitimis ſucceſſoribus: & hoc p̃p effectum pupillaris exp̃ſſæ, q̃ matrem repellit, & ſubſtitutum admittit. l.Lucius.ff.de uul. & pup.ſub. Si uerò A.nõ ſit heres, quia non poſſit aut nolit: tũc ſubſtitutus erit hæres iure directo p̃p tacitam vulgarem, q̃ ẽt ex pupillari conſurgit, vt dictum eſt. Si verò ſit hæręs, deinde factus pubes, q̃ñcunque ſine liberis moriatur, habebit locum fideicommiſſaria. Vnde eo ſine liberis moriente, ſucceſſores reſtituent hæreditatem cum defalcatione, vt dictum eſt. Innumerabilia dici poſſent de hac ſubſtitutionum materia, quę cauſidicis relinquãtur.

12 †OCTAVO quęritur, vtrum indiſtinctè per religionis ingreſſum expiret ſubſtitutio facta in defectum liberorũ? Et dico multa. ¶Primum. Secundũ gl.in c.in p̃ñtia.de prob. iſto caſu per ingreſſum religionis ſubſtõ euaneſcit: & excluditur ſubſtitutus, ſi erat priuatus: quia hoc caſu ingrediens monaſteriũ fingitur hẽre, ut ibi in auth. de ſanc.epi.§.ſed hæc p̃ñti. Sed intellige, ꝙ euaneſcit, ſi monachatus tenuit, ẽm glo.ibi, & poſtquã tenuit, non ante, ẽm Vinc. & non fecit in fraudem, nec exiuit intra tp̃s probationis. Si aũt ſubſtituitur eccleſia, aut locus religionis, vel iubetur expendere in pias cauſas, non expirat ſubſtitutio, uel fideicommiſſum: vt d.§.ſed hæc. vbi diſtinctio iſta probatur. Et diuerſitatis ratio eſt, ẽm Arch. quia ꝙ expiret ſubſtitutio per religionis ingreſſum, inductum eſt cõtra propriam ſignificationem verborum in fauorem piæ cauſæ: unde vbi fideicommiſſum expendi debet in pias cauſas, ceſſat dicta ratio: cùm non debeamus impropriare verba in fauorem vnius piæ cauſæ in alterius piæ cauſæ præiudicium: arg.c.cũ cauſa. de preb. ¶Secundum. Si autem inſtitutus nõ ingreditur monaſterium, ſed efficitur clericus, dicit gl.ibidem, ꝙ non euaneſcit ſubſtõ, niſi duo concurrant. Primò, vt perpetuò maneat in eccleſia. Secundò, vt reditus expendantur in pias cauſas: vt dr̃ in auth. niſi rogati. C.ad Treb. quod quidem Pan. ibidem reſtringit ad clericum conuerſum alicuius monaſterij: ſed melius intelligitur ſimpliciter, vt glo.intelligit. ¶Tertium. Si aũt dediſſet ſe & ſua eccleſiæ ſeculari, glo.ibidem diſtinguit: quia aut fit clericus, & ſic dr̃, vt s̃. ſtatim. aut non fit clericus: & ſic ſubſtõ non expirat, ẽm melius ſentientes. ¶Quartum. Si verò ingreditur religionem in fraudem ſubſtituti. ẽm Pan.in c.in præſentia. Abbas tenet, ꝙ ſubſtitutio non euacuatur: q̃a fraus & dolus nemini patrocinantur. de reſcri.ſedes. & hoc cõiter tenetur, & probabit fraus probando comminationes factas ſubſtituto per hæredem. 20.q.3.c.fin. Et idem eſt ẽm Gofr. & Arch. in c.ſi qua.19.q.vlt. ſi non intrauit, ſed monaſterium hæredem inſtituit: quia ſubſtitutio non expirat. & de his s̃. Hæreditas.1,§.7. ¶Quintum. Si autem ad dictã clauſulam generalem, ſi ſine liberis, addatur, ex ſe legitimè deſcendẽtibus, vel ex ſuo corpore natis: licet ſint opiniones, tamen veritas eſt, ꝙ per religionis ingreſſum ſubſtitutio expirat: ut egregiè Bart. probat in q̃õne facti. cuius motiua vide per Archid. 3.parte. titu.10.c.3.§.antepen. & idem tenet ipſe, & Cyn.in l.ſi ita quis.ff.de leg.2.cõcor. Archi. & Io.in d.c.ſi qua. & do.Ant. & Pan.in d.c. in præſentia. licet contrarium tenuerit Iac. de Belui. Hoſt. & Io.And. & quidam alij. ¶Sextum. Si fiat ſubſtitutio ſub conditione, ꝙ monaſterium non ingrediatur, non expirat ſubſtõ p̃ ingreſſum monaſterij, ẽm Pan. in d.

in d.c.in pſitia. quia communiter tenetur, ꝙ illa conditio, q̃ impedit matrimonium ſpirituale, ſiue religionis ingreſſum, hr̃ pro non adiecta, ſicut & illa, q̃ impedit carnale. C. de ind. vid. & ff. de cond. & demon. l. cum tale. & l. Titię ſi nupſerit. vbi dr̃, ꝙ ſi teſtator reliquit Titię ducentos ſi non nupſerit, & ſi nupſerit, centum: ſi Titia elegerit nuptias, debet hr̃e ducentos: quia conditio illa retrahit à matrimonio carnali: vnde non tenetur mulier reſtituere relictum ſibi cum onere reſtituendi ſi nupſerit, ff. eod. l. quoties. & l. ſi filiæ. & à fortiori idem eſt ſi conditio impediat matrimonium ſpirituale.

13 † VNDE dicit Alber. in l. Deo nobis. C. de epiſ. & cler. ꝙ puella, cui relinquuntur cẽtum ſi nupſerit, ſi verò religionẽ intrauerit, quinquaginta: nihilominus ſi intrauerit, habebit centũ: q̃a in caſu p̃dicto oĩs conditio, dilatio, & grauamẽ remiſſa intelligũtur, cũ p̃dicta inſtõ ſuccedat loco debiti bonorũ ſubſidij: vt eſt expreſſũ C. de inoſ. teſta. l. qm̃ in prioribus. Et hoc dicit verũ in filia, cui tale ſubſidiũ debeť: non aũt in extranea, ſed ſolũ ſi condõ extet: imò non hr̃et filia, qñ lcĩma eſſet ſibi legata, & illud relictũ eſſet vltra debitũ bonorũ ſubſidiũ. Sed Rich. Malũ. tenet hoc eſſe verũ indiſtinctè. Ego verò dico verũ dicere Alberi. ſi conſidereť ſolũ rõ debiti ſubſidij: ſed ſi conſideretur turpitudo conditionis, quę ꝑ nõ adiecta hñda eſt, uerũ dicit Rich. q̃ q̃a in hoc caſu ſemꝑ eſt turpis, ſemꝑ habebitur pro non adiecta, ĵ. Legatũ 1. §. 9.

DE HAERESI & Hæreticis primò in ſe.

1 *Hæreſis, quæ ab electione dicta eſt, quid ſit, & quid hæreticus.*
2 *Fidei multa ſunt, circa quæ oberrantes in hæreſim prolabuntur.*
3 *Temerarium, erroneũ, & hæreticum, in his, quæ ad fidem pertinent, quomodo differant.*
4 *Errans circa fidem, vt quis hæreticus dicendus ſit, quot requirantur. & ibidem quod quinque, de quibus hic.*
5 *Pertinacia, quæ hæreticum conſtituit, quibus actibus ac modis iudicanda ſit.*
6 *Dubius in fide, an hæreticus cenſendus ſit, vel infidelis.*
7 *Vſuram qui peccatum aſſerit non eſſe, an hæreticus ſit.*
8 *Dæmones adorantes, & imagines baptizantes, num protinus vt hæreticos iudicare, an punire debeat eccleſia. num. 9.*
10 *Participantes cum hæreticis, qui ſint, & qui dicantur.*
11 *Hæreticorum pœna quænã, & quotuplex ſit. Et ibidem q. quatuordecim vſque ad num. 15.*
12 *Hæretico cõicare, an ſine peccato quis poſſit.*
13 *Hæreticorum bona, cui applicãda ſint. Et an donatio, alienatio, aut filiorum ante damnationem emancipatio ab hæretico facta teneat. nu. ſeq.*
15 *Hæreticorum relapſorum quæ pœna ſit. Et quot modis relapſus dicatur.*
16 *Hæreticis credentibus, fautoribus eorundem, ac defenſoribus, & receptatoribus, quæ pœna conſtituta ſit.*
17 *Hæreticis ſponte redeuntibus ac pœnitentibus parcendumne ſit. Et quid ſi poſt condemnationem redire velint. num. ſeq.*
19 *Hæretici ad fidem redeuntes, qualiter recipiẽdi ſint. Et num occulti hæretici, a ſacerdote abſolui queant. num. ſeq.*
21 *Hæretici redeuntes ad fidem, num circa ordines diſpenſabiles ſint.*

1 HAERESIS † 1. Græcè ab electione dr̃, eo ꝙ aliquam ſibi opinionem ſectãdam hereticus eligat. 24. q. 3. hæreſis. aliàs diuiſionem ſonat: & ſic hęreſis in propoſito vr̃ heſio intellectus ad falſam ſñiam in ſpectantibus ad fidem, aut mores cũ obſtinatione: ita ꝙ de ratione eius ſunt duo, ſ̃m S. Thom. ſuper j. ad Corynth. lec. 4. ſ. electio priuatę diſciplinæ, & pertinacia: & principaliter, vt idem dicit 2. 2. q. 11. eſt circa articulos fidei: ſecũdariò verò circa ea, quę ſequuntur ex eis: & naſcitur ex ſuperbia, vel concupiſcentia commodi t̃palis. Hęreticus uerò, ſ̃m Pet. ex S. Tho. & cõiter omnes doc. diffiniri poteſt, ꝙ eſt is, qui circa ea, q̃ ſunt fidei, errat per intellectum: & pertinaciter hæret errori per voluntatem. Vnde errans in his, q̃ non ſunt fidei, i. q̃ quis explicitè credere nõ tenetur: puta, credendo Iacob patrem fuiſſe Abrahę, & huiuſmodi: qui tñ rectè crederet, vbi ei conſtaret de veritate, non eſt hr̃ticus, ſ̃m S. Tho. in 4. ſimiliter nec qui errat circa ea, de quibus diſſentiunt Doctores, donec ꝑ eccleſiam ſit determinatum: vt idem dicit in 1. parte. Similiter errãs circa ea, quę ſunt fidei nõ pertinaciter, ſed per ſimplicitatem, nullo modo poteſt dici hr̃ticus, ſ̃m Card. in cle. de ſum. Trin. & conſequenter nec excõicatus per verbum, pertinaciter, ibi poſitum, quia errans per ſimplicitatem, non pertinaciter credit, imò talis mereri poteſt: puta, dũ credit ſuo epiſcopo p̃dicanti aliquid contra fidem, credens animo obediendi fidei: paratus tñ corrigi: quia ex intentione iudicatur. Item quia ſ̃m Inn. illud nõ eſt fides eius, ſed

fides

fides eccleſiæ:&vult dicere,ꝙ ideo ſic credit, quia credit eccleſiam illud credere:& conſequenter potius credit, quod eccleſia credit. Idē aūt puto de errante ex quadā pia deuotione:vt puta circa conceptionem dñæ nſę. Sed hęc limita, niſi erret in his,in q̃b. ignorantia nō excuſat:quo caſu nō meretur, ſed peccat,non per infidelitatē hǣticam,q̃ pertinaciā requirit,ſed per negligentiā.Itē niſi erret in his, de q̃b. certant viri docti ex quadā partiali affectione. aliq̃n tñ hęreticus dicit̃ quilibet excōicatus. 4.q.1. quod aūt.ſimiliter & ſimoniacus. 1.q.1.quiſquis. ſed eſt locutio impropria, inquantū .ſ.ita operantur, ac ſi male de fide ſentirent. Igitur ſi alterum illorum duorū,non eſt q̃s hæreticus. de hoc latius j̃.§.fi. Aduerte aūt, Quòd ea, q̃ ſunt fidei, circa quę errando labitur in hæreſim, ſunt multa: vnde hęreticus eſt primò malè ſentiens de articulis fidei.Et ſecundò ſimiliter malè ſentiens de eccleſiæ ſacramētis, de hęr.ad abolendam. Tertiò malè ſentiens circa ſcripturæ ſanctæ ueritatē. 24.q.3. hęreſis. Vnde dicit Pan.in cle.vnica.eo.tit.ꝙ hereticus eſt exponens falſam,&extortā expoſitionem in diuinis ſcripturis contra id, quod eccleſia tenet, ꝙ gl.in cle.1.de vſur.§.ſanè. dicit ꝓcedere indiſtinctè de gignente, aut tenente ꝑuerſum dogma,vel falſas opiniones. Sed alij melius hoc limitant, ſi ſcriptura illa ſit de neceſſarijs ad ſalutē:puta, de ꝑtinētib. ad fidē,vel mores: vel aliter expoſita,ꝙ non poſſit eſſe vera in ſenſu illo.Card.ēt in d.cle. voluit hoc extēdere ad tenentes cōtra canones:& multi doc.ibi. ſed diſtinguendum eſt. Nā credulitas eſt contra fidē dupliciter:primò directè,& principaliter,quia.ſ.eſt contra articulos. Secundò indirectè,& ſecundariò, q̃a.ſ eſt contra aliquid connexū articulo,ita ꝙ ſequitur corruptio alicuius articuli: ſicut dicere, ꝙ in ſcriptura cōtineatur aliquod falſum:quia eſt contra illud,quod Spiritus ſanctus loquutus eſt per prophetas.Similiter dicere,ꝙ eccleſia malè determinauit in aliquo circa fidē, aut mores:quia eſt cōtra illud,ſanctam eccleſiam catholicam. & ſimiliter auferre eccleſię Rom. priuilegia diuina: quia ſequitur,ꝙ ipſa non ſit regula fidei infallibilis:& conſequenter nō eſt neceſſe credere articulis fidei ab illa declaratis, vel traditis.

3 †PRIMO verò q̃ritur,quomodo in his, quę ſunt fidei, differant temerarium, erroneum,hæreticum?Et dico ſm Arch.ꝙ ſe hñt vt homo,animal,corpus, ita ꝙ omne hæreticum eſt erroneū,& temerariū,non econtra: & omne erroneum eſt temerarium non econtra.Nam temerarium eſt in hmōi aſſerere,tanq̃ certū aliquod poſſibile, quod auctoritate, vel ratione efficaciter probari nō poteſt: ſicut ꝙ mūdus terminabitur hinc ad centum,vel ducentos annos.erroneum verò ſuper temerarium addit falſitatē: quia errare eſt à via recta diſcedere:ſicut dicere,vt dicit magiſter Sent. ꝙ Chriſtus fuit homo in triduo ſuæ mortis.hæreticū quoq; ſuper erroneum addit, ꝙ falſitas ſit notoria,& inhæſio pertinax. Vnde dicit Aug. Errare potero, ſed hæreticus non ero.hæc ex illo. Aduerte, ꝙ pertinacia requiritur ex parte credentis, vt dicatur hæreticus, non ex parte ſentētiæ, vt ipſa dicatur hæreſis, vel hæretica: vnde ſufficit,quòd ſit notoriè contra fidem.

4 †SECVNDO q̃ritur, quot requirātur ad hoc, ꝙ errans circa fidem ſit hæreticus? Et dico, ꝙ requiruntur quinque ad duo ꝓdicta reducibilia:& de quibus diffuſiſſimè Archi.2.parte.ti.12.c.5.§.1. ¶Primò,ut q̃s erret,cum hæreticus ſit.ſm Aug.quia opiniones falſas gignit,aut ſequitur:qui error ſit in rōne:q̃a hæreſis eſt ſpecies infidelitatis,quæ eſt in rōne:ſicut & fides ſibi contraria.Igitur nullum factū ſine errore hoīem hæreticum fecit:vñ baptizare imagines,dæmones adorare,conculcare altaris ſacramentū,& hmōi horrenda, niſi ſit error in intellectu male de his ſentiendo,non faciunt hæreticū, ſed peccatorem, & ſceleſtum,& ſortilegum:ſicut q̃ aliqua ductus cupiditate iſta facit ad aſſequēdū aliq̃d à dæmone pacto tacito,vel expreſſo,credens tñ de his ea,quæ fides docet. Nec obſtat, ꝙ ſm iura ſimoniacus dicit̃ hæreticus.1.q.1. q̃ſquis.quia hoc non eſt uerū propriè, ſed inquantū uendendo ſacramēta ita agit, ac ſi exiſtimaret poſſe donū gratiæ Dei pecunia poſſideri, ſm S. Tho. quod tñ nō credit, alioquin eſſet hæreticus propriè. Non obſtat ēt, ꝙ adorans hæreticum, qđ.ſ. leuius eſt, q̃ adorare dæmonē, eſt hæreticus in c.quiſquis.& in c. accuſatos.de hær.lib.6. quia hoc eſt verū,ſi adorat credens illū adorandum, quaſi .ſ. eius fides uera ſit: ſecus ſi ꝑꝑ commodum temporale ſine errore: q̃a non eſt hæreticus, niſi iuris ꝑſumptione, & fictione. & de hoc j̃.5.utrum ſcilicet in iudicio eccleſiæ tales debeant ſtatim iudicari hęretici. ¶Secundò requiritur, quòd error ſit cōtra ea, quæ ſunt fidei, ut circa ſcripturam vel articulos fidei,aut contra determinationem

nem eccleſię in his,quę ſunt fidei,aut motū neceſſaria ad ſalutē.ar.xxiij.q.hęc eſt fides. Vnde error in nō ſpectantibus ad fidem,uel determinationem eccleſiæ: puta, ꝙ Sol ſit minor terra,non eſt periculoſus: imò nō eſt hęreticus ſentiens contra determinationē eccleſiæ in alijs, q̄ in pdictis, quę pertineāt ad fidem,uel bonos mores:ſicut Io.xxij.determinauit in extrauagāti cōditorem. ꝙ ius ſeparari non pōt ab vſu in uſu conſumptibilibus:& tñ dicit huic ſnīę contradicentes eſſe contumaces, & eccleſię rebelles, non aūt hęreticos.¶Tertiò requiritur, ꝙ error ſit in eo,qui catholicam fidem eſt profeſſus,aliàs non eſſet hęreticus,ſed ſimpliciter infidelis: vt Iudęus,& Paganus. ¶Quartò, ꝙ aliquam veritatem de fide Chriſti fateatur, quantum ad humanitatem, vel deitatem: alioquin ſi nullam fateretur, proprie loquendo magis eſſet apoſtata,quā hęreticus, ſicut Iulianus apoſtata: large tñ dici poteſt hęreticus, & grauius hęretico puniēdus, ſi puniri poſſet. ¶Quintò, ut quis errorem talem obſtinata voluntate eligat,& pertinaciter ſequatur:vnde errans ex ignorantia,paratus corrigi, nūquā eſt hęreticus,24.q.3.dicit apoſtolus.

5 †SCIENDVM eſt tñ ſm Arch.ꝙ pertinacia nō eſt iudicāda ſolū in actu exteriori:puta,ꝙ ille ſolus pertinax reputetur,q verbis aut ſcriptis monitus reſiſtit:ſed ēt qui latenter diu in errore perſiſtit,uel uſq; ad mortem perdurat:quia talis non videtur ꝑ ignorantiam,ſed per obſtinatam malitiā perſeueraſſe:ideoq; eccleſia tales pſumit hęreticos.

6 †TERTIO q̄ritur,utrū dubius in fide ſit hæreticus uel infidelis? Et dicit Lau. ꝙ is qui firmiter ex animi infirmitate nō credit, nec tñ ꝑtinaciter dubitationi inſiſtit, nō eſt hęreticus:quinimo ſi recedit ab illa dubietate,reſiſtēdo meretur:qui uerò ꝑtinaciter inſiſtit,i.non paratus corrigi ad mādatū ſuperioris,eſt hæreticus:ut in c.dubius.de hæreti.& ꝑ hoc eſt caſus ſingularis in c. dānamus. de ſumma trini.ubi Ioachim nō dānatur, licet dixerit erroneū: quia fuit corrigi paratus, ſe correctioni eccleſiæ ſubijciēs:vñ ſola ꝑtinacia hominem hæreticum facit .Et idē Cardinalis.Sed aduerte,ꝙ nullus dubius in fide vr̄ paratus corrigi ad mandatum eccleſiæ, niſi dubitet ex ignorātia:quia dubius de articulo,dubius eſt de doctrina eccleſiæ, ſi ſcit eā docere articulum.Vnde dico, ꝙ dubitās cōtra ſuam uoluntatē nō eſt hæreticus alia rōne:quia.ſ.ſicut nullus credit niſi uolens, ſm Aug.ita nec efficit̃ infidelis niſi volēs, vñ in rōne hæreſis includit̃ electio falſitatis: q̄ electio importat liberā inclinationē uolūtatis.

7 †QVARTO q̄ritur utrum ſit hæreticus qui aſſerit uſuram non eſſe peccatum? Et dico ꝙ ſic,ut in clem.ex graui. de uſur.ubi dicit Petr. de Anc. ꝙ actus fœnerādi non ſapit hæreſim,nec pertinet ad inquiſitorē:& tñ ꝑtinaciter aſſerere hoc nō eſſe peccatū eſt hęreticum. Et rationem aſſignat gl. dicens, ꝙ non ſolum hæreticus eſt male ſentiens de articulis fidei & eccleſiæ ſacramentis. de hær. ad abolēdā.ſed ēt qui ꝑuerſum hēt dogma, uel falſas aut nouas opiniones gignit,aut ſequitur.xxiiij.q.iij.inter ſchiſma.& capit.hæreticus.intellige contra doctrinam eccleſiæ. uñ ſubiūgit gl. hoc eſſe ꝯ doctrinā eccleſię. eo.ti. c.4. & c.cum tu.& cōcord.Panor.qui clarius loquēs dicit hæreticum eſſe qui per falſam extortam expoſitionem in ſcripturis diuinis ponit cōtra id qđ dicit eccleſia. diſt. 1.c.ſi quis diaconus.& c.ſi ille.in fi.Et intellige ſm Petr.qñ quis ſimpliciter aſſerit uſurā nō eſſe peccatū:ubi tñ dubitatur in aliquo caſu,utrum ſit uſura necne,nō eſſet hæreticus qui teneret opinionem ēt fortè non ueram:ut in c.nauigāti.de uſu. Addit ēt Pau.in d. cle. ex graui. ꝙ dicere ſimpliciter uſuram eſſe peccatum, ſed facta reſtitutione non eſſe confitendum, ſicut confiteri tenetur q eſt obligatus ex licito contractu,eſt hæreticum:& in contractu obligatur tantum quis homini, in uſura offendit & obligatur Deo & homini,& ideo poſt reſtitutionē tenetur adhuc pœnitere.Ex pmiſſis colligit Arch.ſolutionem huius q̄ſtionis.Quidā.n. inquit,in publicis pdicationibus concitando turbā cōtra clerum aſſeruit,ꝙ laici ſoluēdo decimas clericis,aut eis confitendo & dādo oblationes peccabant:cū omnes clerici eſſent mali, & de eccleſijs remouendi.Quærebatur an cōtra eum tanq̄ hęreticum procedi poſſet? & firmatum eſt per omnes Theologos & iuris utriuſq; doctores ibi exiſtentes ꝙ ſic, & bene, per doctrinam illius glo. quia pertinaciter tenebat diuerſas opiniones reprobatas per ſacros canones & canonicas ſanctiones, & contra id quod eccleſia tenet.

8 †QVINTO q̄ritur, utrum adorantes dæmones,& babtizantes imagines eccleſia dēat ſtatim iudicare & punire ut hęreticos? Et dicit Arc.ſub correctione ſedis apoſtolicę,ꝙ nō,quātum eſt ex natura rei: quicquid ſit iuris pſumptione:quia quandocunq; effe

ctus

ctus dependere poteſt ex duplici cã: puta infidelitate & cupiditate aſſequendi aliquid a dæmone pacto tacito uel expſſo: nunq̃ ex natura rei põt ex iſto effectu iudicari præciſè altera cã. Et ideò qñ conſtaret de huiuſmodi effectu, vlterius inquirendum eſſet de cã: ſi ex errore & fidei peruerſitate hoc faciat, iudicandus eſt hæreticus. ſi verò ex alia cã, iudicandus eſt ſortilegus, & viliſſimus peccator. Inquiret aũt hoc & inueſtigabit eccleſia, quę interiora non videt, ex actib. ꝑ quos habitus recognoſcuntur: ut ſi habet actum defendendi aliquem articulũ fidei: vel ſi aliquem inſtruxit publicè vel occultè de oppoſito articulorum fidei, & hmõi. Ex cã tamen adorationis dæmonis præciſè iudicare non poteſt aliquem ex natura rei eſſe hęreticũ: etſi iuris pręſumptione talis hęreticus ſm gloſſatores iudicetur. Poſſet tñ eccleſia rationabiliter aſtruere vt tales velut hæretici puniantur. Adde quod Auguſtin. de Anc. vẽ idem ſentire. ſed de hoc tit. ſequen. §. 3.

9 †SEXTO q̃ritur, quid de illo, qui oſculatur ſepulchrum Machometi, vel aliquid facit ad eius reuerẽtiam, ſicut alij infideles? Et dicit Alexander de Ales 2. 2. tit. de apoſtaſia, ꝙ ſi facit quia ita credit, ideoq; profitetur, ſic eſt apoſtata, hæreticus, & excõicatus. Si verò hoc facit ſolùm verbo propter metũ, non in corde, peccat mortaliter, non tamen eſt hereticus vel excommunicatus.

10 †SEPTIMO queritur, qui ſint hi qui dñtur participare cum hæreticis, vt fautor, defenſor, credens, & huiuſmodi? Et dico, ꝙ credentes hęreticorum, exprimendo mẽtem Doct. qui ſunt implicitè credunt quod hæretici ſciti eſſe hęretici credunt. non aũt explicitè, quia iam eſſent heretici: vnde credentes iudicandi ſunt oẽs, qui verbo vel facto oſtendunt ſe credere quod illi credunt: qui aũt eis communicant in alijs factis, in quib. error non exprimitur, vt viſitando, ꝓbendo alimoniam, & hmõi, non ſunt iudicãdi credentes, ſed potius fautores. Vñ ſm Arch. in c. quicunque. eo. tit. lib. 6. credentes hæreticorum dñr, qui dñt ſe velle mori in fide eorum, vel credere illorum erroribus. de pœn. diſt. 1. poteſt ſimiliter qui eos adorat, reuerentiam ſuo modo exhibet, conſolationem vel communionem in morte ſeu infirmitate ab illis acceperit, vel ſimilia ad ritum eorum pertinentia perpetrat: quia plus factis q̃ verbis loquimur. ar. extrà, de appel. dilecti. el 2. Secus ſi qui ſermones eorum audierunt ſemel & amplius non redierunt: quia non videntur approbaſſe. quod poſtea vitarũt. ar. 1. q. 1. c. conſtat. Et ſi quis eos viſitauit, alimoniam dedit, ducatum ꝓſtitit, vel ſimilia fecit, in quibus nil de ritu eorum oſtẽditur: quia hęc fiunt qñque interuentu pecuniæ: niſi prius erant lapſi, & poſtea ita fecerunt. de hæret. lib. 6. c. accuſatus. Et ſecus ſi qui libros eorum ſuſcipiunt, ſed ſtatim deſtruunt incendio vel aliter: quia iudicandi ſunt innoxij, i. decredentes. 1. q. 1. c. 1. aliàs ſi ſuſpecti ſunt. & non deſtruunt, eis indicenda eſt purgatio canonica: ſicut & omnibus ꝓdictis, de quibus dictum eſt, ꝙ non debẽt iudicari credentes. Petr. ẽt de Pal. in 4. breuius explicat, dicens, ꝙ credẽtes ſunt, qui licet nulli hereſi adhęreant expreſsè, credunt tñ hęreticos eſſe bonos viros, & bonam hr̃e fidẽ: ſicut ſunt apud nos ſimplices fidem explicitã non hñtes. Vnde ſicut hi ſunt fideles. ſ. credentes implicite, ita & illi ſunt hęretici dicendi: vt extrà eo. excommunicamus. ¶ Receptator verò, ſm Gram. eſt, qui frequenter recipit: quia recepto eſt verbum frequentatiuum: in iure tñ ſm Arch. ponitur receptare pro ſimplici verbo. i. recipere: vt probatur ff. de recept. l. fi. & ſm ius ciuile receptator eſt, qui latenter aliquem recipit & celat. vt conſeruatus manus iudicis euadat. ff. de recept. l. 1. ff. de off. ꝓſi. l. congruit. C. de his qui la. occul. l. vlt. & ſimiliter ẽt accipitur ſm iura canonica, niſi in caſu iſto, in quo receptator dr̃, ſm Archi. qui eos recipit in terra vel domo ſua ſemel vel pluries, publicè vel occultè. Vnde, ſm Archid. receptatores dñt, qui eos recipiunt ſcienter, etſi non frequenter. arg. de pœn. felicis, lib. 6. ¶ Fautores verò ſm Arch. vbi ſ. dicuntur perſonæ quidem q̃ publica auctoritate funguntur, ex ſola omiſſione: puta, ſi condemnatos ab eccleſia non fugãt aut puniũt, ſicut debent, & ꝑcipitur in c. ad abolendam. eo. tit. & in c. excommunicamus. el 1. quod probatur 23. q. 3. qui poteſt. & q. 5. q. vitijs. & q. 8. ꝑterea. & 17. q. 4. §. qui aũt. Si autem ꝑlati non faciunt carceres ad hæreticorum cuſtodiam ex auaritia, vel ſimilia ad eorum officia pertinentia, non dñr fautores. ſm eũdem: quia id in eorum fauorem nõ faciunt: ſecus ſi ꝑ ꝑ eos non faciunt. Perſonæ uerò priuatæ licet non capiãt hęreticos, ex omiſſione ſola non dicuntur fautores: ſed ſi celãt eos poſtquam iurauerint indicare. 11. q. 3. quiſquis. & hoc in caſu in quo tenẽtur illos indicare. de quo ĩ. Hæreſis. §. 3. Secus in alijs

priuatis

priuatis non adſtrictis:quia niſi omittāt doloſè,fautores nō dicuntur. Ex commiſſione verò omnes tam ꝑſonæ publicæ quàm priuatæ dñr fautores : ut q̄ verbis eos excuſant vel laudant,non ex ioco, nec per lubricū linguę,quod.ſ.ad pœnam trahi non dēt.ff.ad l. Iul.ma.l.famoſi.ſed in conuenticulis vel inter laicos,ſicut multi ſæpe dñt, Iſti non ſunt tales quales dñr:& hmōi,qui inducunt ſimplices ad eorum deuotionem: & deuotionē eorum ad eccleſiam minuunt:vel fortè quia aduocati ſunt, & defendendo eos excuſant eorum proceſſus: qui vtique fautores dici pñt habita conſideratione perſonarum, loci,ac tpum.11.q.3. non ſolum.2.q.1.c.fin. Multo magis fautores ſunt, nec egent probatione.qui facto eis fauent,puta miniſtrando alimoniam, liberando,miniſtrando ea,ꝑ quæ liberantur,& ſimilia faciendo.¶ Defenſores aūt,ſ̃m Arch.vbi ſ̃.dñr hi,qui perſonas eorum defendunt reſiſtendo uiribus vel potentia, ne ad manus iudicis veniant puniendi,vel examinandi. De quo 21.q.5.per totum.vel ne fiat executio.de offi.dele.ex literis.ſ. qui verò non defendunt perſonam, ſed errorem,ſ̃m Arch.dñr hæreſiarchę. Notandum eſt tñ,ꝙ defendens hr̃ticum ne lędatur à priuato : vel qui patrocinatur illi in iudicio, credens illum hr̃e iuſtam cauſam, non dr̃ defenſor aut fautor, ēt ſi poſtea appareat ꝙ noa erat iuſta cauſa: quia hæc eſt iuſta defenſio, quæ talibus reſeruatur : ſecus ſi contra conſcientiam ei patrocinatur : quia defenſor eſt, ſecundùm Card. in cle. 1.de pœn.

11 †OCTAVO q̃ritur,quæ & quotuplex ſit hæreticorum pœna? Et dico, ꝙ multiplex. ¶ Prima, quia ipſo facto ſunt excommunicati:vt ſ̃. Excōicatio.8.excōmunicatione 2. & nedum ipſi excōicantur, ſed etiam ſuſpecti de hæreſi, niſi ad arbitrium epī ſe purgauerint. de hære.ad abolendam.§.laicus.& de ſent.excō.vt famæ. & ſi excōicationem per annum ſuſtinuerint, animo indurato, tunc velut hr̃tici condemnabuntur,de hr̃ti.excōicamus. §.1.& c.cum contumacia. eo.ti.li.6. requiritur tñ ut ſpecificè ſint uocati de fide rñſuri, ſ̃m Io.And.ibidem,& ſe de tali ſuſpicione purgaturi. Si uerò hr̃ticus ſit omnino occultus,vtrum ſit excōicatus, vide ſ̃.Excōicatio.7.excōicatione 2. ¶ Secunda eſt,quòd ſunt omnino vitandi : quia ſunt excommunicati:extrà eo. excommunicamus.& nemo cum eis debet hr̃e negotiationem, neque in domo vel in terra ſua eos tenere vel fouere. facit c.ſicut ait.eo.tit.& ſ̃m Pan.ibi extenditur d.c. ad omnes hr̃ticos, licet loquatur de Tholoſanis : imò ſeculares poteſtates debēt moneri, & ſi neceſſe eſt eccleſiaſtica cenſura compelli omnes hr̃ticos ab eccleſia denotatos de ſuis prouincijs exterminare:& cū nouiter quis eligitur in tpalem vel perpetuam ptātem de hoc iurare:& ſi ꝑ ſuam negligētiam aliquis talis dñs fuerit excommunicatus, & non ſatisfecerit intra annum, dēt papæ intimari:vt ipſe oēs eius vaſallos ab eius fidelitate denuntiet abſolutos,& terrā ſuam occupandam fidelibus exponat : & illum,ſi expedire videbit, à ſua dignitate deponat. extrà, eo.excommunicamus. §.moneamur. Et licet cum nullo excōicato ſit participandum, multominus tamen cum hr̃ticis:ita ꝙ licet non ſint excōicati eadem excōicatione omnes participātes cum illis:ſecus de credentibus, fautoribus, receptatoribus, & defenſoribus : quia ligantur eadem ſententia : vt ſ̃.Excommunicatio.7. excōicatione 5.

12 †POSSET tñ aliquis ſine peccato participare cum eis : vt in ſpectantibus ad eorū ſalutem:& ſimiliter vxor, & filij, & hmōi,q̄ iudicio boni viri aliter commodè facere nō pñt:nec ineſt auerſionis periculum: & ſimiliter cæteri in caſibus, in quibus licet participare cum excōicatis,de quibus ſ̃.Excommunicatio.5.§.1. ¶ Tertia pœna eſt,ꝙ bona ipſorum ſunt ipſo iure, vel ipſo facto confiſcata: ſed exceutio cōfiſcationis vel occupatio dictorum bonorum non fiet per principes ſeculares, donec per aliquam perſonam eccleſiaſticam fuerit ſententiatum ſuper dictō crimine hæreſis contra ipſum hr̃ticum. de hære.cū ſecundū.lib.6. vide Aſſaſſinus.§.vlt.

13 †ET applicantur fiſco, ſi hr̃tici ſunt ſeculares,& in terris Imperij. Si verò ſunt ſeculares in terris eccleſię, vel ſi ſunt clerici, applicātur fiſco eccleſię, niſi clericorum bona eſſent eccleſiæ,vel ipſi haberent ſtipendium ab eccleſia : quia applicabuntur eccleſiæ cuius erant, vel à qua ſtipendium habebant. extrà, eo.excommunicamus. & 8.diſt. c.quo iure. ſ̃m Rayn. Dos autem vxoris hr̃tici,ſ̃m Dir. niſi cum tali ſcienter contraxerit: ut in c.decreuit.eo.tit.lib.6. vbi dicit glo.ꝙ ꝓſumitur ignoraſſe,niſi ſciuiſſe probetur. de regu.iur. c. ꝓſumitur. lib.6. vel niſi participet in hr̃ſi. ſ̃m Archi.Et ſi aliter fieri non pōt, manu armata ſunt eis omnia bona auferenda: ut 23. q.5.c.1. Sicut tñ dicit Rayn.& Gofr.licet eccleſia videatur dare gñalem auctoritatē oīb. expo

expoliādi eos: tñ ſatis vñ tutum ꝙ non fiat niſi ſpeciali edicto uel principis uel eccleſiæ, ne aliter videatur quis potius ex cupiditate uel ultione, q̄ ex iuſtitia & obedietia pugnare. 24. q. j. c. quid culpatur. & q. ij. per totum. ¶ Pro his tñ notandum primò eſt, ꝙ ſi dicta ſnīa requiritur in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, i. hæreſis, multo magis requiritur in crimine læſæ maieſtatis humanæ, & in alijs inferioribus delictis. Vñ ſi cauetur ſtatuto, ꝙ bona homicidæ ſint ipſo iure cōfiſcata, ſiue ſit publicus, ſiue occultus homicida, bona cōſciētia retinere pōt dicta bona, & fructib. uti ꝑ neceſſitate, donec ſnīa, ſaltē generalis, ſequatur: ut ēt tenet Dire. li. iij. ti. ix. q. ēt dicit, ꝙ dicta bona dānatorū ꝑꝑ hæreſim, uel huiuſmodi ad fiſcū ꝑtinēt a die cōmiſſi criminis. C. de hær. l. 4. ff. de dona. l. donationes perfectæ. extra eo. c. ſtatutum. §. j. lib. vj.

14 † VNDE donatio facta per hæreticum ante damnationē non tenet, nec emācipatio filiorū, quia eo ipſo ꝙ hæreticus eſt, filij deſinunt eſſe in eis poteſtate: licet tunc nō appareat, illū eſſe hæreticum, vt de hæreticis. c. quicunq;. §. fi. li. vj. Ex quo conſecuta eſt cōdēnatio, effectus cōdēnationis trahitur retro ad diem cōmiſſi criminis: & alienatio eſt illi interdicta. C. ad l. Iul. maieſt. l. quiſquis. §. emācipatio. Imò dicit Pan. in c. fi. ꝙ ſi ſnīatū fuerit ſuper eorū crimine poſt mortē ipſorum, nihilominus applicabūtur dicta bona fiſco, ut in c. ij. de reſcr. li. vj. quia confiſcatio fuit facta in uita ipſorum eo ipſo, ꝙ in hæreſim inciderūt. & de hoc eſt tex. in c. accuſatus. eo. ti. li. vj. §. in eo uerò caſu. Et ſi habuerint catholicos filios, nihilominus cōfiſcantur, ſm gl. ſumma. xx. iij. q. vij. & in c. uergētis. eo. ti. Et ſic ꝑ illud c. corrigitur auth. de Neſtorianis. C. de hære. q̄ uolebat, ꝙ ad catholicos filios, uel agnatos deuoluerētur. quod ſequit Arch. ea. q. 7. & Cy. in l. quiſquis, C. ad le. Iul. maie. & Gof. dicit uerū in terris eccleſiæ: & eſt magis piū, licet primū ſit uerius, intelligēdo qñ pater publice ꝑdicauit contra fidē: uel publice profeſſus eſt, aut defendit errorē, uel corā ſuo ꝑlato cōfeſſus, aut cōuictus, aut ſententialiter cōdēnatus. extra, de uerb. ſigni. ſuper quibuſdā. ſm Ray. & in Summa Confeſſionum. li. j. ti. xv. q. vij. Et ſi hæreticus alienauit, fiſcus uel inquiſitores non tenentur reſtituere pretium emptori: quia effectus dānationis retro trahitur, ut dictum eſt; & ſicu. facta damnatione bona alienare nō poſſent, ſic nec ante illā a die cōmiſſi criminis, argu. C. de do. inter uir. & uxo. l. donationes. Sed limita ꝑdicta, niſi pretium, uel aliquid loco pretij inueniatur in bonis hæretici. argu. ff. ſol. mat. l. ſi cum dotē. §. vlti. & l. ſeq. Et intelligas, ꝙ non ſolū reuocabit rē pretio non reſtituto emptori, qui emit ab hæretico, uerū ēt nec ei, qui emit, quantumcunque per plures manus tranſierit: quia nō habuit ius uendendi. hæc Io. Mona. Arch. & Io. And. in c. cum ſm. de hæreti. lib. vj. & idem Direct. Et ideo is, cuius bona ipſo facto ſunt cōfiſcata, vel alteri in pœnam applicata, ne ſit cā damni ei, cui alienat, nō pōt ſine mortali alienare, niſi ꝑ neceſſitate uitæ, ut pro comedēdo, & huiuſmodi: quia argumento eorū, q̄ not. Bar. in l. poſt. ff. de dona. talis adminiſtratio bonorum neceſſaria non eſt præfatis interdicta, ſed ſolum uoluntaria. alle. l. reo. ff. de ſolu. l. peto. §. ꝑdium. ff. de lega. ij. & l. alienationes. ff. fami. erci. uel niſi aliàs eſſet ſoluendo pro damno dato: uel niſi emptori reuelaret conditionem rei ita eſſe: & hoc ſi tale delictū ꝑꝑ quod ſua bona ſunt fiſco applicata pōt aliquo modo probari: quia ſi eſſet totaliter improbabile, poſſet alienare ēt titulo oneroſo, titulo ēt lucratiuo bene poſſet alienare. Et ſic intellige & limita Bal. ubi ſ. & & Pan. in d. c. cū nō ab homine. & Io. Andr. in c. pro humani. de homi. li. vj. in nouel. Excipe tñ caſum c. ij. de ꝑſcrip. li. vj. ubi hr̄, ꝙ ſi poſt mortē hæreticorum, qui dū uiuerent, catholici putabantur, bona ipſorū a catholicis eorū filijs uel nepotibus, aut extraneis quibuſcunq; ſpatio quadraginta annorū fuerint bona fide poſſeſſa, nō eſſe amplius ſuper huiuſmodi bonis moleſtandos, ēt a Romana eccleſia in hoc caſu: quanq̄ illi, quorum bona fuerunt, nunc deteguntur heretici extitiſſe. Et hæc ualēt ad intelligentiā ſtatutorū in religionibus, quibus cauetur, ut q. tale quid fecerit, ipſo facto ſuis officijs ſit priuatus, & huiuſmodi: quia expedit, ut ꝑ iudicē declaretē, anteq̄ fiat executio. Valent ēt ad hoc, ꝙ ſi tabellio ꝑ ſnīam legis eſt tabellionatu priuatus, & non ſit declaratū per ſnīam hominis, ſemper ualebunt eius inſtrā donec declaretur. & ita no. glo. in §. pe. in auth. de tabel. Quomodo aūt hæreticorū bona diuidātur, uide tit. ſeq. §. xij. & ſ. aſſaſſinus. §. v. ¶ Quarta hæreticorum pœna eſt ꝙ indiſtincte, ſiue ſint laici, ſiue clerici, ēt ſi Papa, uel Imperator, debēt ab omni dignitate deponi. di. xl. ſi Papa. & xxiij. q. j. qui contra pacē, & oībus officijs, ac beneficijs ſpoliari, & clerici degradari,

dari, & ipſi, ac eorum credentes, receptatores, defenſores, & fautores, ipſorumq; filij vſque ad ſecundā generationem nullum eccleſiaſticum beneficiū, uel officiū publicū poſſunt adipiſci: ut in c.ii.eo.ti.li.vj. quod intellige de ſecunda generatione per lineā patris, qui eſt filius & nepos: ſed per lineā maternā nō, niſi ad primum gradū, ſ. filium extēditur, ut in c. ſtatutum. el ij. eo.ti.li.vj. & ēt niſi pdicti eſſent emēdati, & reincorporati eccleſiæ, parati ad pœnitentiā fuiſſent: vt in d.c. ſtatutum. ¶ Quinta eſt, ꝙ ſi quis uir eccleſiaſticus ad preces hęretici, vel fautoris, & ſimiliū, dignitates, perſonatus, & q̄cunque alia eccleſiaſtica beneficia ſcienter eſt adeptus, ipſis eſt priuatus ipſo facto, & inhabilis ad ſimilia in poſterū. Si uerò ignorāter ſolū, ſic habitis eſt priuatus: ut in c. quicunq;. eo.ti.li.vj. ¶ Sexta, ꝙ filij hęreticorum ipſo facto, ꝙ ſn ïatum eſt cōtra eorum parentes de hęreſi, efficiuntur ſui iuris, & effecti intelliguntur a die commiſſi criminis. unde emancipatio facta non ualet poſt cōmiſſum crimen: ut in c. quicūque. ¶ Septima, ꝙ uxores ſcienter cū hęreticis contrahentes, perdunt ipſo facto dotē. ſecus ſi ignoranter, licet poſtea ſciuerint: ut in c. decreuit. eo.ti.li.vj. ¶ Octaua, quia appellare non poſſunt ipſi, aut credētes, receptatores, defenſores, & fautores eorū: ut in c. ut inquiſitionis. eo.ti.li.vj. ¶ Nona, ꝙ contra eos, & alios pdictos admittūtur excōicati. & participes, ut ſocij criminis, ad teſtimonium, ut in c. in fidei fauorem. eo.ti.li.vj. & officiales, licet ſint excōicati, poſſunt contra eos exercere officium ſuū, ſi requiſiti fuerint ab epis, inquiſitoribus, uel eorū delegatis: & licite requiri poſſunt, ut in c. pſidentes. eo. ti. lib. vj. ¶ Decima, ꝙ ſiue heretici, ſiue cōiuncti, ſiue extranei, nō poſſunt hęredes inſtitui: nec eis eſt aliquid relinquendum: ut in c. ſi quis eps. & ſeq & quod ibi not. de hęr. & ſecus facientes, ſi ſunt epi, uel clerici, ſunt excōicati, etiā poſt mortem, ut in d.c. notatur. ¶ Vndecima, ꝙ eorum uaſalli abſoluti ſunt a debito fidelitatis, & totius obſequij: & quicunque alij aliqua obligatione adſtricti: ut famuli, liberti, & huiuſmodi, ipſo facto liberantur: ut dr, & no. in c. fi. eo. ti. Et idem de uaſallis dominorum, qui cōtra hęreticos ſunt negligētes, ut ſ. dictum eſt. Vnde ſi quis promiſiſſet eis ſoluere certo die ſub iuro, uel pœna, nō tenetur: ut ibi no. gl. Quod intellige, ſi eſt manifeſtum, ipſum hęreticum incidiſſe in perfidiam: ut ibi: & idem ſm Phi. eſt, ſi ſit occultus, modò probari poſſit. quod Io. An. verū limitat, ſi ad ipſam probationem ſit proceſſum: quia tūc probatio facit delictū eſſe manifeſtum: vt in c. cum olim. de uerb. ſig. Pan. uerò ibidem dicit, ꝙ a die cōmiſſi criminis ſunt liberi: ſed ipſa abſolutio allegari nō pt, niſi facta manifeſtatione per ſententiā. Sed dico ꝙ ſententia non eſt neceſſaria, ſed ſufficit manifeſtatio facti: imò nec ipſa probatio in actu eſt neceſſaria, ſed ſufficit ſubtilitas certa probandi: quia per exceptionem eorum petitionem elident. ¶ Duodecima, ꝙ morte plectuntur: quia damnati preſentibus ſecularibus poteſtatibus, aut eorum baliuis, relinquuntur animaduerſione puniendi, clericis a ſuis ordinibus degradatis: ut in c. excōicamus. el j. eo. ti. & iſta animaduerſio eſt pœna ignis in laicis de conſuetudine, licet de iure ſit pœna mortis, ut in l. Arriani. C. de here. iūcta l. ultimum ſupplicium. ff. de pœ. Si tñ redire ad eccleſiam, & pœnitentiam uoluerint an ſit eis parcendum. j. §. xij. ¶ Decimatertia, ꝙ nullus clericus debet illis pbere eccleſiaſtica ſacramenta: neq; eos tradere eccleſiaſticę ſepulturæ, neque eleemoſynas, aut oblationes eorum recipere: aliter clericus priuandus eſt officio ſuo, regulari uerò ſua priuilegia non ſeruentur in ea diœceſi, in qua contrafecerit: ut in d. c. excōicamus. imò hodie quicunq; eos tradiderit eccleſiaſticæ ſepulturę, eſt ipſo facto excōicatus, per c. quicunq;. eo. ti.li.vj. nec debet abſolui, niſi proprijs manibus publice extumulet corpora damnatorū, & locus ille ppetuò careat ſepultura. Si tñ hęretici, ēt relapſi, manifeſta pœnitentię ſigna oſtendant. non ſunt eis humiliter petita pœnitentiæ & euchariſtię ſacramenta denegāda. extra eo. c. ſup eo. li.vj. ¶ Decimaquarta, ꝙ nullus tabellio publica inſtrā, uel ſcripta p hereticis, credentibus, fautoribus, & cæteris facere pōt, nec aduocatus in aliqua cauſa, uel facto pōt eis pſtare patrociniū, nec litigantibus ſub eorū examine: aliter ipſo facto ab officio ſuſpenſi ſunt, & ppetuo infames, ut in c. ſi aduerſus. eo. tit. quod ſm Pan. intellige, niſi reuertantur ad fidē: quia tunc poſſunt prædicta pro eis impendi.

15 † NONO, q̄ ſit pœna hæreticorum relapſorum? Et dico, ꝙ tales poſt abiurationem hæreſis, uel etiam ex eo, ꝙ ſuſpecti dę hoc poſtquam ſe ad antiſtitis examinationem purgauerint, ſi depræhenſi fuerint iudicialiter recidiuaſſe, ſine ulla audientia relinquuntur iudicio ſeculari puniendi: ſed ſi in foro pœni-

pęnitentiali hoc fatentur, ꝑ ꝑ hoc puniri nō poſſunt.¶ Dicitur aũt relapſus primò accuſatus de hæreſi, uel ſuſpectus ſuſpicione uehementi, qui hæreſim abiurauit in iudicio, & poſtea cōmittit, ſiue incidit in ipſam, ẽt ſi ante crimẽ ipſum nō fuerat plene ꝓbatũ, ſi aũt ſuſpicio fuerat leuis, non dẽt iudicari relapſus, ſed aliter grauiter puniri, ut in c. accuſatus. eo. ti. lib. vj. Scđò, is qui errauit in una ſpecie hæreſis, uel in uno articulo, & abiurauit hæreſim ſimpliciter, & poſtea errat in alio: ut in d. c. accuſatus. ¶ Tertiò, ille, de cuius lapſu in hæreſim ante abiurationem cōſtitit, uel nunc conſtat, ſi poſtea hęreticos deducat, receptet, uel aſſociet, aut eis munera donet, aut mittat, uel impendat fauorem, quæ excuſari non poſſunt, ſeu etiam uiſitet, ut in d. c. accuſatus.

16 † DECIMO q̃ritur, q̃ ſit pœna credentium hæreticis, fautorum defenſorũ, & receptatorum? Et dico, ꝙ quilibet talis eſt excōicatus ipſo facto: ut in c. nouerit. de ſen. excōica. & ſi nō ſatisfecerit intra annum, ex tũc ipſo iure eſt ĩfamis: nec ad publica officia, ſeu cōſilia, nec ad eligẽdos alios ad huiuſmodi, nec ad teſtimoniũ dẽt admitti: nec pōt cōdere teſtm̃: nec ad alicuius hæreditatis ſucceſſionẽ accedere: nullus quoq; ei ſuꝑ quocunque negotio, ſed ipſe alijs, cogitur reſpōdere: ſi iudex eſt, eius ſnĩa nō ualet: ſi aduocatus, nō admittitur ad patrociniũ: ſi tabellio, nō ualent eius inſtr̃a: & ſic in ſimilibus. Si verò ſit clericus, ab omni officio & beneficio dẽt deponi. Qui aũt tales poſtq̃ ab eccleſia denotati fuerint, euitare cōtẽpſerint, debent excōicari. Probãtur hæc oĩa extra eo. excōicamus. Clerici quoq; talibus exhibẽtes eccleſiaſtica ſacr̃a uel eos eccleſiaſticæ ſepulturæ tradẽtes, aut eleemoſynas, uel oblationes eorũ recipientes, priuari debẽt officio ſuo, ad qđ ſine ſpeciali indulto ſedis apoſtolicæ nō reſtituãtur. Similiter & regulares, quorũ ẽt priuilegia locis illis eis nō obſeruẽtur: ut in d. c. excōicamus. Sepelientes ẽt eos ſunt excōicati: ut s̃. Excōicatio 9. §. 27. Multę ẽt alię pęne horũ colligũtur ex ſuperiorib. q̃ōnib.

17 † VNDECIMO q̃ritur, utrũ hæreticis ſpōte redeuntibus, & pœnitentibus ſit parcẽdũ? Et dico, ꝙ eccleſia quãtũ ad ſpiritualia, ſ. collationem pœnitentiæ, & euchariſtiæ ſemꝑ utitur miſericordia cũ pœnitentibus, ẽt relapſis, iſta eis exhibẽdo: ut in c. ſuꝑ eo. lib. vj. quãtum uerò ad tꝑalia, ut uitã, dignitates, officia, & ſubſtãtiã, utitur miſericordia ante relapſum: quia lapſi morte merẽtur, cũ fidẽ corrũpẽdo grauius delinquãt falſarijs monetarũ, q ſtatim morti addicũtur: & tñ eis parcitur, ſi reuertũtur: & pœna carceris ꝑpetuæ olim debita illis hodie per inquiſitores unà cũ ꝑſidẽte cōmutari pōt: ut in c. ut cōmiſſi. eo. ti. li. vj. aliqñ ẽt remittuntur eis bona ex miſericordia, & nō aliter: ut in c. uergẽtis. eo. tit. quia ſunt cōfiſcata, q̃ miſericordiã puto poſſe ꝑſtari ab eo, ad quẽ bona ꝑ cōfiſcationẽ deuoluuntur: aliqñ ẽt ſi ſunt clerici, diſpẽſatur cũ eis in officijs plus, & minus: aliqñ ẽt in prioribus dignitatibus. ꝑcipue ad ſcãdalũ tollendũ. ut xxiij. q. iiij. ipſa pietas. Poſt relapſum uerò utitur ſeuera iuſtitia, nullo modo parcens eis quãtum ad uitã, & bona temporalia, quantumcunque pœniteant. extra eo. ad abolendam. & hoc ſm̃ S. Th. rationabiliter: quia alioquin poſſet hoc eſſe in ꝑiudicium ſalutis aliorum: tum quia ſi relaberentur alios inficerent: tum quia alij facilius in hæreſim laberentur, ex quo iſti ſine pœna euaderent. Ex relapſu etiam eorum præſumitur de inconſtantia eorum circa fidem, ideoque iuſte occiduntur. 24. q. 3. reſecandæ.

18 † DVODECIMO q̃ritur, utrum parcendum ſit hęreticis redire uolẽtibus, poſtq̃ ſunt per eccleſiã cōdẽnati? Et dicit Io. And. ĩ quadã apoſtilla, in d. c. excōicamus. el. j. eo. ti. ꝙ ſic. & idẽ tenet gl. in c. excōicamus. el ij. eo. ti. & Arch. in c. ut cōmiſſi. eo. ti. lib. vj. dicens, ꝙ tantum relapſis nō parcitur. & idẽ uidẽtur uelle iura noua, q̃ indiſtincte parcẽdũ dicũt redire uolẽtibus, ut patet in c. ut officiũ. eo. ti. li. vj. Sed tñ cōtrariũ vr̃ uerũ eſſe de iure: quia, ut patet in c. ad abolẽdã. extra eo. nō parcitur, niſi redire uolentibus cōtinuo poſt deꝑhenſionẽ erroris: qđ quidẽ cōtinuo ab aliquibus obſeruatur de prima ceſſione iudicis, a prima die, qua examinatur cã huius. qđ vr̃ ſenſiſſe Rayne. Sed hoc dictũ non procedit neceſſario: tũ quia iura poſteriora nō diſtinguunt, ſed indiſtincte dicunt parcendũ eſſe redeuntibus: tũ quia cōſuetudo, q̃ ius interpretatur, eſt in cōtrariũ: tũ quia illud c. loquitur de deꝑhenſione manifeſta, q̃ nō eſt niſi poſt plenam ꝓbationẽ: inter q̃, & ſnĩam eſt difficultas, nec medius actus. Vñ quãtum ad parcere, nō eſt ratio maior, ſi redire velint poſtq̃ ſunt cōuicti, aut ẽt cōdẽnati: cũ ſtatim in eodem actu iſta duo fieri poſſint, ꝓbatio, & iudiciũ, & ſnĩa. Et ideo prima opinio, quę magis pia eſt, vr̃ arbitrio iudicis tenẽda, ubi ꝓbabiliter uiderit pœnitentiã eſſe nō factũ: tum

tũ q̃a in conſtõnibus penalibus ſꝫm iura ſic ri dẽt interpretatio benignior: tũ q̃a cõuerſionẽ eſſe ante ſñiam, vel poſt nõ ẽ parcendi rõ, ſed veritas cõuerſionis cũ ſpe non recidiuãdi pſumpta: q̃ ẽt poſt ſñiam eſſe põt, licet nõ poſt relapſum: quia pſumitur incõſtãtia.

19 †DECIMOTERTIO q̃ritur, qualiter recipiẽdi ſunt heretici ad fidẽ redeũtes? Et dico, ꝙ ad epi arbitriũ prius debent errorẽ abiurare, ſ. ſimpliciter, vel eũ, de quo ſunt conuicti, vel ſuſpecti, ſꝫm gl. in c. accuſatus. eo. ti. lib. 6. & promittere per ſcripturã, ꝙ tenebũt firmiter catholicã fidẽ. j. q. 7. quoties, de conſ. diſt. 2. ego Berengarius. d. c. ad abolendã. & hoc publicè vel priuatim, ſꝫm quod crimen fuit publicũ vel priuatũ, ſꝫm Ray. poſtea debent abſolui non obſtantibus ſententijs, quæ ter in anno à papa cõtra hæreticos publicè promulgantur, ſꝫm gl. in c. officium. eo. ti. li. 6. ꝙ hoc ſꝫm formam eccleſię, de qua xj. q. iij. cũ aliquis. de ſent. excom. cum deſideres. ſ. cum pſalmo, iuramento, & verbere, quantum ad excõicationẽ: & poſtea debet imponi illud quod talibus ſolet iniungi: vt in d. c. quoties. & c. ego Berengarius. nec ſine tali ſolennitate reconciliandi ſunt, etiã in extremis agentes, ſi adeſt facultas, ſꝫm Inn. Si aũt ad eã neceſſitatem deuenerint, ꝙ non valeant confiteri, pceſſerint tñ pœnitentiæ ſigna: tunc reconciliabuntur etiã ſine ſolennitate pmiſſa: quia lex quę aliud ſtatueret, eſſet inhumana. & concor. Hoſt. in c. à nobis. el. 2. de ſen. exc. vbi etiã prædicta tangit Inn. imò ſꝫm Arch. tenebit ſemper abſolutio, etiam ſi forma illa non ſeruetur. Quòd ſi poſt abiurationem vel poſtquã ad arbitrium epi ſe purgauerint, depræhenſi fuerint reincidiſſe, iudicio ſeculari ſine audiẽtia relinquuntur: nec parcitur eis quo ad vitã aut bona: ut in d. c. ad abolendã. quod intellige, ſi dephendũtur p euidentiã facti, aut propriã cõfeſſionẽ iuridicã, aut per teſtes: ſed ſi occultè recidiuant, & reuertuntur, parcitur eis quantũ ad vtrunq;, ſꝫm gl. Ray. & Summ. Confeſ. lib. j. tit. 5. q. 4. vbi etiam dicitur, ꝙ ſecundum. Vld.

20 †OCCVLTI heretici abſolui pñt p ſimplicẽ ſacerdotẽ, niſi eps ſibi reſeruauerit: ſed hodie iſte caſus eſt papalis p curię pceſſum. Eodẽ mõ recipiendi ſunt ſꝫm Sum. Ang. crędentes, receptatores, fautores, & defenſores, ac infamati de hereſi: qđ quidẽ de infamatis cõcedo: vt patet in d. c. ego Berẽgarius. & de credẽtibus, q̃ a sũt heretici dicẽdi: vt ĩ d. c. excõicamus. el ij. eo. ti. ĩ fi. de aliis ãt nõ ĩuenio.

21 †DECIMOQVARTO quæritur, vtrũ cũ redeuntibus ab hęreſi diſpenſari poſſit circa ordines? Et dico ꝙ iure cõi tales, ex quo reconciliati ſunt, ad laicam cõionem recipiuntur. j. q. 6. c. j. adhibetur etiam q̃ñque circa eos quadruplex diſpenſatio, ſ. ſemiplena: vt ſolum recipiantur in ordinibus ante hęc oĩa ſuſceptis. j. q. j. ſi quis hęreticæ. & plena: vt poſſint fieri ſacerdotes. j. q. 7. conuenientib. & plenior: vt poſſint eſſe epi. 12. diſt. nos cõſuetudinem. & pleniſſima: vt etiam ad ſuperiores dignitates promoueri poſſint. 23. q. 4. ipſa pietas. concor. Hoſt. Gof. & Ray. Multa quoque de hæreticis cõia eis & ſchiſmaticis habes infrà, Schiſma, fere per totum.

RVRSVS de hæreſi, & hæreticis, ſecundò ordine ad inquiſitores.


1 *Hæreticis puniendis quinam ſit idoneus iudex, & quomodo uocetur.*
2 *Inquiſitores a quo, & qua auct. inſtituẽdi ſint.*
3 *Inquiſitoris officium quandiu duret, & num inſtituentis morte extinguatur.*
4 *Inquiſitor contra quos procedere poſſit, ſeptem axiomatis expeditur.*
5 *Dæmonum inuocatio, an hæreſim ſapiat.*
6 *Teſtes uel executores aduerſus hæreticos qui admitti poſſint, & quot ſufficiant, ſeptem concluſionibus traditur.*
7 *Signa leuia ad conuincendum de hæreſi quanquã ſufficiant, ea tamen probari neceſſe.*
8 *Iura quid de inquiſitorum actuarijs ſanciuerint.*
9 *Iura quid de carcere, quo ad inquiſitionis officiũ uelint, ſeptem concluſionibus explicatur.*
10 *Inquiſitores, & quibus id ex officio incumbit, & quomodo & quando aduerſus hæreticos, præſertim ubi duo concurrunt, procedere debeant, nouem concluſionibus palam fit.*
11 *Sententiæ aduerſus hæreticos qualiter ferẽdæ, & quid in his obſeruandum: ſex item reſolutorijs axiomatibus decidit.*
12 *Inquiſitoribus, an ſuũ officiũ ſedulo expediendũ ac obeundum, quæ ſint fauorabiliter conceſſa.*
13 *Inquiſitoribus quæ prohibita ſint, & quæ in ſuo officio obeundo cauere debeant.*
15 *Inquiſitores nunquid de hæreticorum condemnatorum bonis habere poſſint.*
15 *Bononienſis origine & patrimonio, ſi Florentiæ domicilium conſtituerit, ibiq; de hæreſi damnatus eſt, dominiũ bonorum eiuſdem Bononienſis, quæ Bononiæ ſunt, ad quem pertinebit.*
16 *Dubia tria circa hæreticorum materiam, & eorum ibidem reſolutio.*


1 H†AERETICVS ſecundò venit ſpeciali & proprio iudice puniẽdus: q generali quidem

quidem nomine, ſed tñ antonomaſticè inquiſitor appellatur: qui cum epo ordinario contra hæreticos inquirere pôt: quiſq; eſſe inquiſitor non poteſt, niſi annum quadrageſimum attigerit: vt in cle. nolentes. de hære.

2 †PRIMO verò quæritur, à quo cũ quali auctoritate inſtituũtur inquiſitores? Et dicit gl. in d.cle. nolentes. ꝙ inſtitui poſſunt per ꝓuĩciales vel miniſtros illorũ ordinũ, quib. à ſede apoſtolica eſt commiſſum: & ab epis vel capitulis ſede uacante: qui ordines ſm Arch. cõiter quidem eſt ordo prædicatorũ: in Tuſcia autem & quibuſdã prouincijs ob reuerentiã beati Franciſci eſt ordo minorũ; adde vel ob reuerentiam Beati Antonij de Padua. Authoritas aũt eorũ ſm aliquos Legiſtas eſt ordinaria: quia ordinarius dicitur, qui habet uniuerſitatẽ cauſarum. ff. de iud. l. cum prætor. §. j. & extrà, de appel. Romani. lib. 6. Vnde ſm Spec. officiales eporum dicuntur ordinarij: ſm Canoniſtas aũt habent delegatam, & non ordinariam: quia non habent vniuerſitatem cauſarum oĩum, ſed pertinentiũ ad crimẽ hæreſis. pro qua opinione eſt expreſſe tex. in c. ꝑ hoc. eo. ti. li. 6. in prin. & ſic tenet Arch. & Io. And. Vnde ſnĩam, ſiue bene ſiue male proceſſerint, tollere non poſſunt, ſm eos: licet ſm Legiſtas condemnatum contra ſententiam reſtituere poſſint ex cauſa poſtea cõprobata. puta ſi doceatur malo dolo conuictus. Poſſunt tñ, quicquid ſit de ꝑdictis, alijs committere vices ſuas, ſm quod docet conſuetudo, & ſm gl. in d. clem. nolẽtes. & cõmiſſarios ab eis datos vocamus vicarios aut ſubſtitutos. cle. j. eo. tit. §. porrò.

3 †SECVNDO verò q̃ritur, quantũ duret inquiſitoris officiũ, ſeu vtrũ expiret morte inſtituentis? Et dicit Clemens quartus ſic, Pręſenti declaramus edicto, ipſum officium nõ ſolũ quo ad negotia viuẽte mandatario incępta, imò etiã quo ad integra, ꝙ non cœpta, & quod plus eſt, quantũ ad ea, quę tunc nequaquam emerſerant, in fauorẽ fidei poſt cõmittẽtis obitũ ꝑdurare. de hær. ne aliqui. li. 6. quod Io. An. in nouel. intelligendũ dicit de inquiſitore ſimpliciter dato: quia ſi eſſet datus cum clauſula, ad beneplacitũ: nec ſeruetur quod habetur in c. ſi gratioſe. de reſcr. vbi. ſ. dicitur, ꝙ ſi clauſula continet vſque ad beneplacitum noſtrum, expirat per mortem cõcedentis: nõ aũt ſi cõtineat ad beneplacitũ ſedis apoſtolicæ: quia ſedes illa nõ moritur.

4 †TERTIO q̃ritur, contra quos ꝓcedere poſſit inquiſitor, vel nõ poſſit? Et dico multa. ¶ Primũ. Inquiſitor procedere põt cõtra hęreticos & contra principes. i. fautores, defenſores, & receptatores. extrà eodẽ. contra li. 6. adde & contra credentes, qui verè ſunt hæretici, vt dictũ eſt. ¶ Secundũ. In eodẽ etiã c. ſic dr: Contra Chriſtianos, qui ad ritũ tranſierint vel redierint Iudęorum, etiã ſi hmõi redeuntes, dum erãt infantes, aut metu mortis, non tñ abſolutè aut præcisè coacti baptizati fuerunt, erit tanquam contra hæreticos, ſi fuerint de hoc confeſſi, aut per Chriſtianos ſeu Iudæos conuicti: & ſicut contra fautores, & receptatores, defenſores hæreticorum: ſic cõtra fautores, receptatores & defenſores talium eſt procedendum. hęc ibi. Vbi dicit gl. ꝙ tranſeunt in ritum Iudęorũ, qui nunquã fuerunt Iudæi. redeũt vero, qui aliq̃n fuerunt, & ꝙ horũ bona, ſicut & aliorum hæreticorum, cõfiſcãtur, nec deuoluuntur ad filios etiam catholicos. ¶ Tertiũ. Sicut etiam ſibi gl. probat & Io. An. Inn. & Archi. in tertia parte, tit. 19. c. 2. §. pen. in fi. per literas Clementis quarti, & Greg. decimi. Iudęi Chriſtianos utriuſq; ſexus ad ꝑdictũ ritũ inducentes, cadunt in officiũ inquiſitorum: quia etſi non ſint propriè hæretici uel fautores hæreticorũ: largè tñ ſunt fautores, imò, & factores hęreticorũ. Regulariter tñ cõtra eos pro iuſtitia recurritur ad iudices ſeculares: vt extrà, de Iudę. c. Iudæi. & c. in nonnullis. & in cle. cedit. eo. tit. dr de Saracenis. Et quia tales Iudæi ad Iudaiſmũ redeuntes ſolent ſe baptizare de nouo caput laudãdo, & radere, vr eis imponenda pęna capitis ꝑ iudicẽ ſecularẽ cum diſpendio fortunarum. C. de apoſta. quia ſi rebaptizãti imponitur pœna capitis, C. ne sãctum baptiſ. l. j. fortius ſe rebaptizanti, ſeu uolenti baptiſmum tollere: ſi tñ inquiſitores volũt, illud punire poſſunt, vna tñ cum epo: per cle. j. eo. tit. ¶ Quartum. Non poteſt tñ inquiſitor procedere contra diuinos aut ſortilegos, dicente Alexandro in c. accuſatus. de hęreti. lib. 6. ꝙ de diuinationibus & ſortilegijs inquiſitores intromittere ſe nõ debẽt, niſi hęreſim ſaperẽt manifeſte: vbi infert gl. ꝙ in dubio nõ habẽt iuriſdõnẽ. Quod non eſt intelligendum in dubio an factum ſit perpetratum nécne: ſed in dubio an ſapient hæreſim: ut patet ex textu. & Direct. inquiſi. Ibi et gl. Io. An. exemplificat de ſapiẽtibus hæreſim: Sicut, inquit, eſt circa aras idolorũ nefarias ꝑces emittere, ſacrificia offerre, dęmones cõſulere, eorũq; reſpõſa ſuſcipere: vt 26. q. 2. hi qui. vel ſi aſſociãt ſibi ꝑ ꝑ

 ſordes

ſordes exercendas hr̃ticos:vel faciunt p̃dicta cũ corpore & ſanguine Chriſti, vel in fontibus, vt poſſint à dæmonibus habere reſpõſa, puerum baptizant, vel his ſimilia.hec ibi.

5 †SED Old.conſi.ccx.limitat inuocationẽ dęmonis ſapere hęreſim manifeſtè,ſi fiat ad exercenda opa eis naturaliter impoſſibilia: alias ſecus puta ſi inuocetur vt mulierẽ tentent.Pro his ſciendũ eſt, ꝙ cum hęreſis ſit in intellectu, ex nullo ſortilegio probatur quis eſſe verè hęreticus.cũ oĩa talia poſſint ex cõcupiſcentia aliqua.& nõ ex infidelitate procedere:& ſic procedũt q̃ dicta ſunt in ti.prio re.§.5.pp talia tñ aliqñ eſt quis hęreticus p̃ſumptiue,ſm Io.And.Oldr.& Dir.inquiſi. & omnes penè doct.& ita ſeruatur in cõſuetudine.Et hoc quando ſapiunt hęreſim manifeſtam.¶ Quod quantum ad inuocationes dęmonum eſt tripliciter, ut probat Dir. inquiſi.Primò,ſi exhibeatur eis honor latrię:ſecundò,ſi honor dulię:tertio,ſi nullus honor, ſed tñ inuocantur ad aliquod eis impoſſibile:puta ad ſciendũ futura vel occulta cordis. Quantum ad alia aũt de mente doctorũ dicendum eſt.ꝙ ſapiunt hęreſim manifeſtè,qñ ex natura ſua prę ſe ferunt aliquid,quod manifeſte eſt hęreſis:ſicut baptizare imaginẽ, p̃ ſe fert, ꝙ ipſa ſit capax illius ſacramenti:& rebaptizare puerũ,p̃ ſe fert, ꝙ baptiſmus poſſit conferri bis:& ſic de alijs.¶Quintum.Nec poſſunt ipſi inquiſitores cognoſcere in dubio an aliquid tale ſapiat hæreſim uel ne: qa iuriſdictio nõ eſt ſibi attributa:ut no.gl.in d. c.accuſatus.Et licet alias iudex cognoſcat in dubio an ſua ſit iuriſdictio, & in dubio dicaẽ habere iuriſdictionẽ: vt ff.de iud.l.ſi quis ex aliena.tamen ſm Io. And.hoc locum habet in ordinario:inquiſitor autem,quia eſt delegatus,niſi manifeſte appareat, non ſe intromittit.Gl.etiam in c.j.de of.deleg. q̃ uidetur ſentire contrarium:ſm ſummam Ang.intelligenda eſt qñ certum eſt,ꝙ aliquis ſapiat hæreſim : ſed dubitatur an ſit manifeſta vel non,id eſt,notoria:quaſi uelit dicere,ꝙ inquiſitor poteſt ſe intromittere de ſapiẽtibus hæreſim,ſi ſunt notoria uel dubia de notorietate,non aũt ſi ſint occulta, licet ſit manifeſtũ ꝙ hæreſim ſapiant . Qui ſenſus nullo modo procedit : quia non dicit textus de ſapientibus hæreſim manifeſtis:ſicut tex.illius gl.loquens de conſeruatoribus , dicit de iniurijs manifeſtis,ſed dicit manifeſte: quod cum ſit aduerbiũ,neceſſe eſt referre ad ipſum, ſapere manifeſte:& nõ ad ipſum eſſe manifeſtũ. Vñ dico,ꝙ illa glo.intelligitur in alijs iudicibus, nõ in iſtis. ¶Sextum.Nõ poſſunt etiã procedere contra vſurarios: quia dr̃ in d.c.accuſatus,ꝙ de q̃onibus vſurarũ motis etiam cõtra illos,quibus reſtitutionem vſurarũ in pœnitentia pro hęreſis crimine iniunxerunt , etiã ſi illi ſe & ſua ad hoc faciendum in iudicio eccleſiæ obligauerunt . intromittere ſe non poſſunt:ne per cauſas hmõi offendiculũ negotio fidei p̃paretur.¶Septimum.Nec cõtra officialem uel nuntium curię Romanę:ut in extrauaganti Io.22.quæ incipit,cum frater.

6 †QVARTO q̃ritur , qui admitti poſſint contra hæreticos in teſtes uel executores, & quot ſufficiunt?Et dico multa.¶Primũ. Circa inquiſitionẽ hęreticorũ in teſtimoniũ admittuntur excõicati,& ſocij,& participes criminis : & p̃cipuè in defectu aliarũ probationũ cõtra hæreticos,fautores,credentes,receptatores,& defenſores eorũ, ſi ex numero teſtiũ aut p̃ſonarum tam deponentiũ q̃ cõtra quos deponit̃, qualitate,& alijs circũſtãtijs, non falſa dicere p̃ſumantur.de hære.in fidei. li.6.Si tñ per viam accuſationis uel exceptionis,& non inquiſitionis,procederetur , tales non admittuntur,ſm Io.An.ibi. ¶Secundũ. Similiter admittuntur illi,qui ſuper facto hęreſis iurauerunt dicere ueritatẽ tam de ſe, q̃ de alijs,& eam celando periurauerunt,& poſtea volunt corrigere dictũ ſuũ contra ſe vel alios : ſi manifeſtis iudicijs apparuerit tales nõ leuitate,uel odio,uel pecunia,ſed zelo fidei velle reuelare.eo.tit.accuſatus.li.6.¶Tertiũ. Præſidentes ẽt regimini alicuius loci,licet ſint excõicati , uel iuriſdõnẽ de facto habeant,non de iure:ad requiſitionẽ ordinariorũ ipſorũ uel delegatorũ uel inquiſitorũ pñt & debent contra hæreticos,credẽtes,receptatores,fautores,& defenſores eorum ſuũ officium exercere:nec illi,qui requirunt eos,aliquam ſñiam incurrunt.tñ dictis p̃ſidentibus pp hoc in alijs nullum ius eſt cõceſſum uel p̃miſſum.eo.tit.p̃ſidentes.lib.6.¶Quartum. Quibuſdam ſm Io.And.ſuper c.vt officium. eo.tit.lib.6.ſuper uerbo,teſtium.uidetur, ꝙ in hoc crimine probando nõ ſufficiant duo teſtes:arg.optimum de hæreti. excõicamus. ibi.tres uel plures.& ſic no.Hoſ.in Sum.& ſic addendus erit iſte caſus ad alios q̃ notantur in ſumma.3.q.4.quia durũ vr̃ ꝙ homo bonę famæ per inquiſitores uel ordinariũ debeat ad duorũ teſtiũ dicta damnari, p̃cipuè cũ ibi detruncetur defenſionis ordo in notitia teſtiũ,ut in c.fi.eo.ti.& in interrogatorijs,quę ſiun

fiunt in alijs iudicijs. Sed cõtra hoc eſt,quia in eodē c. ſequitur de duabus perſonis cum ſuis concordantijs.Certū eſt aūt ꝙ per ſingulos teſtes & famā de tāto crimine quis damnari non poſſit:ut de teſtib.c. in literis. quia debent eſſe in crimine probationes luce clariores.ii.q.8.ſciant cuncti.in crimine tñ hæreſis & ſimoniæ, ſm Arch. minores probationes ſufficiunt.C.de hæret.l.ij.

7 † DICIT tñ, ꝙ licet ſigna leuia ſufficiāt ad conuincendum de hæreſi. illa tñ oportet plene probari.Ioā.aūt de Lig.dicit non eſſe recedendum ab illa regula, In ore duorum vel trium teſtiū.de teſti.in omni. & de teſta. relatum.& idem tenet dñs Ant. poſt Io.An. in d.c.excõicamus. & idem Gem. & hoc tene. quia nullum ius allegatum probat contrariū.¶Quintum.Si teſtes ſe ſubtrahant,ſm Archi.ad hoc cogendi ſunt, nec ab hmõi ſe poſſunt per exceptionem aut uotum excuſare:etiā ſi iuraſſent non teſtificari. ¶ Sextū. In examinatione teſtiū contra hæreticos debent intereſſe duæ perſonæ religioſæ diſcretæ,id eſt.nõ idiotæ,ſiue laici,ſiue clerici,ſiue religioſi, ſm Arch.cui videt̄ cõſonare Gem. dicens,ꝙ religioſus dicitur multipliciter, & hic non ſumitur propriè pro eo, qui habitū in religione ſuſcepit.Et ſi fieri poteſt,dicta teſtium per publicam perſonam debent cõſcribi:ut in d.c.vt officium.& religioſi, qui in ſeculo fuere notarij, & alij, quibus iniunctum fuerit,etiam clerici ſeculares,& in ſacris conſtituti,tenentur ex apoſtolico pcepto cõſcribere,ut in eo.c.ut officiū.¶Septimū.Poſt publicationē verò teſtiū põt inquiſitor,ſm Gemi.in d.c.ut officiū. alios recipere,quia non ad inſtantiā partis,ſed ex officio ſuo ꝓcedit.

8 † QVINTO q̄ritur, quid iura uelint de notarijs,quibus inquiſitores inquirēdo utuntur?Et dicit, ꝙ corā epo cum inquiſitore uel ſubſtitutis ab eo curabunt ſuū officiū fideliter exercere,in cle.multorum.de hære.& idē fiet de alijs perſonis ad dictum inquiſitionis officium neceſſarijs.religioſi etiam oēs, qui ante religionis ingreſſū fuerūt notarij,quantumcunq; ſint in ſacris,libere illud officium tabellionis poſſunt exercere quo ad oīa pertinentia ad inquiſitionis officiū, nõ obſtante quocunq; ſtatuto contrario, ut in d.c. vt officium. ¶Sextò q̄ritur, quid uelint iura de laicis,quibus inquiſitores utuntur, capiēdo, īcarcerādo,torquēdo, & cõſulendo,& hmõi? Et dico multa.¶Primū.Inquiſitores,ut in d. c.ut officiū.patet,ſi opus fuerit, īuocare pñt auxiliū brachij ſecularis.& contradictores ꝑ eccleſiaſticā cenſuram cõpellere,nõ obſtantibus priuilegijs quibuſcunq; ꝑſonis cõceſſis, religioſis, uel uniuerſitatibus, non obſtante etiā conſtitutione de duabus dietis, de qua habetur,de reſcrip.nonnulli.non obſt.etiam c.ſtatutū.de reſcrip.lib.6.quia ſm gl.licet cõſtitutio huius c.poſterius ſit edita q̄ c. ut officium.tñ illa eſt ſpecialis in fauorē fidei.iſta generalis,generi aūt per ſpeciem derogatur, de reg.iur.generi.li.6. ſi aūt eſſet generalis, tolleretur,de conſt.c.j.lib.6.¶Secundū.Poſſunt etiam conuocare clerū & populum ciuitatum.caſtrorū.& locorū, prout negocio fidei viderint expedire.de hæret. ut cõmiſſi. lib.6.non tñ poſſunt iſtis pcipere ut ſuas pdicationes adeant, nec indicere ſilentiū oībus pdicatoribus,ſed ſolum quæſtuarijs,quando continget congregationē fieri pro negotio fidei, uel eorū pdicationem dicto negotio afferre impedimentū. de hære.ut officiū.lib. 6.¶ Tertium. Poſſunt etiam aduocare peritos quoslibet,ut in ſententijs hmõi proferendis conſiliū pbeant, & in uirtute ſanctæ obedientiæ ad hoc eos adſtringere,de hæret. ut commiſſi.li.6.¶Quartum.Dñi quorumcunque locorum,ſtatutū,per quod inquiſitionis officiū cõtra hæreticos impediretur,exhibere tenentur,atq; corrigere,nec illud ualet.de hæret.ſtatutū.lib.6.Quintum.Oēs etiā locorum rectores à diœceſanis aut eorū uicarijs vel inquiſitoribus requiſiti iurare,tenētur ſeruare & ſeruari facere conſtõnes contra hæreticos,credentes,fautores,receptatores.& defenſores eorū,& filios,ac nepotes eorū.& q̄ iurare noluerit, habet̄ infamis, & fautor eorū,& de fide ſuſpectus,nec haberi dēt ꝓ dño, nec ad aliquod publicū officiū admitti aut aſſumi ulterius,& q̄ interim vt rector fecerit nullam habebunt firmitatē.d.c.ut officium. ¶ Sextum. Oēs ſeculi poteſtates & dñi temporales,ac locorū omnium rectores,quibuſcunq; dignitatibus, uel officijs aut nominibus cenſeantur, diœceſanis epis & hæreticæ prauitatis inquiſitoribus à ſede Apoſtolica deputatis & deputandis, parere & intendere tenētur.in hæreticorū,credentiū,fautorū,receptatorū & defenſorū ipſorū inueſtigatione,captione,aut cuſtodia diligenti, & deductione de loco ad locū intra ſuū diſtrictū ſub arcta & diligenti cuſtodia, cū ab eis fuerint requiſiti,eosq; condēnatos,ipſi uel eorū officiales aut nuncij ſtatim recipiant indilatè animaduerſione debita puniēdos,nõ obſtan

tibus appellationibus ſeu proclamationibus eorũ, q̃ pdictis omnibus interdicuntur. d. c. ut inquiſitionis. ¶ Septimũ. Omnibus pdictis eorumq; officialibus ꝓhibetur, ne de hoc crimine, cum ſit mere eccleſiaſticũ, quocunque modo cognoſcãt aut iudicent: aut pro eo captos ſine licẽtia epi uel inquiſitoris, aut ſaltem alterius eorũ carcere liberent, aut executionẽ a diœceſano uel inquiſitore iniunctã, prout ad ſuũ officium ſpectat, facere detrectẽt, uel aliàs pdictorum iudiciũ uel ſentẽtiã ſeu ꝓceſſum directe uel indirecte impedire pſumant. Si quis aũt pdictorum cõtra prædicta fecerit, ſ. nunc & ſ. immediate: aut præfatõ fidei negotio diœceſano epo uel inquiſitori incumbẽti ſe opponere attentauerit, aut forte pſumpſerit, uel ipſum aliquatenus impedire uoluerit, necnõ q̃ ſciẽter in pdictis dederit cõſiliũ, auxiliũ, uel fauorẽ, excõicationis ſe nouerit mucrone perfoſſum: quam ſi per annum animo ſuſtinuerit pertinaci, ex tunc velut hæreticus condemnetur d. c. vt inquiſitionis.

9 † SEPTIMO q̃ritur, quid uelit iura de carcere circa inquiſitionis officium? Et dico multa. ¶ Primum. Carcer eſt ad cuſtodiã uel cautelam, nõ aũt ad pœnam regulariter. de pœn. quãuis. li. vj. Sed intellige de iure ciuili. de iure tñ canonico ꝑmittiť p̃latis, imò cuilibet q̃ iuriſdictioni p̃eſt, & hẽt delicta punire, ſm gl. & ibidẽ ad carceres ad tps uel in ꝑpetuũ reos, adiudicare in pœnã ſuorũ criminũ. ¶ Scd̃m. Cũ quis ad carcerem cõdẽnatur, ſm gl. ibidem. ſi quid exprimatur in ſnĩa, ſ. ad tps certum, uel in perpetuum, ſtabitur expreſſis in ſnĩa. Si uerò quis ſimpliciter dãnetur ad carceres, intelligitur ꝑpetuo dãnatus. C. de pœn. l. ſeruus. ¶ Tertium. Siue aũt carcer ſit ad cuſtodiã, ſiue ad pęnã, ſm gl. ibi, nõ dẽt in eo eſſe cõmiſtio maris & fœminę, nec ẽt debet ita eſſe aſper, quod ibi homines perimantur. ut J. Homicidium. iij. §. vij. in fin. ¶ Quartum. Quilibet carcer, uel murus hereticorum, debet eſſe cõis epiſcopo & inquiſitori, & debet duos habere cuſtodes, unum quem uolet epiſcopus & ei prouidebit, alterum quẽ uolet inquiſitor & ei prouidebit: & eorũ uterq; poteſt habere ſub ſe fidelem miniſtrum, & illius loci erũt duæ claues, quarũ unus cuſtos unã, & alius aliã tenebit, & poterit officium miniſtrãdi carceratis committere ſuo miniſtro. in cl. multorum. de hære. ¶ Quintum. Prædicti cuſtodes antequã ſuũ exequãtur officium, tenẽtur corã eis, a quibus aſſignãtur, iurare tactis Euãgelijs, q̃ i cuſtodia oẽm diligentiã quã poterunt, adhibebunt, & ꝙ alicui incarceratorũ nõ loquatur vnus, niſi alio audiente: & ꝙ ipſis carceratis fideliter cõferãt ꝓuiſionẽ, q̃ ipſi recipiũt de cõi ordinatione, & ꝙ a parentibus uel alijs pſonis confertur eiſdẽ, niſi epi uel inquiſitoris aut ſuorum commiſſariorum ordinatio refragetur, eodemque modo iurabunt prędicti cuſtodiam miniſtri, & corã: ut eiſdem in d. cle. multorum.

10 † OCTAVO q̃ritur, quomodo & qñ cõtra hęreticos procedendũ ſit, maxime vbi duo ꝓcedunt? Et dico multa. ¶ Primũ. Inquiſitores in negotio inquiſitionis ꝓcedere poſſunt ſimpliciter & de plano abſq; aduocatorũ & iudiciorũ ſtrepitu ac figura, ut in c. fin. eo. ti. li. vj. ¶ Secundũ. Qñ accuſatores vel teſtes ſeu deponentes ꝑꝑ potentiã pſonarũ, contra quas deponunt accuſant, graue periculũ ſubirẽt, ſi nomina eorũ publicarentur, tũc nõ publice, ſed ſecrete corã diœceſano vel eius uicario eo abſente, qñ inquiſitores ꝓcedunt, vel corã inquiſitoribus, ſi eps ꝓcedit, & eorũ copia cõmode haberi põt, aut ſiue eps, ſiue inquiſitores ꝓceſſerint corã aliquibus pſonis ꝓuidis & honeſtis, iuriſq; peritis, totũ ꝓceſſum ſup quo deliberãdũ eſt, manifeſtent, & de illorũ cõſilio ad ſnĩam & cõdẽnationem procedere poſſunt: & plena fides talibus teſtibus adhibetur, licet eorum nomina nõ fuerint promulgata. Et poſſunt pcipere iq̃ſitores pfatis honeſtis pſonis ſub pœna excõicationis, q̃ ipſo facto incurrãt, ne reuelẽt nomina pdictã: eps tñ nõ põt pcipere inquiſitori, nec inquiſitor epo: ſed papa præcipit in virtute ſanctę obediẽtiæ, ut teneãt illa ſecreta, & ut habeãt purã & prouidã intẽtionem, ne afferãt periculũ; ubi eſt ſecuritas publicãdi: uel ſecuritatẽ in illorũ prę iudicium, ubi adeſt periculũ. Ceſſante tñ periculo ſupradicto debent accuſatorũ & teſtiũ nomina publicari de hære. ſtatuta. lib. 6. ¶ Tertiũ. In aliquibus ꝓuincijs poſſunt ꝓcedere ſimul vel ſeparatim prout negotij vtilitas ſuadebit, eo. tit. ut officium. lib. vj. quod dupliciter cõtingit: uno modo ubi in una ꝓuincia ſunt ſimul plures inquiſitores deputati: & iſte eſt ꝓprie ſenſus illus c. ut patet ĩtuẽti: alio modo: q̃a hæreticus delinq̃t in una ꝓuincia; & ad aliã fugit. Et ſic ĩtelligit Arc. dicẽs, qđ aliqñ duo inquiſitores cognoſcere poſſunt de crimine hæreſis alicuius, ſ. inquiſitor ciuitatis, in qua deliquit, ſecundũ Ioã.

And.in gl.& ad q̄ fugit, quia ubi quis inuenitur,ibi cōuenitur de crimine. ¶Quartum. Qn̄ negotium hæreſis cōmittitur alicui uel aliquibus generaliter in certis locis, non adimitur epis authoritas eorum ordinaria uel ēt delegata ſi eam habebant, & uterq; ēt de eodem facto poteſt inquirere cōiter aut diuiſim.eo.c.per hoc.lib.vj.¶Quintum. Quando autem diuiſim procedunt,ſiue ordinaria ſiue delegata epi poteſtate procedant,illum in procedendo modum obſeruent, quem inquiſitores poſſunt & debent, per iura communia,uel ſpeciales conceſſiones aut ordinationes ſedis apoſtolicæ obſeruare: & tenētur cōicare inuicem proceſſus: & per utroſque ſimul ſn̄ia proferatur, niſi alter alteri deferat:& ſi in ſn̄ia non cōcordant, mittant ad ad Apoſtolicā ſedem.d.c.per hoc. Sed intellige ꝑdictam cōicationem ꝓceſſuum oportere fieri,qn̄ nihil aliud r̄eſtat agendum niſi quod ſententia promulgetur,& ſi alter non poſſet commode procedere niſi uiſis actis alterius,tunc ſemel tantū cōicatio tribuitur, ut in extrauagan.Benedicti vndecimi, q̄ incipit,ex eo.¶Sextū.Sicut ēt dr̄ in cl. multorū. eo.ti.tam eps q̄ inquiſitor unus ſine alio citare poteſt & capere,& tute cuſtodire, & carceri mancipare,& cōpedire:ſed deputare duro carceri,& qui magis ad pœnam q̄ ad cuſtodiam videatur, uel tormentis exponere, uel ad ſn̄iam procedere non poteſt epiſcopus ſine inquiſitore,neq; inquiſitor ſine epiſcopo,aut eius ſuper hoc delegato,aut epali ſede uacante delegatus capituli,ſi ſui adinuicem poſſent copiā habere intra octo dies poſtq̄ ſe requiſierint.Poſſet tn̄ quilibet prædictorum committere alteri uices ſuas, uel per literas ſignificare ſuū cōſilium & aſſenſum.hæc ibi.¶Septimū.Si aūt papa dat certam formā inquirendi hæreticos, illa tenenda eſt,aliàs q̄ri poſſunt per accuſationem,inquiſitionē,& denunciationē. de quibus ſuis locis habetur. ¶Octauum.Tenentur autem diœceſani per ſe uel alios ſaltem ſemel in anno hæreticos quærere, ubi fama eſt eos habitare: &eos,quos credunt de hoc aliquid ſcire,debent compellere iurare, ut indicent ſi quos habent ſuſpectos propter occulta cōuēticula uel alia ſigna.extra eo.excōicamus §.adijcimus.¶Nonum.Si aūt ſuſpectus uocatus cōfitetur,& de correctione ſperatur,iniungi pōt ei pœnitētia ſalutaris. Si verò negat,& tn̄ ſit infamatus,indicet̄ ei purgatio, q̄ ſi nō præſtiterit,excōicabitur: & ſi per annum ſic ſteterit,ex tunc velut hæreticus cōdemnetur.in d.c.excōicamus. §. qui autem.

11 † NONO q̄ritur quid de ſn̄īs ferendis? Et dico multa,q̄ ēt no.Io.And.in nouel. ut commiſſi.de hæreti.li.vj. ¶Primum. Non eſt neceſſe in crimine hæreſis ſ̄m Archi. nouam ſententiam promulgari:quia iā per canones antiquitus eſt promulgata.& ſic potius declaratur q̄ promulgatur.xxiiij. q. j. c. j. hoc tn̄ inquiſitorum arbitrio relinquitur.eo. tit. cum ſ̄m.¶Secundum.Circa hereticorum diſcuſſionem uocādi ſunt docti in Theologia, iure canonico,uel ciuili: quia crimē mere eccleſiaſticū cognoſci & decidi dēt per canonicos.ij.q.j.ſi quis cum clerico. cum famulatu tn̄.legū.j.q.iij.ſummopere.& poſſunt hi periti accipere ſalariū,ſi detur, ſed nō exigere. ¶Tertium. In huiuſmodi ſententijs conuocari pōt clerus & populus: & expedit ad inſtructionē & terrorē. eo. ut commiſſi.lib. vj. ¶Quartum.Cōtra abſentes putat Arc. ſi conſtet de eorū ꝑfidia,ꝓnuntiari poſſe ſup crimē,& locū eſſe decretali, cum contumacia. eo.tit.li.vj.ex quo in ꝓuincia delinquēdo facti ſunt ſubditi:& contra oēs ſolēnia ſunt edicta ꝓpoſita:fideiuſſoribus uerò abſentiū pœna pecuniaria pōt infligi, remittens ad illud qđ hr̄ xxiij. q. v. cū homo. Hoc tn̄ intellige in citatis:quia ex quo q̄ſiti fuerūt,domicilij mutatio nō obeſt,ut de foro compe.ꝓpoſuiſti.Si uerò citati nō erāt,tn̄ ibi deliquerunt, ratione delicti ibi conueniri poſſunt, & ſunt remittēdi.in auth.ut nulli iudi.§. ſi uerò q.s. Io.Monal.dicit hāc conſtitutionē loq. de fugitiuo, qui remittēdus erat ad requiſitionē inquiſitoris, ſub quo deliquit. C. ubi de cri. agi op.li.j. ¶Quintum. Iudex ſ̄m Arch. redeuntes ſententiando uel pœnitentias iniungendo non debet pronunciare hæreticos uel credentes, quia non ſunt:nec fuiſſe,quia talis modus non eſt datus a iure.Sed Io.An. dicit, ꝙ bene pronunciātur fuiſſe hæretici, nec ſe videre quid obſiſtat. & ita practicat̄, imò & ipſa forma pronuntiādi,q̄ dat Archi. hoc hēt quā ponit Arch.iij.parte.ti. xix.c.ij. & iij.Dicit ēt idem Arch. ꝙ abſoluuntur ab excōicatione ſub cōditione,ſi ex corde redierint,& iniuncta ſeruauerint,ut ibi patet, ſed eſt contra ꝑdicta ſ̄.Abſolutio tertiò.in principio.Vnde abſoluuntur abſolute,& ſunt abſoluti ēt ſi ficte redeāt: cū ab excōicatione abſolui poſſit indiſpoſitus, ſed reincidūt ſtatim vbi faciūt aliquid,ꝑp quod quis incideret.¶Sextū.Quid talibus iniungendum ſit, diffiniri

diffiniri non poteſt:quia committitur arbitrio iudicantium circunſtantijs penſatis.

12 †DECIMO q̄ritur, quæ ſunt fauorabilia inquiſitoribus conceſſa pro ſuo officio expediēdo? Et dico, ꝙ de his Bonifacius viij. in c.vt commiſſi.de hære.lib.6.inquiſitorib. ſic dicit: Vobis & veſtrum ſingulis plenam concedimus facultatem committendi citationes,denuntiationes ſniarū,quas in quoslibet hereticos, credētes,receptatores,defenſores,& fautores eorum tuleritis: aduocādi quoque prout expedierit peritos quosq; ut vobis aſſiſtant, & in hmōi ferendis ſentētijs ꝓbeant conſilium opportunum:ac eis,ꝙ ſuꝑ hmōi pareant in virtute obedientię iniungendi. Conuocandi ēt clerum & populum ciuitatum, caſtrorum, aliorumq; locorum, prout dicto negotio fidei videritis expedire. Procedendi quoque contra eos, quos in ꝓuincia, in qua vobis inquiſitionis officium eſt commiſſum,hereſeos crimen conſtiterit commiſiſſe:licet ad alias partes ſe trāsferendos duxerint,necnon faciendi à quibuslibet aſſignari vobis libros, ſeu quaternos, & alia ſcripta, in quibus inquiſitiones factæ ac ꝓceſſus per quoſcunq; authoritate ſedis apoſtolicę,vel legatorum eius habiti contra hereticos continentur. Mitigandi quoque vel commutandi pœnam cùm videritis expedire,eorumq; veſtris mandatis obedientes humiliter ſtant ꝑ ꝑ hereſim in carcere aut muro recluſi vnà cum p̄latis,quorū iuriſdictionis ſunt. Priuandi,vel priuatos nuntiādi dignitatibus & alijs beneficijs eccleſiaſticis de diœceſanorum, vel in abſentia ſua ſuorum vicariorum conſilio, & officijs publicis & honoribus quibuſcunque, eoſdem hrticos, credentes, receptatores, & defenſores ipſorum,eorumq; filios ac nepotes. Sunt autem diœceſani in priuando tales vel nuntiando priuatos beneficijs & hmōi requirendi: niſi fortè conſtaret legitimè,ꝙ ſcienter hmōi ꝑſonis eadem beneficia contuliſſent:q̄ a tunc eos requirendos non eſſe cenſemus, ſed potius à ſuo iudice puniendos.hęc ibi.Adde ēt ex c.officium. eod.tit.lib.6. ꝙ pñt volentes conuerti abſoluere, & pœnitentiam iniungere,non obſtantibus ſententijs,q̄ ter in anno publicantur à papa contra hæreticos: vt ſuprà,titu.priore. §.12.dictum eſt.

13 †VNDECIMO q̄ritur,q̄ debēt cauere inquiſitores eis prohibita? Et dico,ꝙ eis ꝓhibetur ne pecuniam extorqueāt ꝑtextu officij inquiſitionis quibuſuis modis illicitis, & ne ſcienter accepténti bona eccleſiarū ob delictum clericorum, aut fiſco applicentur: & ſi contra fecerint,tam ipſi,q̄ eorum commiſſarij,& ēt epōrum, aut capitulorum ſede vacante ſunt excommunicati ipſo facto:nec pñt abſolui ante ſatisfactionem pecunię ſic extortę, niſi in mortis articulo:vt in cle.dolentes.de heret.Item ne abutantur q̄uolibet portatione armorum: & ꝙ non habeāt niſi officiales neceſſarios, vt ibidem. Idē ꝑcipit tam epis q̄ alijs inquiſitoribus,ꝙ non imponant alicui malitioſè aut fraudulenter hereſis crimen, aut quod impediat inquiſitionis officium, & ꝙ non omittant procedere,vbi eſt procedendum, odio, gratia,vel amore,lucri aut commodi tꝑalis obtentu, contra iuſtitiam & conſcientiam: aliās eps ſuſpenſus eſt per triennium ab officio, & eius ſuperior hoc faciens: inferiores verò epo ſunt excōicati excōmunicatione papali: vt in cle.multorum.de hęre. Item ꝙ non pñt de crimine hæreſis inquirere contra epos,niſi hoc expſſe in literis apoſtolicis contineatur: vt in c. inquiſitores.de hęre.lib.6.Item ꝙ inquiſitores ordinis ꝑdicatorum ſe intromittere non pñt de ordine minorum, nec econtra, ꝑtextu cuiuſcunque hereſis, vt in priuilegijs eorum:aliter excommunicati ſunt ipſo facto, & eſt papalis,per extrauag.Pauli ſecundi.

14 †DVODECIMO q̄ritur,vtrū inquiſitores aliquid poſſint habere de bonis hrticorum & condemnatorum per ſententiam? Et dico,ꝙ ſic. Nam dicit Io.And.& Inn.ſuper c.cum ſecundum.de hæret.lib.6.ꝙ de dictis bonis ſm conſtōnes papales tres debēt fieri partes: quarum vna ſit curiæ Romanæ pro tuitione officij: ſecunda iudicis ſecularis: tertia officialium. & huius tertię eps inquirendo per ſe vel cum inquiſitore partem petere non pōt ꝑtextu laborum, vel expenſarum, cùm ſibi debeāt eccleſiarum ſuarum bona ſufficere, & ad hoc ſint deputata,vt hr in extrauag. Benedict.xi. q̄ incipit, ex eo.& no. Io.An.ſuper c.ſtatuta.eo.tit.vñ ꝑtinere videtur ad inquiſitores,aut eorum vicarios.

25 †QVAERIT aūt Io.And. ſi Bononiēſis origine, & patrimonio, qui ſibi hēt bona, conſtituit Florentię domicilium, ibique de hereſi damnatur, an ad dñum Florētinum vel Bononienſe ſpectet apprehenſio bonorum quæ ſunt Bononię? Et arguit hinc inde probans primò, ꝙ ad Bononienſe: & ſecundò per Richar. Mal. ꝙ ad Florentinum, cuius rōes adducit Arch.3.par.ti.19.c.2.ī fi.

& de-

& demum dicit Io.And. per officiũ inquiſitionis fieri contrarium, & per Nicol. IIII. contrarium diffinitum, & videtur tenere, ꝙ determinatio Rich. ſit uera quo ad tertiam partem debitam officialibus, cũ dicat conſtõnem illam deberi officialibus, qui hoc peregerunt. quo ad duas aũt alias tenuit cõtrarium, cùm gñali fiſco ſint cõfiſcatę à die cõmiſſi criminis. & inducit l.3. C. de bo. vac.

16 † VLTIMO circa iſtam materiã remanent dubia q̃dam. ¶ Primum. Si aliqui decumbentes petiuerunt hęreticos, vt ab eis ſ͠m eorum conſuetudinem, conſolationem reciperent, ſ. per manuum impoſitionem, ac ſic deceſſerunt, & modò filij, vel hęredes ꝓbare uolunt, ꝙ non ſanę mentis effectu ſuſceperint, vel poſt perditam loquelam: nunquid ſunt audiendi? Et dico, ꝙ non, ſi tales, dum viuebant, erant diffamati, vel ſuſpecti de hęreſi: vel ſi conſtet, ꝙ ſanę mentis exiſtentes petiuerunt. alioquin ad probandum admitti pñt, non quidem per vxores, filios, familiares, aut aliquos de ſuis, ſed per teſtes fide dignos & fidei zelatores. extra eo. c. fin. lib. 6. ¶ Secundum. Quid ſi quis pro receptatione hęreticorũ, vel defenſione ſeu fauore, & non quia eſſet hæreticus, ſub obligatione bonorum inquiſitoribus ſe adſtrinxit ad pœnitentiam recipiendam, & ea iniuncta, ſed non peracta, deceſſerit? Rñdeo: Cogi debent hæredes in bonis ad complacendum, ſi ſit in bonis tpalibus iniuncta proficiens ad ſalutem: ſecus, ſi non erat iniuncta. extrà eo. c. accuſatur. lib. 6. ¶ Tertium. Sacerdotes inſtruentes hæreticos, vel credentes citatos de celanda veritate & hmõi, cùm non ſit dubiũ eos facere in fauorem hęreticæ prauitatis, ꝑ inquiſitores debent compeſci, & poſſent pœna debita caſtigari tam per captionem perſonarum, q̃ aliter, prout culpa exegerit. Religioſi etiam ſunt incarcerationis pœna vel aliàs grauius à ſecularib. puniendi, ſi inuenti fuerint in hæreſi vel ſimilib. deliquiſſe. extra eo. c. pen. & c. accuſatus. lib. 6.

## RVRSVS DE HAERESI, ET HAEreticis tertiò, ſpecialiter quo ad lamias, ſiue ſtrigas.

1 *Hæreſis in lamijs, & ſtrigis, in quo conſiſtere dicatur. Et an in canonibus nomina eorum, qui eam ſectantur, deſcripta ſint.*

2 *Lamiarum quaſdã nocere, ſed non curare: quaſdam vero contra, curare, ſed non nocere; quaſdã vtrunque efficere. Et ibidem lamiæ vnde dictæ: item & vnde ſtrigæ.*

3 *Mulieres, an ſint aliquæ, quæ dicantur noctu cũ Diana oberrare. Et an fieri poſſit, vt creatura aliqua, aut in melius aut in deterius mutari, aut transformari in aliam ſpeciem, vel ſimilitudinem poſſit.*

4 *Strigarum ſecta, num ea ſit, de qua in capite, epiſcopi. xxvi. q. v. mentio fit. Et quid a ſtrigarũ vulgo receptarum ſecta differat. Et in qua inter ſe conueniant. & nu. ſeq.*

5 *Secta ſtrigarum ſimiles tripliciter.*

6 *Strigæ an poſſint naturaliter a diabolo corporaliter ad locum deferri, vbi nocte cum diabolo iocentur. Et an ad eundem de facto ſemper corporaliter deferantur, aut nunquã, aut aliquãdo.*

8 *Strigas realiter ad ludum cum dæmone deferri, an d. c. epiſcopi credere prohibeat. Et quid in corpore fieri, quotupliciter dicatur. Et item in ſpiritu. & num. ſeq.*

9 *Mulierum ad Dianæ deæ ſeruitium delatio, quo tupliciter intelligi poſſit.*

10 *Inquiſitores an merito aduerſus ſtrigam procedant.*

1 HAERETICVS † tertiò, ſiue hæreſis, ſpecialiter cõſiderari poteſt in quodam genere hominum, qui ſpecialiter lamij uel lamiæ. & ſtrigæ ſiue maſcaræ dñr, & ut in plurales ſunt rurales & fœminei ſexus, de quibus uidenda ſunt multa tam in ſe q̃ in ordine ad inq̃ſitores. ¶ Primò uerò q̃ritur de notitia gñis huiuſmodi & nominum eius? Et dico, ꝙ hæc ſecta per ſacros canones non eſt deſcripta nec nominata, ſ͠m Augu. Botã de Sauiliano I.V. Doc. in conſilio ſuo edito ad inſtantiam magiſtri Andreæ de Seraphicis de Sauiliano ord. ꝑdic. inquiſitoris. & idem tenuit Taurini do. Io. Graſſus Doc. in vtroque iure. Conſiſtit aũt hæc ſecta communiter in credere & operari quædam propria: licet nonnulli ex ipſa conueniant in aliquib. cum alijs ſectis. credit enim uerè ſe cũ diabolo uerſari noctu uoluptuoſe: & eo vti vt incubo quo ad mulieres, & ſuccubo quo ad viros: operatur verò ſcelera multa, ſed ꝓcipuè tria: quia diabolum ſcienter inuocat, fidem negans conculcat, & cõtemnit ſacraputa crucem & ſacramenta, & homines percutit morte, vel ægritudine per uirtutẽ propriam, vt in faſcinatione: & per actiua naturalia, quæ docta eſt à dæmone, & per virtutem dæmonis coaſſiſtentis, & cooperantis virtute propria, vt in reſeratione portarum, & ꝓcipitatione, & hmõi, quæ motu locali perficiuntur: aut virtute actiuorum naturaliũ, quæ viſibiliter aut inuiſibiliter applicat: ſicut

ſicut cum vetula torquente aut pungente imaginem, torquetur aut pungitur homo.

2 †SCIENDVM tñ, ꝙ ut dr̃ in malleo maleficarum, lamiarum quædam nocent, ſed non curant: quædam verò econuerſo curãt, ſed non nocent: quædam uerò vtrunque efficiũt.¶Noĩa verò eius ſunt lamij, vel lamię, ſtrigæ, & ſi qua ſunt alia per tranſſumptionem, & ſimilitudinẽ: quia.ſ.lamia eſt beſtia mõſtruoſa, ſm gl. Iſa.34. pedes hñs equinos & cętera membra humana.& ſm Greg.34. Mor.habet humanam ſpeciem,& corpus beſtiale: & ita eſt crudelis, vt filios ſuos dilaniet. Vnde & lamia quaſi lania dicta eſt:ſtrix verò à ſtrido dicitur, nocturna auis, de ſono vocis dicta: quia quando clamat, ſtridet: inde corruptione vulgari dicitur ſtriga, quia noctu pręcipuè verſatur in maleficijs.

3 †SECVNDO verò, quia in hac materia ſuper verbis capitis, epi.26. q.5. magna eſt difficultas apud aliquos, adducuntur verba illa inquantum tangunt iſtam mãriam, & ſunt hæc: Illud ẽt non eſt omittendũ, ꝙ q̃dã ſcelerate mulieres retro poſt Sathanam cõuerſæ dæmonum illuſionib.& phantaſmatibus ſeductæ credunt ſe & profitentur cum Diana nocturnis horis dea paganorũ, vel cũ Herodiade, vel cum innumera multitudine mulierũ equitare ſuper quaſdam beſtias, & multarũ terrarum ſpatia intempeſtæ noctis ſilentio pertranſire, eiuſq; iuſſionib. obedire velut dñæ,& certis noctib. ad eius ſeruitium euocari. ſed vtinã hæ ſolæ in perfidia ſua periſſent, & non multos ſecũ ad infidelitatis interitũ pertraxiſſent. Nã & innumera multitudo hac falſa opinione decepta hæc vera eſſe credunt, & credẽdo à recta fide deuiãt,& errore paganorũ inuoluunt̃, cùm aliq d diuinitatis aut numinis extra verũ Deũ arbitrant̃. Quapp̱ ſacerdotes per eccleſias ſibi cõmiſſas populo Dei oĩ inſtantia p̄dicare dẽnt, vt nouerint hæc oĩa falſa eſſe, & non à diuino, ſed à maligno ſpiritu talia phãtaſmata mentib. fideliũ irrogari, arbitramur. Si quidẽ ipſe Sathanas, qui transfigurat ſe in angelũ lucis, cùm mentẽ cuiuſcunque mulieris ceperit,& hanc per infidelitatem ſibi ſubiugauerit, ilico transformat ſe in diuerſarum ſpecies pſonarum atque ſimilitudines, & mentẽ, quam captiuã tenet, in ſomnis deludẽs, modò leta, modò triſtia, modò incognitas, modò cognitas pſonas oſtendens, per q̃que deuia deducit: & cùm ſolus ſpiritus hoc patitur infidelis, hoc non in aĩo, ſed in corpore euenire opinatur. Quis enim in ſomnijs,& nocturnis viſionib. non extra ſeipſum educitur,& multa videt dormiendo, q̃ nunquam vigilando viderat? Quis verò tam ſtultus & hebes ſit, ꝗ hæc oĩa, q̃ in ſolo ſpiritu fiunt, ẽt in corpore accidere arbitretur? cùm Ezechiel propheta viſiones Dñi in ſpiritu, non in corpore vidit & audiuit: ſicut ipſe ſtatim inquit, Fui in ſpiritu, & Paulus nõ audet dicere ſe raptum in corpore. Omnibus itaque publicè annuntiandum eſt, ꝙ qui talia credit & his ſimilia, fidem perdit:& qui rectam fidem nõ habet, hic non eſt eius, ſed illius in quem credit.i. diaboli. Nam de Dño nr̃o ſcriptum eſt, Oĩa per ipſum facta ſunt. Quiſquis ergo credit poſſe fieri aliquam creaturã, aut in melius, aut in deterius mutari, aut transformari in aliam ſpeciem, vel in aliam ſimilitudinem, niſi ab ipſo creatore qui omnia fecit, & per quem omnia facta ſunt: proculdubio infidelis eſt,& pagano deterior. Hæc ibi. Pro quibus nota, quod error fuit paganorum quod ex hominibus fierent dæmones, qui eſſent lares, larue, & manes, id eſt, dij, vt patet per Auguſt.8.de ciuit. Dei.c.11. de quo vide S. Tho.q.15.art.1.in cor. & 3.contra. c.16.

4 †TERTIO quæritur, vtrum ſecta ſtrigarum ſit illa, de qua in p̄dicto cap. fit longa mentio? Et dico, ꝙ non, licet in aliquo cum illa conueniat. quod patet quantum ad credere & operari. Nam quantum ad credere, illa ſecta credebat primò, quòd aliqua mulier, puta Diana, vel Herodias eſſet conuerſa in deam, & conſequẽter haberet aliquid numinis:& ſecundò, ſe uocari,& duci ſuper beſtias ad ſeruitium alicuius deæ: & tertiò, ꝙ vna creatura ab alio, q̃ à vero Deo mutaretur in aliã creaturam, vel ſpeciem eius, puta homo in ſpeciem canis. & hæc tria patent in textu. & quartò, ꝙ talis dea eſſet ſpiritus bonus: quę quatuor ſunt contra fidem.& in tex. patent. Et his quatuor differt à ſecta ſtrigarum, quę nullum horum credit: ſed dicit ſpiritũ apparentem eis eſſe diabolũ inimicũ Dei, licet ex uoluptate uel deſperatione ſe illi ſubijciant: & conſequenter illũ non eſſe hominem conuerſum & deam bonam: nec ſe uocari ad ſeruitium alicuius deę: nec creaturam mutari in deam: nec quod illa ſit ſpiritus bonus. Conueniunt uerò quo ad hoc, inquantum vtraque ſecta aliqñ credit fieri in corpore quod fit in ſpiritu .i. in imaginatione, vel ſolo ſenſu, vt patebit. quantum ẽt ad operari differũt: quia illa nõ dr̃ abnegare

crucem

crucem aut contemnere ſacra, ſicut ſecta ſtrigarum. Conueniunt uerò, quia noctu ſolatiantur ambæ cum diabolo. Vnde iſta ſecta non eſt illa: ut etiã patet ex teſtimonio Aug. Botæ, & Io. Graſſi, vt dictum eſt: qui ſcilicet dicunt ſectam ſtrigarum intactam eſſe & innominatam in ſacris canonibus.

5 †QVARTO q̃ritur, vtrum iſta tantam ſimilitudinem habeat cum illa, vt ſimul cũ ea in eo. c. reprobentur, qui talia credunt, cũ dr̃, ꝙ qui talia credit, & his ſimilia, fidẽ perdit? Et dico, quòd non. Nam iſtę ſectę ſunt ſimiles in triplici genere, ſ. hæreſis, ſuperſtitionis, & illuſionis: ſed in quolibet horum generum ſpecie differunt. Quantũ ad primũ quidem, tum quia illa credebat aliquid numinis extra Deum. vnde eſt hęretica ꝓpriè: non aũt ſecunda: vnde non eſt hęretica propriè, ſed præſumptiuè: quia .ſ. ei, quem diabolum credit, exhibet honorem diuinum: tum quia iſta apoſtata à fide, nõ aũt illa, cum expreſſo verbo fidem non neget. Et ſimiliter quantum ad ſecundum, ſ. genus ſuperſtitionis: quia illa eſt in ſpecie fictorum, ſm malleum maleficarum per duos ſolennes inquiſitores editum, & per vniuerſitatẽ Colonienſem comprobatum: quæ dæmon in hominibus illius ſectæ loquebatur, & miranda faciebat: iſta verò non eſt in illa ſecta: & habet aliquid penè ex oĩbus ſpeciebus: & ſuperaddit crimen maleficij. Et quantum ad tertium, i. illuſionem, quia illuſio illius pertingit vſque ad intellectum. vt credat falſa de fide: non aũt iſtius, vt dictum eſt. Quod autem dr̃ de vno ſimili inquantum non eſt ſimile, ſed diuerſum, non procedit de reliquo, cuius eſt illud, & his ſimilia: quia illud dr̃ de illa ſecta quantum ad rationem ſpeciei, inquantum credit aliquid numinis extra Deum, in quo differt ab iſta: & non generis, in quo conuenit cum illa. Et ſi dicatur, quòd illud dicitur de locali delatione, in qua iſtæ ſectæ conueniunt, dico, quòd non eſt verum: vt j. §. 7.

6 †QVINTO q̃ritur, vtrum ſtrigæ poſſint naturaliter deferri à diabolo corporaliter ad locum vbi cum diabolo noctu iocantur? Et dico, ꝙ ſic, & in hoc oẽs conſentiunt, nec eſt dubiũ, quia materia corporalis inferiorũ corporũ angelicis ſpiritib. ſiue bonis ſiue malis obedit ad nutum quantũ ad motum localem, ſm Aug. & oẽs Theologos, eo modo quo humanum corpus mouetur ab anima: nec mirum, quia etiam cęli ab eis localiter mouentur; vnde & magi frequenter in hoc opera dæmonũ utuntur: ſicut patet per ea quę de Hermogene legnntur: & per ea quæ Præceptorium diuinæ legis primo pręcepto, c. 11. q. 4. refert. Imo ſm Vil. dæmones localiter deferre pñt hominem ẽt inuitum: ſicut bonus angelus tulit in cincinno capitis Abachuc de Iudæa in Chaldeam: & de quodã puero nobili monacho refert Pet. Damianus, & Vinc. in Spec. hiſt. lib. 26. c. 63. ꝙ cũ veſpere quieuiſſet in cella, manè in piſtrino clauſis ianuis inuentus eſt, qui requiſitus dixit ſe à quibuſdã hoĩb. ad magnũ conuiuiũ deductum, vbi oẽs epularum delicię videbantur, ibiq; eum manducare fecerunt.

7 †SEXTO q̃ritur vtrum de facto ſtrigę ad dictum locum corporaliter ſemper deferantur, aut nunquam, aut aliqñ? Et dico, ꝙ non deferuntur ſemper localiter: ſed iſta ut plurimum fiũt in ſpiritu, i. in imaginatione. & ita tenet d. Alb. & Vlri. in Sum. non eſt ẽt verum, quod nunq̃ realiter, alioquin oporteret pene infinitos inquiſitorum proceſſus eſſe falſos, & ſenſum negare: quia multa experta ſunt circa hoc, q̃ non pñt rationabiliter plus negari eſſe peracta realiter & corporaliter, q̃ me nunc ſcribere: quod vtiq; quis negare põt, dicens me illudi vt videar mihi aut alijs ſcribere. Deferuntur ergo aliqñ realiter, & aliqñ etiã de die inuiſibiliter: quod vtiq; diabolus põt per modos, de quib. docet Pręceptorium, vbi ſ̃. q. 1. & quę feruntur in meridie dicuntur ſocietas curſus.

8 †SEPTIMO queritur, vtrum d. c. epi. prohibeat credere ſtrigas ad ludum realiter deferri? Et dico, quod non. Sciendũ eſt enim primò, ꝙ dupliciter aliquid fieri dicitur in corpore. primò ſcilicet propriè, quia extra ſenſum hominis tale quid ſit veraciter: ſicut ego nunc ſcribo. & ſecundò impropriè, quia fit in ſenſu corporeo, ſ. in ſenſu exteriori habente organum corporeum manifeſtè, puta in oculo: ſicut ſi naturaliter vel opera dęmonis oculus meus videat ꝙ non eſt, aut nõ verè eſt: ſicut ſm S. Tho. quędam herba fumigans facit trabes videri ſerpentes. Et ſimiliter dupliciter aliquid fit in ſpiritu: primò. ſ. propriè, quia fit in intellectu vel in ſenſu nõ corporeo, id eſt, non hñte organum corporeum manifeſtum, vt in imaginatiua: & ſecundo impropriè, quia fit in ſenſu ẽt corporeo, ſed non extra ſenſum veraciter. Vñ propriè fit in corpore qđ fit extra ſenſum: & ꝓpriè in ſpiritu quod fit in intellectu vel ſenſu interiori: quod verò fit in ſenſu exteriori tan-

tanquam medium utroque modo fieri dr.

9 †SCIENDVM eſt ſecundò, ꝙ delatio mulierum ad ſeruitium Dianæ deę paganorum uel alterius, dupliciter intelligi pōt eſſe realiter, ſiue in corpore: vno.ſ. modo vt quædam ad hæc concurrentia ſint realia, ut motus, ſed non omnia: alio modo vt omnia neceſſaria ad hoc ſint realia realiter oculo exteriori viſa: puta ipſe motus corporis delati, & ſpatia pertranſita, & beſtia deferēs, & dea, ad quam ferūtur. Et hoc dupliciter: uno modo ut ſint realia realiter viſa, ſed cum deceptione ſaltem imaginationis, vt quia ſunt vnum, & videntur aliud: vt quia ſunt corpora aerea, & videntur humana, & ſic ēt dicuntur fieri in ſpiritu aliqualiter, quia illa credulitas pertinet ad ſenſum interiorē: alio modo ſine deceptione, quia.ſ. veraciter ſunt id, quod eſſe vīr aut iudicantur. Igitur dico ꝙ illud capitulum vr̄ prohibere ne quis credat ſtrigas realiter deferri ad ludum: quia licet non loquatur de ſtrigis, ſed de alia ſecta, vt probatum eſt, tñ de illa loquitur, vt videtur, inquantū conuenit cū iſta incredulitate realis delationis. Sed dico ꝙ licet dicat iſta fieri in ſomnijs, quia.ſ. quaſi ſemper fiunt in ſomnijs, & rarò in corpore, tñ non prohibet credere iſtam delationem eſſe realem, & in corpore quantum ad motū & ſpatiū, ſed quantum ad omnia concurrentia, maximè deam viſam ſine deceptione. Et hoc patet primò ſic: Nā quicquid eſt aliqua lege prohibitum vel reprobatum, eſt prohibitum ex legis rōne, q̄.ſ. continet legiſlatoris intentionē, quia lex non eſt aliud q̄ rō eius, ſm Pan. in c. fi. de reſcr. & Cy. ac Bald. & oēs ſcrib. in l. non dubium. C. de legib. & in l. ſcire leges. ff. de legi. Sed realitas huius delationis quantū ad motum non reprobatur ex rōne dicti capituli, quod patet, quia illa in hoc conſiſtit, quòd hi quorū credulitas ibi reprobatur, inuoluūtur errore paganorū, credentes aliqd numinis extra Deū, quaſi aīæ mortuorū vertātur in Deos uirtute non diuina. Secundò ſic: Nā quicquid aliqua lege prohibetur ſiue reprobatur, reprobatur ad rōnabilē, non ad abſurdum intellectum: vt in c. erit aūt lex. 4. diſt. Sed credulitas realis delationis ſtrigarū, quātum ad motum localem & ſpatia pertrāſita duntaxat, reprobari nō pōt per d.c. ad rōnabilē intellectū, quia aliàs ſequitur ꝙ credentes infinitis proceſſibus inquiſitorum vnam rem aſſerentib. inuoluantur errore paganorum, credentes aliquid numinis extra Deū, & iſta fieri à bono ſpiritu, & creaturam hre potentiam ſpecierum mutatiuam, & multa alia. Sed contrà arguitur ex uerbis d.c. quia dicit iſta fieri in ſomnijs, & in ſolo ſpiritu. Sed dico, ꝙ non dicit hęc ſemper in ſomnijs aut in ſpiritu fieri: ſed ideo ſic dicit, quia ut in pluribus ſic fiunt. Sed contra iſtam ſolutionem, quia dicit, ꝙ hęc oīa in ſolo ſpiritu fiunt, & conſequenter ſemper in ſpiritu fiūt: ſed dico, quod hęc oīa fiunt in ſolo ſpiritu, ſed non ſemper in ſolo ſpiritu: nec hoc intēdit textus: alioquin ridiculoſa eſſet ſua probatio: quia ex particulari probaret vniuerſalem in arguendo, ſ. Ezechiel & Paulus viſiones viderunt in ſpiritu: ergo omnes ſi videntes uident in ſpiritu. Vnde non intendit tex. aſſerere, quod omnia iſta ſemper fiant in ſpiritu vel in ſomnijs, quia inſufficienter probaret: ſed intendit, quod non eſt vera dea quam iſti vident, & aſſignat, quomodo poſſibile eſt eos decipi: quia decipiuntur videndo in ſomnijs, & in ſpiritu: quod probat poſſibile eſſe ex ſomnijs noſtris, & in uiſionibus Ezechielis & Pauli. & ſic patet intellectus totius capituli.

10 †OCTAVO q̄ritur, vtrum inquiſitores meritò procedant contra ſtrigas? Et dico, ꝙ ſic: non quia portantur ad ludum in corpore vel in ſpiritu: quia iſtud ex concupiſcentia ſine errore in fide poteſt eſſe: ſed quia fidem negant, & multa faciunt, q̄ ſapiunt hęreſim manifeſtè: ut patet ex dictis. Imò do. Aug. Bota dicit, quod etiā non relapſę tradi poſſunt iudici ſeculari: quia ꝑter apoſtaſiam habent alia multa crimina digna morte. Quidam aūt miniſter prouincialis cuiuſdam ordinis mendicantium anno Dñi 1503. in Capitulo noſtro Placentino prece & pretio, vt publicè dicebatur, inductus à parentibus cuiuſdam ſtrigæ combuſtæ aſſumpſit pugnam contta inquiſitorem quaſi iniuſtè ſtrigas inſequeretur propter delationem ad ludum turgens ampullas ex uerbis d.c. & intra annum fuit à multitudine ſuorum fratrum crudeliter & turpiter iugulatus.

## DE HERMAPHRODITO.

HERMAPHRODITVS eſt, qui habet vtrunque ſexum, virilem ſcilicet & fœmineum. Hic non poteſt eſſe teſtis. 3. q. 3. item idonei. in glo. ſ. ſi magis vergat ad fœmineum, uel ēt ſi ſit parilitas, licet in hoc gl. non determinet. Sed intellige niſi in caſu quo & mulier eſſe pōt. nec poteſt iure ordinari ꝓpter monſtruoſitatē: nec ordinatus

natus miniſtrare.arg.35.di.illiteratos. & 49. diſt.c.vlt.Si tamē ordinetur, ſuſcipit ordinis characterem, ſi magis vergit ad uirilē ſexū, non autem ſi ad fœmineum,aut ſi eſt parilitas.Quantum autem ad matrimonium contrahendum, ſecundum glo.prædictā, ſexus magis incaleſcens debet attendi, & ſic iudicari:& ſi ſit parilitas, dic quod debet ſtari dicto & electioni ſuæ.Ita tenet Bal.in l.qritur. ff.de ſtatu hom.dicens hanc eſſe opi. Guliel.

¶ HISTRIO, vide ſuprà Ars.§.8.& infrà Infamia.§.5.

## DE HOMAGIO.

1 *Homagium quid ſit, & an pro re ſpirituali fieri queat. Et num fidelitatis iuramentum citra ſimoniam exigi poſſit.*

2 *Homagium quotuplex eſſe dicatur. Et ibidem de ſingulis membris.*

1 HOMAGIVM quantum colligitur de Spec.eo.tit.in lib.de feud.& glo. in clem.paſtoralis.§. rurſus.in verbo, homoq; legius. de re iudi.eſt ſpecies fidelitatis, qua quis flexis genibus, iunctis manibus intra manus domini ſeruitutis fidelitatem iurat. Vnde pro ſpirituali re non eſt faciendū. de reg.iur.c.fi.imò illud exigere pro talibus, puta pro eccleſiaſtico beneficio,eſt ſimonia. de ſim.ex diligenti.& de regu.iur.in d.c.fin. quia continet temporale commodum eius cui præſtatur,cum efficiatur eius ſeruus obligatur ad certa ſeruitia.Fidelitatis autem iuramentum bene poteſt exigi ſine ſimonia: quia tantum obligat ad eſſe fidelem, & potius dignitati q̃ perſonæ præſtatur. Et hoc uerum,quando eſt in tali dignitate,cui talis fidelitas debeatur: aliàs aūt eſſet etiā ſimonia,ſm vnam lecturam in d.c. ex diligenti.

2 ESt autem ſm Spe.ubi ſuprà,multiplex homagium.Quoddam enim eſt decretale, à decernendo feudo:ſicut hæres hominis mei cum de conſuetudine poſſit infeudari, & cōſequenter in homagiū ſuccedere, debet intra certum tempus in dominum agnoſcere, & mihi præſtare fidelitatem: & ego teneor eum ratione talis feudi in hominem recipere, & recipiendo videor ſibi ius feudi decernere. Aliud eſt edictale ſiue hereditarium; vt illud quod quis habet eo ipſo, quod eſt heres:quia eo ipſo, quod adit hereditatem hominis mei,perſonam eius repreſentat, & videtur hominis homagium ſubijſſe:& tale finiri poteſt tempore ſi domino placebit, & non aliter,etiam ſi uaſallus vellet bonis feudalibus cedere. Aliud eſt ligium, quod.ſ.fit Imperatori uel regi non recognoſcenti ſuperiorem nullius alterius fidelitate ſalua.qđ autem fit alijs non dicitur ligiū: quia fit vel iuratur ſalua regia uel imperatoria fidelitate, etiam ſi manus ponantur intra manus, ſm Spec. & qui hoc facit, dicitur homo legius vel ligius: quaſi dño ſuo ligatus, ſm Spec.uel quaſi legalitatem continens.Aliud verò eſt non ligium.ſeu vaſalliticum: & eſt, quādo aliquid excipitur: ut facio tibi homagium, excepta fidelitate, quā domino meo tali ligio teneor.uel ſaluo, ꝙ poſſim cum voluero dominum ligium mihi cōſtituere: vel ſaluo, ꝙ nolo tibi contra talem iurare. Sed dictum primum eſt verius,ſm Spec.

## DE HOMICIDIO VOLVNTARIO.

1 *Homicidium quot modis accipitur, & quid ſit, et nū ſemper ſit peccatū. Et quot modis fieri queat.*

2 *Homicidium uoluntarium dupliciter dici. Et an percutiens prægnantem, & eius ictu perit formatus partus, homicida ſit.*

3 *Maſculus ac femella quanto tempore formari dicantur.*

4 *Occidere ſeipſum, aut mutilare, num aliquo caſu liceat. Et in hoc ſex ſubdit concluſiones.*

5 *Occidere aliū, an alicui liceat, ſex dictis deſinit.*

6 *Lex quando aliquid non puniendo permittit, longe aliud, quam cum aliquid permittit faciendo.*

7 *Diſſidatus, cuius occiſio a publica poteſtate conceſſa eſt, etiam ſub præmijs conſtituti promiſſione, an etiam extra territorium ipſius poteſtatis ſine peccato occidi queat.*

8 *Occidere quēquā pro rerū tuitione, an licitū ſit.*

9 *Mulier, an ipſam opprimere uolentem, cuius manus aliter effugere nequit, ſine peccato, occidere poſſit. Et quid ſi occidere nequit, ſed retinendo mente & corpore ſe quantum poteſt tuetur, ſi tandem uioletur, an peccet, cum eum occidendo elabi potuerit.*

10 *Liberare alium ab iniuſta morte, ſi poteſt, num quis teneatur.*

11 *Homicidium alterius mandato commiſſum, cui imputandum ſit. Et an ex ratihabitione homicidij irregularitatis contrahatur.*

12 *Homicidio ex conſilio admiſſo, quis teneatur. Et an ex conſilio irregularitas oboriatur.*

13 *Homicidiū pro defenſione admiſſum, an liget, et homicidā cōſtituat, et an irregularitatē inducat.*

14 *Homicidium ex permiſſione patratum, an, & quando, & quos liget: & num irregularitatem inducat. Et quid de his, qui cooperantur in homicidio faciendo. nume. ſeq.*

16 *Homicidium an animatione cōmittatur. Et quid de auxilij præſtatione. num. ſeq.*

HO-

1 HOMICIDIVM de mente S. Th. 1. 2. q. 100. art. 8. ad tertium. de mal. q. 13. art. 4. ad vndecimum. & aliorum, dupliciter ſumitur. ſ. largè, & eſt oĩs hominis cæſio, ſeu occiſio, ſiue iuſta ſit ſiue iniuſta. & propriè: & ſic eſt occiſio hominis ab homine iniuſta: vnde homicidium propriè ſemꝑ eſt peccatum. Et fit octo modis. ſ. facto, p̄cepto, conſilio, defenſione, permiſſione, cooperatione, animatione, auxiliatione: ſed animatio ad conſilium & auxiliatio ad cooperationem reducitur: & ſic fit ſex modis.

2 † HOMICIDIVM quoque uoluntarium dupliciter. ſ. propriè, quia eſt intentum & volitum in ſe: & largè, vt quia eſt volitum & intentum in ſua cã, ſed non fortè in ſe: ſicut in eo qui vult & intendit percutere prægnantẽ, quia voluntariè occidit: ſicut S. Tho. 2. 2. q. 30. art. 1. vbi de mente eius eſt iſta diſtinctio, dicit, ꝙ de volente comedere nociua dicimus, ꝙ vult infirmari. Et ex hoc patet primò, ꝙ homicida eſt percutiens prægnantem, ſi partus erat formatus, ſ. aĩa rõnabili, & ꝑcuſſione interijt: ſecus ſi nõ erat formatus. & idẽ ſi ad hoc venenũ dedit vt abortiret. ff. de pœ. l. ſi quis aliq́d. §. q abortiõis.

3 † FORMATVR aũt maſculus ſpatio quadraginta dierum vel circa, & fęmina ſpatio octoginta. Et ſi dubitetur vtrum ex præmiſſis ſecutus ſit abortus, vel ex alia cã, vel vtrũ eſſet fœtus formatus, vel non, ſm Veruec. ſi dubitatio eſt temeraria, deponatur: ſi probabilis, à promotione & miniſterio ceſſandum eſt, ne quis ſe periculo committat. Et ſecundò, ꝙ homicida eſt qui lethaliter aliquem percuſſit, qui poſtea eſt ab alijs occiſus. de homi. ſignificaſti. el 2. & ſimiliter eſt homicida, ſi non appareret an lethaliter percuſſerit necne: & ſimiliter ſi non percuſſerit lethaliter, & tamen habuit animum occidẽdi: & deinde ab alijs percuſſus interijt: vt in d. c. ſignificaſti. iuncta gl.

4 † PRIMO verò quęritur, vtrum aliquo caſu liceat alicui ſeipſum occidere aut mutilare? Et dico multa. ¶ Primum. Nulli licet ſeipſum mutilare ẽt ad euitandum peccatum carnale, ſicut de Origene tradit hiſtoria eccleſiaſtica, vt ſecurius per domos prędicaret mulieribus: quia nemo membrorũ ſuorum eſt dñs. 23. q. 5. ſi nõ licet. & in l. liber homo. la j. ff. ad l. Aquil. quod tñ fallit ſi fiat cã medicaminis, vt diſt. 55. c. ſi quis. el 2. & 3. non obſtante, ꝙ magis ſit anima curanda q̃ corpus: quia ſine mutilatione anima curari põt, cùm peccatum ſit voluntarium: non aũt corpus interdum. de mente S. Tho. 2. 2. q. 55. ¶ Secundum. Non licet alicui occidere ſeipſum deſiderio melioris vitę ſeu felicitatis conſequendæ: ſicut ſm Aug. 1. de ciuit. Dei, fecit quidam philoſophus nomine Theombrocus lecto Platonis lib. de aĩæ immortalitate: quia ſm S. Tho. 2. 2. q. 64. iſte tranſitus non ſubeſt hominum voluntati. ¶ Tertium. Nec ad euadẽdum miſerias vitę p̃ntis, ſicut fecit Architophel. 2. Regũ 17. & Saul, 1. Reg. vlt. & Razias, 2. Machab. 14. & Cato Vticenſis audita victoria Iulij Cæſaris, ſm Auguſt. poſt Valer. 1. de ciui. Dei. quia vltimum malorum huius vitæ eſt mors. 3. Ethic. ¶ Quartũm. Nec ꝓ peccatum commiſſum, ſicut fecit Iudas, Matth. 27. tum quia ſubtrahit ſibi tp̃s pœnitentiæ, quo poſſet peccata delere: tum quia malefactorem occidere non licet, niſi publica authoritate. 23. q. vlt. c. pen. ¶ Quintũ. Neque ad euadendum alterius peccatum: ſicut q̃dam nupta impetita à Diocletiano, cum maritus reſiſtere nequiret, ſe occidit, iuxta hiſtoriam eccleſiaſticã: quia nullus debet in ſe admittere crimen maius, i. homicidium, vt vitet alienum minus, i. adulterium aut fornicationem. ¶ Sextum. Nec ad vitandum peccatum propriũ quod inde timetur, puta conſenſum in delectationẽ veneream. quia ſicut non ſunt facienda mala vt eueniant bona, Rom. 5. ita nec vt mala vitẽtur, p̃ſertim minora & minus certa, cuiuſmodi eſt, an conſenſum p̃ſtatura ſit mulier: in ipſa violatione, vel ne: cum Deus inde poſſit eripere. Et de his oĩbus. 23. q. 5. ſi non. §. vlt. Nec obſtat de Sampſone: quia inſtinctu ſancti Spiritus fecit, ſm Aug. vt d. c. ſi non: nec de quibuſdam mulieribus, q̃ ſe perſecutionis tꝑe occiderunt, quarum memoriam colit eccleſia: quia ſimiliter motæ ſunt à Spiritu, ſm Aug. 1. de ciui. Dei: nec de Razia, qui laudari vr̃: quia hoc eſt ratione zeli legis, nõ rõne mortis, quam ſm S. Tho. vbi ſ. ſibi intulit ex mollitie, non valens ſufferre tormẽta. licet Nico. de Lyra contra Aug. 26. q. 5. nec mirum. & oẽs doct. ipſum ſicut & Saulẽ excuſet, ꝙ fecerit ne Deus illuderetur in eo ab idolatris. Non obſtat ẽt dictũ Hiero. 23. q. 5. c. non eſt nr̃m. In perſecutionib. inquit, non licet mihi propria perire manu abſque eo vbi caſtitas periclitatur: quia ſm glo. ly abſque, legitur incluſiue. quaſi dicat: ꝙ nec in iſtis, in quibus magis vr̃, licet ſe occidere: & ſic ponitur ibi, Pulchræ ſunt genæ tuæ, abſque

abſque eo quod intrinſecus latet. & ſimiliter xxxv.quæſt.3. progeniem. & ff.pe pign. act.l.j.xij.quæſt.2. Hebron.

5 †SECVNDO quæritur, utrum liceat alicui occidere alium? Et dico multa. ¶ Primum. Non eſt peccatum occidere bruta, ſicut nec ſuccidere arbores, ſecũdum Auguſt. primo de ciuit. Dei. quia ſecundum Sanct. Thom. 2.2. quæſt. 64. ſicut plantæ propter animalia bruta, ita illa propter hominem ordinata ſunt: nullus autem peccat utendo re ad id, ad quod ordinata eſt: unde & Deus dedit nobis in cibum omne quod mouetur & viuit.Geneſ. ix. ¶Secundum. Hominem innocentem licitè nullus occidit quocunq; bono fine, aut quacunque humana authoritate. Exod.xxij.cuius ratio ſecundum mentem Sanct.Thom. ubi ſuprà eſt, quia non licet peccatorum occiſio, niſi inquantum ordinatur ad commune bonum, quod per eos corrumpitur: ad quod ordinari non poteſt occiſio iuſtorum: quia eorum vita eſt conſeruatiuã & promotiua boni communis, cũ ſint principalior pars multitudinis, qua cœteri ſuſtentantur. Nec obſtat, quòd hinc egrediuntur ad uitam: quia hoc non eſt ex actu homicidæ, ſed ex bona diſpoſitione occiſorum. Imò eſt grauius quàm occidere reum, quia eſt magis contra charitatem occidere eum qui magis eſt amandus, & magis contra iuſtitiã iniurari ei, qui minus eſt dignus, & magis contra communitatem, quæ priuatur maiori bono, & magis contra Deum, qui contemnitur in ſanctis. Lucæ. 10. Qui vos ſpernit, &c. Vnde patet, quàm grauiter peccent medici, qui medicinas periculoſas exprimuntur in religioſis. Ex mandato tamen Dei licet occidere innocentem, quod facere uoluit Abraham Geneſis 22. & 23. q. 5. lex ęterna. quia Deus habet dominium mortis & uitæ, cum eius ordinatione omnes moriantur, iuſti & peccatores. ¶ Tertium. Hominem reum licitè occidit iudex habens legitimam authoritatem, ſi ſeruato iudiciali ordine condemnat ad mortem debitam illi ex zelo iuſtitiæ: quinimo hoc illi mandatur à Domino, Exodi xxij. quia ut dicit Sanct. Thom. ubi ſupra, ſicut pars ad totum, ita quælibet perſona particularis ad communitatem comparatur: unde ſicut laudabiliter & ſalubriter præſcinditur membrũ à corpore, cum expedit corpori, puta ne inficiatur a membro putrido: ita & occiditur particularis homo, ſi ſit communitati nociuus: quia pars eſt propter totum, non econtra. Si uerò iudex condemnat innocentem, aut reum, non ſeruato iuris ordine, contra illud Deuteron. Iuſtè quod iuſtum eſt exequaris. & no. in c. reos. uiceſimatertia quæſt. quinta. aut eo ſeruato, ſed ex indebito fine: puta ex auaritia ſeu lucro principaliter, uel ex odio, uel inani gloria, uel ex delectatione effundendi ſanguinem, peccat mortaliter, & quilibet illi hac intentione cooperãs, ſecundum Arch. argu. xxiij. queſt. v. cum miniſter. quod tamen de inani gloria uerum non credo, quando illa aliàs non eſſet mortalis, & iudex ſic eſt diſpoſitus, ꝙ propter gloriam non occideret, niſi aliàs iuſte hoc faceret, quia tunc nec quod facit eſt mortale, nec finis propter quem facit. Quando etiam reus propter potentiam ordinario iure puniri nõ poteſt: ſi dominus principalis, uel iudex habens authoritatem abſolutam quocunque puniẽdi ſine iudiciario ordine illum faceret occidi, non peccaret ſecundum Arch. quod limita ſi faceret in ſuo diſtrictu, uel in alieno de uoluntate domini expreſſa, uel tacita, uel probabiliter præſumpta. ar. c. de occidendis. & c. officia. & c. nõ fruſtra. iij. q. v. ¶ Quartum. Priuatus homo hominem propria authoritate occidere non poteſt, etiam reum & malefactorem, ſecundum Aug. primo de ciuitate Dei, ſine peccato mortali. cuius ratio eſt ſecundum Sanct. Thom. vbi ſuprà: quia cum iſta occiſio licita ſit inquantum ordinatur ad bonum totius communitatis, ad illum ſolum pertinet, cui commiſſa eſt cura ſeruandæ communitatis, id eſt, ad principem, & alios habentes publicam authoritatem: ſicut præſcindere putridum membrum ad medicum pertinet, cui totius corporis ſalus commiſſa eſt, & non ad alium. ¶ Quintum. Priuatus hominem occidere poteſt authoritate legis ciuilis ſine pęna q̃ pro homicidio in foro cõtentioſo debetur: primò, defendendo perſonam ſuã: ſecundò, defendẽdo ſuũ honorẽ: vt cũ oportet eũ aut fugere cũ dedecore, aut occidere: tertiò, defendendo res ſuas, qñ aliter rehaberi non poterant, ſm multos Legiſtas ſ. Excõicatio, 6. §.3. caſu 9. quarto, occidendo inſidiantem in itineribus, & nocturnum populatorem agrorum. C. quando liceat vni ſine iudi. l. j. & 2. quinto occidẽdo furem nocturnum, & diurnum ſe defendentem telo. de homicid. ſi perfodiens. ſextò, ratione adulterij: vt ſ. l. ex. §. x. ¶ Sextum. Priuatus authoritate legis oc-

cidere pōt ſine peccato. Primò, defendendo perſonam ſuā uel alterius iuxta d.ſ. Bellum. ij.§.iij. Et ſecundò, eadem ratione occidendo furem nocturnum in dubio an uellet furari, uel occidere. extra eo. ſi pſodiēs. & ſimiliter diurnum ſi ſe telo defendit, ut ibi. Tertiò, occidēdo diffidatū, de quo ſ. Aſſaſſinus.

6 † VNDE aduerte, ꝙ aliud eſt qñ lex aliquid pmittit nō puniendo, vt de occidendo adultero: aliud qñ aliquid concedit, faciendo. ſ. quemlibet miniſtrum iuſtitiæ, ut in c. pro humani. de homicid. lib. vj. quod licet primum non liceat in cōſcientia, ſecus de ſecundo. ſi intentio ſit recta, i. ad bonum cōe, uel iuſtitiæ obſeruationem: quia ſm Io. An. in addi. Spe. facit, ut legis miniſter; ſed talis occiſor eſſet nihilominus irregularis, ſicut & iuſtus iudex. ſecus de occidente ex defenſione perſonæ, ut j. Homicidium. iij. §. ij. Et eadem ratione de occidēte in dubio pdicto, quia perſonam tuetur. Quartò, ſm aliquos pro defenſione honoris contra iniuriā perſonalem conſiſtentem in turpi fuga. quod tñ Arch. negat, & hoc rationabiliter, maxime vbi talis turpitudo eſt non de malo culpæ, ſed de naturali timiditate. Vnde licet dicat Zen. ꝙ occidēs ne fugiat cum dedecore euadit irregularitatē, tñ uerius dicit Pe. de Anc. & Car. ꝙ non euadit. Quintò ſm aliquos ēt pro defenſione rerum, ſed de hoc ſ. Excommunicatio vj. §. iij. & §. iiij. Sextò, ſecūdū aliquos, p defenſiōe caſtitatis, ſed d hoc j. §. v.

7 † TERTIO qritur, utrū pdictum diffidatum, cuius occiſio p publicam poteſtatē cōceſſa eſt, vbicunque inueniatur, ēt ſub pollicitatione pmij, poſſit quis ſine peccato occidere extra terminos iuriſdictionis dictæ poteſtatis? Et dicit Arch. & bene, ꝙ non: quia extra illos terminos dicta poteſtas aut ciuitas non hēt aliquam poteſtatem, & ad iniuriā ſibi reputaret ciuitas una, ſi alia punire uellet ſubditū ſuum, ſeu in ſuo territorio exiſtentē, quod eſt mittere falcem in meſſem alienam, quod prohibetur vj. q. iij. ſcriptum. unñ talis occiſor, ſi ibi caperetur, iuſte ut homicida puniretur. hæc ex illo. q limita, niſi domini territorij, in quo eſt, uoluntas expſſa, uel tacita aut probabiliter præſumpta accederet, quia iuri ſuo renunciare poteſt.

8 † QVARTO quæritur, utrū liceat ſine peccato occidere p rerū defenſione? Et dico, ꝙ ſic ſm multos Legiſtas, ut ſ. Bellum. ij. §. ij. ſed Pan. in c. ſuſcepimus. extra eo. dicit, ꝙ licet clerico rēs defendere, ut in c. olim. el j. de reſt. ſpo. ēt cum baculo, uel gladio: ſed tñ non licet ei procedere ad ſeua, i. occiſionem, ēt ſi res aliter ſaluari nō poſſint, ſed potius dēt ſuſtinere rerum iacturam, & in c. ij. eo. ti. adem in uerbo, ſe & ſua defendēdo ſeu liberādo, ꝙ non licet occidere defendendo ſua, ſed ſe & ſua. De laicis aut remittit ſe ad no. in c. j. eo. ti. ubi dicit, ꝙ licet alicui impune pro rebus aliter non ſaluandis occidere in foro contentioſo, ſed nō in foro animæ. Et ita tenet Arch. licet aliter uideatur ſ. in d. §. vij. recitando Io. de Lig. & ita tenēdū eſt; ut vr aliquibus de iure canonico, ut patet in c. ſuſcepimus. & in c. ſi pſodiens. extra eo. & ſimiliter de iure naturali, quia plus tenemur vitā proximi, q res proprias amare, etiā ubi ille non coactus, ſed ſponte ingerit ſe morti, ſicut uolentem ſe ſuſpendere tenemur cū rerum iactura ſaluare. quod limita ut ſ. Excōicatio. vj. §. iij. niſi inſurgat fur armis, &c. ut ibi, quia tūc liceat. Sed contra. Nā in d. c. ſi pſodiens. dr primo, ꝙ fur diurnus non debet occidi, quia diſcerni poterat, ꝙ ad furandum potius, q occidendum ueniſſet: & ſecūdò dr, niſi ſe telo defenderit, tum. n. plus eſt q fur, ex quorum primo habetur, ꝙ occidere furem non licet pro rebus, ſed tantū p defenſione pſonæ, & oppoſitum ſequitur ex ſecundo, ea quo licet occidere q nō inuadit, ſed ſe telo defendat. Sed dico primo, ꝙ illa uerba in d. c. ponuntur renunciatiue, & ſunt iuris ciuilis, & ſecundò, ꝙ ibi ſumitur ly defenderit, pro pugna ſeu armorū ſumptione, quo caſu iā probabiliter dubitari pōt de ſalute perſonæ, & conſequenter licet occidere ad ſalutem. Dico tertiò, ꝙ etſi non dubitatur, de perſona abſolute, ſed ſolū pſuppoſita uoluntate defendendi res, quia. ſ. fur inſurgit armis ut rapiat: licet occidere per hoc capitulū. Nec ex primo dicto huius c. hr, ꝙ non liceat occidere p rebus abſolute, ſed qñ aliter ſaluari poſſunt, puta quia fur dephenſus rubeſcit & fugit: ſecus ſi inſurgit armis i me, vt rapiat mea. Et adde non eſſe ſimile de exponente ſe morti p laqueū & p rapinā, quia illū ſaluare poſſum ſine alterius dāno, uel iniuria, nō ſecūdum. uide ſ. Excommunicatio vj. §. iiij. caſu ix. ubi plenius.

9 † QVINTO qritur, utrum mulier ſine peccato occidat volētē ſe opprimere, cuius manus aliter euadere nō pt? Et dico, ꝙ Ray. in Sūma, ponit duas opiniones: & nullā alteri pfert. ſed Arch. dicit, ꝙ ei nō licet intendere occiſionē, ſicut nec ēt inuaſo ad mortem

pro

pro ſui defenſione, ſi tñ ſe defendendo contingat illum occidi, imputetur ei. Nec obſt. ſi dicatur, ꝙ eſt cã mortis eius ẽt ſpiritualis, cum ſit in mortali, quia ipſe eſt ſibi cã, ille uerò utitur iure ſuo naturali. quo uim vi repellere licet. & magis tenetur ſuæ ſaluti prouidere, quã alterius. ſi aũt permitteret ſe opprimi, exponeret ſe periculo conſentiendi peccato propter difficultatẽ renitentiæ uoluntatis, dum non facit quod poteſt ut euadat. Si tñ nolit occidere, ſed circa hoc quantum poteſt ſe tuetur, & peccato mente renititur, non peccat: ſicut & inuaſus ſe permittit occidi, ne occidat, non peccat: ſed eſſet maioris uirtutis. hæc ex illo. Pro quibus no. ꝙ licet inuaſo non liceat intendere mortem inuaſoris ultimate, licite tñ illam intendit, & a propoſito efficit in ordine ad defenſionem, & ita uidetur uelle, ꝙ ſit hic.

10 † SEXTO q̃ritur, utrum quilibet teneatur aliũ ab iniuſta morte liberare ſi põt? Et dico, ꝙ ſic ex debito charitatis. xxii. q. iij. non inferenda. & conſentit Verue. Ray. & S. Tho. ij. ij. q. vj. ſecundum Verue. tñ qui habet publicam poteſtatem, tenetur defendere eũ, ẽt armis, ſi oportet: modò ſi pſumat ſe poſſe, priuatus uerò ſolo uerbo, uel facto, ſi põt ſine periculo perſonæ, cũ tñ ĩculpatæ tutelę, ut addit S. Th. ſed periculo ſe exponere non tenetur, ſm gl. lxxxiij. di. in prin. & Veruec. dicentẽ, quod tenetur quilibet dare ſpecuniã ſi cõſtet illũ iniuſte occidi, tã ſubditus quã p̃latus, quantũ ſua poſſibilitas patiť ſalua ſua neceſſitate: ſi uerò neſciť an iuſte, uel ĩiuſte, aut ſi neceſſitas iſtius nõ p̃t, nõ teneť.

11 SEPTIMO q̃ritur, quid iuris de homicidio quod mandato committitur? Et dico multa. ¶ Primũ. Homicidiũ p̃cepto, uel mandato cõmiſſum, nõ ſolũ mandato, ſed ẽt mãdanti imputatur: quia is uere committit, cuius mandato delictum committi probatur. de ſen. excõ. mulieres. & ideo ſic peccat mortaliter, aut excuſatur, ſicut ſi ipſe faceret: & perinde determinandũ eſt de mandatoribus, quo ad irregularitatẽ. ſicut de mãdante percuti clericũ quo ad excommunicationẽ. de qua s̃. Excommunicatio. vj. §. iij. ¶ Secundum. Prelatus habẽs iuriſdictionẽ temporalem imponens officiali ſuo, ꝙ ſuper tali maleficio inquirat. & iuſtitiam exequatur, non eſt homicida, nec irregularis, ſi inde ſequatur homicidium. ne cle. uel mo. eps. lib. vj. quia clerici habentes iuriſdictionem, cãm ſanguinis illicite agitant, ſed licite committunt, ut ibi patet. ¶ Tertium. Si quis ſuo nomine homicidiũ fieri mãdauit, & ante effectum exp̃ſſe, & ſine ulla fictione reuocauit, & prohibuit, immunis eſt ab homicidio. & idẽ eſſet ſi conſuluit, ſed in hoc eſt differentia, quia conſulens, ſi non firmiter credit, ꝙ locum habeat reuocatio, tenetur indicare occidendo, ut ſibi caueat, ne ſit irregularis, mandans uerò non. Et diuerſitatis ratio eſt, quia ille, cui conſulitur, agit pro ſe, ideoque plus requiritur ad remouendũ effectum conſilij, qui concernit ipſũ operantem, mandatario aũt, qui agit pro mandante, ſufficit ſi conſtet de cõtraria uoluntate mandantis, nõ ſolum expreſſe, ſed etiam tacite, ut ſi cũ occidendo pacem iniret, aut parentelam, uel amicitiam aliã ſciente mandatario, ſm eundem Inn. ¶ Quartũ. Si quis mandauit aliquẽ verberari, iubens expreſſe ne occideretur, uel mutilaretur, & nihilominus mandatarius occidit, aut mutilauit: mandator efficitur irregularis, quia mandator fuit in culpa, & hoc euenire poſſe debuit cogitare. extra, eo. is qui. li. vj. Et idem dic ſi mãdatarius occidatur, aut mutiletur, & hoc rationabiliter poterat cogitare: & idem ſimiliter de eo, qui mandauit aliquem capi, qñ veriſimiliter poterat mors contingere. Hęc aũt Sum. Ang. intelligit de mandante licite contra tex. qui dicit, ꝙ mandando fuit in culpa, & contra gl. Io. And. dicentis, ꝙ locum non habet decretalis in eo, qui licite mandat, quę tñ glo. inſufficienter loquitur, quia ſi intelligatur ſolum de mandante illicite, inconuenienter additur, quod poterat ueriſimiliter cogitare, &c. quia talis tenetur de homicidio ſequente, ẽt ſi non potuit p̃cogitare ueriſimiliter, quod ſequeretur, ut patebit ti. ſeq. in princ. Vnde dico, ꝙ in textu aſſignantur duę rationes: & quo ad primã cum dicitur, quia mandando fuit in culpa, locũ habet in mãdato illicito, quo ad ſecundã uerò cũ dř, & hoc euenire poſſe &c. in licito. ¶ Quintũ. Clericus, uel alius ratũ habẽs homicidiũ, vř irregularis, ſicut & excommunicatus ſi erat clericus. Et de hoc uidetur eſſe caſus in regula, ratihabitione. de reg. iu. li. vj. ubi dicitur, ꝙ ratihabitio retro trahitur, & mãdato non eſt dubiũ cõparari, quod mandatũ cũ effectu irregularitatẽ inducit. Et hoc tenere uidetur Spe. in ti. de leg. §. iuxta p̃poſitionis. ver. ſed quid. ar. ff. man. l. ſi uerò. §. ſi poſt. Sed hoc intellige ſi ratũ habẽres eo t̃pe, quo homicidiũ perpetratũ eſt, potuiſſet illud delictũ mãdare,

dare,etſi nõ ꝑpetrare rõne infirmitatis, uel mutilationis, quia dicit Pan.poſt Io.And.in c.j.in fi.de conuer.infide.qđ ad hoc ut fictio ꝗ cedat,requiritur duo extrema eſſe habilia ad illũ actũ ꝑpetrãdũ.ſ. tps,in quo actus fuit geſtus,& tps ratihabitionis,quorũ altero deficiente,nõ procedit,quia fictio ſuper impoſſibili non cauſatur.Exẽplum.Quidã interfecit hominẽ nomine infantis,qui factus maior ratum hẽt.hæc.n.ratihabitio non trahitur retro:quia impoſſibile fuit illũ infantem tũc tpis mandare delictum,unde retro trahi non dẽt,cum non debeat plus fictio poſſe,ꝗ̃ ueritas,hæc ex illo.Archi.tñ in c.omnes.17.q.4.dubitat de ꝓdictis,dicens, ꝙ forte ex ratihabitione ſola nõ contrahitur irregularitas.allegans ad hoc c.fi.xv.q.j.quia.ſ. factũ deficit, in quo lex promotionis conſiſtit. & idem uidetur tenere Hoſt. Sed dici poteſt, quod lex promotionis requirit factum proprium,uel alienum,aliàs mandans fieri homicidium non eſſet irregularis.quod eſt abſurdum.Et ſi ratũ habuit tantũ in corde. & nullo ſigno hoc propalauit,nihilominus eſt irregularis in ueritate,ſeu quo ad Deum, licet non quo ad forum contentioſum, iuxta no.per gl.in c.cũm quis.de ſen.excom.li.vj.

12 †OCTAVO q̃ritur,quid iuris de homicidio,quod cõſilio admittitur? Et dico multa.¶Primum.Homicidium conſilio ẽm Verucc.non intelligitur de reſponſione ſuæ opinionis in generali.Vnde ſi q̃renti an Chriſtiano militi liceat occidere Paganum, uel iudici maleſactorem.reſpondeatur ꝙ ſic:reſpondens nec peccat,nec fit irregularis,ẽt ſi reſpõdens conſulendo erret, niſi probabiliter uideat,ꝙ ille bellator,aut iudex ẽm eius conſilium agere uelit,& ſic fecit,& de hoc ĩ.di.4. ſed intelligitur de conſilio exhortationis, uel approbatiõis,ꝙ homicidiũ fieri debeat, vt no.Pan.in c.ad audientiam,co.ti.nõ ſolũ qñ conſilium eſt directe de morte alicuius: ſed ẽt qñ cõſulitur in cã propinqua ad mortem.i.aliquid ex quo ſequitur mors. Quod quidẽ Sum.Ang.dicit intelligendũ, ẽm Inn. ibidẽ,ubi cõſulitur res illicita, ex qua mors ſequitur:ſecus vbi conſulitur licita: & deinde dicit dictum Inn.eſſe verũ,quo ad peccatũ,& ẽt quo ad irregularitatẽ, qñ cõſulitur res licita,& nõ homicidiũ: & qñ homicidiũ poſſet non accidere: licet veriſimiliter dẽat euenire: ſicut licet plãtis in bello licito pugnare uiriliter. Sed male adducit Inn.& contra ueritatem illum exponit,& ẽt contra ſui ordinis Summiſtas.i.Roſ.& Sup. qui dicunt, vt ĩ.ſtatim.¶Secũdũ.Si quis nõ cõſuluit homicidiũ,ſed aliquid vnde ſecutũ eſt ẽm Inn. ſi ueriſimiliter potuit exiſtimari, ꝙ inde ſequeretur mors,irregularis eſt:ut ſi ſuaſit iactũ machinæ,uel balliſtæ,vel ꝙ eatur ad capiẽdi caſtrũ, quod nõ poterat capi de facili ſine morte hominũ,& ſic mors ſecuta eſt. Si uerò nõ erat veriſimile,ꝙ mors ſequeretur, tũc quidẽ ſi cõſuluit rẽ licitã,nõ eſt irregularis,ẽt ſi mors fuerit ſecuta,ſi uero illicitã, irregularis eſt, de homi.cõtinebatur.Sẽper tñ fit irregularis. ẽm eundẽ Inn. qui directe in mortẽ alicuius cõſiliũ dedit. ne cle. uel mo. ſnĩam.Et eodẽ modo diſtingue ſi occidatur is,q cõſiliũ accepit.¶Tertiũ.Sicut no.Hoſt. in c.ex literis.de exceſ. ꝑla. & Pan. in c.j. de fur.& eſt tex.in c.ſi quis uiduã.l.di.& in c.ſicut dignũ.eo.ti.& ibi determinatur clericus uel alius interrogatus de pęna delicti, & reſpondẽs,ꝙ eſt mors,eſt homicida, ſi caſus ĩminet de ꝓſenti per dicta iura, & ꝑ Arch. in c.oĩs.di.3.Vñ ſi ex conſilio,uel reſponſione ſpeciali,uel generali ſequitur ꝓpinquũ homicidiũ irregularis eſt,ẽm Ho.Poteſt tñ, ẽm Arch.23.q.8.peſſimam.clericus interrogatus a iudice quid agendũ de eo, qui pœnam ſanguinis de iure meretur, reſpondere, hoc non pertinet ad me:cõſulatis peritos. Et caueat,ne ꝑꝑ ſuam reſpõſionẽ directã,uel indirectã intelligat iudex,ꝙ eũ debeat ſanguine punire,ẽm Ray.Dicunt tñ quidam,ꝙ poteſt dicere ut puniat,ẽm quod ius dictauerit, dũ modo nõ exprimat,quod puniat ad ſanguinem uel ad mortem.quod Arch.di.3.omnis. dicit poſſe intelligi uerũ, qñ crimen non imminet puniendũ:alioquin ſi ex cõſilio generali,uel ſpeciali ſequitur propinquũ homicidiũ,irregularis eſt,ẽm Hoſt.de homi.ſicut dignũ.& de hoc ẽt ĩ.Homicidiũ.iij.§.v. particula 4.¶Quartum.Qui errans conſulit in genere, ꝙ occidendi ſunt adulteri,vel alij, qui de iure non ſunt occidendi, & inde quis ſuo cõſilio fiſus occidit,eſt irregularis, ẽm Rodo.ſi putabatur iuris peritus,& errauit, non in apicibus iuris,ſed in iure claro, & certo,ſi uerò nõ reputatur iuris peritus,ſed ſimplex, uel idiota, aut errauit in aliqua ſubtilitate, in qua ſunt diuerſæ opiniones, ſic non erit irregularis, modo caſus non immineret de præſenti. ¶ Quartum. Conſulens alicui, ut alium interficiat,ẽm Hoſt.in d. c. ad audientiam.non eſt homicida,nec cõſequẽter irregularis, ſi occidatur is,cui cõſiliũ datũ eſt,& veriſi-

uériſimile fuit, ꝙ non poterat occidi. ſecus ſi fuit uériſimile ꝙ potuit occidi. Sed Io. And. in c. ſi. eo. ti. li. vj. & Pan. in d. c. ad audientiã tenent indiſtincte talẽ cõſultorẽ eſſe homicidam, quo ad pœnam irregularitatis: & in hoc magis conſentit Inn. & uerius eſt: quia iſtud homicidium eſt caſuale cũ exercitio illicitæ rei, i. iniuſti cõſilij: ſi tñ conſilium fuiſſet licitũ, ut quia conſuluit occiſionem eius, qui iniuſte erat occiſurus, ſecus eſt. ¶Sextũ. Cõſulens alicui, ut aliquem interficiat, homicida eſt, & irregularis. ſm Pan. poſt Inn. in d. c. ad audientiam. & ſi ille ſteterit longo tpe anteq̃ occideret: quia debuit reuocare conſiliũ: & ſi putabat amicũ nõ deſiſtere, debebat hoc inimico indicare, ut caueret in generali, vel ẽt in ſpeciali ad arbitrium boni uiri. ¶Septimum. Qui conſuluit, ut infirmus uerteretur, quo citius moriatur, ſm Verue. eſt irregularis ſi citius morit. & ſimiliter exequẽs, nec poteſt per epiſcopum diſpenſari, licet ab ſolui poſſit a peccato. Et idẽ puto, ſi non fecit illo fine, ſed tñ ꝓbabiliter putare debuerat ſic accidere, ſed laborauit inconſideratione lata. ¶Octauũ. Qui alicui conſuluit, ut ſe exponeret periculo pro patria, uel iure ſuo, non eſt irregularis ſi ille occidatur, ſm Inn. xxiij. q. iij. pro membris. & c. ſeq. & q. viij. igitur. & c. ſeq. ſed tñ ſi ſciret eũ uériſimiliter moriturũ, fieret irregularis, ſm eundẽ Inno. & idẽ Ho. quia ordinata charitas eſt, ꝙ quis plus diligat corpus ſuũ, q̃ alterius, ut inquit idem Inn. Ex qua probatione patet, ꝙ id qđ dictum eſt, ſed tñ ſi ſciret, &c. intelligendum eſt, qñ conſuleret, ꝙ ſe exponeret pro defenſione rerũ, aut perſonarũ particulariũ, quia conſuleret contra ordinẽ charitatis. ſecus ꝓ fide Chriſti, ſm eundem Inn. & Hoſt. & ſimiliter ſecus eccleſiæ, quia ẽt ſi ſciret inde eum moriturum, non eſt irregularis: quia ſm ordinem charitatis hoc poteſt, & debet quiſq; uitæ ſuæ, & proximi præponere. unde & iſto modo p̄lati eccleſię ſuaſiones facere poſſunt in bello, & ſimiliter ſecus ſi pro patria, ſm Sum. Ange. & Supple. contra Roſ. & hoc ex eadem ratione, quia bonum totius melius eſt q̃ partis. ¶Nonum. Qui uolenti fugere inimicos ſuaſit ut maneret & procuraret pacẽ, irregularis non eſt, ſi ille occidatur, qñ ipſe habuit probabilem cauſam credendi, ꝙ illi periculum non immineret: puta, quia erant adeo conſanguinei, uel amici, ꝙ merito præſumere potuit eos poſſe cohiberi. ¶Decimum. Qui conſuluit homicidium fieri, & ante factum reuocauit, aut ſi reuocationem ſufficientem non credidit occidẽdo intimauit, non eſt irregularis ſi occidatur: ut ſ. eod. §. vij. particu. iij.

13 NONO quæritur, quid iuris de homicidio, quod fit defenſione. Et dico multa. ¶Primum. Homicidio defenſione committitur? primo defendendo ſuis uerbis homicidam cõtra eos, qui eum uolebant ab homicidio retrahere, uel impedire. di. l. ſi quis uiduam. Et ſecundò, ſm Ray. diſſuadendo alicui bonũ propoſitũ, quo uolebat aliquem a morte liberare, quod gl. intelligit, ſi intentio eius ſit corrupta, quia mater diſſuadẽs hæc filio, ne ipſe moriatur, aut parũ peccat. aut nihil, & alius conſanguineus, uel amicus, & ſimiliter hac intentione. Et tertiò ſm d. gl. qñ aduocatus defendit reũ in cã criminali. ubi accuſator ſi non probauerit, tenetur ad taliõnẽ. Et quartò defendendo ꝑſonas, aut res. Et quintò aſſociando homicidam ad factum homicidij, ut ſi oportet, defendatur: unde talis ẽt ſi homicidiũ diſſuadeat, ſm Ho. eſt homicida, nec poterit ꝓmoueri. Et facit c. Hẽricus: de cle. pug. in duello. nec in hoc diſtinguitur, an alias eſſet facturus, uel ne, quo ad irregularitatẽ, ſed ſolũ quo ad reſtõnẽ: quia ſi alias erat facturus, nõ teneretur. ¶Secundũ. Occidens pro rebus ſaluãdis eſt uerè homicida, quo ad irregularitatẽ, & ſm aliquos quo ad peccatũ, ut patet ex d. §. 4. ¶Tertium. Et ſimiliter occidens pro iniuria perſonali propria, qñ fugere põt, homicida eſt, ſaltem quo ad irregularitatẽ, ſm Ray. & Ber. Goſr. tñ dicit, ꝙ clericus poſt pęnitentiã poterit in ſuſceptis ordinibus miniſtrare ſine diſpenſatione, ſed nõ aſcendere ad maiores. & ita intelligit c. de his clericis. l. diſt. ſed verius eſt ſm Ber. Hoſt. & Ray. ꝙ nec in ſuſceptis, niſi ex magna diſpenſatione permittitur miniſtrare. Et quãuis dicat Zen. ꝙ euadit irregularitatẽ, ſi fuga erat vituperoſa, & ad dedecus, licet nõ ad ꝑiculũ perſonæ: tñ verius dicit Pet. de Anc. ꝙ eã nõ euadit. Si uerò fugere nõ põt, nec euadere, niſi occidat, aut mutilet: ſicut licitè laicus, & clericus occidit, aut mutilat ſine irregularitate: vt ĩ cle. vnica: eo. ti. & ſine peccato, ita ꝙ pſbyter ſtatim poſſet celebrare. ſm Io. de Lig. in tra. de iuſto bello. & facit c. olim. el j. de reſt. ſpo. modò non facit aio vlciſcendi. arg. c. 2. eo. tit. & ſeruetur moderamen inculpatæ tutelæ, vt ſuprà dictum eſt, Bellum ſecundo. ¶Quartum. Occidens uerò pro defenſione perſonæ alterius

terius iniuſtè occidendæ, quū aliter ſaluare nō pōt: licet hoc facere poſſit ſine peccato, tñ irregularis efficitur:no.in cle.vnica.eo.ti. Secus tñ de conſulente alicui iuſtā defenſionem, ſi is, qui conſilium accepit, cōtra veriſimilem opinionem occidatur: quia eſt homicidium caſuale cum exercitio licito reī.

14 †DECIMO q̃ritur, quid iuris de homicidio admiſſo ex permiſſione? Et dico multa. ¶Primū. Permiſſione cōmittitur homicidium, non prohibendo cum prohiberi pōt. 23.q.3. non inferenda. & c. ſeq. & c. fi. quod licet gl. in d.c. non inferenda referat ad prælatos: tñ cum iura loquantur indiſtinctè, dico ꝙ quantum ad peccatum in his, qui nec ſunt prælati, nec eis ex officio hoc incūbit, diſtinguendū eſt, vt ſ̄.§.6. quantum aūt ad irregularitatē dico, ꝙ nunquam ſunt irregulares, niſi fortè doloſè permittant: de quo infrà, Homicidium 3.§.j.& ij. ¶Secundū. Qui tractatum homicidij nō reuelat ſ̄m aliquos eſt homicida: nec ſufficit, ꝙ prohibuerit, vt refert Pan. in c. Petrus. eo. ti. 10. aūt An. diſtinguit: quia ſi doloſè non reuelat, erit homicida: non aūt ſi non doloſe. & placet Pan. ibi. Sed tu dic, ꝙ quoties ſine periculo ſuo, & ſuorū, & ſine peccato obuiare poteſt, & non obuiat, ſiue ex mala, ſiue ex bona voluntate, agit contra dilectionem proximi: & mortaliter peccat: imò tenetur obuiare, etiam data pecunia: ut ſ̄.§.6. ¶Tertium. Iniuriam paſſus ab aliquo, & audiens ſuos parentes aut amicos velle ſe vindicare: niſi expreſſe ꝓhibeat, ſi homicidium ſequitur, homicida erit. ſ̄m gl. in d.c. Petrus. & Hoſt. quia videtur aſſentire. & eodē modo intellige, ꝙ erit mutilator.

15 †VNDECIMO q̃ritur, quid iuris de homicidio perpetrato cooperatione? Et dico multa. ¶ Primū. Coopatione homicidiū committitur, qñ.ſ. multi ſunt æquales in facto, licet nō oēs æqualiter operentur. Vnde dicitur in c. ſicut dignū. §.j. eod. tit. ꝙ illi qui ad capiendū aliquē animo feriendi aut occidendi acceſſerint: licet manus illi nō impoſuerint, ſ. oēs, tñ ex quo mors ſecuta eſt, ſunt homicidæ: & intellige in ſimilib. puta, quia multi vulnerauerūt. de quo 23.q.fi. ¶Secundū. Exhibent pſentiam ſuā in bello iniuſto, animando, conſulendo, vel inimicis timorē incutiendo, homicida eſt, ſi ibi aliquis occidatur, ſ̄m Pan. in c. ſignificaſti. eod. tit. Secus eſſet in bello iuſto: & ſ̄. Bellum. 3.§.2.& 3.& in c. petitio tua. eo. ti. iuncta gl. ¶Tertiū. Exhibens præſentiam ſuam vbi fit homicidiū, eſt homicida & irregularis, ſi eſt prælatus ibi iuriſdictionem habens. de exceſ. præla. ex literis, ſecus de aliis q̃ ſunt ibi de curioſitate.

16 †DVODECIMO q̃ritur, vtrum animatione incurratur homicidiū? Et dico, ꝙ ſic: ut patet in c. ſicut dignū. eod. tit. quod tñ ibidem Pan. limitat. qñ incitatio ſeu animatio eſt ad homicidiū ſpecialiter: ſecus ſi eſſet ad odium in genere, quia nō teneretur quis de delicto inde ſecuto. Et idem dicitur qñ animatio eſt ad factum licitum, licet homicidiū inde ſequatur: ſicut cum prælatus hortatur in bello iuſto ut uiriliter pugnet, de quo ſuprà Bellum. 3.§.2.

17 †DECIMOTERTIO q̃ritur, utrū homicidium cōmittatur auxiliatione, qñ.ſ. nō oēs ſunt principales in facto? Et dico ꝙ ſic, vt in d.c. ſicut dignū, vbi dicit Pan. ꝙ pſtans quodcunq; auxiliū quantūcunq; modicū delicto cōmittēdo, tenet̃, ēē cuſtodiēdo veſtimenta. Tñ vt bene ītelligatur materia, diſtinguēdū eſt: quia aut auxiliū pſtatur ad perpetrandū factū legitimū & iuſtum, ex quo tñ ſequitur homicidiū: & ſic de tali homicidio nō tenetur talis auxiliator quo ad peccatū: ſed quo ad irregularitatē, ſi auxiliatus fuit directè ad homicidiū, bene tenetur: ſecus ſi indirectè ſicut dictū eſt de auxiliantibus pugnatoribus in bello. Aut pſtatur auxiliū ſuper facto illicito. ex quo ſequitur homicidiū: & ſic homicida reputatur, quantūcunq; auxiliū ſit indirectum. & ſic loquitur d.c. ſicut dignū. Similiter ſi auxiliū præſtatur ſuper homicidio perpetrando ſiue iuſtè ſiue iniuſtè, irregularitas incurritur, ſi effectus ſequatur.

## RVRSVS de homicidio Secundo, inquantum eſt caſuale.

1 *Homicidium caſuale quid ſit, & quotupliciter ſumatur. Et quando, & quibus tale imputetur.*

2 *Regulæ circa homicidium caſuale, & fortuitum caſum, quando imputari debeat, aut minime.*

2 *Clericus ſi cum quopiam rixetur, atque interim clerici parentes, aut amici ſuperueniant, qui cor rixatorē occidant, an tale homicidiū ſit hinc clerico imputandum, & an irregularitas contrahatur.*

4 *Clericus, aut alius magiſter, ſi diſcipulum uerberauit, atque exinde aut ipſius incuria, aut medici ignorantia moriatur, an imputādum ſit percutienti, & irregularitas inducatur.*

5 *Clericus diaconus cum alijs clericis ludens, falcem qua ſuccinctus erat poſuit, an ſi alius in eā inſiliens mortale ex ea uulnus accepit, et interijt, an irregularis fiat. Et q̃d ſi clericus ab alio ludi*

cauſa

*cauſa humi deiectus, gladio, quem ad latus habebat, uberatus occubuit. num. ſeq.*

7 *Clericus ſi porcos ex agro abacturus lapidem proiecit, ac puerum interfecit, an irregularis ſit. Et ad eandem materiam irregularitatis vij. aliæ q̃ſti. ex ordine ſequuntur, uſque ad proximum nu.*

8 *Medico, ſub cuius cura infirmus præter ipſius uoluntatem ac ſententiam interijt, an imputandum ſit, & ſic irregularitas contracta, & promoueri non poſſit.*

9 *Phlebotomãs aliquem ſanitatis cauſa, an ſi phlebotomatus intereat, teneatur.*

10 *Infirmorum cuſtodes aut ſeruitores, ſi vinum miniſtratum infirmis ſit, aut in cuſtodiendo negligentes fuerint, ex quo ipſis infirmis ex phreneſi, aut huiuſmodi mors contigit, an teneantur.*

11 *Latronem res ſubreptas aſportantem, ſi rerum dominus percuſſit, atq; inde ĩ terrã, plapſus ſurgere nõ potuit, quin & ab alijs ſupuenientib. occiſus eſt, an ĩputãdũ, & nũ ſit irregularitas cõtracta.*

12 *Arborem cædens, nec omittens quicquam de contingentibus, an ſi arboris caſu homicidium ſequatur, irregularis fiat.*

13 *Amatorium poculũ propinans, ex quo mors præter ipſius propoſitum ſequitur, an homicida & irregularis fiat. Et quid de occidente aliquẽ in ludo. Et quid ſi quis ab alio lapide proiecto, quem deuitare velit, in aliũ impingat, et ex hoc itereat.*

14 *Puer ſi porcinam abrumpendo turgidam ueſicam, mulieri prægnanti abortus occaſionem præbuerit, an homicida & irregularis effectus ſit.*

15 *Parentes in lectis filios proprios caſu interimentes, an de homicidio teneatur. Et ibidem, an leuiſſima culpa in homicidio irregularitatẽ inducat.*

16 *Animal habens, ut pote leonem aut urſum, qui aliquem perimat, an de homicidio teneatur, & irregularitas inducatur.*

17 *Milites ad ſui defenſionem iuris accerſens, ſi inde aliquis perimatur, an de homicidio teneatur. Et quid de eo qui impulſus, uel ictum deuitans alium impellit, & occidit.*

18 *Puerum ad flumen mittens, ac ut ab eo caueat admonẽs, ſi demergatur puer, an irregularis fiat.*

1 H†OMICIDIVM ſecundo, inquãtũ eſt caſuale, illud eſt quod fit ꝑter intentionẽ & uoluntatem. & dupliciter ſumitur. Primò, ſ. large, ut eſt occiſio hominis caſualis: & eſt q̃ñ cõtingit caſualiter ꝑ ꝑ exercitium rei licitæ adhibita diligentia: ut ſi reparans tectum poſitis ſignis in uia ſubmittens regulas interfecit ſtulte incidentem ultra ſigna: & hoc nullo modo imputatur ad peccatum, ſecundũ S. Tho. ij. ij. q. lxiiij. quia non eſt in ſe uolitum, nec in ſua cauſa. Et ſecundò proprie ut eſt homicidium caſuale: & eſt q̃ñ cõtingit caſualiter ꝑ ꝑ exercitiũ rei illicitæ, uel ẽt licitę nõ adhibita diligẽtia, ut ſi dictus reparator ſigna nõ poſuiſſet, & hoc imputatur ad peccatũ & irregularitatẽ, quia, ut dicit S. Th. ubi ſ. contingit ꝙ nõ eſt per ſe volitũ, & intentum actu uolitum eſſe ẽt intentum per accidens. ſm quod cã remouens prohibens dicitur per accidens, unde et qui non remouet quæ remouere debet, ex quibus ſequitur homicidium, illud eſt quodammodo uoluntarium. Quod dupliciter contingit, uel quia dat operam illicitæ rei, uel licitę quidem, ſed nõ adhibita diligentia.

